Digitized by Google

13
15 E
6

27.4.16

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

140


JOANNIS CAROLI
ANTONELLI
PATRITII VELITERNI
SACRÆ THEOLOGIÆ, ET J. U. D.
AC EPISCOPI FERENTINI
TRACTATUS POSTHUMUS
De Juribus, & Oneribus Clericorum
in duos Libros diſtributus

In quibus utriuſque Juris controverſiæ difficiliores, & in Foro frequentiores ſingulariter tractantur.

Opus Judicibus tàm Eccleſiaſticis, quàm Sæcularibus Advocatis, aliiſque in Foro verſantibus maximè neceſſarium.

Cui accedunt quamplurima recentiſſima Decreta Sacræ Congregationis Concilii. Bullæ Regnantis S. D. N. INNOCENTII XII. ac Deciſiones Sacræ Rotæ Romanæ nullibi adhuc impreſſæ.

Cum Duplici Indice ſcilicet Tractatus, & Deciſionum locupletiſſimo.



ROMÆ, M. DC. IC.

Nova Typis Cajetani Zenobii, & Georgii Plachi, propè Columnam Trajanam.

SUPERIORUM PERMISSU, & PRIVILEGIO.

Sumptibus Aloyſii, & Franciſci de Comitibus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Illuſtriſſimo, & Reverendiſs. Domino

SYLVIO
DE CAVALERIIS

S. D. N., ac Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ
Commiſſario Generali.

EX quo Tutelam Publici Juris, judicio Principis Optimi TIBI delatam ſuſcepiſti, ILLUSTRISSIME PRÆSUL, nihil à TE putabis alienum, quod pertineat ad leges. Nos verò cum primis proprium muneris TUI,

Digitized by Google

ac patrocinio maximè dignum ducemus quidquid ad hoc genus literarum refertur : in quo cùm ſemper eximia laude enitueris, nunc etiam polles auctoritate. Divinarum enim, humanarumque rerum peritia, qua privatorum clientium jura paulò ante in foro tuebaris, tantum de TE Specimen SANCTISSIMO PATRI exhibuit, ut cauſam publicam TIBI crediderit in Magiſtratibus procurandam : iiſque tribunalibus adſidere juſſerit vindicem, in quibus Curia ſuſpexerat Oratorem. Noſces itaque judicium privatæ Obſervantiæ noſtræ, dum Patronum Operis TE cooptaremus, inniti publicis laudibus, ipſiuſque Principis auctoritatem maximè ſequi : eoque nomine moderationem TUAM facilè inflectes ad probandum Obſequii noſtri teſtimonium, quo Auctorem ipſum, famâ TIBI, & eruditione ſpectatiſſimum, uſurum fuiſſe arbitramur, ſi in vivis ageret. Tantis enim ſuffragatoribus Gloriæ TUÆ non poſtremus accederet is, qui Curiam, qui Romam, qui Principem bono Reipublicæ natum, Virtutique promovendæ unicè addictum, ea TE ſignificatione dignitatis indicaſſe literis cerneret, ut ad præſidium Nominis TUI libentiùs

tiùs

tiùs confluerent , viamque ſternerent clientibus ceteris ad aſſerendum in præli plauſu (quæ ſola privatis ſupereſt imago publicæ vocis) quantum Auctori , quantum Operi Compendium laudis accedat , quantum Editorum Obſervantiæ , & Obſequio ex ea inſcriptione , quæ utrumque TIBI aſſerit , nos verò perpetuo devovet

Illmæ , & Rmæ Dominationis Tuæ

Addictiſſimos , & Obſequentiſſimos Cultores
Aloyſium, & Franciſcum de Comitibus .

Digitized by Google

TYPOGRAPHUS AD LECTOREM.

JOannis Caroli Antonelli Epiſcopi Ferentini celeberrimi Juriſperiti Veliterni prodit in lucem Tractatus Poſthumus de Juribus, & Oneribus Clericorum, non minus utilis, quàm ad utriſque fori directionem neceſſarius. Illius doctrinam, animique dotes non eſt, quod tibi commendem, nam primum pluriès repetitæ aliorum ſuorum tractatuum laudant impreſſiones de Regimine Eccleſiæ Epiſcopalis, de tempore legali, & de loco legali, ſecundum verò propriæ Patriæ in Lapidea expreſſum tabula ſequens celebrat teſtimonium. Vale

ÆTERNO NOMINI.

JOANNIS CAROLI ANTONELLI NOBILIS
VELITERNI, CELEBERRIMI THEOLOGI, ET
J. U. EXIMII DOCTORIS, CUJUS VOLUMINA
TYPIS EDITA, DE REGIMINE ECCLESIÆ EPISCOPALIS
DE TEMPORE LEGALI, DE LOCO LEGALI
DE JURIBUS, ET ONERIBUS CLERICORUM
PARI LAUDE, ET UTILITATE ADMIRANTUR
PROFUSÆ PAUPERUM SUBSIDIO DIVITIÆ
INSIGNEM EXHIBENT PIETATEM
PLURIMA GUBERNIORUM GESTA TAM IN PATRIA, QUAM
EXTRA JUSTITIÆ MONUMENTA EXORNANT
ARDUA NEGOTIA SAPIENTI CONSILIO PERFECTA
SINGULAREM DECORANT PRUDENTIAM
ELOQUENTIA AVITA NOBILITATE COMITE
AB INNOCENTIO XI. MOTU PROPRIO
CIVITATIS FERENTINI EPISCOPATU INSIGNITA
NON SATIS LAUDANDAM VIGILANTIAM PROCLAMAT
PERACTA SYNODO, SEMINARIO IBIQUE ERECTO
HOG GRATITUDINIS ARGUMENTUM
CIVI BENEMERENTI.
S P. Q. V.
POSUIT ANNO M. D. C. LXXXXVII.

IN-

INDEX
LIBRORUM, ET CAPITUM
Quæ in præſenti Tractatu continentur.

LIBER I. PAR. I.

CAP. I.

DE Clericorum privilegiis in genere.

CAP. II.

De Immunitate, & Exemptione Clericorum, & aliis exactionibus.

CAP. III.

De Privilegio Canonis ſi quis ſuadente. Diabolo 17. quæſt. 4.

CAP. IV.

De Privilegio Fori.

CAP. V.

An Clerici confugientes ad Eccleſias gaudeant Immunitate Eccleſiaſtica in criminibus non exceptis in Bulla Gregorii XIV.

CAP. VI.

An Privilegium Clericis conceſſum à Principe, vel Magiſtratu poſſit ab eiſdem revocari.

CAP. VII.

An, & quando Clerici licitè poſſint ſecularia negotia exercere.

CAP. VIII.

An Clerici poſſint validè inter vivos diſponere.

CAP. IX.

An Clerici poſſint validè teſtari coram duobus teſtibus.

CAP. X.

An Clericus Beneficiatus teſtari poſſit.

CAP. XI.

An, & quando liceat Clericis Divina celebrare tempore generalis interdicti.

PAR. II.
De Judiciis.

CAP. XII.

AN diebus feſtis fieri poſſint à Judice actus juriſdictionis, ſive Judiciales, & decreta.

CAP. XIII.

An Clerici poſſint eligi in executores teſtamentorum.

CAP XIV.

An Clericus ſuccedat in feudo, & an poſſit eo caſu conveniri coram Domino feudi.

CAP. XV.

An Clericus carcerari poſſit ob æs alienum.

CAP. XVI.

An, & quando Clericus poſſit covenire Laicum coram Judice Eccleſiaſtico.

CAP. XVII.

An Clericus ſuccedens Laico, qui jam præventus fuerat coram Judice ſeculari, poſſit coram eodem Judice conveniri.

CAP. XVIII.

An Laicus poſſidens bona communia cum Clerico conveniri debeat coram Judice Eccleſiaſtico.

CAP. XIX.

An Clericus venditor teneatur emptorem defendere coram Judice Laico, coram quo cauſa fuit cepta.

CAP. XX.

An Clericus agens coram Judice ſeculari contra Laicum poſſit coram eodem Judice reconveniri.

CAP. XXI.

An Epiſcopus poſſit Judici Laico committere cauſas Clericorum.

CAP. XXII.

An Clerici uti poſſint Statutis Laicorum.

CAP. XXIII.

An Clericus poſſit eſſe Judex inter Laicos.

CAP. XXIV.

Quandiu duret juriſdictio Clerico delegata.

CAP. XXV.

An Clericus teneatur ſuſcipere tutelam.

CAP. XXVI.

Cui debeatur legatum ſimpliciter relictum Clericis pauperibus, certi loci, ſi in eo loco plures ſint Clerici qui paupertate laborant.

PAR.

PAR. III.

De Beneficiis Eccleſiaſticis.

CAP. XXVII.

AN Clericus obtinere poſſit plura beneficia.

CAP. XXVIII.

Quænam ætas requiratur in Clerico ad obtinenda beneficia Eccleſiaſtica.

CAP. XXIX.

An Clericus primæ Tonſuræ ſit capax beneficii Eccleſiaſtici.

CAP. XXX.

An, & quando Clerici conjugati ſint capaces beneficiorum.

CAP. XXXI.

An Clerici poſſint coram Epiſcopo beneficia permutare.

CAP. XXXII.

An Clericus poſſit ad ordines promoveri ab Epiſcopo in cujus Diœceſi poſſidet beneficium.

CAP. XXXIII.

An, & quando Clericus patronus admittatur ad beneficium Juriſpatronatus.

CAP. XXXIV.

An Clericus compromittere poſſit Cauſam ſui beneficii in Laicum.

CAP. XXXV.

Quomodo fructus beneficii dividantur inter hæredes Beneficiati defuncti, & ſucceſſorem in beneficio.

CAP. XXXVI.

An, & quando Clericus ignoranter committens Simoniam in conſecutione beneficii excuſetur à pœnis contra Simoniacos inflictis.

CAP. XXXVII.

An Clericus poſſit dotare Sororem in opem de redditibus Eccleſiaſticis.

CAP. XXXVIII.

An locatio bonorum Eccleſiæ facta ad plures annos valida ſit quoad triennium.

CAP. XXXIX.

An, & quando Beneficiatus ſucceſſor teneatur ſtare locationi factæ à prædeceſſore.

CAP. XXXX.

An Clericus ſine licentia Epiſcopi poſſit validè alienare patrimonium ad cujus titulum fuit ordinatus.

CAP. XXXXI.

Clerici beneficiati, & Penſionarii militiam, vel officium Iudicis ſecularis cum juriſdictione ordinaria exercentes quam pœnam incurrant.

CAP. XXXXII.

Quam pœnam incurrant Clerici ad viſitationis munus aſſumpti, qui munera ratione viſitationis recipere præſumant.

PAR. IV.

De Diſpenſationibus.

CAP. XXXXIII.

AN Clericus jus habeat ad petendam diſpenſationem.

CAP. XXXXIV.

An requiratur juſta cauſa in diſpenſatione ſuper jure poſitivo.

CAP. XXXXV.

De poteſtate diſpenſandi, & abſolvendi Epiſcopo conceſſa a Sacro Concilio.

CAP. XXXXVI.

An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum Clerico in irregularitate proveniente ex crimine hæreſis.

CAP. XXXXVII.

An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum Clerico in irregularitate proveniente ex vitio, aut defectu Corporis.

CAP. XXXXVIII.

An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum Bigamo ad ordines, & beneficia.

CAP. XXXXIX.

An imperiti poſſint ab Epiſcopo ad ordines habilitari.

CAP. L.

An, & quando Epiſcopus poſſit cum illegitimis quoad ordines, & beneficia diſpenſare.

CAP. LI.

An promotus per ſaltum poſſit ab Epiſcopo diſpenſari.

CAP. LII.

An, & quando infames diſpenſari poſſint ab Epiſcopo quoad ordines, & beneficia.

CAP. LIII.

An, & quando Neophitus ad ordines admitti poſſit.

CAP. LIV.

An, & quando Clerici diſpenſari poſſint ab Epiſcopo in interſtiis.

CAP. LV.

Quando Clericus familiaris Epiſcopi poſſit ab eodem Epiſcopo ordinari.

CAP. LVI.

Quando Clerici ab irregularitate excuſentur.

PAR

PAR. V.

De Juribus particularibus Parochis, & aliis Clericis competentibus.

CAP. LVII.
AN proviſus de Eccleſia Parochiali in certo loco Diœceſis cenſeatur approbatus ad audiendas confeſſiones.

CAP. LVIII.
An, & quando ſimplex Sacerdos poſſit pœnitentes à peccatis abſolvere, & alia Sacramenta miniſtrare.

CAP. LIX.
A quo Parocho fieri debeat benedictio matrimonialis.

CAP. LX.
An ſimplex Sacerdos poſſit benedicere indumenta Sacerdotalia Altaris linteamina, & alia pro Miſſis celebrandis.

CAP. LXI.
De quarta funerali Parochis debita.

CAP. LXII.
An & quando Parochiani teneantur ſolvere decimas, & oblationes.

CAP. LXIII.
Quando Clericus comparens coram Judice laico in cauſa ſanguinis excuſetur ab irregularitate.

CAP. LXIV.
An alia Jura, ſeu privilegia ultra ea, quæ expreſſa ſunt Clericis competant.

LIBER II.

De Oneribus Clericorum.

CAP. I.
DE habitu, & tonſura Clericali.

CAP. II.
De iis, qui tenentur Sacros Ordines ſuſcipere.

CAP. III.
An Clerici in Sacris conſtituti voto ſolemni caſtitatis ſint obſtricti.

CAP. IV.
An Clerici ad Diœceſanam Synodum accedere debeant.

CAP. V.
An Clerici accedere debeant ad proceſſiones.

CAP. VI.
An, & quando Parochi, & alii teneantur Miſſas celebrare.

CAP. VII.
De reſidentia Parochorum, & Canonicorum.

CAP. VIII.
An, & quando alii Clerici, qui ad reſidentiam ſunt aſtricti abeſſe nequeant à Diœceſi ſine licentia Epiſcopi.

CAP. IX.
De onere Coadiutorum, qui dantur Parochis, & Canonicis Eccleſiarum Cathedralium.

CAP. X.
De fidei profeſſione.

CAP. XI.
An, & quando alii Clerici beneficiati teneantur ad reparationem Eccleſiæ.

CAP. XII.
An Clericus ſucceſſor in beneficio teneatur ad debita contracta per ſuum prædeceſſorem.

CAP. XIII.
An Clericus in alieno territorio exiſtens ligetur cenſuris à proprio Epiſcopo latis per modum Statuti.

CAP. XIV.
De Concionibus habendis per Parochum.

CAP. XV.
An Beneficiatus male, ac vanè conſumens fructus beneficii teneatur ad reſtitutionem.

CAP. XVI.
An, & quando Beneficiati teneantur de redditibus Eccleſiaſticis eleemoſynam pauperibus elargiri.

CAP. XVII.
De Canonica portione, & aliis juribus Epiſcopo debitis.

CAP. XVIII.
An, & qualiter Judex Laicus poſſit Clericum punire, ſi Clericatum aſſumpſit poſt commiſſum delictum.

CAP. XIX.
An Clericus ludere poſſit ad aleas, & taxillos.

CAP. XX.
De Clerico Venatore.

CAP. Ultimum.
De horis Canonicis, ſeu de officio Divino.

§. I.
De privata divini officii recitatione.

§. II.
De publica Divini officii recitatione, quæ fit in Choro.

§. III.
De diſtributionibus quotidianis.

FINIS.

Digitized by Google

INNOCENTIVS PP. XII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

EXPONI NOBIS nuper fecit dilectus Filius FRANCISCUS CONTI Bibliopola in ALMA URBE noſtra commorans, quod ipſe unum, cui titulus *de Juribus, & Oneribus Clericorum Auctore Joanne Carolo Antonello Patritio Veliterno Epiſcopo Ferentino*, & alterum, cui titulus: *De Proteſtatione, & Prohærede geſtione, Tractatus Juris Analyticus Auctore Joanne Hieronymo Iranco J. C. Valcatino* Libros Typis ad publicã utilitatem in eadem Urbe mandare intendit; veretur autem, nè poſtquam in lucem prodierint, alii, qui ex alieno labore lucrũ quærunt, Libros hujuſmodi in ipſius FRANCISCI præjudicium iterum imprimi curent, Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut ſibi in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eumdem Franciſcum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excõmunicationis, ſuſpeñ & interdicti, aliiſq; Eccleſiaſticis ſenteñ, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel causâ latis ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectũ preſentium dumtaxàt conſeq. harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eidem Franciſco, ut decennio proximo à primæva Librorum prefatorum impreſſione computando durante, dummodò tamen illi à dilecto Filio Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici aprobati ſint, nemo, tam in Urbe præfata, quàm in reliquo Statu Eccleſiaſtico mediatè, vel immediatè Nobis ſubjecto, libros prædictos, ſeu eorum aliquem, ſine ſpeciali dicti Franciſci, aut ab eo cauſam habentium licentia imprimere aut ab alio, vel aliis impreſſos vendere, aut venales habere, aut proponere poſſit, Apoſtolica auctoritate tenore preſentiũ concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea utriuſque ſexus Chriſti Fidelibus, præſertim librorum Impreſſoribus, & Bibliopolis, ſub quingentorum ducatorum auri, de Camera, & amiſſionis librorum, & typorum omnium pro unà Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, & pro aliâ eidem Franciſco, ac pro reliquâ tertiis partibus accuſatori, & Judici exequenti irremiſſibiliter applicañ, & eo ipſo, abſque ulla declaratione incurreñ pœnis, nè dicto decennio durante, Libros prædictos, ſeu eorum aliquem, tàm in Urbe, quam in reliquo Statu præfatis, ſine hujuſmodi licentia imprimere, aut ab aliis impreſſos vendere, ſeu venales habere, vel proponere quoquomodo audeant ſeu præſumãt. Mandantes propterea dilectis Filiis noſtris, & Apoſtolicæ Sedis de latere legatis, ſeu eorum Vicelegatis, aut Præſidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & aliis Juſtitiæ Miniſtris Provinciarum, Civitatum, Terrarum, & locorum Status noſtri Eccleſiaſtici præfati, quatenùs eidem Franciſco, ſeu ab eo cauſam habentibus prædictis, in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes quandocumque ab eodem Franciſco requiſiti fuerint, pœnas prædictas contra quoſcumque inobedientes irremiſſibiliter exequantur. Non obſtañ Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis ſtatutis, & conſuetudinibus etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quavis firmitate roboratis privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & de verbo ad verbum inſertis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis etiam in ipſis Libris impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis; & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in Judicio & extrà illud ubique adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die ſecunda Maji MDCXCIX. Pontificatus Noſtri Anno Octavo.

I. F. Cardinalis Albanus.

DE *Mandato Reverendiſſimi P. Magiſtri Sac. Pal. Apoſt. diligenter perlegi Librum hunc, cui Titulus eſt* De Juribus, & Oneribus Clericorum, ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D. JO. CAROLO ANTONELLO Epiſcopo Ferentino, *ſumma cum diligentia elaboratum, nihilque in eo inveni Catholicæ Fidei, bonis moribus diſſonum, ſed illum; ac pietate imbutum, ſolidaque doctrina repletum, ac valdè utilem reperi, ac neceſſarium, ut in lucem prodeat, & Typis mandetur.*

Ità eſt Frater Joſeph Georgius à Paliano Guardianus, & Regens.

Imprimatur.

Si videbitur Reverendiſſimo P. Paulino Bernardinio Mag. Sac. Palat. Apoſt.

Dominicus B. de Bellis Epiſcopus Melfiẽten. Viceſgeren.

Imprimatur.

Fr. Paulinus Bernardinus Ordinis Prædicatorum Sac. Apoſt. Palat. Magiſt.

JO.

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

JOANNIS CAROLI ANTONELLI

SAC. THEOLOGIÆ, ET I. U. D.

PATRITII VELITERNI, AC EPISCOPI FERENTINI.

LIBER PRIMUS DE JURIBUS CLERICORUM.

SUMMARIUM.

1 *Clerici à juriſdictione Laici ſunt exempti tàm de jure Canonico, quàm Divino, &* num. ſeq.

2 *Laici ſunt incapaces juriſdictionis in Perſonas Eccleſiaſticas.*

3 *Clerici non poſſunt hujuſmodi exemptioni renunciare.*

4 *Conſuetudo etiam immemorabilis contrà Eccleſiaſticam immunitatem reprobatur.*

5 *Clerici pro damno dato non poſſunt conveniri coram Judice ſæculari.*

6 *Ædiles non poſſunt Clericum compellere, ut Domum ruinoſam deſtruat.*

7 *Judex Laicus non poteſt punire Clericum, qui aſſumpſit habitum Clericalem poſt commiſſum delictum.*

8 *Reus capitalis criminis accuſatus, ſi efficiatur Miles, à Judice militiæ judicandus eſt.*

9 *Clericus dicitur Miles Cæleſtis militiæ.*

10 *A quo Judice puniri debeat Laicus condemnatus in exilium, ſi poſteà fiat Clericus, & Contraveniat.*

11 *Summus Pontifex poteſt Judici Laico delegare cauſas Clericorum: Et an poſſit Clericos privare privilegio exemptionis, ibidem.*

12 *Delegatus ad certam cauſam, non cognoſcit jure proprio, ſed nomine delegantis.*

13 *An Clerici obligentur ſæcularium Principum legibus, quæ ad communem quietem ſpectant.*

14 *Clerici ſunt Cives, & membra Reip.*

15 *Leges civiles, quæ faciunt expreſſam mentionem de Clericis reprobantur.*

16 *Leges civiles, quæ Juri Canonico non contradicunt, ſervandæ ſunt etiàm in foro Eccleſiaſtico. Limitatur* num. 17. & ſeq.

17 *Leges civiles pœnales non compræhendunt Clericos.*

18 *Leges Civiles ſummum rigorem continentes, juris Canonici æquitati repugnant.*

19 *Clerici non puniuntur pœnis legalibus, ſed mitioribus.*

20 *Quando Judex Laicus, ſivè eius Miniſtri poſſint capere Clericos, &* num. ſeq.

21 *Delicta non debent remanere impunita.*

22 *Judex Laicus non poteſt Clericos armis privare.*

23 *Clerici quoad ordinatoria juditii ligantur Statutis Laicorum, ſicut exteri: limitatur* numer. 24. & ſeq.

24 *Quid ſi Statuta hujuſmodi tollerent ea, quæ Clericis competunt de jure communi.*

25 *An inſtantia cauſæ reſpectu Clerici expiret triennio.*

26 *An inſtantia cœpta cum defuncto Laico, continuetur in hæredem Clericum.*

PARS PRIMA.

De Clericorum Privilegiis in genere.

CAP. I.

1 QUO jure Clerici eximantur à juriſdictione Laicali. Reſp. quod alii cenſent, Clericos eſſe exemptos à juriſdictione Principum Sæcularium de jure tantùm poſitivo, ex decretis videlicèt, & Conſtitutionibus Summorum Pontificum, *ità Cavar. Pract. qu. cap. 31. Leſſ. lib. 2. cap. 33. dub. 4. num. 30 Sot. in 4. diſt. 25. quæſt. 2. art. 2. concl. 3. & ſeq. Molin. de Juſtit. tom. 1. tract. 2. diſp. 31. num. 6.* alii verò aſſerunt, Clericos etiam primæ tonſuræ non tantùm de jure poſitivo eſſe exemptos, ſed etiam de jure Divino, tam quoad perſonas, quàm quoad bona, *ità Abb. in cap. at ſi Clerici, num. 23. de Judic. Alciat. in cap. cum non ab homine, num. 20. & 46. eod. tit. Felin. & alii in cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſtit. Rol. à Vall. conſ. 12. num. 44. & conſ. 23. num. 10. lib. 2. Valaſ. deciſ. 100. num. 8. Garc. de Benef. par. 2. cap. 3. num. 1. & ſeq. Bellug. in ſpec. Princ. rub. 11. §. videndum, num. 1. & 5. Decian. tract. crim. par. 1. lib. 4. c. 9. num. 1. Villalob. comun. opin. verſ. Clericus, num. 68. Vant. de nullitat. tit. de Nullitat. ex defect. juriſd. num. 101. & communem dicit Scacc. de Judic. par. 1. cap. 11. num. 44. Car. de Graſſ.*
2 *de effect. clericat. eff. 1. num. 1. & ſeq.*, ubi dicit, quod Laici ſunt ità incapaces juriſdictionis in perſonas eccleſiaſticas, ut nunquam hanc juriſdictionem præſcribere poſſint, *Clar. in Pract. crim. lib. 5. §. fin. qu. 36. num. 1. ubi etiam de communi teſtatur, Layman. in Theol. mor. lib. 4. tract. 9. cap. 8. num. 4. Azor. part. 1. lib. 5. cap. 12. quæſt. 3. Bonacin. de legib. diſp. 10. qu. 2. pun. 1. §. 1. num. 3. & alii apud Dian. reſol. mor. par. 1. tract. 2. reſ. 1. 19. & 66. & par. 7. tract. 1. reſ. 2. & ſeq.* quorum ſententiam approbavit Sacrum Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. de ref. cap. 20.* ubi declarat, perſonarum eccleſiaſticarum immunitatem Dei ordinatione, & Canonicis ſanctionibus conſtitutam eſſe.

3 Ex quo infertur 1. quod Clerici non poſſunt hujuſmodi exemptioni etiam cum juramento, vel cum conſenſu Epiſcopi renunciare: quia privilegium exemptionis non eſt conceſſum ſingularibus perſonis, ſed ſtatui Clericorum, *cap. ſi diligenti, de for. compet. fernand. in exam. Theol. mor. par. 2. cap. 6. §. 1. num. 5. Salon. in 2. 2. quæſt. 67. art. 1. contr. 2. Duard. in Bull. cœn. lib. 2. can. 14. quæſt. 8. num. 2. Peſant. de Immun. Eccleſ. diſp. 2. Bonacin. de cenſur. diſp. 2. quæſt. 4. pun. 3. num. 1. Sayr. lib. 2. cap. 7. num. 10. Alex. conſ. 8. num. 3. lib. 2. Rolan. conſ. 4. num. 9. lib. 1. Surd. conſ. 2. num. 31. lib. 1. & conſ. 397. num. 15. lib. 3. Hond. conſ. 3. num. 21. lib. 1. Grammat. deciſ. 61. num. 14. Mart. de Juriſd. par. 4. caſ. 152. num. 8. Car. de Graſſ. loco cit. eff. 1. num. 652. Dian. par. 1. tom. 2.*
4 *reſ. 3. & 4.* unde omnis conſuetudo contrà Eccleſiaſticam immunitatem, etiam immemorabilis meritò reprobatur, *per tex. in cap. noverint de ſent. excom. & per bullam cœnæ.*

5 Infertur 2. quod Judex Laicus non poteſt detinere Clericorum animalia pro damno dato in bonis Laicorum, quià Clerici ſicut ſunt quoad perſonam immunes, ità etiam quoad bona, *Souſ. in Bull. cœn. cap. 20. diſp. 95. num. 4. Dian. par. 1. tom. 2. reſ. 41. & part. 4. tr. 1. reſ. 8. & 72.* ubi dicit, non poſ- 6
ſe ædiles Clericum compellere, ut domum ruinoſam deſtruat, nè vicinis noceat, neque pœnas pecuniarias extorquere pro plateis mundandis, ubi Clericus degit: quia hæc compulſio facienda eſt per Judices eccleſiaſticos, *Sylu. in ver. Immunitas 1. num. 18. Azor. par. 3. lib. 5. cap. 19. quæſt. 11. Bellet. Diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. 5. §. 2. num. 6.*

Infertur 3. non poſſe Judicem Laicum procedere contra Clericum, qui aſſumpſit habitum clericalem poſt patratum delictum animo ſe ſubtrahendi à ſæculari poteſtate: quia ſicut reus capita- 7 8
lis criminis accuſatus, ſi efficiatur Miles, non remittitur, ſed à Judice militiæ judicandus eſt, *l. qui cum uno §. reus, ff. de Re milit.* ita ſi efficiatur Cleri- 9
cus, qui dicitur Miles cœleſtis militiæ, ab eccleſiaſtico tantùm Judice puniri debet, *Jo. Andr. & alii in cap. 1. de obligat. ad ratiocin. Gennenſ. in Prax. cap. 8. num. 2. Bonacin. de legib. diſp. 10. quæſt. 2. pun. 1. §. 1. num. 16. Dian. par. 1. tract. 2. reſ. 27. Squillan. de Privil. Cleric. cap. 7. num. 107.* ubi dicit, quod Laicus 10
condemnatus in exilium à Judice ſæculari, ſi fiat Clericus, & contraveniat, non à ſæculari, ſed ab eccleſiaſtico Judice punitur.

Obſervant tamen Doctores, poſſe Summum 11
Pontificem non ſolùm delegare Judici Laico cauſas etiam criminales Clericorum cum facultate eos puniendi, ſed etiam tollere prædictum privilegium particularibus Clericis committentibus certa delicta, vel non obſervantibus certas conditiones, *ut colligitur ex cap. 1. de Homicid. in 6. & ex Concilio Tridentino ſeſſ. 23. de ref. cap. 6. vide Bero. conſ. 169. nu. 2. lib. 2. Decian. tract. crimin. par. 1. lib. 4. cap. 9. nu. 66. Boſſ. tract. crim. tit. de for. compet. num. 142. Scacc. de Judic. par. 1. cap. 11. num. 43. Farinac. tract. crim. qu. 8. num. 4. Carol. de Graſſ. d. eff. 1. num. 24. & ſeq.* & 12
tunc Judex, vel Princeps Laicus, cui tales cauſæ delegantur, non cognoſcit jure proprio, ſed uti delegatus, ſeù nomine delegantis, *juxtà textum in cap. ſanè 2. de offic. deleg.*

Obſervant 2. quod Clerici non vi coactiva, 13
ſed vi directiva obligantur communibus ſæcularium Principum legibus, quæ ad bonam Reip. gubernationem, & quietem ſpectant, cujuſmodi ſunt edicta, quibus prohibetur extractio frumenti, vel taxatur pretium rerum; ratio eſt, quia Clerici in communi vitæ ſocietate degentes, ſunt etiam cives, & membra Reip. & ideò ſecundùm na- 14
turalem rationem ea præſtare debent, quæ ad communem Reip. gubernationem neceſſaria ſunt, *ut tradunt Canoniſtæ in cap. Eccleſia, de Conſtit. & in cap. 1. de Nov. oper. nunciat. Legiſtæ in l. cunctos populos, C. de Sum. Trinit. & Summiſtæ in ver. lex. Navar. in man. cap. 23. num. 88. Mart. de Juriſd. part. 4. caſ. 1. num. 33. & 38. & caſ. 2. per tot. Sperell. deciſ. 13. per tot.* ubi dicit, quod in tali caſu obligatio non oritur ex vi legis, ſeù ſtatuti, ſed ex vi juris naturalis, quo cogimur res vendere juſto pretio; quemadmodum tempore penuriæ Clerici non quidem vi edicti Magiſtratus Laici, ſed vi rationis naturalis, & ex debito charitatis abſtinere tenentur ab extractione frumenti tamquàm pars Reipublicæ, quæ in tali neceſſitate cum toto concordare debet; itaque ratio naturalis, vel Divina eſt, quæ poſito ſtatuto Clericos dirigit, non autem lex Principis, *Dian. reſol. mor. par. 1. tract. 2. reſ. 8. & 72.* ubi ſubdit, quod Clerici contravenientes puniri poſſunt ab Epiſco-

po,

po, non quidem pęna à ſtatuto impoſita, ſed alia arbitraria; & ſi vendant frumentum ultra pretium juſtè à Republica taxatum, peccant mortalitèr, ſicut Laici, & tenentur ad reſtitutionem, *vide Soc. lib. 1. de Juſtit. quæſt. 6. art. 7. Bellarmin. lib. 1. de Cleric. cap. 28. Suar. lib. 3. de legib. cap. 34. Layman. in Theol. mor. lib. 1. tract. 4. de legib. cap. 13. num. 1. & ſeq. Car. de Graſſ. de effect. Clericat. eff. 2. num. 224.* quod intelligendum eſt, dummodò leges hujuſ-
15 modi non faciant expreſſam mentionem de Clericis, aut eorum bonis, *Layman. loco cit.* ubi dicit, quod Eccleſia non recipit, ſed reprobat eas ſæcularium Principum leges, quæ de Eccleſiaſticis, bonis, aut perſonis ſpeciatim decernunt pręcipiendo, vetando, etiamſi Eccleſiæ faveant, aut patrocinium continere videantur: quia ejuſmodi legibus prætenditur directa Laicorum Principum juriſdictio ſuper Eccleſiaſticos, cum leges ferre juriſdictionis actus ſit; talis autem uſurpatio poteſtatis immunitati eccleſiaſticæ repugnat; quare majus Eccleſiæ præjudicium infertur, quàm commodum, *Abb. in d. cap. Eccleſia num. 10. de Conſtit. Ang. in ver. lex. num. 5. Suar. lib. 3. de legib. cap. 34. num. 13. & lib. 4. Defenſ. fid. cap. 16. num. 7. Mart. de juriſd. par. 4. caſ. 1. num. 39. & ſeq.* ubi dicit, quod leges civiles Romanorum Imperatorum *in tit. de Sacroſ. Eccleſ. & in aliis titulis*, in quibus mentionem faciunt de Clericis, vel Eccleſiis, nullius ſunt roboris, vel momenti, *Abb. in cap. Eccleſia S. Mariæ num. 10. de Conſtit. & ibi Felin. num. 4. & Dec. num. 88. Clar. in §. Emphiteuſis qu. 28. num. 7. verſ. Nec dicatur 8. Sperell. dec. 59. num. 3.*

16 Aliæ verò leges civiles, quæ juri canonico non contradicunt, ſervandæ ſunt etiam in foro eccleſiaſtico ex tacita approbatione Summi Pontificis, *cap. 1. de non. oper. nunciat. cap. 1. de juram. calum. cap. ut inquiſitionis, de Hæret. in 6. Layman. d. cap. 13. num. 5. Rota coram Bichio deciſ. 625. num. 20. Car. de Graſſ. de effect. clericat. eff. 2. num. 224. & 264.* ubi ait, quod cauſæ Clericorum, & Eccleſiæ decidendæ, & terminandæ ſunt ſecundùm jus civile in defectu juris canonici.

17 Cenſentur autem juri canonico contradicere leges illæ, quæ pænales ſunt, & coactivam vim continent, ut ſi infirment contractum, aut reddant aliquem inhabilem ad contrahendum in pænam criminis ab ipſo, ſeu ejus majoribus commiſſi; & ideò Clericos non compræhendunt, *Navar. conſ. 43. num. 5. de Conſtit. edit. 2. ubi de communi teſtatur, Suar. lib. 4. Defenſ. fid. cap. 16. num. 21.* idemque dicendum de legibus civilibus continentibus ſum-
18 mum rigorem: quià nec iſtæ ſervandæ ſunt in foro eccleſiaſtico, cum ſaltem tacitè juri canonico, ſeù potiùs juris canonici æquitati repugnent; undè
19 Clerici in foro eccleſiaſtico non puniuntur pænis legalibus, ſed mitioribus, *Hoſtien. in cap. fin. num. 11. de ſolut. Innoc. in cap. ad reprimendum, de offic. Jud. ordin. Felin. in cap. Eccleſia, num. 25. de conſtit. Mart. de Juriſd. part. 4. caſ. 19. num. 7. & ſeq. Covar. pract. quæſt. cap. 33. Vaſq. de ſucceſſ. tom. 1. lib. 3. §. 26. num. 71. Bichim deciſ. 625. num. 20. & 21.* ubi rectè advertit, quod approbatio Papæ relata *in d. cap. 1. de Novi oper. nunciat. cap. 1. de juram. calum. cap. ut inquiſitionis, & Hæret. in 6.* non porrigitur ad leges civiles poſteà latas, neque ad leges Regum, & aliorum Principum, & multo minus ad ſtatuta locorum.

20 Obſervant tertio poſſe Judicem Laicum, ſivè ejus Miniſtros capere Clericum in illis tribus caſibus, videlicèt ſi Clericus in fragranti crimine fuerit inventus, vel ſi probabilitèr præſumatur ad delinquendum incedere, vel etiam poſt delictum commiſſum, animo eum præſentandi Superiori eccleſiaſtico, dummodò in continenti præſentent, quatenùs poſſint; ſi verò non poſſent præſentare ob aliquod rationabile impedimentum, Clericus ſic captus non eſt detinendus in carceribus Judicis Laici ultrà ſpatium 20. horarum; *Pereg. de Immun. Eccleſ. cap. 16. num. 37. Gom. var. tom. 3. cap. 4. num. 3. Oliban. de Jure fiſc. cap. 14. num. 104. Duard. in Bull. cæn. lib. 2. can. 19. quæſt. 7. num. 2. Cened. in qq. can. quæſt. 4. num. 14. Pereir. de man. reg. cap. 10. num. 6. Graſſ. in Deciſ. par. 1. lib. 4. cap. 18. num. 152. Bellet. Diſquiſ. cleric. par. 1. tit. 3. §. 11. num. 1. & tit. 2. §. 2. num. 37. Genuenſ. in Prax. cap. 27. num. 8. Bobadil. in Polit. lib. 2. cap. 18. num. 50. Souſ. in Bull. cæn. cap. 16. diſp. 82. num. 9.* ratio prædictæ concluſionis eſt, quià cum in his caſibus repentinis non poſſit opportunè conſuli Judex eccleſiaſticus, nec ab eo impetrari mandatum, præſumitur tacita ejuſdem Judicis eccleſiaſtici voluntas, & conſenſus, ut evitentur delicta, & nè illa remaneant impunita: præ-
ſertim quià tunc à jure cenſetur cuilibet data talis 21
poteſtas, *l. raptores, C. de Epiſc. & Cler. Suar. contrà Reg. Angl. lib. 4. cap. 34. num. 15. Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 11. num. 9. Farinac. quæſt. 8. num. 122. Clar. in Pract. crimin. quæſt. 28. num. 6. Dian. part. 5. tract. 1. reſol. 22.*

Secùs eſſet in aliis caſibus, in quibus non urgeret tanta neceſſitas: quià tunc Miniſtri Laici non poſſunt Clericum capere abſque expreſſa licentia Superioris eccleſiaſtici, alioquin incurrerent excommunicationem in Bulla cęnæ contentam, *Megal. in 3. par. lib. 3. cap. 11. num. 7. Mart. de juriſd. part. 4. caſ. 42. num. 18. Dian. par. 1. tract. 2. reſ. 11. & 12.*

Notandum tamen eſt, quod Judex Laicus 22
non poteſt eo caſu Clericos armis prohibitis privare, ſicut Laicos, quià ſic aliquam in Clericos exerceret juriſdictionem; & ideò ea reſtituere debet eiſdem Clericis, vel ad eccleſiaſticum Judicem tranſmittere, *Layman. lib. 4. tract. 9. cap. 4. num. 7.* quidquid in contrarium aſſerant *Covar. lib. 2. var. cap. 10. propè fin. Clar. in pract. crim. qu. 36. num. 26.*

Obſervant quarto quod Clerici quoad ordi- 23
natoria Judicii ligantur ſtatutis loci, ubi lis ventilatur, *Felin. in cap. Eccleſia, num. 51. verſ. tertius caſus eſt, de Conſtit. Alciat. in tr. de Præſumpt. reg. 3. præſumpt. 44. num. 17. Seraphin. de Privil. juram. privil. 77. num. 25. Vulpell. in tr. de libert. Eccleſ. p. 2. num. 12. Gail. obſervat. 32. num. 10. lib. 2. latè Car. de Graſſ. d. eff. 2. num. 132. & ſeq.* ubi dicit, quod ritus Regni practicatur in utroque foro.

Limita quando ſtatuta hujuſmodi tollerent 24
ea, quæ Clericis competunt de jure communi, quià tunc eſſent contra libertatem eccleſiaſticam, & non ligarent Clericos, ut sì ſtatutum limitaret tempus ad dicendum de nullitate, vel reſtringeret tempus præſcriptionis contrà jus commune, *Bald. in l. data opera, num. 59. C. qui accuſ. non poſſ. Vant. in tr. de Nullitat. in tit. Quot. & intrà quod temp. num. 8. latè Mart. de juriſd. part. 4. caſ. 48. per tot. & caſ. 31. num. 15. & ſeq.* ubi amplius dicit, quod ſtatutum non poteſt excludere nullitatem, quæ opponitur excipiendo, aut quæ provenit ex defectu citationis.

Addit *Mart. d. par. 4. caſ. 32. num. 7. & ſeq.* 25
quod ſi Clericus litiget coram Judice ſæculari, attendi debet jus canonicum etiam quoad inſtantiam cauſæ, quæ ſecundùm idem jus non expirat

triennio, prout expirat ſecundùm jus civile: etiamſi inſtantia cauſæ numeretur inter ordinatoria judicii, *vide Anchar. in cap. eu quæ in 26. qu. de Reg. jur. in 6. Aufrer. de Poteſtat. ſæcul. in reg. 2. poſt nu. 39.*

26 An verò inſtantia contrà laicum inchoata coram Judice ſæculari, tranſeat in Clericum ejus hæredem? Reſp. negativè, *Bald. in cap. in præſentia num. 9. de Probat. Burgn. deciſ. 8. num. 1. Rot. deciſ. 5. de for. compet. in antiq. Murt. de juriſd. d. par. 4. caſ. 33. num. 5. ubi de communi teſtatur, Maran. de ordin. Judic. par. 5. in princip. num. 12. & ſeq.* ubi dicit, quod inſtantia cœpta cum defuncto Laico, non continuatur in hæredem Clericum, quià ratione privilegii illa inſtantia jam finita eſt, & debet de novo inchoari coram Judice eccleſiaſtico; quidquid in contrarium aſſerant, *Surd. deciſ. 110. Aufrer. d. reg. 2. fallen. 6. Vivi. lib. 2. commun. opin. 48. ver. Clericus Gaill. lib. 1. obſerv. 37. nu. 9. Jaſ. in auth. quas actiones num. 39. C. de Sacroſ. Eccleſ. Alex. in l. ſi conſtante §. fin. ff. ſolut. matrim.*

S V M M A R I V M.

1 *Clerici omnes etiam primæ tonſuræ ſunt exempti ab oneribus laicalibus.*
2 *Mutata perſona, mutatur conditio rei.*
3 *Bona patrimonialia, ad quorum titulum Clericus fuit ſacris initiatus, habent privilegia, quæ à jure conceduntur bonis Eccleſiaſticis.*
4 *Clerici habentes emphiteuſim à Laico, non poſſunt collectari.*
5 *Statuta, & conſuetudines contra libertatem eccleſiaſticam, nullius ſunt roboris, & momenti.*
6 *Imponentes onera perſonis eccleſiaſticis, & ea exigentes etiam à ſponte dantibus, incidunt in excommunicationem Papæ reſervatam; limitatur num. ſeq.*
7 *Quilibet Sacerdos approbatus poteſt abſolvere ab excommunicatione non reſervata.*
8 *An Clericus coniugatus teneatur ad datia, & gabellas.*
9 *Et an teneatur ad onera perſonalia, & num. 19.*
10 *An Clericus feudatarius teneatur ad collectas per Principem impoſitas.*
11 *Conſuetudines feudorum ligant Clericos in caſibus à Papa approbatis.*
12 *Feudatarius, qui præſtat militare ſervitium, ad collectas non tenetur.*
13 *An Clericus teneatur ad collectas pro rebus ſibi cum tali onere venditis, vel legatis.*
14 *Quando Clericus negotiator teneatur ad gabellas.*
15 *Quid requiratur ad hoc, ut Clericus dicatur negotiator.*
16 *Clericus negotiator compellendus eſt ad ſolutionem gabellæ per Judicem eccleſiaſticum.*
17 *An &, quando Clerici teneantur contribuere in expenſis, quæ à Laicis fiunt propter utilitatem, vel neceſſitatem publicam.*
18 *Quando Clericus teneatur ad onera realia.*
19 *Clerici, etiam coniugati non tenentur ad onera perſonalia limitatur num. 21.*
20 *Quænam dicantur onera perſonalia.*
21 *Clerici, qui utuntur opera Medici, Magiſtri grammaticæ &c. tenentur ad mercedes eiſdem ſolvendas.*
22 *An, & quando Clerici teneantur ad tributa.*
23 *Quilibet eſt rei ſuæ moderator, & arbiter.*
24 *Collectæ imponuntur perſonis pro rebus.*
25 *Fratres, intèr quos eſt Clericus, habentes patrimonium indiviſum, non tenentur ad collectas, nec ad alia ſimilia onera.*
26 *Judex eccleſiaſticus poteſt cogere Laicos ad dividendum bona communia cum Clerico.*
27 *An filii legitimi Clericorum ſint immunes à gabellis, & collectis.*
28 *An coloni, & emphiteutæ Eccleſiæ, vel Clericorum teneantur ad collectas.*
29 *Quando agitur de utili dominio Eccleſiæ, vel Clericorum, cauſa eſt agitanda coram Judice eccleſiaſtico.*
30 *In opinionum conflictu ea eligenda eſt, quæ favet Eccleſiæ.*
31 *Immunitas à gabellis conceſſa Clerico venditori prodeſt etiam Laico emptori.*
32 *An famuli Clericorum, vel Eccleſiæ miniſtri gaudeant privilegio Clericis, vel Eccleſiæ conceſſo.*

C A P. II.

De Immunitate, & Exemptione Clericorum à Gabellis, & aliis exactionibus.

Dico 1. quod Clerici omnes etiam primæ tonſuræ ab hujuſmodi oneribus ſunt immunes, etiamſi non habeant requiſita Concilii Tridentini *ſeſſ. 23. de ref. cap. 6.* quià Concilium ibi ſolùm abſtulit privilegium fori, non autem cætera privilegia, quæ Clericis competunt de Jure communi, *ut declaravit Sac. Congregatio teſte Comitol. in Reſponſ. moral. lib. 6. qu. 20.* Clericos verò etiam primæ tonſuræ de Jure communi eſſe exemptos à gabellis, vectigalibus, & aliis oneribus, etiam quoad bona propria, ſeu patrimonialia, etiam acquiſita ex teſtamento, donatione, emptione, aut alio quovis titulo, conſtat *ex textu in cap. non minus, & cap. adverſus, de Immunit. Eccleſ. cap. quamquam, de cenſ. in 6. Bertach. de Gabell. 7. par. num. 12. Guid. Pap. deciſ. 385. Covar. pract. quæſt. cap. 31. num. 9. Molin. de Juſt. lib. 2. cap. 33. dub. 5. num. 38. Bero. conſ. 31. vol. 1. Ricc. in Prax. for. Eccleſ. part. 4. reſ. 459. Gutier. pract. quæſt. lib. 3. quæſt. 3. Garz. de Benef. par. 2. cap. 3. num. 5. Lea in Theſaur. for. Eccleſ. cap. 38. num. 123. Piaſec. in Prax. Epiſc. part. 2. cap. 4. num. 58. Squillan. de Privil. Cleric. cap. 8. num. 7. Tolet. in Sum. lib. 1. cap. 29. Dian. reſol. mor. part. 4. tract. 1. reſ. 32. Rota in Valentina gabellæ 10. Octobris 1598. coram Orano, & in Brunduſina gabellæ 3. Februarii 1604. coram Penia, & in aliis paſſim*: hæc enim onera corruunt ſtatim ac bona perveniunt ad Clericum; 2
mutata enim perſona, mutatur conditio rei, *Abb. in cap. ex litteris, nu. 12. de Vit. & honeſt. Cleric. Bero. conſ. 31. num. 15. & ſeq. lib. 1. Fercte. conſ. 167. num. 11. Guid. Pap. deciſ. 382. Barboſ. in cap. non minus, nu. 4. de Immun. Eccleſ. & de offic. & pot. Epiſc. par. 2. alleg. 19. num. 91.* ubi etiam obſervat, quod bona patri- 3
monialia, ad quorum titulum Clericus ordinatus fuit, habent privilegia, quæ à Jure conceduntur bonis eccleſiaſticis, *Menoch. remed. 5. recup. num. 21. Antonin. var. reſol. lib. 1. reſ. 88. Gratian. diſcept. for. cap. 159. num. 27. Duard. in Bull. cœn. lib. 2. cap. 18. quæſt. 5. num. 17. Sanch. in Opuſc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 36. Lotter. de re benef. lib. 1. qu. 2. num. 27. & 36. Cevall. commun. con. commun. quæſt. 527. num. 4. Cened. pract. quæſt. lib. 1. qu. 11. num. 6. Ciarlin. controv. forenſ. cap. 22. num. 48. Vulp. in Prax. judic. Eccleſ. cap. 17. num. 24. Murt. de juriſd. part. 4. caſ. 13. num. 10.* ubi dicit, quod Clerici habentes emphiteuſim à 4
Laico non poſſunt collectari, quià & ſi habeant utile

Digitized by Google

5 utile dominium, non tamen ſunt ſubditi; Undè
quoad hoc non ſunt attendenda ſtatuta, neque
conſuetudines locorum etiam immemorabiles ali-
tèr diſponentes, tum quia ſunt contra libertatem,
& immunitatem eccleſiaſticam, & ideò nullius ro-
boris, & momenti, *cap. fin. de conſuet. d. cap. quam-
quam, de cenſib. in* 6. tum quia in Bulla Cœnæ *verſ.
non obſtantibus privilegiis &c.* hujuſmodi conſuetudi-
nes, etiam immemorabiles expreſsè reprobantur,
6 ac tolluntur, ultrà excommunicationem Papæ re-
ſervatam, in quam incidunt imponentes hujuſmo-
di onera perſonis eccleſiaſticis, ac ea exigentes, aut
ſic impoſita etiam à ſpontè dantibus recipientes,
ut ex d. Bulla can. 18. *verſ. quivè collectas &c. Bellett.
Diſquiſ. Cleric. par.* 1. *tit. de exempt. Cleric. & eorumdem
bonorum à muner. public.* §. 1. *num.* 1. *&* §. 2. *num.* 11.
Ricc. in Prax. par. 2. *reſ.* 183. *Bonacin. de cenſur. in
par. diſp.* 1. *qu.* 19. *pun.* 1. *num.* 1. *& ſeq. Pignatell. to.*
2. *conſult.* 48. *num.* 7. ubi dicit quod Laici, qui au-
dent collectas, ſeu gabellas à Clericis exigere, co-
gendi ſunt cenſuris ad eas reſtituendas: in hac enim
materia immunitatis per viam cenſuræ, non au-
tem capturæ perſonalis procedendum eſt, *prout
cenſuit Sac. Congregatio super controverſiis juriſdictiona-
libus in una Verniana* 14. *Novembris* 1626. *teſte Sperell.
deciſ.* 42. *num.* 6. *vide Mart. de Juriſd. par.* 4. *caſ.* 1.
Nav. in man. cap. 27. *num.* 61. *&* 128. *& conſ.* 6. *num.*
8. *de cenſib. Squillan. de Privil. Cleric. cap.* 8. *num.* 3. *&
ſeq. Quarant. in ver. vectigal. verſ. ut autem &c.* ubi
ſubdit, quod ſi in impoſitione Collectarum nulla
7 facta eſſet mentio Clericorum, & exactores indi-
ſtinctè exigerent tàm à Clericis, quam à Laicis,
tunc dicti Exactores inciderent in excommunica-
tionem contentam *in d. cap. quamquam, de cenſib. in* 6.
quæ non eſt reſervata; & ideò quilibet Sacerdos
approbatus prævia ſatisfactione poſſet abſolvere,
cap. nuper, de ſent. excom.

8 Limitatur prædicta Concluſio in Clerico
Conjugato etiam cum unica, & virgine: hic enim
tenetur ad datia, & gabellas, quia præter privile-
gium fori, & Canonis, in reliquis de eo judicatur
uti de Laico, niſi aliter de conſuetudine ſervetur,
cap. unic. ubi gloſ. in ver. cæteris de Cleric. conjug. in 6.
Abb. in cap. ex litteris, num. 8. *& ſeq. de Vit. & hon.
Cleric. Guid. Pap. deciſ.* 83. *&* 383. *Vulp. in Prax. ju-
dic. cap.* 40. *num.* 5. *Mart. de juriſd. par.* 4. *caſ.* 153.
num. 12. Executio tamen contra Clericum conju-
gatum in tali caſu ſpectat ad Judicem Eccleſiaſti-
cum: Clericus enim conjugatus neque civiliter,
neque criminaliter trahi poteſt ad judicium ſecula-
re *d. cap. unic. de Cleric. conjug. in* 6. *Pignatell. tom.* 2.
conſ. 42. *num.* 10. *Squillant. de Privil. Cleric. cap.* 8.
9 *num.* 9. ubi dicit, quod Clericus conjugatus gau-
det etiam immunitate quoad onera perſonalia; de
quibus infrà agemus.

10 Limitatur 2. quando Princeps Laicus imponit
collectam Vaſſallis ſuis pro feudis, & locis, quæ
ab eo tenent: quia ſi Clericus feuda, vel loca ab
eo teneat, eo caſu teneretur ad collectas, *Ricc. in
prax. par.* 3. *reſ.* 133. *Sbrozz. lib.* 2. *qu.* 26. *num.* 25.
Barboſ. in cap. verum, num. 5. *de for. compet. Squillant.
de Privil. Cleric. cap.* 7. *dub.* 14. *num.* 104. Receptiſſi-
11 ma enim eſt opinio inter ſcribentes, quod conſue-
tudines feudorum Clericos, & quoslibet Eccleſia-
ſticos ligant in caſibus à Papa approbatis tacitè,
vel expreſsè, *Hoſt. Butr. & Abb. in cap. quod Clerici,
de for. compet. Clar. in* §. *feudum, qu.* 3. *verſ. ſed nun-
quid &c. Curt. jun. in tract. de feud. par.* 1. *qu.* 2. *&
conſ.* 177. *num.* 10. *Michael. Graſſ. lib.* 2. *com. opin. in
ver. feudum; qu.* 2. *Matthæſil. in tract. com. opin. in ver.
feudum, num.* 4. *Intrigliol. in tract. de feud. qu.* 14. *Schrad.
de feud. par.* 1. *qu.* 2. *ubi de communi teſtantur;* non ta-
men ſubiiciuntur novis Principum Sæcularium
conſtitutionibus, & pragmaticis, *Mart. de juriſd.
par.* 4. *caſ.* 17. *num.* 9. *& caſ.* 16. *num.* 1. *& ſeq. & caſ.*
10. *num.* 13. ubi ſubiicit, quod ad collectas non te- 12
nentur feudatarii, qui præſtant militare ſervitium,
nè duplici onere graventur.

Limitatur 3. ſi Clerico legata, vel vendita 13
fuerit res cum onere ſolvendi collectas: quià tunc
etiam teneretur eas ſolvere, vel rem dimittere, *ſe-
cundùm Felin. in cap. Eccleſia, num.* 77. *de Conſtit. Ja.
Andr. in cap. non minus, de Immun. Eccleſ. Abb. conſ.* 26.
lib. 1. *Paul. de Caſtr. in l. ſi negotium,* §. *fin. ff. de Negot.
geſt. Azor. tom.* 1. *Inſtit. mor. lib.* 5. *cap.* 13. *Ricc. in
Prax. par.* 3. *reſ.* 133. *Mart. de juriſd. par.* 4. *caſ.* 14.
Vulp. in Prax. judic. cap. 17. *num.* 14. *Cur. de Graſſ. de
effect. clericat. eff.* 3. *num.* 274. *& ſeq. Layman. in Theo-
log. mor. lib.* 4. *tr.* 9. *cap.* 5. *num.* 4. quamvis alii con-
trarium ſentiant aſſerentes, Clericis non licere tali
contractui aſſentiri abſque conſenſu Summi Pon-
tificis, *ità Megal. conſ.* 18. *quem refert, & ſequitur
Squillant. de Privil. Cleric. cap.* 8. *num.* 57.

Limitatur 4. in Clerico negotiatore: hic enim 14
non eſt immunis à ſolvendis gabellis, *cap. quam-
quam, de cenſib. in* 6. quod intelligendum eſt, poſt-
quàm ab Epiſcopo ter monitus fuerit; quià antè
monitionem non amittit privilegium immunita-
tis, licèt interim peccet, cum faciat contrà Sacros
canones, *Lopez inſtruct. par.* 2. *cap.* 41. *Sonſ. in Bull.
Cœn. c.* 19. *diſp.* 92. *num.* 3. *in fin. Rodriq. in Sum. tom.*
2. *c.* 75. *num.* 11. *Ledeſm. in Sum. tom.* 2. *tract.* 17. *c.* 2.
concl. 17. *Molfeſ. in Sum. tom.* 2. *tract.* 12. *c.* 22. *num.*
173. *Leſſ. lib.* 2. *c.* 33. *dub.* 3. *num.* 23. *Reginald. tom.* 1.
lib. 9. *c.* 25. *num.* 379. *Mart. de juriſd. par.* 4. *caſ.* 3.
num. 5. *& ſeq. Homobon. de Bon. in conſultat. caſ. con-
ſcien. par.* 2. *reſp.* 111. *Pereira de manu reg. par.* 2. *c.* 24.
num. 35. *Dian. par.* 4. *tr.* 1. *reſ.* 28. *& par.* 3. *tr.* 1. *reſ.*
44. *latè Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par.* 2. *all.* 13. *nu.*
8. *& ſeq.* ubi dicit, quod, ut Clericus quoad hunc
effectum dicatur negotiator, duo copulativè re-
quiruntur, videlicèt ut rem vendat, non ex pro- 15
pria re ortam, ſed ab alio comparatam: ſecundo ut
eo fine emerit, ut cariùs venderet, quorum altero
deficiente, deficit quoque negotiatio, *Genuenſ. in
Prax. cap.* 62. *num.* 9. *Ricc. in Prax. par.* 1. *reſ.* 328.
Vulp. in Prax. judic. cap. 33. *Quarant. in ver. Vectigal.
ver. ſecundò animadvertimus &c. Card. de Lugo de Juſtit.
tom.* 2. *diſp.* 26. *ſect.* 3. *num.* 26. *Covar. pract. cap.* 31.
num. 8. *Clar. in Pract. crimin. lib.* 5. §. *fin. qu.* 82. *Sta-
tut.* 7. *circa blada, verſ. ſed pone &c.* Unde Clericus
non dicitur negotiator, nec tenetur ſolvere gabel-
lam, ſi rem emptam pro ſuæ domus uſu, poſteà ca-
riùs vendat, ſivè vendat propter aliquam neceſſita-
tem, ſivè quià in aliqua parte ſibi ſuperſit, *Marta de
juriſdict. par.* 4. *centur.* 1. *caſ.* 3. *nu.* 12. *& communem dicit
Sperell. deciſ.* 94. *nu.* 15. ubi addit, quod in hoc ſtatur
Clerici juramento, *Navar. in man. cap.* 25. *nu.* 110.
verſ. Clericus verò &c. ubi etiam obſervat, quod jura
prohibentia hujuſmodi negotiationem, loquuntur
de Clericis Beneficiatis, vel conſtitutis in Sacris
ordinibus, non autem in minoribus, *Rolan. conſ.*
71. *num.* 25. *vol.* 4. *Squillant. de Privil. Cleric. cap.* 8. 16
dub. 1. *num.* 33. ubi dicit, quod Clerici in caſu illi-
citæ negotiationis ſunt compellendi ad ſolutionem
gabellæ per Judicem eccleſiaſticum, non autem
per Judicem ſæcularem.

Dico 2. quod Clerici in expenſis, quæ à Laicis
fiunt propter utilitatem, vel neceſſitatem publi- 17
cam, non tenentur contribuere, niſi in ſubſidium,

quan-

Digitized by Google

quando ſcilicet facultates Laicorum non ſuppetunt : quo caſu ultrà Cleri conſenſum requiritur approbatio Epiſcopi , & priùs conſuli debet Summus Pontifex , *cap. adverſus , ubi DD. de Immun. Eccleſ.* quod procedit, ſivè agatur de communibus neceſſitatibus , & vtilitatibus , quæ principalitèr ipſos Laicos reſpiciunt, & remotè , & per conſequentiam Clericos , quales ſunt expenſæ , quæ fiunt in reparationem pontium , viarum , murorum &c. ſivè agatur de neceſſitatibus æquè reſpicientibus Clericos , & Laicos , ut ſi peſtis ſæviat , aut hoſtes invadant Civitatem, vel ejus Territorium, in quo etiam Eccleſiaſtici habent prædia, *Souſ. in Bull.Cæn. cap. 19. diſp. 92. num. 2. Gratian. diſcept. for. cap. 390. num. 19. tom.2. latè Mart. de juriſd. par. 4. caſ. 1. num. 48. & ſeq.* ubi dicit , quod prædicta onera ſpectant ad Laicos , *per textum in cap. non minus , de Immun. Eccleſ.* & ideò Clerici ad ea non tenentur , niſi in ſubſidium , ut ſupra , hoc eſt diſcuſſis priùs bonis non ſolùm Communitatis , & Univerſitatis , ſed etiam ſingulorum Civium , *& ità declaravit Clemens VIII. prout refert Mart. loco cit. num. 52.* ubi addit , quod hæc cognitio ſpectat ad Epiſcopum , *Dian. par. 5. tract. 1. reſ. 11. Pignatell. tom. 3. conſ. 15. num. 33.*

Si verò tanta eſſet neceſſitas , ut non poſſit ſinè ſcandalo , & periculo recurſus priùs haberi ad Summum Pontificem , tunc ſufficeret deliberatio Cleri cum Epiſcopo , *Sylv. in ver. Immunitas 1. num. 20. Layman. in Theol. mor. lib. 4. tr. 9. cap. 6. num. 6. Souſ. in Bull. Cæn. c. 19. diſp. 42. num. 6. Bellett. Diſquiſ. Cleric. p. 1. tit. 5. §. 2. num. 12. Aiter. de Cenſur. tom. 1. diſp. 19. lib. 6. cap. 6. dub.* 8. quod contingere poteſt in exactione , quæ ad unum actum , vel ad breve tempus fit ; nam ſi longiori tempore ſit duratura , licèt in caſu neceſſitatis , ut ſuprà poſſit inchoari inconſulto Summo Pontifice , tamen ad illius continuationem neceſſariò conſulendus erit Summus Pontifex , *Caſtr. Palam. to. 2. tr. 12. diſp. un. pun. 9. Suar. contrà Regem Angliæ lib. 4. cap. 25. quem refert , & ſequitur Dian. part. 7. tr. 1. reſ. 20. & par. 5. tr. 1. reſ. 15. & par. 1. tr. 2. reſ. 39. & 134.*

Notandum eſt autem , quod Clerici in tali caſu tenentur cõferre pro modo prediorum uniuſcujuſque , ſicùt tenentur Laici *l. reſcripto , §. fin. l. munerum , §. patrimonii , ff. de mun. & hon. l. 2. C. de mun. publ. l. fin. C. de Immun. nemin. conced. Guid. Pap. conſ. 7. num. 3. Anchar. in cap. 1. de Immun. Eccleſ. in 6. Pariſ. conſ. 25. num. 74. vol. 1. Rip. reſp. 20. num. 2. lib. 2. Natt. conſ. 183. & 215.* non tamen ſecundùm valorem rerum , ſed ſecundùm earum reditum , *latè Mart. de Juriſd. par. 4. caſ. 9. num. 25. & ſeq.* nec ſufficeret deliberatio ſolius populi , ſed oportet , ut Clerus , & Populus ſimul conveniant , & deliberent : quià quod omnes tangit , ab omnibus debet approbari , *clem. 1. & 2. de cenſib. cap. ad hoc , de offic. Archid. Sylv. in d. ver. Immunitas 1. nu. 20. Tabien. in ver. excommunicatio 5. caſ. 18. num. 4. Molin. de Juſt. tom. 3. diſp. 672. num. 5. concl. 3. Megal. par. 3. lib. 2. cap. 17. qu. 6. num. 121. Mart. de Juriſd. par. 4. caſ. 1. num. 50. & caſ. 10. num. 18. & ſeq. & alii apud Dian. par. 1. tr. 2. reſ. 41.* ubi dicit , quod ſi Clerici in tali caſu ſinè legitima cauſa nollent conſentire , poſſunt Laici implorare auxilium Superioris Eccleſiaſtici , ut eos compellat .

Dico 3. quod ad onera realia tenentur etiam
18 Clerici , dummodò ſint certa , perpetua , & invariabilia , ac bonis proptèr bona , non autem proptèr perſonas impoſita, *ut eſt commun. Doctorum ſenſus.*
19 Dixi , *ad onera realia* , ut excluderem onera perſonalia , ad quæ Clerici etiam conjugati nullo
modo tenentur , qualia ſunt ea , quæ imponuntur
per capita Subditorum , non habito reſpectu ad
patrimonium , ut pro taxa Salis , pro ſalario Præ- 20
toris, Medici , Magiſtri grammaticæ , Satellitum,
cæterorumque Officialium , *Boſſ. in tit. de Princip.
num. 100. Ruin. conſ. 111. num. 12. lib. 5. Burſat. conſ.
16. num. 31. vol. 1. Pignatell. tom. 2. conſ. 42. num. 16.
Squillan. de Privil. cleric. cap. 8. num. 9.* niſi Clerici
uſi fuerint opera Medici , Magiſtri grammaticæ ,
tunc enim tenerentur ad ſolutionem dictorum 21
onerum , ſeu potiùs ad mercedes Medici, Magiſtri
grammaticæ &c ad quas omnes tenentur de jure
Divino , *juxtà illud , dignus eſt operarius mercede ſua ,
cap. 1. de Sepult. clem. 2. §. verum , eod. tit. in 6. Burſat. conſ. 42. num. 15. vol. 1. Natt. conſ. 311. num. 1.
& conſ. 280. num. 6. lib. 2. Caſtrenſ. conſ. 424. lib. 2.
Car. de Graſſ. de effect. clericat. eff. 3. num. 271. Vulp. in
Prax. judic. cap. 17. num. 11. & cap. 18. num. 7.* ubi
ſubdit , quod in his , & ſimilibus caſibus Clerici
cogendi ſunt ab Epiſcopo .

Item ſi mittant animalia ad paſcua Communitatis , tenentur ſolvere mercedem , proùt alii , ac etiam tenentur pro damno dato ab eorum animalibus , *Purpurat. conſ. 324. num. 10. lib. 1. Ricc. in Prax. for. Eccleſ. par. 3. reſ. 133. & in Collect. dec. 165.* niſi paſcua hujuſmodi eſſent communia Civibus : quià tunc Communitas prætendere non poſſet aliquam mercedem , nec prohibere , nè Clericorum animalia ibi paſcant, cum etiam Clerici ſint Cives, *Paul. de Caſtr. conſ. 257. vol. 2. Socin. jun. conſ. 80. Bertr. conſ. 92. par. 3. Vulp. in Prax. judic. cap. 18. nu. 11. & ſeq.* ubi id extendit non ſolùm ad Clericos originarios, ſed etiam ad alienigenos , qui beneficium curatum poſſident , vel aliud cum onere reſidendi , *vide quæ latiùs diximus in tract. de Regim. Eccleſ. lib. 4. cap. 5. per tot.*

An verò Clerici teneantur ad tributa ? Reſp.
quod aut hæc impoſita fuerunt à Principibus Sæ- 22
cularibus per eorum ſtatuta ſuper bonis , & prædiis exiſtentibus in Territorio , & tunc non afficiunt Clericos ex defectu juriſdictionis , & poteſtatis , *Bart. in l. hæres abſens , ff. de Judic. Ruin. conſ. 117. num. 41. lib. 4. ubi de communi teſtatur , Aret. conſ. 133. Sal. in l. placet, C. de Sacroſ. Eccleſ. Bero. conſ. 150. num. 19. vol. 3. Germon. de Sac. Immun. lib. 3. cap. 17. num. 65. & ſeq. Jo. de Amic. conſ. 146. num. 5. Graſſ. in com. op. lib. 1. cap. 18. qu. 1. Squillant. de Privil. Cleric. cap. 8. num. 34. & ſeq.* Aut bona ſunt affecta, ſeu obligata pacto Civium expreſſo , ut ſi Cives promiſerint perpetuò pro ſe, & ſuis Succeſſoribus ſolvere tributum , ſeu certum onus , & tunc Clerici , ad quos hujuſmodi bona perveniunt , tenentur : quia tale onus non provenit ex diſpoſitione publica , ſed ex diſpoſitione privata , ideſt ex obligatione , & hypotheca inducta per Cives , quos potuiſſe hoc onus imponere , certum eſt , cum quilibet
rei ſuæ ſit moderator , & arbiter , *l. in re mandata ,* 23
*C. mandat. Car. de Graſſ. de effect. clericat. eff. 3. num.
165. & ſeq. Dian. par. 3. tr. 1. reſ. 17.*

Dixi , *bonis proptèr bona , non autem proptèr per-
ſonas impoſita* , ut excluderem collectas, & alia ſimi- 24
lia onera , ad quæ Clerici minimè tenentur , *ut ſu-
prà diximus* : quià hæc imponuntur perſonis pro rebus ; & ideò non ſubditis imponi nequeunt , *Bart. in l. reſcripto , §. fin. num. 4. ff. de muner. & honor. & conſ. 180. num. 3. vol. 1. Gabr. commun. concluſ. lib. 6. tit. de Jure Immun. concl. 2. num. 3. Everard. conſ. 42. in princ. Nevizan. conſ. 66. num. 16. Burſat. conſ. 16. num 3. vol. 1. Mart. de Juriſd. par. 4. caſ. 1. num. 42.*

Queres , an fratres , intèr quos eſt Clericus
habentes patrimonium indiviſum , teneantur ad 25
gabel-

Digitized by Google

gabellas, ſeu collectas? Reſp. negativè, quià ſo-
cius conſequitur immunitatem ab oneribus con-
ceſſam ſuo conſocio, gloſ. communitèr recepta in l. fin.
C. de muner. Ceph. conſ. 661. num. 78. lib. 5. Surd. conſ.
301. num. 80. lib. 3. Ricc. par. 3. reſol. 28. num. 1. &
ſeq. Car. de Graſſ. de effect. clericat. eff. 3. num. 122. &
187. ubi dicit, quod immunitas hoſpitandi milites
conceſſa Clerico extenditur ad ejus Patrem, &
Fratres habitantes ſimul cum Clerico, quià tunc
Clericus ex tali hoſpitio poſſet multa pati incom-
moda, quidquid in contrarium ſentiant alii apud
Squillan. d. cap. 8. num. 58. & cap. 9. num. 4. & ſeq.

26 Poteſt tamen Judex Eccleſiaſticus ad inſtan-
tiam Judicis Laici ex officio cogere Clericos ad di-
videndum bona communia cum Laicis, ut ſciri
poſſit, quota ſit portio, pro qua eſt ſolvenda col-
lecta: licèt antè factam diviſionem nemo ſolvere
teneatur, neque facta diviſione adſtringi poſſit ad
onera præterita, ſed tantùm ad futura, Natt. conſ.
1. num. 10. & 11. lib. 1. Mart. de juriſd. par. 4. caſ. 12.
Pignatell. tom. 2. Conſult. 49. num. 1.

27 Quæres 2. an filii legitimi Clericorum gau-
deant exemptione à gabellis, & collectis? Reſp.
affirmativè, quamdiu parentes vivunt, quia filius
eadem perſona cum Patre reputatur, l. fin. C. de Im-
pub. l. cum ſcimus, §. fin. C. de Agric. & cenſ. lib. 10.
Squillan. de Privil. Cleric. cap. 8. dub. 1. num. 13. Dian.
par. 3. tr. 1. reſ. 7. eadem ratione filii legitimi Cle-
ricorum gaudent privilegio fori, Car. de Graſſ. eff.
1. num. 189. Squillant. de Privil. Cleric. cap. 7. dub. 2.
num. 35. & d. cap. 8. dub. 1. num. 13. Dian. par. 3. tr. 1.
reſ. 6. Pignatell. tom. 2. conſ. 51.

28 Quæres 3. an Coloni, & Emphiteutæ Eccle-
ſiæ, ſeu Clericorum ſint immunes à gabellis, &
aliis oneribus? Reſp. quod alii negant, quià do-
minium utile, quod habent, eſt merè Laicale, &
prophanum, & ideò ſubjectum legibus Principum
Sæcularium; nec regulatur à juribus, & privile-
giis, quibus gaudet Eccleſia: tùm quià contrà ip-
ſos ratione iſtius utilis dominii currit præſcriptio
temporis, quod currit contra alios privatos, tum
etiàm quià jus retractus habet locum in Emphi-
teuſi Eccleſiæ ſuper utili dominio, ità Luc. de Pen.
in l. 1. C. de Impon. Lucr. deſcript. lib. 10. Felin. in cap.
Eccleſia, nu. 99. de Conſtit. Feder. de Sen. conſ. 11. Brun.
in tr. de Statut. exclnſ. fœmin. propter Maſcul. qu. 22.
Tiraq. de Retract. lib. 1. §. 1. gloſ. 3. nu. 3. & alii apud
Valaſc. de Jur. Emph. qu. 17. num. 11. & ſeq. Vulpel.
de Libert. Eccleſ. par. 3. num. 22. Mart. de juriſd. par.
4. caſ. 13. num. 1. & ſeq.

Alii verò affirmant, quià cum hæc privilegia
exemptionis conceſſa bonis Eccleſiæ, ſeu Clerico-
rum ſint realia, ideò tranſeuut ad Colonos ejuſ-
dem Eccleſiæ, ſeu Clericorum, Abb. conſ. 9. num. 2.
lib. 1. & in cap. ex parte 1. num. 4. & 5. de Decim. Me-
noch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 562. num. 46. Tamburin. de
Jur. Abbat. tom. 1. diſp. 15. qu. 21. num. 9. Peyrin. in
Privil. minim. tom. 2. conſtit. 2. Julii II. §. 33. nu. 142.
latè Sperell. deciſ. 121. & deciſ. 41. per tot. ubi dicit,
quod Coloni partiarii Clericorum non poſſunt co-
gi ad operandum perſonalitèr cum bobus, & plau-
ſtris pro arcis fortificatione, & Pontium repara-
tione, ſaliſque vectatione: tùm quià, licèt hujuſ-
modi onera directè dirigantur contrà Colonos, &
ſic adverſus perſonas Laicas, indirectè tamen ten-
dunt contrà Clericos, illoſque gravant, præſer-
tim dùm diſtrahuntur Coloni una cum bobus, &
Equis ad agrorum culturam deſtinatis: boves
enim, & equi ſunt pars fundi, nec in illis gravari
poſſunt Coloni, quin per indirectum grauentur,
& Domini, l. Inſtrumenta, l. quæſitum, ff. de fund. in-
ſtrum. gloſ. in l. 2. ff. de Verb. ſignif. Surd. conſ. 338.
num. 14. lib. 3. Tiraq. de Retract. conſang. §. 1. gloſ. 3.
num. 118. tum etiam quia contractus initus inter
Clericos, & Colonum partiarium, eſt contractus
ſocietatis, Bart. in l. ſi merces, §. vi. major, ff. locat.
Clerici enim ponunt prædia: Colonus verò ſemi-
na, animalia, & operas, ut fructus indè naſcen-
tes poſteà dividantur, Abb. in cap. tua nobis, 2. de
Decim. Bald. in cap. ex litteris, num. 7. de jure jur. &
in l. 1. in 7. qu. C. Pro ſoc. immunitas autem uni ex
ſociis conceſſa, communicatur & alteri, ut ſuprà
diximus; undè ſtatutum laicale expreſſam mentio-
nem faciens de Emphiteutis, & Colonis Eccleſiæ,
ſeu Clericorum, ut teneantur ad Collectas, nul-
lo modo valere dicit Bald. conſ. 31. vol. 1. Franch. deciſ.
107. num. 8. Dec. conſ. 48. num. 5. Ancbar. conſ. 13. latè
Mart. d. par. 4. caſ. 13. num. 14. & ſeq. quià utile do-
minium bonorum Eccleſiæ, vel Clericorum non
eſt ſub Principis juriſdictione; & ideò nihil ſuper
tali dominio poteſt diſponere, Ruin. conſ. 109. num.
35. lib. 1. Becc. conſ. 3. num. 60. lib. 1. Gratian. diſcept.
forenſ. cap. 7. num. 20. & ſeq. tom. 3. Sperell. d. deciſ.
121. & ità reſolvit Rot. deciſ. 305. num. 4. & 5. poſt 2.
volum. conſ. Farinac. & Sac. Congreg. ſuper negotiis ju-
riſdictionalis, & immunitat. Eccleſ. propoſita in una Capu-
taquen. 27. Auguſti 1627. & in Balnearegien. 15. Fe-
bruarii 1633. & in aliis apud Nicol. Lucubrat. tom. 2. 29
lib. 5. ampliat. 16. fol. 282. immò quando agitur de
hujuſmodi utili dominio, cauſa non in foro ſæcu-
lari, ſed in foro Eccleſiaſtico tantùm eſt agitanda,
etiamſi intèr Laicos controvertatur, ut latiſſimè
diſcuſſo articulo reſpondit Rota d. deciſ. 305. poſt 2.
volum. conſ. Farinac. & deciſ. 239. num. 6. apud Pacific.
de Salvian. interd. & in Romana de Schianchis 28. Apri-
lis 1617. coram Innocentio X. impreſſ. per Ciriac. contr.
205. num. 10. & ſeq. & deciſ. 472. par. 2. & deciſ. 42.
par. 6. recent. & ita ſenſerunt innumeri Doctores, quos re-
fert, & ſequitur Sperell. d. deciſ. 121. per tot. vide Ruin.
d. conſ. 109. num. 35. Becc. d. conſ. 3. num. 62. & ſeq.
Bero. in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 9. de conſtit. Rot.
d. deciſ. 305. poſt 2. volum. conſ. Farinac. & d. deciſ. 42.
in fin. par. 6. recent. & hæc quidem opinio, cum fa-
veat Eccleſiæ in utroque foro admittenda eſt, ex
trad. per Tiraq. de Privil. piæ cauſ. privil. 48. Giurb.
conſ. crim. 10. nu. 25. Vermigliol. conſ. 99. num. 7. Man-
tic. deciſ. 10. num. 6. Grammat. conſ. 50. num. 46. Man-
tuan. conſ. 121. num. 3. volum. 1. Sperell. deciſ. 185. 30
num. 51. ubi dicit quod in opinionum conflictu ea
eligenda eſt, quæ favet Eccleſiæ.

Quæres 4. An immunitas à gabellis conceſſa 31
Clerico venditori proſit etiam Laico emptori?
Reſp. affirmativè, quia ſicut emens à fiſco non te-
netur ad gabellam, ità neque tenetur emens ab
Eccleſia, quæ fiſco in privilegiis comparatur, im-
mò eſt magis privilegiata, quam fiſcus; aliàs Ec-
cleſia, ſeu Clericus venditor grauaretur, & rem
ſuam viliùs vendere cogeretur, ità Bald. conſ. 31.
lib. 1. Dec. conſ. 48. nu. 1. & 5. Imol. conſ. 184. Silvan.
conſ. 9. num. 19. Jo. de Amic. conſ. 18. Rolan. conſ. 61.
num. 18. vol. 4. Hieron. Gabr. conſ. 191. lib. 2. Decian.
conſ. 51. num. 141. & ſeq. vol. 3. latè Menoch. conſ. 136.
per tot. vol. 2. & de Arbitr. Jud. caſ. 562. num. 45. &
ſeq. Bellet. Diſquiſ. Cleric. tit. de Exemption. Cleric. &
cor. bonor. à muner. publ. §. 8. num. 4. Dian. reſol. mo-
ral. par. 1. tract. 2. reſ. 49. in fin. ubi dicit, quod ſi
ſtatutum præſcriberet, ut ſolvantur ab Emptore
duo ſolidi pro quolibet dolio vini, tunc emens ab
Eccleſia, vel à Clerico non tenetur ſolvere hujuſ-
modi gabellam, quia hoc onus eſt annexum con-
tra-

Digitized by Google

tractui, *Lotter. de re benefic. qu. 31. num. 57. & communem dixit Sperell. decis. 41. num. 7. & ità pluriès resolvit Sacr. Congregatio teste Pignatell. consult. 34. nu. 37. & seq. tom. 2.* ubi latè probat, gabellam, quæ imponitur contrà emptorem Laicum contrahentem cum Clerico, esse contra libertatem Ecclesiasticam, *vide Dec. cons. 48. num. 5. Capyc. decis. 171. nu. 33. & seq. Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. tit. 5. num. 25.*

Observa tamen, quod licèt Ecclesia, vel Clericus possit frumentum, & alios fructus recollectos in propriis bonis vendere cui maluerit, illosque extrahere ad vendendum exteris, non obstante quacumque prohibitione facta per Magistratum sæcularem, tamen si Emptor rem emptam ab Ecclesia, vel Clerico deferat de loco ad locum, tenetur solvere gabellam: quià tunc gabella non solvitur immediatè ex actu inito cum Ecclesia, vel Clerico, sed ex actu separato ab emptione, & extrinsecùs adveniente, *Bald. cons. 3. vol. 1. Sylvan. cons. 9. num. 19. Gabr. cons. 161. num. 7. lib. 2. Menoch. cons. 136. num. 19. & per tot. lib. 2. Sperell. d. decis. 41. num. 8. Belletr. loco cit. Squillan. de privil. Cleric. cap. 8. num. 26. & seq. Dian. d. res. 49. in fin. Pignatell. d. consult. 34. num. 17.*

32 Quæres 5. An privilegium Immunitatis à solutione Collectarum, seu gabellæ, vel ab hospitum receptione concessum Ecclesiæ, & Clericis extendatur etiam ad famulos Ecclesiæ, & Clericorum? Respondeo affirmativè, sivè sint famuli perpetui, sivè ad tempus: quia famuli compræhenduntur in privilegiis Dominorum, *l. 1. & 2. C. de Episcop. & Cleric. Cyn. in l. omnes, C. eod. Oldrad. cons. 293. Thesaur. decis. Pedem. 22. & alii apud Riccium in Prax. tom. 1. par. 2. res. 393. num. 1. & seq. Carol. de Grass. de effect. Clericat. eff. 3. num. 306. latè Squillant. de privil. Cleric. cap. 8. num. 17. & seq.* ubi dicit, quod Clerici gaudere debent eadem Immunitate pro parentibus, fratribus, sive aliis pauperibus consanguineis, qui propriis ipsorum Clericorum sumptibus aluntur.

S V M M A R I V M.

1 *Percussor Clerici, vel Monachi incidit in excommunicationem Papæ reservatam: limitatur num. 12. 22. 68. & seq.*

2 *Ad hanc excommunicationem incurrendam tria requiruntur, videlicet factum, animus injurandi, & violentia.*

3 *Nomine Clerici ad hunc effectum venit Clericus etiam primæ tonsuræ.*

4 *Quid si non habeat requisita Concilii sess. 23. de ref. cap. 6.*

5 *Concilium loco cit. loquitur de privilegio fori.*

6 *Clerici Græci etiam conjugati gaudent privilegio Canonis.*

7 *Clerici Græci sunt verè Clerici, & personæ Ecclesiasticæ.*

8 *Eodem privilegio gaudent Clerici irregulares.*

9 *An eodem privilegio gaudeant Clerici excommunicati, vel alia censura irretiti.*

10 *An Clerici negotiatores gaudeant dicto privilegio.*

11 *Clerici negotiatores post trinam monitionem quoad bona tantùm amittunt privilegium Clericale.*

12 *An percutiens Uxorem Clerici conjugati, vel alium consanguineum in odium ipsius Clerici, excommunicationem incurrat.*

13 *Monachi nomine venit tàm professus, quàm Novitius.*

14 *Eodem privilegio gaudent Equites S. Joannis, S. Jacobi Calatravæ, & Alcantaræ, S. Stephani, S. Lazari, & ordinis Christi.*

15 *Prædicti Equites dicuntur personæ Ecclesiasticæ.*

16 *An, & quando Tertiarii Sancti Dominici, & S. Francisci gaudeant hoc privilegio.*

17 *An Eremitæ gaudeant prædicto Canonis privilegio.*

18 *Monachi nomine veniunt etiam Moniales professæ, vel conversæ, ac novitiæ.*

19 *An hoc privilegio gaudeant, qui adhibentur ad servitia, & obsequia Monialium.*

20 *An sorores Tertii Ordinis S. Francisci, & S. Dominici gaudeant prædicto privilegio.*

21 *An Hospitalarii hoc privilegio gaudeant.*

22 *Novitius invalidè admissus ad religionem, non gaudet dicto privilegio.*

Clericus initiatus prima tonsura ab alieno Episcopo absque licentia proprii Prælati, non gaudet privilegio clericali, ibidem.

23 *Qui venenum Clerico propinant, in dictam excommunicationem incurrunt eo tempore, quo venenum incipit operari,* & nu. 25.

24 *Qui sclopum explodit in Clericum, hac censura ligatur, si Clericus ob terrorem moriatur, etiamsi pila læsus non fuerit.*

26 *Occidens veneno dicitur committere homicidium proditorium.*

27 *Occidens veneno non gaudet Ecclesiæ immunitate.*

28 *Eadem censura ligantur, qui per alium violentiam in Clericum inferunt.*

29 *Judex sæcularis ligatur dicta excommunicatione, detinendo, vel jubendo, Clericum detineri in custodia, vel in domo.*

30 *In eamdem censuram incidit qui Clericum includit in loco, à quo nequeat exire sine dedecore.*

31 *Mandantes, vel consulentes, aut cooperantes eadem censura ligantur sequuto effectu: limitatur* nu. 32. 34. 40. & seq.

33 *Si collegium mandaverit, ut Clericus læderetur, an singuli de collegio excommunicationem incurrant.*

35 *Qui dedit mandatum ad verberandum Clericum, non non excusatur à censura, si mandatarius excedendo fines mandati illum vulneraverit.*

36 *Qui dedit mandatum ad vulnerandum, tenetur de occiso, si sequatur homicidium: limitatur* nu. 37.

38 *Quid si mandavit, aliquem offendi in certo loco, & mandatarius offendit in alio, ubi ratione loci augetur pœna.*

39 *Consulens non excusatur à censura revocando consilium, sed tenetur etiam consulto persuadere contrarium, & etiam monere percutiendum, ut sibi caveat,* & num. 41.

40 *Mandans excusatur revocando mandatum expressè, vel tacitè,* & num. 43.

42 *Mandans non incidit in aliquam pœnam, excepto peccato, quando mandatarius mandatum non acceptavit, etiamsi illud posteà exequatur.*

43 *Quando mandatum tacitè revocetur.*

44 *An quis ex mandato tacito incidat in hanc censuram. Quando censeatur datum tacitum mandatum, ibidem.*

45 *An, & quando aliquis incidat in hanc censuram, si alius ejus nomine sinè mandato Clericum offenderit,* & num. 47.

46 *Ratihabitio comparatur mandato quoad incurrendas pœnas spirituales, non autem quoad pœnas temporales,* & num. 48.

49 *Hac censura ligantur qui ex officio tenentur obstare, seu impedire, nè Clericus offendatur, & non obstant, aut non impediunt: contrarium* num. 51.

50 *Quinam teneantur obstare, seu impedire in tali casu.*

51 *Excommunicatio non incurritur, nisi exprimatur.*

52 *Excommunicatio lata ob actionem, non incurritur ob omissionem.*

53 *Ne-*

Digitized by Google

53 *Nemo ex facto alterius remanet excommunicatus, niſi particeps ſit criminis.*

54 *Nemo punitur ex eo, quod delictum non probibuerit, excepto caſu læſæ majeſtatis.*

55 *In hanc cenſuram incidit Clericus, vel regularis, qui ſe ipſum iniurioſè percutit*, & num. 57. *limitatur* num. 61.

56 *Eadem cenſura ligatur percutiens Clericum volentem & cedentem juri ſuo.*

58 *Percuſſio ad hunc effectum attingere debet gravitatem lethalis culpæ.*

59 *Excommunicatio major gravem culpam ſupponit.*

60 *Quando Monialis gravida, quæ ſibi præparavit potionem mortiferam fœtui, excommunicationem incurrat.*

62 *In excommunicationem incidunt qui violentiam faciunt rebus Clerico adhærentibus.*

63 *Eadem cenſura ligantur qui Clericum ità perſequuntur, ut cogatur idem Clericus ſe in fluvium præcipitem dare: limitatur* num. 64.

64 *Quid ſi Clericus, quem alius inſequitur, inter fugiendum cadat.*

65 *An qui violentas manus iniiciunt in cadaver Clerici, hanc excommunicationem incurrant.*

66 *An irregularitatem contrahat qui amputat caput, vel aliud membrum cadaveris*, & num. 67.

68 *Percutientes Clericum turpitèr agentem cum Uxore, filia, Matre, aut Sorore in ipſo actu, excuſantur ab excommunicatione: limitatur* num. 71.

69 *An liceat Clericum in tali caſu detinere, ut præſentetur ſuo Judici*, & num. 77.

70 *Mulier percutiens Clericum de ſtupro tentantem, excuſatur ab excommunicatione.*

71 *An excuſetur percutiens Clericum inventum in actu turpi cum nepte, & aliis inferioris gradus.*

72 *Percutiens Clericum, quem neſciebat eſſe Clericum, à cenſura excuſatur, ſed aliis pœnis plectendus eſt.*

73 *Quid ſi percuſſor eſſet in dubio, an aliquis ſit Clericus, vel Laicus.*

74 *Ab hac cenſura excuſatur percutiens Clericum incontinenti vim vi repellendo ad defendendum ſe ipſum, vel rem ſuam notabilis pretii.*

75 *Defenſio cuilibet jure naturæ licita eſt.*

76 *An percutiens Clericum pro defenſione vitæ, vel rerum proximi, excuſetur ab hac cenſura.*

77 *An is, qui ſe defendit cum moderamine inculpatæ tutelæ, ſi ſequatur mors, excuſetur ab irregularitate.*

78 *Quid ſi percuſſor in tali caſu potuiſſet fugere.*

79 *Moderamen inculpatæ tutelæ quando ſervatum cenſeatur.*

80 *Præſumitur facta percuſſio ad neceſſariam defenſionem, etiamſi adeſſet tantùm terror armorum.*

81 *Percutiens Clericum aggreſſorem, in excommunicationem incidit, ſi illum non eodem inſtanti, ſed ex intervallo percuſſerit.*

82 *Quid ſi percuſſit Clericum eodem inſtanti, ſed erat certus, quod Clericus nolebat repercutere.*

83 *Defenſio eſt de jure permiſſa, ſed non ultio, ſeù vindicta.*

84 *An ab hac cenſura excuſentur percutientes Clericum per jocum.*

85 *An Pater, Magiſter, herus, & propinquus major percutientes Clericum, hanc cenſuram incurrant.*

86 *An ſenior in Eccleſia percutiens adoleſcentes Clericos, excuſetur ab hac cenſura.*

87 *An excuſentur qui ratione ſui officii ab Eccleſia eiiciunt Clericum turbantem Divina officia.*

88 *Oſtiarius, vel alius Officialis Principis, qui turbam arcens, ſimul arcet Clericum, non ligatur hac cenſura.*

89 *Miniſtri Juſtitiæ Laici de mandato Superioris capientes, vel torquentes Clericum, vel Monachum, excuſantur ab hac cenſura.*

90 *An excuſentur ab hac cenſura percutientes Clericum ex ſubitanea animi paſſione.*

91 *An excuſentur percutientes Clericum ità levitèr, ut actus exterior non cenſeatur ſufficiens ad mortalem culpam.*

92 *Quid ſi percutientes intenderint gravitèr percutere.*

93 *Levis exceſſus non eſt punibilis.*

94 *An Clerici impuberes, qui ſe pugnis percutiunt, ligentur hac cenſura.*

95 *An excuſentur percutientes Clericum in minoribus in iis caſibus, in quibus canonis privilegium amiſit.*

96 *In quibus caſibus Clericus in minoribus, canonis privilegium amittat*, & num. 97. & ſeq.

97 *Privilegium canonis per ſolam dimiſſionem habitus, & tonſuræ regularitèr non amittitur, niſi Clericus, vel Monachus à proprio Superiore ter fuerit monitus: declaratur* num. 99. & ſeq.

98 *Novitius, qui egreditur animo deſerendi novitiatum, ſtatim amittit privilegium religioſis conceſſum.*

99 *Clericus, qui longo tempore habitum, & tonſuram dimiſit, amittit privilegium Canonis, & fori abſque alia monitione: declaratur* num. 113.

100 *Clericus incorrigibilis, aut ſe immiſcens enormitatibus, amittit privilegium canonis abſque alia monitione.*

101 *Clericus, qui poſt trinam monitionem non deſiſtit à ferendis armis militaribus, amittit dictum privilegium.*

102 *Quid ſi Clericus artem mimicam publicè exerceat.*

103 *Clericus bigamus bigamia vera, vel interpretativa, amittit privilegium Canonis, & fori, & alia privilegia clericalia: declaratur* nu. 104. & 115.

104 *Clericus non amittit privilegium clericale, ſi in uxorem duxit mulierem à ſe tantùm cognitam.*

105 *Clericus, qui duplex iniit matrimonium, non dicitur bigamus, ſi alterum non conſummaverit.*

106 *Religioſus, qui erat bigamus, non amittit hoc privilegium.*

107 *An Clericus amittat privilegium, ſi paſſus fuerit, militiæ ſæculari ſe aſcribi.*

108 *Clericus denunciatus hæreticus, vel ſchiſmaticus, amittit privilegium canonis, & fori.*

109 *Clericus hæreticus manifeſtus, vel docens publicè propoſitiones hæreticales, amittit dictum privilegium.*

110 *An Clericus amittat hoc privilegium, ſi vivat uti Laicus inhoneſtè.*

111 *Clericus, qui ſuſcepit ordines antè baptiſmum, vel per vim abſolutam, aut ſinè intentione ad eos promotus fuit, non gaudet privilegio Canonis.*

112 *An privetur dicto privilegio Clericus exercens per ſe ipſum tabernam, vel lanienam, aut alia ſæcularia negotia.*

113 *Clericus beneficiatus, vel in ſacris conſtitutus non amittit privilegium Canonis, aut fori, etiamſi longo tempore habitum, & tonſuram dimiſerit.*

114 *Quid ſi Clericus in Sacris conſtitutus, vel Religioſus profeſſus contraheret matrimonium*, & numer. 116.

115 *Per bigamiam ſimilitudinariam non tollitur privilegium clericale.*

117 *Trina monitio quomodo fieri debeat.*

118 *Quando una monitio ſufficiat.*

119 *Jus privans Clericum privilegio clericali, intelligitur de utroque, Canonis ſcilicet, & fori.*

120 *Clericus, qui habitum, & tonſuram deſerit, ſi deindè habitum reaſſumat, recuperat privilegium clericale.*

121 *Clericus, qui contraxit matrimonium cum Virgine, gaudet privilegio clericali, ſi ea mortua ſtatum clericalem reaſſumat.*

122 *Epiſcopus, vel ejus Vicarius, poteſt abſolvere percuſſorem Clerici per ſe, vel per alium, quando percuſſio eſt levis.*

123 *Solus Papa abſolvit ab hac cenſura, quando percuſſio eſt gravis, excepto mortis articulo: limitatur* num. 129. & ſeq.

124 *Nulla eſt reſervatio in articulo mortis.*

125 *An ſimplex Sacerdos in articulo mortis poſſit abſolvere à cenſuris Papæ reſervatis, quando adeſt alius Sacerdos approbatus.*

126 *Quando dicatur articulus mortis ad hunc effectum.*

127 *Quando dicatur percuſſio levis, vel gravis.*

128 *An percuſſio, quæ fit in publico, cenſeatur gravis.*

129 *Legatus à latere poteſt ab hac cenſura abſolvere, etiamſi percuſſio ſit gravis.*

130 *Legati miſſi poſſunt ab hac cenſura abſolvere in Provincia, ad quam mittuntur.*

131 *Legati nati non poſſunt abſolvere ab hac cenſura.*

132 *An Prælati religioſorum exemptorum poſſint abſolvere ſuos ſubditos ab hac cenſura, quando percuſſio eſt gravis.*

133 *An Prælati ſæculares Epiſcopis inferiores poſſint ab hac cenſura ſuos ſubditos abſolvere.*

134 *In quibus caſibus Epiſcopus ab hac excommunicatione ob gravem percuſſionem contracta poſſit abſolvere,* & num. 135. cum ſeq.

Quando ſervi, & filiiſam. abſolvi poſſint ab Epiſcopo, ibidem & num. 137.

135 *An, & quando abſoluti ab Epiſcopo teneantur ſe præſentare coram Summo Pontifice.*

136 *Abſoluti à Papa cum onere ſe præſentandi coram aliquo, vel ſatisfaciendi iniuriæ, in eamdem cenſuram reincidunt, ſi id non adimpleverint.*

138 *Impuberes, & etiam puberes propter minorem ætatem mitiùs puniuntur.*

139 *An poſſit ab Epiſcopo abſolvi percuſſor Clerici, qui in ſe defendendo excessit moderamen inculpatæ tutelæ.*

140 *An Clericis collegialitèr viventibus ſit iniungendum præceptum, ut ſe præſentent coram Papa.*

141 *Superiores Regulares non debent iniungere hujuſmodi præceptum ſuis ſubditis.*

142 *Qui ob legitimum impedimentum nequit Papam adire, ſed poteſt adire legatum, ab Epiſcopo non eſt abſolvendus.*

143 *Epiſcopus vigore Concilii Tridentini poteſt ſuos ſubditos abſolvere ab hac excommunicatione, & aliis Papæ reſervatis, quando delictum eſt occultum.*

144 *Abſolutus ab Epiſcopo vigore Concilii Tridentini, non tenetur accedere ad Sedem Apoſtolicam.*

145 *An Epiſcopus facultatem ſupradictam ſibi à Tridentino conceſſam, poſſit alteri delegare.*

146 *An Clerici, qui vocantur ſylvatici, gaudeant privilegio Canonis.*

C A P. III.

De privilegio Canonis, *ſi quis ſuadente Diabolo 17. qu. 4.*

1 INter alia jura Clericis competentia illud præcipuum eſt, nè ab aliis lædantur, cum id cedat in dedecus ordinis, & ſtatus clericalis; undè in *d. can. ſi quis ſuadente*, lata eſt excommunicatio per hæc verba, *ſi quis ſuadente diabolo manus violentas in Clericum, vel Monachum iniecerit, anathematis vinculo ſubiaceat, & nullus Epiſcoporum illum præſumat abſolvere, niſi mortis urgente periculo, donec Apoſtolico conſpectui præſentetur, & ejus mandata recipiat.*

Ad hanc autem excommunicationem incur-
rendam tria copulativè requiruntur: & primò re- 2
quiritur tactum, idest actio externa iniurioſa: ſe-
cundò requiritur animus iniuriandi, ideſt ut talis
actio procedat ab actu interno mortali: tertiò re-
quiritur violentia, *Abb. in cap. 1. num. 4. de ſent. ex-
com. Archid. in cap. ſuper eo, num. 5. eod. tit. Zecch. de
Privil. Eccleſ. privil. 155. num. 9. & alii apud Car. de
Graß. de effect. Cleric. eff. 9. num. 311. & 317. cum ſeq.
Bonacin. de cenſur. in partic. diſp. 2. qu. 3. pun. 6. §. 1.
num. 1. & ſeq. Squillan. de privil. Cleric. cap. 6. nu. 2.*

Nomine verò Clerici ad hunc effectum venit
Clericus tàm in ſacris ordinibus conſtitutus, quam 3
in minoribus, & prima tonſura, etiamſi non ha- 4
beat requiſita Concilii Tridentini *ſeſſ. 23. de ref. cap.* 5
6. quia Concilium ibi loquitur de privilegio fori,
ut colligitur ex textu, ibi, *is etiam fori privilegio
non gaudeat &c.* unde retinet privilegium canonis,
etiamſi Eccleſiæ non inſerviat, vel non verſetur
in aliqua Univerſitate, vel Seminario Clericorum,
*Rodriq. in ſum. cap. 80. num. 17. Garc. de Benef. par. 2.
cap. 2. num. 19. Pilaja deciſ. 11. num. 11. lib. 1. tom. 1.
Squillan. loco cit. d. cap. 6. num. 11. Dian. reſol. mor.
par. 1. tract. 2. reſol. 36. & 37.*

Hoc etiam privilegio fruuntur Clerici Græci 6
in ſacris, vel in minoribus, qui utuntur legitimo
matrimonio cum unica, & virgine contracto in
laicali habitu, vel dum erant in minoribus: quia 7
ſunt verè Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ quoad
omnia, *cap. cum olim de Cleric. coniug. cap. quæſitum de
Pœnit. & remiſſ. Squillan. d. cap. 6. num. 20. Add. ad
Quarant. in verb. vectigal.*

Eodem privilegio gaudet Clericus etiam irre- 8
gularis, aut excommunicatus toleratus, vel vi- 9
tandus, aut alia cenſura irretitus, *Bonacin. de cenſur.
in partic. diſp. 2. qu. 3. pun. 6. §. 2. ſect. 3. num. 1. &
ſeq. Squillan. d. cap. 6. num. 13. Pilaja d. deciſ. 11. num.*
13. ubi etiam obſervat, quod idem privilegium 10
competit Clericis negotiatoribus: quia iſti ſolùm 11
quoad bona poſt trinam monitionem amittunt pri-
vilegium clericale, *vide Cened. in Coll. jur. can. par. 1.
coll. 37. num. 2.*

Addunt plerique DD. quodſi quis percuteret 12
uxorem Clerici coniugati, vel alium conſangui-
neum in odium ipſius Clerici, incurreret in ex-
communicationem dicti canonis, ac ſi ipſum Cle-
ricum percuſſiſſet, *ità Car. de Graß. d. eff. 9. nu. 115.
Decian. tract. crim. part. 2. lib. 6. cap. 17. num. 15. &
alii apud Squillan. d. cap. 6. num. 21. & 22.*

Nomine Monachi venit tàm profeſſus, lic 13
converſus, quàm novitius, *cap. religioſo, de ſent. ex-
com. Soc. in cap. pervenit., num. 58. eod. tit. Hoſt. in cap.
ſtatuimus, de Regul. latè Car. de Graſſ. d. eff. 9. num. 68.
Bonacin. de cenſur. in partic. d. diſp. 2. qu. 3. pun. 6. §. 2.
ſect. 3. num.* 8. ubi amplius dicit, quod dicto privi- 14
legio gaudent non ſolum equites S. Joannis, qui
ſunt verè Religioſi, cum votum ſolemne caſtitatis,
paupertatis, & obedientiæ emittant: ſed etiam
Equites S. Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ: item
Equites S. Stephani Florentiæ, S. Lazari in Sa-
baudia, & Ordinis Chriſti in Luſitania; quia licet
iſti non ſint verè Religioſi ſimpliciter, & abſolutè
loquendo, ſed large, & ſecundùm quid, tamen
ſunt, & dicuntur perſonæ Eccleſiaſticæ: & ideò 15
fruuntur privilegio Canonis, & etiam fori, *Zerol.*

in

in Prax. Epiſcop. 2. par. ver. commendatarii §. 1. Sarc. de Beneſ. par. 1. cap. 4. num. 15. & ſeq. Mart. de jurisdict. par. 2. cap. 32. Nav. conſ. 10. de Regul. Squillan. de privil. Cleric. cap. 6. num. 37. & ſeq.

16 Idem privilegium competit Tertiariis S. Dominici, & S. Franciſci, qui gregatim vivunt, & geſtant habitum religionis ſub obedientia Superioris illarum religionum, quandiù ita vivunt: quià pro eo tempore cenſentur religioſi, & perſonæ Eccleſiaſticæ, ſicut cenſentur Novitii: ſecùs ſi domi vivant extra congregationem, etiamſi ſervent regulam S. Franciſci, vel S. Dominici, *Navar. in man. cap. 27. num. 79. verſ. c... declaratio &c. & alii apud Bonacin. loco proximè c... pun. 6. §. 2. ſect. 3. nu. 10.* ubi hoc privilegium extendit etiam ad Eremitas,
17 qui peculiarem vivendi modum tenent, habitum religioſum deferentes, ſacro loco ex obligatione ſervientes ſub obedientia Epiſcopi, vel alterius Prælati, *vide Car. de Graſſ. de eff. Cleric. eff. 1. num. 105. & ſeq. Pilaja d. deciſ. 11. num. 12. lib. 1. tom. 1. ubi dicit*, quod tales Eremitæ gaudent etiam privilegio fori.

18 Item nomine Monachi veniunt etiam Moniales profeſſæ, vel converſæ, ac novitiæ *cap. cum illorum, de ſent. excom. Bonacin. loco cit. num. 7. & 10.* ubi hoc privilegium ad eos etiam extendit, qui aſſum-
19 pto habitu religioſo adhibentur ad ſervitia, & obſequia Monialium, & ad petendas pro ipſis eleemoſinas.

20 Eodem privilegio gaudent Sorores Tertii Ordinis S. Franciſci, & S. Dominici, *ex conſtit. Leonis X. quam refert Quarant. in ver. privilegia regul.* ubi ſtatuitur, quod dictę Sorores habitum geſtantes etiam in propriis, aut Conſanguineorum domibus, aut ſeorsùm habitantes, ſi emittunt votum caſtitatis ſimplex, & vitam cœlibem ducant, gaudere debeant privilegiis, quibus gaudent Fratres Ordinis, cujus tertiæ regulæ habitum geſtant, *vide Ricc. dec. 88. par. 2. Bart. à S. Fauſto in Theſ. Relig. lib. 8. quæſt. 205. Squillan. de privil. Cleric. cap. 6. nu. 33. Tolet. lib. 1. cap. 35. num. 16.*

Item Rectores Hoſpitalium, qui Hoſpitalarii
21 dicuntur, ſi deferant aliquod ſignum, & promittant caſtitatem in manibus Epiſcopi, & renuncient propriis, eodem fruuntur privilegio, *Avil. de cenſ. par. 2. cap. 5. diſp. 2. dub. 11. Squillan. d. cap. 6. nu. 35. & ſeq.*

22 Notandum tamen eſt, quod ceſſat dictum privilegium Canonis, quotieſcunque Novitius invalidè fuit ad religionem admiſſus: quia cum admiſſio invalida ſit, nullum indè jus confertur: & ſicut Clericus invalidè initiatus prima tonſura, ut ſi eam recepit ab alieno Epiſcopo abſque licentia proprii Prælati, non gaudet privilegio clericali, ità etiam Novitius invalidè ad religionem admiſſus, non gaudet privilegio Novitiorum, ut ſi impubes recipiatur ad Religionem, in qua cautum ſit, ne impubes ad novitiatum admittatur, aut alia ratione defectum ſubſtantialem habeat, ob quem ipſius ingreſſus irritus ſit, *Sanch. in Oper. moral. lib. 5. c. 4. nu. 14. Bonacin. d. diſp. 2. qu. 3. pun. 6. §. 2. ſect. 3. nu. 7.*

23 Hanc autem excommunicationem incurrunt non tantùm actuales Clericorum percuſſores, ſed etiam qui venenum eis propinant, eoſque vel occidunt, vel debilitant per cibum, vel potum veneno infectum, quià hujuſmodi actio eſt violenta, & iniurioſa, *Molin. tract. 3. diſp. 51. Filiuc. tract. 11. cap. 5. quæſt. 3. num. 126. & tract. 15. cap. 1. quæſt. 5.
24 num. 20. Bonacin. d. diſp. 2. quæſt. 3. pun. 6. §. 1. num. 6. & 13.* ubi etiam obſervat, quod hac cenſura ligatur qui ſclopum explodit in Clericum, ſi Clericus poſtea ob terrorem moriatur, etiamſi pila læſus non fuerit: quià hæc actio cenſetur etiam violenta, & iniurioſa, *Squillan. de privil. Cleric. cap. 6. num. 45.*
ſubdens *num.* 55. quod venenum propinans non li- 25
gatur hac cenſura, antequàm venenum operari incipiat: quia antea non aderat actio violenta, cum venenum ſine ulla vi fuerit exhibitum, ut ſupponitur, *& ità ſenſit etiam Suar. de cenſ. diſp. 5. ſect. 1. nu. 13. Bonacin. eod. tract. diſp. 2. quæſt. 4. pun. 1. num. 13. vide Boer. deciſ. 109. Ricc. deciſ. 262. par. 3. Decian. tr. crim. lib. 6. cap. 28. Dian. par. 1. reſol. mor. tract. 1. reſ.*
36. ubi addit, quod occidens veneno dicitur com- 26
mittere homicidium proditorium, ità ut confu- 27
giens ad Eccleſiam non gaudeat ejus immunitate, *juxtà conſtit. Gregor. XIV. incip. Cum alias nonnulli &c. relat. per Quarant. in Summ. Bullar. verſ. Reverentia Divinorum &c.*

Secundo in eamdem cenſuram incidunt qui 28
per alium violentiam in Clericum inferunt, *ut eſt communis Doctorum ſenſus*.

Ex quo infertur, Judicem ſæcularem ligari 29
hac excommunicatione detinendo, vel jubendo, Clericum detineri in cuſtodia, vel in domo, aut mittendo cuſtodes ad domum, qui Clericum exeuntem capiant, itaut Clericus non poſſit liberè exire, *Navar. in man. cap. 27. num. 77. Sayr. lib. 3. cap. 29. num. 13. Filliuc. tract. 14. cap. 1. quæſt. 5. num.*
17. & 32. & alii apud Bonacin. de Cenſur. in partic. 30
diſp. 2. quæſt. 3. pun. 6. §. 1. num. 4. & 9. ubi reſolvit, quod eadem cenſura ligatur is, qui Clericum includit in loco, a quo nequeat exire ſine dedecore, & pudore.

Infertur ſecundo mandantes, vel conſulentes, 31
aut quovis alio modo cooperantes, ut Clericus lędatur, hac cenſura ligari ſequuto effectu; niſi
mandatum, aut conſilium revocaverint, & revoca- 32
tio innotuerit mandatario antè executionem, *Soc. in cap. pervenit, num. 31. & ſeq. de ſent. excom. Decian. tract. crim. par. 2. lib. 6. cap. 18. num. 5. Caball. reſol. crim. caſ. 56. num. 111. Rip. de Noctur. temp. cap. 11. num. 10. Squillan. de privil. Cleric. cap. 6. num. 56. & ſeq. Farinac. conſ. 30. num. 74. & ſeq. Bonacin. de cenſur. in partic. d. diſp. 2. quæſt. 3. pun. 6. §. 2. ſect. 2. num. 4.*
ubi dicit, quod ſi Collegium mandaverit, ut Cle- 33
ricus percuteretur, ſinguli de collegio, qui delicto cooperati ſunt, excommunicatione ligantur ſequuto effectu.

Secùs eſſet, ſi mandaverint, vel conſuluerint, 34
ut Clerico inferatur iniuria tantùm verbalis, & mandatarius exceſſerit offendendo perſonam: vel ſi mandatum fuiſſet limitatum certo tempore, ut tali die, vel menſe, & mandatarius diù diſtulerit ultrà tempus præfixum, quià tunc mandantes non inciderent in hanc cenſuram, ſed tantùm Mandatarius, *latè Car. de Graſſ. d. eff. 9. num. 16. & ſeq.* non tamen excuſaretur a d. cenſura is, qui dedit man-
datum ad verberandum Clericum, & Mandatarius 35
excedendo fines mandati, illum vulneravit, quià cum vulnere jam percuſſit, *Bajard. ad Clar. in Pract. crimin. quæſt. 89. num. 15. Menoch. de arbitr. caſ. 352.*
num. 2. ubi etiam obſervat, quod is, qui dedit man- 36
datum ad vulnerandum, tenetur de occiſo, ſi ſequatur homicidium, etiamſi expreſsè prohibuerit,
nè occideret; ratio eſt, quia ex vulnere de ſui na- 37
tura ſolet ſequi mors; è contrà mandans non tenetur de occiſo, ſi mandavit fieri actum, ex quo mors ſequi non ſoleat: ut ſi mandavit, aliquem virga, vel baculo percuti in humeris, vel brachiis, & Mandatarius percuſſit in capite, *Decian. conſ. 622.*

Pariſ. conſ. 161. *nu.* 14. & 17. *lib.* 3. *Monticel. in Pract. crim. reg.* 7. *num.* 17. *Decian. tr. crim. par.* 2. *lib.* 9. *cap.* 34. *num.* 22. *Car. de Graff. eff.* 9. *num.* 25. & *ſeq.* Sub-
dens, quod ſi mandavit, aliquem offendi in certo
38 loco, & mandatarius offendit in alio, ubi ratione
loci pœna augetur, mandans in tali caſu non tene-
bitur ad augumentum pœnæ. Notandum eſt au-
39 tem, quod inter conſulentem, & alios hæc diffe-
rentia eſt, quod conſulens non ſatisfacit revocan-
do conſilium, quia tenetur perſuadere contrarium:
conſilium enim datur gratia ejus, cui conſulitur,
qui non tàm citò credit ei, qui contrarium priori
40 conſilio ſuaſit, quàm juſſus, vel Mandatarius man-
danti, vel jubenti, *ut inquit Navar. in Man. cap.* 27.
num. 233. *verſ. Inter conſulentem* &c. *Squillan. de Pri-
vil. Cleric. cap.* 6. *num.* 60. ubi addit, quod conſulens
debet etiam monere percutiendum, ut ſibi caveat,
41 & tunc ſi ſequatur poſtea percuſſio, conſulens non
incurreret in cenſuram: quia percuſſio ſolùm ipſi
conſulto imputatur eo caſu, *ut ſenſit etiam Layman.
lib.* 1. *tr.* 5. *part.* 2. *cap.* 5. *num.* 7. quidquid aſſerat
Sylv. in ver. excommunicatio, 6. *num.* 5. *verſ.* 3. &c.

42 Notandum ſecundo quod mandans non inci-
dit in aliquam pœnam excepto peccato, quando
Mandatarius mandatum non acceptavit, etiamſi
illud poſtea exequatur, *Vulp. conſ.* 24. *num.* 7. *Car-
rer. in Prax. crim.* §. *circa primum, num.* 77. *Gram. vot.*
19. *Car. de Graff. de effect. Cleric. eff.* 9. *num.* 43. quod
etiam procedit, quando mandatum fuit tacitè re-
43 vocatum, ut ſi ante executionem mandati inter-
ceſſerit inimicitia capitalis inter mandantem, &
Mandatarium, vel mandans deceſſerit ſimiliter an-
tè executionem mandati, *Alex. conſ.* 209. *num.* 3. &
conſ. 210. *num.* 5. *lib.* 7. *Maſcard. de probat. concl.* 1013.
Decian. tract. crim. lib. 9. *cap.* 36. *nu.* 35. *Car. de Graff.
d. eff.* 9. *num.* 44.

44 An verò ex mandato tacito quis incidat in
hanc excommunicationem? affirmant *Pilaja decif.*
11. *num.* 20. *lib.* 1. *tom.* 1. *Squillan. d. cap.* 6. *num.* 62.
Car. de Graſs. loco cit. num. 35. Unde in hanc excom-
municationem incideret is, qui offenſus à Clerico
dicit coram amicis, & familiaribus, ſe velle de ta-
li iniuria vindictam ſumere, animo eos provocan-
di ad vindictam faciendam, ſi familiares, vel ali-
quis ipſorom Clericorum poſtea percuſſerint, etiam
ſi id expreſsè non mandaverit, *Maſcard. de probat.
concluſ.* 1012. *Decian. tr. crim. par.* 2. *lib.* 9. *cap.* 34.
num. 15. *Monticel. d. reg.* 7. *num.* 9. *Bajard. ad Clar.
quæſt.* 89. *num.* 3.

45 Idem dicendum, ſi quis Clericum offenderit
nomine Titii v. g. licèt ſine mandato; nam ſi Ti-
tius talem offenſionem tanquam ſuo nomine fa-
ctam poſtea ratificet, ſeu ratam habeat in hanc cen-
ſuram incurrit, etiam ſi mandatum antea non de-
derit; ratio eſt, quia ratihabitio comparatur man-
dato, *Bonacin. de cenſur. in partic. diſp.* 2. *quæſt.* 3. *pun.*
46 6. §. 2. *num.* 10. ubi dicit, quod ratam habens per-
cuſſionem Clerici, contrahit excommunicationem
ab eo puncto, quo culpam admittit per ratihabi-
47 tionem. Secùs eſſet, ſi percuſſio, ſeu offenſio non
fuit facta nomine Titii: hoc enim caſu ſi Titius
illam ratam habet, peccat quidem, ſed non liga-
tur cenſura, *cap. cum quis, de ſent. excom. in* 6. *Sylv. in
ver. excommunicatio,* 6. *num.* 5. *verſ. Tertio* &c. *Soccin.
in cap. pervenit, nu.* 42. & 53. *de ſent. excom. Corn. conſ.*
104. *num.* 5. *lib.* 4. *Houd. conſ.* 38. *num.* 7. & 8. *lib.* 1.
& *alii apud Car. de Graff. d. eff.* 9. *num.* 55. & *ſeq.* ubi
tamen obſervat, quod licet ratihabitio æquipare-
48 tur mandato quoad incurrendam excommunica-
tionem, & alias pœnas ſpirituales, non tamen
quoad pœnas temporales: nemo enim puniri poteſt
ex eo tantùm, quod ratum habuit delictum ab eo
commiſſum, *Franc. Arc in. conſ.* 163. *num.* 3. *Curt.
ſen. conſ.* 21. *num.* 6. *Clar. in Pract. crim.* §. *fin. quæſt.*
87. *verſ. Quæro numquid* &c. *Decian. tract. crim. par.* 2.
lib. 9. *cap.* 38. *per tot.*

Tertio hac cenſura ligantur qui ex officio te- 49
nentur obſtare, ſeù impedire, nè Clericus offen-
datur, & non obſtant, nec impediunt, *ſecundùm gloſ.
in cap. mulieres, de Sent. excom. Felin. in cap. quanto,
num.* 3. *eod. tit.* & *alios apud Car. de Graff. d. eff.* 9. *num.* 50
61. & *ſeq.* tenentur autèm obſtare ex officio Judi-
ces, & alii Superiores [illegible] pater, tutor, herus,
pedagogus, Parochus [illegible] e reſpectu filiorum,
& ſubditorum, *Sayr. lib.* 3. *cap.* 26. *nu.* 24. *Bonacin.
d. diſp.* 2. *q.* 3. *pun.* 6. §. 2. *num.* 9.

Ego verò contrarium ſentio: nàm licèt illi, 51
qui tenentur ex officio obſtare, peccent non ob-
ſtando, quando id præſtare poſſunt abſque pericu-
lo, tamen in hanc cenſuram non incidunt; tùm quià
excommunicatio non incurritur, niſi exprimatur,
ſecundum communem DD. ſententiam, tùm quia excom-
municatio lata ob actionem, non incurritur ob 52
omiſſionem, tùm quia nemo ex facto alterius re- 53
manet excommunicatus, niſi particeps ſit criminis,
aut mandatum, vel auctoritate præſtet, *Clar. in
Pract. crim.* §. *fin. q.* 87. *verſ. Dictum eſt* &c. ubi dicit,
quod nunquam quis punitur ex eo quod delictum 54
non prohibuerit, etiam ſi prohibere potuerit, ex-
cepto caſu læſæ majeſtatis, & *hanc ſententiam proba-
bilem dicit idem Bonacin. loco proximè cit. num.* 8.

Quarto hac cenſura ligatur Clericus, qui ſe 55
ipſum injurioſè, & per vim enormitèr percutit, aùt
vulnerat; quià hujuſmodi percuſſio eſt injurioſa
ſtatui Clericali, cujus perſona privata non poteſt
cedere; undè percutiens Clericum volentem, ſeù 56
cedentem juri ſuo, non excuſatur ab hac cenſura;
quod procedit etiàm in Regularibus, vel Moniali- 57
bus ſe ſe enormitèr percutientibus, quià hujuſmo-
di actiones ſtatui regulari ſunt injurioſæ, *Navar.
in man. cap.* 27. *num.* 78. *Reginald. lib.* 1. *num.* 222.
Bonacin. de Cenſur. in partic. d. diſp. 2. *q.* 3. *pun.* 6. §.
2. *num.* 5. & 7. ubi dicit, quod ad hunc effectum 58
percuſſio attingere debet gravitatem lethalis cul-
pæ, quia excommunicatio major gravem culpam 59
ſupponit, *Henric. Bohic. in cap. ſuper eo, num.* 5. *de
Sent. excom. Soc. in cap. pervenit, num.* 151. & *ſeq.
eod. tit. Dec. in l. ſervus, num.* 5. *C. de Pact. Majol. de
Irregul. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 1. & *lib.* 5. *cap.* 16. *in fin.
Gramm. dec.* 44. *num.* 2. & *ſeq. Menoch. de Arbitr. caſ.*
284. *num.* 22. & 37. *Franc. Marc. dec.* 879. *num.* 2. *lib.*
2. *Peregr. de Jur. fiſc. lib.* 4. *tit.* 4. *num.* 4. & *aliis apud
Car. de Graff. d. eff.* 9. *num.* 82. & *ſeq.*

Obſerva tamèn quod ſi Monialis gravida ſibi 60
præparavit potionem mortiferam fœtui, non in-
curreret hanc excommunicationem: quià hæc a-
ctio cenſetur violenta fœtui, non ipſi Moniali; ni-
ſi fœtus eſſet animatus, quia tunc incideret in ex-
communicationem, *ex decreto Greg. XIII. ut d. Avil.*
2. *par. cap.* 5. *diſp.* 3. *dub.* 12. *Molin. diſp.* 51. *num.* 4.
Bonacin. d. pun. 6. §. 1. *num.* 6.

Obſerva Secundò quod hac cenſura non liga- 61
tur Clericus, qui ob mortem parentum, vel Ami-
corum ſe ſe percutit, vel capillos evellit, aùt ex
devotione, vel cauſa mortificandæ carnis ſe ſe fla-
gellis affligit; quia hujuſmodi actiones non ſunt
injurioſæ ſtatui Clericali, *ut d. Bonacin. loco ſupra ci-
tato num.* 7. *verſ. Hinc ſequitur* &c.

Denique in eamdem cenſuram incidunt qui 62
violentiam faciunt rebus Clerico adhærentibus,
v. g.

v. g. violentèr iniiciendo manus in frenum equi,
cui Clericus inſidet, vel feriendo equum, dùm
Clericus eo utitur, *Innoc. in cap. nupèr, de Sent. ex-*
63 *com. Soc. in cap. pervenit, num. 171. eod. tit. Dec. in cap.*
pervenit, num. 2. de Appell. Honded. conſ. 103. num. 2.
& ſeq. lib. 2. idem dicendum, quando quis ita in-
ſequitur Clericum, ut cogatur idem Clericus ſe
præcipitem dare in fluvium ad ſe recipiendum de
64 manibus inſequentis, *Bonacin. d. diſp. 2. q. 3. pun. 6.*
ſect. 1. §. 1. num. 5. ubi ſubdit, quod inſequens non
ligatur excommunicatione, ſi Clericus cadat in-
terfugiendum, quià talis caſus per accidens ſequi-
tur, nec inſequenti imputatur: niſi fortè eum præ-
viderit, *vide Sylv. in ver. excommunicatio 6. num. 5.*
65 Addunt nonnulli DD. quod eamdem cenſu-
ram incurrunt qui violentas manus iniiciunt in ca-
daver Clerici, quia etiam mortuo fit injuria, *Abb.*
& Felin. in cap. à nobis 2. de Sent. excom. Carrer. in
Pract. crim. tit. de homicid. §. 1. numer. 23. Duen. reg.
99. ampl. 6. Decian. tract. crim. par. 2. lib. 6. cap. 17.
num. 19. Boer. dec. 316. num. 12. verſ. & ſecundum caſus
&c. Cened. in Collect. jur. can. par. 1. collect. 34. num. 8.
& alii apud Car. de Graſſ. d. eff. 9. num. 140. & ſeq.
66 An verò incurrat irregularitatem is, qui am-
putat caput, vel aliud membrum cadaveris? ne-
gativè reſpondet *Car. de Graſſ. loco cit.* tamèn ob
ſcandalum, & horribilitatem à miniſterio Altaris
67 arci debet, *ut d. Majol. de Irregul. lib. 5. cap. 50. n. 8.*
In multis tamen caſibus iniicientes violentas
68 manus in Clericum excuſantur ab hujuſmodi ex-
communicatione; & primò excuſantur percutien-
tes Clericum turpitèr agentem cum Uxore, filia
legitima, vel naturali, Matre, aut Sorore: dum-
modò percuſſio fiat incontinenti, ſeù in ipſo actu
inventionis: ſecùs ſi ex intervallo, *cap. ſi verò, de*
Sent. excom. Navar. in man. cap. 27. num. 84. Abb. in
cap. cum non ab homine, numer. 11. de Judic. ubi etiam
Henric. Bobic. num. 3. Rip. in l. fin. num. 67. C. de revoc.
donat. Tolet. lib. 5. cap. 8. Decian. tract. crim. par. 2.
lib. 6. cap. 34. num. 5. Clar. in §. homicidium, verſ. Di-
xi etiam &c. Car. de Graſſ. eff. 9. num. 186. & ſeq.
quamvis enim percutiens in tali caſu gravitèr pec-
cet percutiendo privata auctoritate: nihilominus
eximitur à pœna excommunicationis, tùm quià
Eccleſia præſumit, huiuſmodi percuſſionem factam
eſſe potiùs ex vehementi paſſione, quàm ſuadente
diabolo, cum difficillimum ſit in tali caſu iuſtum
temperare dolorem, tum etiàm quià afflicto non
eſt addenda afflictio, *Molin. tom. 4. de Juſtit. tr. 3*
diſp. 7. num. 3. & diſp. 55. num. 6. Navar. in Man
cap. 27. num. 84. Eman. Sà de Excommun. Papæ reſervat.
num. 2. Filliuc. tract. 13. cap. 1. quæſt. 6. nu. 2. & alii
communitèr; quod procedit, ſivè Clericus invenian-
tur in actu carnalis copulæ, ſivè in alio turpi actu.
videlicet amplexibus, oſculis &c. ſivè etiam in lo-
co ſuſpecto, ut ſi ſolus inveniatur cum ſola in loco
apto ad turpes actus exercendos, & de hoc adſit
rationabilis ſuſpicio, *ut prætèr Doctores citat. obſervat*
Bonacin. de Cenſur. in partic. diſp. 2. quæſt. 3. d. pun. 6.
§. 2. ſect. 4. num. 6. & ſeq. ubi dicit; quod licitum
69 eſt etiàm in tali caſu Clericum detinere, ut præſen-
tetur ſuo Judici, dummodò non detineatur ultra
20 horas, *Soc. in d. cap. pervenit, num. 296. de ſent. ex-*
com. Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 1. num. 6. Graſ. in dec.
[illegible] r. 2. lib. 3. c. 5. num. 23. Car. de Graſſ. d. eff. 9.
70 *num. 101. & ſeq. & num. 310.* ubi ab hac cenſura ex-
cuſat mulierem, quæ percutit Clericum de ſtupro
tentantem, defendendæ ſuæ caſtitatis cauſa: dum-
modò tentatio fiat facto, & non ſolo verbo, *vide*
Navar. in man. cap. 27. num. 85.

Secùs eſſet, ſi Clericus inveniatur in actu tur-
pi cum alia conſanguinea inferioris gradus, ut cum 71
Avia, nepte &c. tunc enim percutiens Clericum,
non excuſaretur ab hac cenſura, *ſecundùm Molin.*
diſp. 55. ad fin. Bonacin. loco cit. Squillan. de Privil. Cle-
ric. cap. 6. num. 81. & ſeq.
Secundò excuſantur percutientes Clericum, 72
quem neſciebant eſſe Clericum dummodò ignoran-
tia ſit probabilis; ſecùs ſi eſſet craſſa, vel ſupina, ſeù
culpabilis, *Navar. d. cap. 27. n. 80. Tolet. lib. 5. c. 8.*
Roian. conſ. 4. num. 28. vol. 1. Menoch. conſ. 898. num.
25. lib. 9. Bero. conſ. 187. num. 6. lib. 3. Scacc. de Jud.
par. 2. cap. 7. num. 631. & alii apud Car. de Graſſ. d.
eff. 9. num. 189. & ſeq. undè ſi quis inveniat Cleri-
cum noctu, vel in loco tenebroſo, ſeù obſcuro,
ibique eum percutiat, non ligatur hac cenſura, ſed 73
aliis pœnis plectendus eſt, *Bonacin. loco cit. d. pun. 6.*
§. 2. ſect. 4. num. 2. niſi percuſſor eſſet in dubio, an
aliquis ſit Clericus, vel Laicus: quia tunc excom-
municationem incurreret, ſi percuſſus verè ſit Cle-
ricus, *Car. de Graſſ. d. eff. 9. num. 195.* 74
Tertio excuſantur percutientes clericum in-
continenti vim vi repellendo cum moderamine in-
culpatæ tutelæ ad defendendum ſe ipſum, vèl rem
ſuam notabilis prætii, *cap. ex tenore, & cap. ſi verò, de*
Sent. excom. quia talis percuſſio non cenſetur vis, 75
aut ultio, ſed defenſio, quæ cuilibet jure naturæ
licita eſt, dummodò non excedat modum inculpa-
tæ tutelæ cum advertentia, & deliberatione, *Abb.*
in cap. olim 1. n. 5. 19. & 20. de Reſt. ſpol. & in cap. cum non
ab homine, n. 18. de Judic. Alvar. in Spec. Jur. Pontif. c.
35. Henric. Bobic. in cap. ſi verò, nu. 3. de Sent. excom. 76
Item à dicta cenſura excuſantur percutientes cle-
ricum pro defenſione vitæ, vel rerum proximi:
quià licitum eſt vim vi repellere, & innocentis can- 77
ſam ſuſcipere, ſi id fiat ad puram innocentis defen-
ſionem; Undè qui per modicum tempus detinet
clericum pro defenſione ſuæ perſonæ, vèl proximi,
nè ſcilicèt clericus exiens ipſum detinentem, vel
proximum offendat, excuſatur ab hac cenſura, *Car.*
de Graſſ. loco cit. nu. 108. 233. 241. & 245. ubi ſubdit,
quod ſe defendens cum moderamine inculpatæ tu-
telæ, ſi ſequatur mors, excuſatur etiàm ab irregu-
laritate: ſecùs ſi modum exceſſerit, *Bonacin. d. diſp.*
2. q. 3. pun. 6. §. 2. ſect. 4. nu. 1. 78
Hæc autèm concluſio procedit, etiàm ſi per-
cuſſor in tali caſu potuiſſet fugere, ſed fuga fuiſſet
ſibi ignominioſa, *Nau. in man. d. c. 27. nu. 82. Molin.*
ſp. 55. n. 1. Eman. Sà de excommun. Pap. reſervat. n. 2. Re-
nald. lib. 1. n. 224. Filliuc. tract. 15. c. 1. quæſt. 6. n. 22.
Moderamen verò inculpatæ tutelæ cenſetur 79
ſervatum, quando ſe defendens eodem inſtanti id
tantùm fecit, quo omiſſo violentiam repellere non
potuiſſet, ſeu ſi aliàs ſe tueri non poterat. *Barz. de-* 80
ciſ. 182. num. 3. Car. de Graſſ. d. eff. 9. num. 253. & ſeq.
& num. 299. cum ſeq. ubi dicit, quod cenſetur facta
percuſſio ad neceſſariam defenſionem, etiamſi ſo-
lùm adeſſet terror armorum, ut ſi quis haberet in
manibus arma, & minaretur, *Bart. conſ. 110. num.*
1. & 2. lib. 1. Vaſq. controver. illuſtr. c. 18. num. 6. Ber-
rand. conſ. 84. num. 5. lib. 2. Gram. conſ. 56. num. 8. 81
& 9. & conſ. 63. num. 3. in crim. undè percutiens cle-
ricum aggreſſorem in excommunicationem inci-
deret, ſi non eodem inſtanti, ſed ex intervallo il-
lum percuſſerit: vel ſi eodem inſtanti, tamèn erat 82
certus, quod clericus nolebat repercutere, ut ſi poſt
primam percuſſionem clericus abiecerit arma, vèl 83
aufugerit: quià defenſio eſt quidem de jure permiſ-
ſa, ſed non ultio, ſeu vindicta, *cap. ſignificaſti 2. de*
Homicid. Covar. conſ. 34. num. 1. Maſcard. concl. 1126.
num.

num. 46. Cepoll. conſ. 29. in crim. Jo. de Amic. conſ. 77.
num. 9. Natt. conſ. 412. num. 21. Boer. dec. 168. num. 7.
& ſeq. Car. de Graſſ. d. eff. 9. num. 253. & ſeq. Squillan.
de Privil. cler. d. cap. 6. num. 80.
84 Quarto excuſantur ab hac cenſura percutientes
clericum per iocum; quia talis percuſſio, etiamſi
gravis alioquin cenſeretur, non dicitur facta ſua-
dente diabolo, cap. 1. de Sent. excom. quod procedit,
licèt aliqualis ira intervenerit, ſi attenta qualitate
percuſſionis non pertingat ad culpam mortalem ex
inadvertentia, & indeliberatione, Navar. in man.
cap. 27. num. 80. Bonacin. de Cenſur. in partic. diſp. 2. q.
3. pun. 6. §. 2. ſect. 4. num. 3. licèt contrarium ſentiat
Car. de Graſſ. d. eff. 9. num. 308.
85 Quinto excuſantur Pater, Magiſter, herus,
& propinquus maior moderatè percutientes Cleri-
cum in minoribus ordinibus conſtitutum cauſa
correctionis, Nav. in man. cap. 27. num. 82. ſubdens,
quod Magiſter, & Pater cauſa correctionis poſſunt
percutere Clericum etiam in Sacris, Syln. in ver.
86 excommunicatio 6. num. 6. verſ. octavo in Magiſtro &c.
Car. de Graſſ. d. eff. 9. num. 224. 225. & 231. ubi ab
hac cenſura excuſat Seniorem in Eccleſia, qui ze-
lo devotionis pueros, & adoleſcentes Clericos in
minoribus conſtitutos, correctionis cauſa levitèr
87 percutit, Bonacin. de Cenſur. in partic. loco ſupra cit. d.
pun. 6. §. 2. ſect. 4. num. 4. ubi dicit, quod Clericus
Senior, & etiàm alii tàm Laici, quàm Eccleſiaſti-
ci excuſantur, ſi ratione ſui officii ab Eccleſia eii-
ciunt Clericum turbantem Divina officia.
88 Sexto excuſatur Oſtiarius, vel alius officialis
Principis, qui turbam arcens, ſimùl arcet Cleri-
cum: quia talis violentia reſpectu Clerici videtur
caſualis; ſecùs ſi hoc faciat animo inferendi Cleri-
co injuriam, ut poſt Avil. & alios tradit Bonacin. de
Cenſur. in partic. d. diſp. 2. q. 3. pun. 6. §. 2. ſect. quar-
ta num. 15.
89 Septimo excuſantur miniſtri Juſtitiæ Laici de
mandato Epiſcopi, ſeu alterius Superioris capien-
tes Clericum, vel Monachum, eumque torquen-
tes, Nav. d. cap. 27. num. 86. & conſ. 42. de Sent. ex-
com. lib. 5. P. Navar. lib. 2. de Reſtit. cap. 3. num. 474.
filliuc. tract. 15. cap. 1. quæſt. 1. num. 6. Bonacin. loco
cit. d. ſect. 4. num. 5. & 16. & idè de conſuetudine ſervari
teſtatur Clar. in Pract. crim. §. fin. q. 64. verſ. ſed hic
quæro &c.
90 Ottavo excuſantur percutientes Clericum ex
primo motu, ſeu ex ſubitanea animi paſſione
dummodò ſtatim ac advertunt, manum retrahant
Car. de Graß. de effect. cleric. eff. 9. num. 235. & ſeq.
Nono excuſantur percutientes Clericum it
91 levitèr, ut actus exterior omnibus conſiderati
non cenſeatur ſufficiens ad mortalem culpam: e-
92 tiamſi percutientes mortalitèr peccaverint in in-
93 tentione, intendentes gravitèr percutere; ratio
eſt, quia levis exceſſus non eſt punibilis, ex trad.
per DD. in l. ſcio, 4. ff. de Reſtit. in integr. Ciriac. con-
tr. 454. num. 5. & ſeq. lib. 3. Bonacin. d. diſp. 2. q. 3.
pun. 6. §. 1. num. 3.
94 Decimo excuſantur Clerici impuberes, qui
ſe pugnis percutiunt, & ſanguinem à naribus eli-
ciunt: quià talis actio intèr pueros non reputatur
gravitèr injurioſa, Bonacin. loco cit. d. §. 1. num. 14.
Pilaia dec. 11 num. 19. lib. 1. tom. 1.
95 Decimoprimo excuſantur ab hac cenſura per-
cutientes Clericum in minoribus, in iis caſibus,
in quibus privilegium Canonis quoquo modo a
miſit, Navar. in man. cap. 27. num. 81. verſ. undeci
mo &c.
96 Privilegium verò canonis Clericus in mino-
ribus amittit primò quando non defert habitum,
& tonſuram, & ab Epiſcopo ter fuit admonitus,
ut tonſuram, & habitum deferat, & nihilominùs
non vult deferre, cap. ſi verò, de Sent. excom. Syln. in 97
ver. excommunicatio 6. num. 6. Avil. 2. par. cap. 5. diſp.
3. dub. 13. caſ. 5. Molin. diſp. 54. num. 1. hoc enim
privilegium regularitèr non amittitur per ſolam di-
miſſionem habitus, & tonſuræ, niſi Clericus ter
fuerit monitus, Navar. loco cit. num. 80. Pilaia d.
dec. 11. num. 15. Jordan. de Re benefic. lib. 10. tit. 37.
num. 24. 27. & ſeq. idem dicendum de Religioſis,
qui non amittunt privilegium Canonis per habi-
tus monachalis dimiſſionem, niſi tèr ab eorum Su-
perioribus moniti fuerint, Bonacin. de Cenſur. in par-
tic. d. diſp. 2. q. 3. pun. 6. §. 2. ſect. 4. num. 9. Subdens 98
ibidem, quod Novitius, qui egreditur animo de-
ſerendi novitiatum, ſtatim deſinit eſſe Religioſus,
conſequentèr ſtatim amittit privilegium Religio-
ſis, & Novitiis conceſſum in cap. Religioſo, de Sent.
excom. in 6.
Hoc autem intelligendum eſt; quando Cleri- 99
cus aliquoties, vel per modicum tempus habitum,
& tonſuram dimiſit; Secùs ſi longo tempore; quià
in tali caſu reputatur ut Laicus, & amittit privi-
legium Canonis, & fori abſque alia monitione,
Suar. de Cenſur. diſp. 22. ſect. 1. num. 11. Bann. 2. 2. q.
12. art. 1. diff. 3. concl. ult. Conimb. de Sacram. diſp. 14.
dub. 15. num. 163. Panorm. in cap. 1. num. 6. de Apoſt.
Car. de Graß. de effect. Cleric. eff. 1. num. 909. & ſeq. Bo-
nacin. de Legib. diſp. 10. q. 2. pun. 1. §. 4. num. 15.
Secundò prædictum privilegium amittit Cle- 100
ricus incorrigibilis, aut qui ſe ſe immiſcet enor-
mitatibus, ut graſſando &c. etiamſi monitus non
fuerit, Navar. in man. cap. 27. num. 81. Molin. diſp.
40. & 54. Ambroſin. de Immun. cap. 17. num. 12. Car.
de Graſſ. d. eff. 9. num. 212. & 289. Bonacin. de Cenſur.
in partic. diſp. 2. q. 3. pun. 6. §. 2. ſect. 4. num. 11.
Tertiò amittit dictum privilegium Clericus, 101
qui poſt trinam monitionem non deſiſtit à feren-
dis armis militaribus, Soc. in cap. pervenit, num. 112
& ſeq. de Sent. excom. Bonacin. de Cenſur. in partic. d.
diſp. 2. q. 3. pun. 6. §. 2. Sect. 4. num. 13.
Quarto ſimilitèr amittit dictum privilegium 102
Clericus, qui artem mimicam per Annum publi-
cè exercuerit, vel etiam infrà Annum, ſi tertiò
monitus ab illa ſe non abſtinuerit, Navar. d. cap.
27. num. 80. Car. de Graſſ. d. eff. 9. num. 208. Bonacin.
loco proxim. cit. d. Sect. 4. num. 13.
Quinto Clericus bigamus bigamia vera, vel 103
interpretativa amittit privilegium Canonis, &
etiam fori, & alia omnia privilegia Clericalia,
cap. un. de Cleric. Conjug. in 6. cap. un. de Bigam. eod. lib.
Sanch. de Matrim. lib. 7. diſp. 46. num. 3. Squillan. de
Privil. Cleric. cap. 6. num. 24. & c. 7. num. 36. Sub- 104
dens, quod Clericus non amittit hoc privilegium,
si in Uxorem duxit Mulierem à ſe tantùm cogni-
tam, aut ſi duxit cognitam ab alio, cum ea tamen 105
non conſumavit Matrimonium, vide Jo. Præpoſit.
73. par. q. 5. de Irregular. dub. 17. num. 134. Dian. 106
par. 4. tr. 1. reſ. 27. Bonacin. de Cenſur. diſp. 2. q. 4.
pun. 1. num. 6. hoc tamen non procedit in Religio-
ſo, qui erat Bigamus, quià nullo jure conſtat,
Religioſum bigamum privari hoc privilegio, ſicut
privatur Clericus bigamus, ut obſervat Squillan. lo-
co cit. d. cap. 6. num. 28. Bonacin. loco proxime cit.
Sexto amittit privilegium Canonis, & etiam
Clericus in minoribus, ſi efficiatur Miles, & ſe ſe
exerceat in armis, & præliis; Innoc. Abb. & alii
communitèr in cap. 1. de for. compet. Socin. in cap. perve-
nit, num. 105. & ſeq. de Sent. excom. Rota par. 4. deciſ.
154.

154. Genuenſ. in Prax. cap. 7. num. 4. Squillan. de Privil. Cleric. cap. 7. num. 32. Secùs eſſet, ſi Clericus ſolùm aſcriberetur militiæ; quià tùnc non amitteret privilegium, *vidè Squillan. loco cit. Car. de Graſſ. d. eff. 9. num. 204. 205. & 210. Decian. tract. crim. par. 2. lib. 6. cap. 34. num. 7.*

108 Settimo Clericus declaratus, ſeu denunciatus hæreticus: vel ſchiſmaticus ſtatim amittit dictum privilegium Canonis abſque alia monitione, quià cùm in tali caſu delinquat in legem Eccleſiæ, non debet lege Eccleſiæ juvari, & ideò privatur etiam privilegio fori, *Innoc. & Jo. Andr. in cap. ſi verò, de Sent. excom. Card. in clem. 2. §. cæterum, de elect. Graſſ. in deciſ. aur. par. 2. lib. 6. c. 34. num. 10. Ruin. conſ. 4. num. 15. lib. 5. Car. de Graſſ. d. eff. 9. num. 218.*
109 *& ſeq.* idem dicendum, ſi Clericus eſſet hæreticus manifeſtus, vel doceret publicè propoſitiones hæreticàles, *Pilaja d. deciſ. 11. num. 16. lib. 1. tom. 1.*

110 Ottavo dictum privilegium amittit Clericus, qui vivit uti Laicus inhoneſtè, ſi tertiò monitus ſe ſe non correxit, *Soc. in cap. pervenit, num. 114. de Sent. excom. Car. de Graſſ. d. eff. 9. num. 207.*

111 Nono Beneficio dicti Canonis non gaudet is, qui ſuſcepit ordines antè baptiſmum, vel qui per vim abſolutam, aùt ſinè intentione ad eos promotus fuit, *Navar. in man. c. 27. num. 79. Sayr. lib. 13. cap. 26. & 27. Phillarc. lib. 3. de offic. Sacerd. diſp. 33. Bonacin. de Cenſur. in partic. diſp. 2. q. 3. pun. 6. §. 2. Sect. 3. num. 4. & ſeq.*

112 Decimo dicto privilegio privatur Clericus exercens per ſe ipſum tabernam, vel Lanienam, aut alia Sæcularia negotia, ſi ter monitus non deſiſtit, *Navar. d. cap. 27. num. 81. Abbat. in cap. cum non ab homine, num. 11. de Judic. Gram. conſ. 110. num. 8. in civil. & alii apud Car. de Graſſ. de effect. Cleric. eff. 1. num. 244. & ſeq.*

113 Notandum tamèn eſt quod Clericus beneficiatus, vel in Sacris conſtitutus non amittit privilegium Canonis, aut fori, etiamſi habitum, & tonſuram longo tempore dimiſerit, niſi fuerit actualitèr degradatus, *cap. degradatio, de Pœn. in 6.*

114 Notandum ſecundo quod ſi Clericus in Sacris contraheret Matrimonium, adhuc gauderet privilegio Canonis, & fori: quia tùnc non fieret bigamus bigamia vera, vel interpetrativa, per quam amittitur omne privilegium Clericale, ut ſupra
115 diximus: ſed fieret bigamus bigamia ſimilitudinaria, & ficta, per quam non tollitur privilegium
116 Clericale, *ut tradunt DD. in cap. un. de Bigam. in 6.* idem dicendum eſt de Religioſo profeſſo contrahente Matrimonium, *Sylu. in ver. Bigamus, q. 8. Sanch. lib. 7. de Matrim. diſp. 46. Reginald. lib. 1. num. 23. Molin. diſp. 54. Bonacin. de Cenſur. in partic. diſp. 2. q. 3. pun. 6. §. 2. ſect. 4. num. 14.*

117 Notandum tertio quod trina monitio, de qua ſuprà egimus, facienda eſt cum intervallo aliquorum dierum: nec ſufficeret una pro tribus, *Ludov. Roman. ſing. 719. Navar. in man. cap. 27. num.* 80. niſi
118 monitio fiat in Synodo: tùnc enim una monitio facta ſub expreſſa comminatione amiſſionis privilegii, ſi habitus Clericalis non deferatur, videtur ſufficere: quià talis monitio vim habet conſtitutionis, quo caſu non requiritur trina monitio, cum conſtitutio ſemper admonere præſumatur, *cap. 2. de Conſtit. in 6. Hoſt. in cap. 1. nè Cleric. vel Monach. Alex. de Nevo conſ. 60. num. 14. ubi de communi teſtatur, Clar. in §. fin. q. 36. verſ. ſed quid &c.*

119 Notandum quarto quod quando jura privant Clericum privilegio Clericali, privant eum utroque, Canonis ſcilicet, & fori, *vide quæ diximus in tract. de Regim. Eccleſ. lib. 4. cap. primo num. quarto.*

Notandum quinto quod is, qui habitum, & 120
tonſuram deſervit, etiam animo non amplius reaſſumendi, ſi deindè mutato conſilio habitum reaſſumat, recuperat privilegium Clericale; Undè
Clericus, qui contraxit Matrimonium cum virgi- 121
ne, eaque mortua ſtatum Clericalem reaſſumit, gaudet privilegio Clericali, *Azor. 1. par. lib. 13. ad fin. Barboſ. in l. filia, num. 33. ff. ſolut. Matrim. Bonacin. de legib. diſp. 10. quæſt. 2. pun. 1. §. 4. num. 22. in fin.*

Queres, à quo abſolvi debeat percuſſor Cleri- 122
ci? Reſp. quod aut agitur de percuſſione levi, & in tali caſu abſolvit Epiſcopus per ſe, vel per alium quià facultas abſolvendi in percuſſione levi, eſt facultas ordinaria, quæ competit Epiſcopo ratione dignitatis; & ideò poteſt delegari, *cap. pervenit, de Sent. excom. Turrecrem. in can. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4. Dec. in cap. pervenit, 2. num. 1. de Appell. Decian. tr. crim. p. 2. lib. 6. cap. 34. num. 30. Car. de Graſſ. d. eff. 9. num. 173. & ſeq. Bonacin. de Cenſur. in partic. diſp. 2. q. 3. pun. 6. §. 2. ſect. 5. num. 3. & ſeq.* ubi dicit, quod etiam Vicarius Generalis in tali caſu poteſt per ſe ipſum abſolvere, & dare alteri facultatem abſolvendi, quia eſt Judex ordinarius, & facit unum tribunal cum Epiſcopo.

Aut agitur de percuſſione gravi, & tunc ab- 123
ſolutio reſervatur Papæ, *d. can. ſi quis ſuadente diabolo, Duen. reg. 99. Graſſ. in deciſ. aur. p. 2. lib. 3. c. 5. num. 33. Sbrozz. de Vicar. Epiſc. lib. 2. q. 180. num. 10 Zecch. de Privil. Eccleſ. privil. 55. num. 2. & 7. & alii communiter;* niſi percuſſor Clerici reperiatur in articulo mortis: quia eo caſu a quolibet Sacerdote abſolvi poteſt non ſolum ab hac excommunicatio-
ne, ſed etiam a quacunque alia cenſura, cum nul- 124
la ut reſervatio in mortis articulo, *Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 7. de Caſuum reſervatione, Eman. Sà in ver.*
Abſolutio, num. 3. Rodriq. 1. par. cap. 59. concl. 3. quod 125
procedit, etiamſi adeſſet Superior, vel alius ſacerdos ad audiendas confeſſiones admiſſus, *ſecundùm citatos Doctores;* quia in tali caſu ſimplex Sacerdos videtur approbatus ab eodem Concilio; quamvis contrarium teneat *Ugolin. de Cenſur. tab. 1. c. 4. §. 5. Molin. to. 4. diſp. 63. num. 7. Valent. to. 4. diſp. 7. q. 10 pun. 2. Coninch. de Pœn. diſp. 8. dub. 22. num. 90. & alii,* quorum ſententia videtur probabilior; quià quando patet aditus ad Superiorem, vel ad confeſſarium approbatum, non cenſetur adeſſe neceſſitas, proptèr quam conceſſa fuit ſimplici Sacerdoti poteſtas abſolvendi, *ut obſervat etiam Bonacin de Cenſur. in commun. diſp. 1. q. 3. pun. 3. num. 3.* ubi tamen ſubdit, quod Sacerdos inferior, vel non approbatus, qui cæpit audire confeſſionem pænitentis in articulo mortis conſtituti, antequam adveniret Superior, vel alius Sacerdos approbatus, poſſet, adveniente Superiore, vel alio Sacerdote approbato, reliqua peccata audire, & abſolutionem ab omnibus impendere, præſertim ſi adeſſet grave periculum.

Dicitur verò articulus mortis ad hunc effe- 126
ctum, quando adeſt probabile dubium de morte, quæ ut plurimùm ſoleat in eo eventu contingere, ſive proveniat ex cauſa graviſſimæ infirmitatis, ſive ex alia cauſa ut quando quis cogitur ſuſcipere navigationem periculoſam, vel iter prædonibus expoſitum, aut quando mulier eſt partui proxima, & nondum aliàs peperit: aut ſi alias peperit, experta eſt, ſe parere cum mortis periculo, *Sylu. in ver. abſolutio, 1. num. 8. Suar. de Pœnitent. diſp. 26. ſect. 4. num. 3. Reginald. lib. 9. num. 10. Bonacin. de*

Cenſur.

Digitized by Google

Cenſur. in commu. d. diſp. 1. q. 3. pun. 3. num. 4. & alii communiter.

127 Levis verò, vel gravis percuſſio, ſeu injuria judicanda eſt arbitrio boni viri ex circumſtantiis perſonarum, loci, temporis, modi percuſſionis, & læſionis, *Molin. de Juſtit. tr. 3. diſp. 57. Gutier. canon. lib. 1. cap. 15. num. 14. Bellett. Diſquiſ. Cleric. p. 1. tit. dè favor. Clericor. canonii, §. 3. num. 34. Barboſ.*
128 *de offic. & poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 41. num. 4. & ſeq.* ubi etiam advertit, quod percuſſio non cenſetur grauis, eo quia fiat in publico, niſi in ſe fuerit notabilis, & magnum aliquod ſcandalum pariat.

129 Obſerva tamen, quod legatus à latere poteſt etiam ab hac cenſura abſolvere, etiamſi percuſſio
130 ſit gravis, *cap. ad audientiam, de Sent. excom.* item legati miſſi poſſunt abſolvere in Provincia, ad quam mittuntur, *cap. pen. de offic. legat.* non tamen
131 legati nati, niſi ſpeciale privilegium habeant, *Bonacin. de Cenſur. in partic. diſp. 2. q. 3. pun. 6. §. 2. ſect. 5. num. 2.*

132 Obſerva ſecundo quod Prælati ferè omnes Religioſorum exemptorum hodiè habent privilegium abſolvendi ſuos ſubditos, non ſolum profeſſos, ſed etiam Novitios, tam per ſe, quam per alium, ab hujuſmodi excommunicatione, etiam ob gravem percuſſionem contracta, etiamſi novitii in hanc cenſuram inciderint antè novitiatum, *Sorb. in Compend. privil. fratr. minor. in ver. abſolutio quoad fratres, Bonacin. d. diſp. 2. q. 3. pun. 6. §. 2. ſect. 5. num. 5. & ſeq.* eodem privilegio gaudeat etiam Religioſi, quibus communicata ſunt privilegia aliorum habentium hujuſmodi facultatem, *ut not. Bonacin. loco cit.*

133 Alii verò Prælati Sæculares Epiſcopis inferiores, talem facultatem non habent, etiamſi eis competat juriſdictio quaſi Epiſcopalis, *Bonacin. loco proximè cit. d. ſect. 5. num. 7.*

134 Obſerva tertio quod Epiſcopus ab hac excommunicatione contracta etiam ob gravem percuſſionem abſolvere poteſt eos, qui ob legitimum impedimentum vel perpetuum, vel temporale non poſſunt Summum Pontificem adire, *cap. de cætero, ubi DD. de Sent. excom.* unde ab Epiſcopo abſolvi poſſunt impuberes, & etiam puberes, præſertim ſi itineratio puberis ex aliqua rationabili cauſa videtur periculoſa: 2. Mulieres cujuſcunque ſint ætatis, & conditionis: 3. ſenes: 4. cæci, claudi, vel alio corporali impedimento laborantes: 5. infirmi, ſeu valetudinarii: 6. pauperes, non ſolum qui ſtipem oſtiatim quærunt, ſed etiam qui bona poſſident, ſi attento ſtatu perſonæ, & dignitate videantur indigere: intèr quos illi etiam numerandi ſunt, qui uxorem, & filios habent, & ſi accederent ad Sedem Apoſtolicam, familiam relinquerent in magna neceſſitate: 7. delicati, qui ſcilicèt nequeunt ſufferre iter adeundi Romam, quod arbitrio Epiſcopi relinquitur: 8. exiſtentes in poteſtate alterius, quales ſunt filii fam. & ſerui, dummodò Pater, vel Dominus grave damnum patiantur abſque ſua culpa ex filii, aut ſervi abſentia. 9. habentes capitales inimicitias etiam ex propria culpa contractas, *vide Navar. in man. cap. 27. num. 88. & ſeq. Molin. diſp. 69. Reginald. lib. 1. num. 256. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 41. num. 6. & ſeq.* ubi addit, quod conſetur quoad hoc habere legitimum impedimentum is, qui curam habet animarum, ſi in abſentia idoneum Vicarium conſtituere nequeat, *Bonacin. de Cenſur. in partic. d. diſp. 2. q. 3. pun. 6. §. 2. ſect. 5. num. 10. & ſeq.*

Notandum tamèn eſt, quod habentes perpe- 135
tuum impedimentum, ut Mulieres, Senes, Ceci &c. poſt abſolutionem obtentam ab Epiſcopo, non tenentur ſe præſentare Sedi Apoſtolicæ: & ideò poſſunt ab Epiſcopo abſolvi abſolutè abſque injunctione præcepti ſe præſentandi coram Summo Pontifice; Secùs ſi haberent impedimentum temporale, ut infirmi, habentes capitales inimicitias &c. iſti enim tenentur ſublato impedimento ſe præſentare coram Summo Pontifice, eiſque, quando impenditur abſolutio, injungendum eſt præceptum cum juramento, ut ceſſante impedimento, accedant ad Sedem Apoſtolicam, *cap. eos, qui, & cap. quamvis, de Sent. excom.* alioquin reinciderent in excommunicationem, ſi oblata commoditate ſe ſe non præſentaverint, *d. cap. eos qui, ubi DD. Bonacin. loco cit. d. pun. 6. §. 2. ſect. 5. num. 16. & ſeq.* in eam-
dem cenſuram reincidunt qui abſoluti ſunt à Pa- 136
pa, vel Legato cum onere, ſeù obligatione ſe præſentandi coram aliquo, vel ſatisfaciendi injuriæ, & poſtea ſe non præſentant, nec ſatisfaciunt, *ut tradunt citati Doctores.*

137 Notandum Secundo quod ea, quæ diximus de Servo, intelligenda ſunt de Servo propriè, qui non eſt ſui Juris, ſed ſervilis conditionis; non autèm de famulis, & aliis, qui ſerviunt propter mercedem: iſti enim, cum non ſint in poteſtate Domini non excuſantur, quin accedere debeant ad Sedem Apoſtolicam; item quod dicitur de Filiofamilias, intelligi debet de filiofam. exiſtente ſub patria poteſtate, non autem de mancipato, *Navar. in man. cap. 27. n. 88. Car. de Graſs. d. eff. 9. num. 167.*

Notandum Tertio quod ab hoc onere ſe præ- 138
ſentandi coram Papa excluduntur impuberes, & etiam puberes ex ea ratione, quià iſti proptèr minorem ætatem mitiùs puniuntur ob imbellicitatem conſilii, *Fel. in cap. fin. num. 1. de Sent. excom. Duan. reg. 259. in 8. ampliat. Farinac. in Pract. crim. quæſt. 92. num. 162. Car. de Graſs. d. eff. 9. numer. 168. & ſeq.* ubi rectè advertit, quod ſi minor cogere-
tur adire Summum Pontificem, non mitiori, ſed 139
ordinaria pœna plecteretur. Idem dicendum, quãdo aggreſſus in ſe defendendo excederet moderamen incu'patæ tutelæ verberando, vel vulnerando Clericum aggreſſorem: quià tunc non tenetur accedere ad Sedem Apoſtolicam pro abſolutione obtinenda, ſed poteſt abſolvi a ſuo Epiſcopo, cum in tali caſu non pœna ordinaria, ſed mitiori puniendus ſit, *Fel. in cap. ſignificaſti 2. num. 24. de Homicid. Maſcard. concl. 1126. num. 52. Bertran. conſ. 274. num. 2. lib. 1. Soc. Jun. conſ. 86. num. 10. & ſeq. lib. 2. & conſ. 117. num. 17. lib. 3. Corn. conſ. 108. lib. 1. Boer. dec. 168. num. 7. Affli. deciſ. 206. in fin. Car. de Graſs. d. eff. 9. num. 265.*

Notandum Quarto quod neque Clericis col- 140
legialiter viventibus, neque Officialibus Principum arcentibus turbam eſt injungendum præceptum, ut ſe præſentent coram Papa in iis caſibus, in quibus Epiſcopus poteſt abſolvere ab excommunicatione ob gravem percuſſionem; quemadmodùm
nec Superiores Regulares hujuſmodi præceptum 141
injungere debent ſuis Subditis, *Bonacin. de Cenſur. in partic. d. diſp. 2. quæſt. 3. punt. 6. §. 2. ſect. 5. numer. 17. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 41. numer. 16.*

NotandumQuinto quod is, qui non poteſt Sum- 142
mum Pontificem adire ob legitimum impedimentũ, non poteſt ab Epiſcopo abſolvi, quando poteſt ſaltem adire Legatum, vel alium habentem facultatẽ abſolvendi ab huiuſmodi excommunicatione

Sum-

Summo Pontiſici reſervata, *Navar. in man. cap. 27. num. 89. Reginald. lib. 1. num. 256. Bonacin. de Cenſur. in partic. d. diſp. 2. quæſt. 3. pun. 6. §. 2. ſect. 5. numer. 18. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 2. alleg. 41. num. 31.*

143 Notandum Seſto quod Epiſcopus ex privile-
gio Concilii Tridentini *Seſſ. 24. de ref. cap. 6.* poteſt
ſuos ſubditos per ſe ipſum, vel Vicarium ad id ſpe-
cialiter deputandum, in foro conſcientiæ abſol-
vere ab hac Cenſura, etiam ob gravem percuſſio-
nem contracta: quemadmodum poteſt abſolvere
etiam ab aliis Cenſuris Papæ reſervatis, dummo-
dò delictum ſit occultum, nec deductum fuerit ad
144 forum contentioſum; quo caſu talis excommuni-
catus ab Epiſcopo abſolutus, non tenetur poſteà
accedere ad Sedem Apoſtolicam, vel ad Legatum,
*Molin. diſp. 64. num. 8. Reginald. lib. 30. num. 91. Co-
ninch. tom. 2. diſp. 8. dub. 8. Suar. de Cenſur. diſp. 54.
Sect. 2. num. 4. Bonacin. loco cit. d. pun. 6. §. 2. Sect. 5.*
145 *num. 19. & ſeq.* ubi dicit, quod Epiſcopus hujuſmo-
di facultatem poteſt non ſolum in caſu particula-
ri, ſed etiam generalitèr delegare alicui Vicario
ad id ſpecialitèr deputando, quià iſta facultas jure
ordinario competit Epiſcopo, *vide Sanch. de Ma-
trim. lib. 2. diſp. 40. num. 17. & lib. 3. diſp. 7. num. 20.*

146 Hic autèm quæri poteſt, an Diaconi, ſeu
Clerici Syluatici gaudeant privilegio Canonis?

Pro intelligentia notandum eſt, quod tales Clerici, licèt ſint merè laici, appellantur tales, quia in nonnullis Regni Neapolitani Diœceſibus aſſumuntur ab Epiſcopis ad ſeruitium illarum Eccleſiarum; eorum tamèn numerus certus eſt, & limitatus: quia in Cathedralibus, ſeu Superioribus Eccleſiis quatuor ad ſummum ab Epiſcopo eligi poſſunt, in Collegiatis, vel Parochialibus duo, in aliis verò Eccleſiis, in quibus Divina celebrantur, ſi Epiſcopo videbitur, unus, qui per ſe ipſos Eccleſiis prædictis inſervire tenentur, non autèm per interpoſitam perſonam.

His præmiſſis ad quæſitum reſp. quod iſti Diaconi, ſeu Clerici Syluatici non gaudent privilegio Canonis; gaudent tamen privilegio fori in criminalibus omninò, & etiam in Civilibus quoad corporis diſtrictionem tantùm: gaudent quoque durante ſervitio, immunitate ab oneribus perſonalibus, non autèm ab aliis, niſi alitèr in loco de conſuetudine ſeruetur, *ità cenſuit Sac. Congregatio Cardinalium controverſiis juriſdictionalibus præpoſitorum ſub die 26. Julii 1644. prout refert Pignatell. tom. 1. conſult. 98. num. 30.*

S V M M A R I V M

1 *Clerici Sacris ordinibus inſigniti gaudeat privilegio fori, etiamſi habitum, & tonſuram non deferant.*
2 *Clerici in minoribus non gaudeat privilegio fori, niſi habeant requiſita Concilii Tridentini.*
3 *Quidſi verſentur in Seminario, vel in aliqua Scola ſeu Univerſitate.*
4 *Clericus Beneficiatus gaudet privilegio fori, etiamſi non inſerviat Eccleſiæ.*
5 *An Clericus, qui illicitè obtinuit beneficium, gaudeat privilegio fori.*
6 *Quid ſi Clericus ordinatus fuerit ab Epiſcopo ſuſpenſo, excommunicato &c.*
7 *An ii, qui ab alieno Epiſcopo cum falſis dimiſſoriis ad minores ordines promoti ſunt, gaudeant privilegio fori.*
8 *Clericus in minoribus, cui uti Clerico eſt reſervata penſio ſuper fructibus beneficii, gaudet privilegio fori.*
9 *Quando penſio veniat appellatione beneficii.*
10 *An Clericus, qui de mandato Epiſcopi fuit aſcriptus ſeruitio certæ Eccleſiæ, gaudeat privilegio fori, ſi inſerviat alteri Eccleſiæ.*
11 *An aſcriptio in Eccleſia de mandato Epiſcopi ſit neceſſaria, ut quis gaudeat privilegio fori.*
12 *Clerici orientales, ſeu Greci gaudent privilegio fori, etiamſi Eccleſiæ non inſerviant.*
13 *Clericus Conjugatus, ſi habeat requiſita Concilii, gaudet privilegio fori in cauſis criminalibus, & civilibus.*
14 *Epiſcopus poteſt procedere contrà Clericos minorum ordinum delinquentes, etiamſi non habeant requiſita Concilii.*
15 *Quoad Clericos delinquentes in caſibus, in quibus fori privilegium amittunt, datur præventio inter Judicem Laicum, & Eccleſiaſticum.*
16 *Quid ſi delictum commiſſum à Clericis ſit leue.*
17 *Clericus gaudet privilegio fori, etiamſi ex aliquo impedimento non potuerit continuò Eccleſiæ ſeruire.*
18 *Continuò fieri dicitur, quod pro majori Anni parte ſit.*
19 *An trina monitio requiratur, ut Clerici fori privilegium amittant ob habitus dimiſſionem.*
20 *Clericus non exuitur privilegio fori proptèr enormitates, niſi trina monitione præcedente.*
21 *Clericus, qui longo tempore habitum, & tonſuram dimiſit, amittit privilegium Canonis, & fori abſque alia monitione.*
22 *Qui poſt patratum delictum aſſumpſit Clericatum ad ſe eximendum à juriſdictione Sæculari, gaudet privilegio fori.*
23 *Qui utitur jure ſuo, non dicitur fraudem committere.*
24 *Iudex laicus non poteſt civilitèr, aut criminalitèr procedere contrà laicum, qui poſteà aſſumpſit clericatum.*
25 *Laicus, qui ſe obligavit per inſtrumentum guarentigiatum, ſi poſteà efficiatur Clericus, non poteſt ampliùs coràm Judice Laico conveniri.*
26 *Reus capitalis criminis accuſatus, ſi efficiatur miles, non remittitur, ſed à Judice militiæ judicandus eſt.*
27 *Quando Clerici conſtituti in Sacris, vel beneficiati non deferentes habitum, & tonſuram Clericalem, priventur privilegio fori.*
28 *Hodiè Clerici in Sacris conſtituti tantùm degradantur, non autèm conſtituti in minoribus.*
29 *Regulares, & alii hic deſcripti gaudent privilegio fori.*
30 *Milites Sancti Joannis, & alii deſcripti gaudent privilegio fori.*
31 *Privati privilegio fori, non cenſentur privati privilegio Canonis.*
32 *Clericus, qui tempore delicti ſolitus erat deferre habitum Clericalem, gaudet privilegio fori, etiamſi tempore capturæ inveniatur ſine habitu, & numer. 33. & 34.*
35 *Clericus conjugatus, qui tempore commiſſi delicti ſolitus erat geſtare habitum Clericalem, à Judice Eccleſiaſtico punitur, etiamſi poſteà fiat bigamus per aliud Matrimonium.*
36 *Clericus in minoribus relegatus à Judice Eccleſiaſtico, ſi poſtea efficiatur Laicus, & contraveniat, ab eodem Eccleſiaſtico punitur.*
37 *Mutatio fori poſt ſententiam, non mutat prioris Judicis juriſdictionem.*
38 *Filii legitimi Clericorum vivente Patre gaudent privilegio fori, non autèm illegitimi.*
Colonus Menſæ Epiſcopalis, & eius filii gaudent privilegio fori, ibidem.
39 *Vxor Clerici Græci, vel latini gaudet privilegio fori.*
40 *An Vxor mortuo Viro gaudeat dicto privilegio.*
41 *An Servi Epiſcoporum, & Clericorum gaudeant privilegio fori.*

42 *Familia armata Epiſcopi, & alii officiales Curiæ Eccleſiaſticæ gaudent privilegio fori.*
43 *An aſcripti Servitio Eccleſiæ, ut fiant poſteà Clerici, gaudeant dicto privilegio.*
44 *An Eremitæ gaudeant eodem privilegio.*
45 *Quando Clericus dicatur incedere in habitu Clericali.*
46 *An Clerici excommunicati, irregulares, ac depoſiti gaudeant dicto privilegio.*
47 *Et an gaudeant eodem privilegio Clerici hæretici, vel Schiſmatici.*
48 *An Laici habentes generalem rerum Eccleſiæ adminiſtrationem, vel Conductores bonorum Eccleſiaſticorum compræhendantur ſub dicto privilegio.*
49 *Cognitio, an Clericus gaudeat privilegio fori, vel an incedat in habitu, & tonſura, ad Judicem Eccleſiaſticum ſpectat.*
50 *Reus pendente cognitione, an gaudeat privilegio, remanere debet penes Judicem Laicum.*
51 *An Hoſpitalia, & Confraternitates gaudeant dicto privilegio.*
Et an Hoſpitalarii ad dictum privilegium admittantur, ibidem.
52 *Concubina Clerici à Judice Eccleſiaſtico punitur.*
53 *In quo caſu Judex Laicus poſſit punire Clericum.*
54 *Viduæ, Pupilli, & aliæ miſerabiles perſonæ gaudent privilegio fori.*
55 *An, & quando Epiſcopus cognoſcere poſſit cauſas aliorum Laicorum.*

C A P. IV.

De Privilegio Fori.

1 QUamvis Clerici Sacris ordinibus inſigniti
gaudeant privilegio fori, etiamſi habitum,
& tonſuram non deferant, vel Eccleſiaſti-
cum beneficium non habeant, *Bellett. di-*
ſquiſ. Cleric. tit. de favor. Cleric. perſon. §. 8. num. 7.
2 *Clar. in Pract. crim. §. fin. q. 36. verſ. Hæc autem &c.*
alii tamèn in minoribus ordinibus, vel prima ton-
ſura conſtituti fori privilegio non gaudent, niſi
beneficium Eccleſiaſticum habeant, aut Clerica-
lem habitum, & tonſuram deferentes alicui Eccle-
ſiæ de mandato Epiſcopi in ſpiritualibus inſervi-
3 ant, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua
Scola, ſeu Univerſitate de licentia Epiſcopi quaſi
in via ad majores ordines ſuſcipiendos verſentur;
ità diſponente Sac. Concilio Trident. ſeſſ. 23. de ref. cap. 6.
4 Obſervant autèm DD. quod Clericus in mi-
noribus conſtitutus gaudet privilegio fori, ſi ha-
beat Cappellaniam, dummodò ſit collativa, vel
beneficium etiàm modici valoris, vel etiàm ſinè
redditibus, aut ejus titulum, ſeu collationem ſinè
poſſeſſione, etiamſi in tali caſu habitum, & ton-
ſuram non deferat, & Eccleſiæ non inſerviat: quià
Concilium *loco cit.* prædictas conditiones non re-
quirit in Clerico beneficiato, ſed in eo, qui nul-
lum habet beneficium, *Gavant. in man. Epiſcap. ver.*
fori privilegium, num. 12. Garc. de benef. par. 2. cap. 2.
num. 1. & ſeq. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 2. al-
leg. 12. num. 6. & ſeq. Ricc. in Prax. for. Eccleſ. par. 1.
reſ. 338. & in Collect. dec. 1610. par. 5. Squillant. de
Privil. Cleric. cap. 7. num. 16. & ſeq. Jordan. de re be-
5 *neſic. lib. 10. tit. 37. num. 30.* ubi dicit, quod Cleri-
cus beneficiatus non efficitur de foro Laicali, e-
tiamſi illicitè obtinuerit beneficium, ut quià erat
illegitimus, Simoniacus, vel irregularis, & de
facto reperiatur in poſſeſſione beneficii, *Car. de*
Graſſ. de effect. Clericat. eff. 1. num. 666. Vincent. de fran-
ch. dec. 189. Maſcard. de Probat. concl. 302. num. 5.
Obſervant ſecundo quod Clericus gaudet
privilegio fori, etiàmſi fuerit ordinatus ab Epiſco- 6
po excommunicato, ſivè ſuſpenſo, ſeù alitèr im-
pedito, quià hujuſmodi defectus non impedit,
quin character imprimatur, *Squillant. de Privil.* 7
Cleric. cap. 7. num. 22. Dian. par. 4. tr. 1. reſ. 26. & par.
3. tr. 1. reſ. 62. niſi ad primam tonſuram, vel ad mi-
nores ordines promotus fuerit cum falſis dimiſſo-
riis: quià in tali caſu, ſequuta priùs Judicis Eccle-
ſiaſtici declaratione, fori privilegio non gaudet,
ſed Sæculari juriſdictioni, ut anteà, plenè in om-
nibus ſubiacet, *ex conſtit. Urbani VIII. edit. die 11.*
Decembris 1624. Squillan. loco cit. d. cap. 7. num. 2. Car.
de Graſſ. d. eff. 1. num. 636. & eff. 15. num. 18. Barboſ.
de offic. & poteſt. Epiſc. par. 2. all. 8. num. 19. & ſeq.
Obſervant tertio quod Clericus in minoribus,
cui uti Clerico eſt reſervata annua penſio ſuper 8
fructibus beneficii Eccleſiaſtici, ſi incedat in habi-
tu, & tonſura, gaudet privilegio fori, etiamſi Ec-
cleſiæ non inſerviat, *ut cenſuit Sac. Congregatio teſte*
Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 57. nu. 151.
ratio eſt, quià hujuſmodi penſio in materia favora- 9
rabili venit appellatione beneficii, *Gig. de penſion. qu.*
28. num. 18. Mandoſ. in reg. 19. Cancell. quæſt. 11. num.
11. Gavant. in man. Epiſcap. ver. penſio, num. 11. Garc.
de beneſ. par. 1. cap. 2. num. 117. & ſeq. & cap. 5. num.
71. & ſeq.
Obſervant quarto quod Clericus incedens in 10
habitu, & tonſura gaudet privilegio fori, etiamſi
ſervitium præſtet alteri Eccleſiæ, & non illi, cui
per Epiſcopum fuit aſcriptus, *ut cenſuit Sacr. Congre-*
gatio teſte Ricc. in Collect. deciſ. 1606. par. 7. Proſp. de
Auguſtin. ad Quaran. in ver. habitus Clericalis, Novar.
in Opuſc. pract. concl. jur. Pontif. concl. 2. num. 5. de for.
compet. Squillan. de privil. Cleric. cap. 7. num. 14. ubi 11
dicit, quod hodiè aſcriptio in Eccleſia de mandato
Epiſcopi, non eſt neceſſaria, ſed ſufficit, quod rea-
litèr fiat ſervitium in divinis, cum id videatur re-
ſpexiſſe Concilium Tridentinum, *& ità Sacram*
Congregationem cenſuiſſe in Valantina 29. Iunii 1628. re-
fert Dian. par. 9. tract. 6. reſol. 6.
Obſervant quinto, quod Clerici conjugati 12
Orientales, quos Græcos appellamus gaudent hoc
privilegio, etiamſi Eccleſiæ non inſerviant, *Car. de*
Graſſ. d. eff. 1. num. 82. Squillan. loco cit. d. cap. 7.
num. 15.
Obſervant ſexto, quod Clericus conjugatus, 13
qui cum unica, & virgine matrimonium contraxit,
ſi incedat in habitu, & tonſura, & inſerviat alicui
Eccleſiæ gaudet privilegio fori non ſolùm in cauſis
criminalibus, ſed etiam in civilibus, *ut cenſuit Sac.*
Congregatio teſte Barboſ. de offic. & poſt. Epiſc. part. 2.
alleg. 12. num. 25. Ricc. in prax. for. Eccleſ. par. 3. reſ.
113. ubi de communi teſtatur, Mart. de juriſd. part. 4.
caſ. 153. Squillan. d. cap. 7. num. 27. Jordan. de Re be-
neſic. lib. 10. tit. 37. num. 25. Gavant. in man. Epiſcop.
ver. Clericus num. 84.
Obſervant ſeptimo quod licèt Clerici primæ 14
tonſuræ, ſeu minorum ordinum non habentes re-
quiſita Concilii, non gaudeant privilegio fori,
non tamen impeditur Epiſcopus, quin poſſit præ-
veniendo contra eos delinquentes procedere, ſivè
preſentes ſint, ſivè abſentes, eoſdemque punire,
etiamſi dictorum Clericorum delicta non ſint mix-
ti fori, *ut declaravit Sac. Congregatio teſte Garc. de Be-*
neſ. par. 2. cap. 2. num. 16. Pignatell. tom. 1. conſ. 46.
num. 1. & ſeq. ubi refert., ità etiam cenſuiſſe Sac. Con-
gregationem ſuper controverſiis juriſdictionalibus in una
Umbriaticen. die 4. & 14. Auguſti 1626. & in una Ci-
vitatem

Digitized by Google

14 *vitatis Ducalis die* 17. *Januarii* 1628. idemque proce-
15 dit in aliis caſibus, in quibus Clerici fori privile-
gium amittunt, *Triviſ. deciſ.* 48. *lib.* 2. *Jordan. loco
cit. d. lib.* 10. *tit.* 37. *num.* 29. ubi ſubdit, quod ſi de-
16 lictum leve ſit, non prorogatur juriſdictio ad Lai-
cos, ſed reſervatur ſoli Eccleſiaſtico.

Obſervant octavo quod Clericus adhuc gau-
17 deret privilegio fori, ſi ex aliquo impedimento
non potuit continuò Eccleſiæ ſervire; quemadmo-
dum nec privatur tali privilegio, ſi aliquando ha-
bitum dimiſit; ſufficit enim quod ſerviverit pro
majori anni parte; ſecùs ſi bis, vel ter in anno tan-
tummodò inſerviverit, *Gavant. in ver. fori privile-
gium, num.* 6. *Squillan. de privil. Cleric. cap.* 7. *num.* 11.
18 ubi dicit, quod continuò fieri cenſetur, quod pro
majori anni parte ſit, *& ità cenſuit Sac. Congregatio
teſte Ricc. deciſ.* 154. *num.* 5. *par.* 4. *Barboſ. d. part.* 2.
alleg. 12. *num.* 14. *Bonacin. de legib. diſp.* 10. *quæſt.* 2.
pun. 1. §. 4. *num.* 14. *Car. de Graſſ. de effect. clericat d. eff.*
1. *num.* 1183. *Proſp. de Auguſt. ad Quarant. in ver. Ha-
bitus clericalis, verſ. prænarrata conſtitutio &c. Farin.
in Prax. crim. quæſt.* 8. *num.* 68. *Ugolin. de poteſt. Epiſ.
cap.* 12. *num.* 3. §. 6.

19 Obſervant nono quod trina monitio præcede-
re debet tam reſpectu Clerici conjugati, quam re-
ſpectu Clerici ſoluti, ſi iſti brevi temporis ſpatio
habitum dimiſerunt, alias fori privilegium non
amittunt, *cap. in audientia, de ſent. excom. gloſ. com-
muniter recepta in cap. ex parte, de Privil. Panorm. in
cap. tuæ de Apoſtat. Covar. pract. quæſt. cap.* 32. *num.* 1.
Jordan. de Re benefic. lib. 10. *tit.* 37. *num.* 24. *&* 27. *cum
ſeq. Ricc. deciſ.* 167. *par.* 2. *Thomaſ. Valaſc. tom.* 1. *alleg.*
46. *& ità declaraſſe Sac. Congregationem, refert Dian.
par.* 4. *tr.* 1. *reſ.* 78. *verſ. notandum eſt &c. Barboſ. d.
par.* 2. *alleg.* 12. *num.* 29. *Car. de Graſſ. loco cit. eff.* 1.
nu. 891. *Pignatell. conſ.* 45. *nu.* 7. ubi dicit, quod Cle-
ricus fori privilegium non amittit, ſi habitum
Clericalem ad breve tempus depoſuerit, etiamſi in-
ventus fuerit in habitu ſæculari cum pugione, &
aliis armis militaribus, *Squillan. de privil. Cleric. d.*
20 *cap.* 7. *num.* 32. ubi addit, quod Clerici non exuun-
tur privilegio fori proptèr enormitates, niſi trina
monitione præcedente, etiamſi in hujuſmodi enor-
21 mitatibus diù perſeveraverint; ſecùs eſſet ſi longo
tempore, ſeù continuata conſuetudine non utan-
tur habitu, & tonſura Clericali, & in habitu Lai-
cali perſeverant, itàut publicè reputentur Laici,
quia tunc amittunt fori, & Canonis privilegium
abſque alia monitione, *ut reſolvit Sacr. Congregatio
teſte Proſp. de Auguſtin. in addit. ad Quarant. in ver.
habitus Clericalis, & ita intelligendi ſunt Layman. in
Theolog. mor. lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 6. *num.* 2. *aſſer.* 1. *Sua-
rez. de Cenſur. diſp.* 22. *ſect.* 1. *num.* 11. *Bonacin. de legib.
diſp.* 10. *quæſt.* 2. *pun.* 1. §. 4. *num.* 14. *Mar. Antonin.
var. lib.* 3. *reſ.* 48. *num.* 7. *Ricc. par.* 4. *deciſ.* 154. *num.*
4. *Bellet. diſquiſ. Cleric. par.* 1. *tit.* 3. §. 8. *num.* 8. *Dian.
par.* 1. *tr.* 2. *reſ.* 34. *& alii.*

22 Obſervant decimo quod is, qui poſt patratum
delictum aſſumpſit Clericatum, ut ſe eximeret à
juriſdictione ſæculari, gaudet ſimiliter hoc privi-
legio non ſolùm quoad perſonam, ſed etiam quoad
bona, *Jo. Andr. & alii in cap.* 1. *de oblig. ad ratioc. Dec.
tract. crim. par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *nu.* 60. *Vinc. de Franch.
deciſ.* 109. *&* 395. *& alii apud. Squillant. de privil. Cle-
ric. cap.* 7. *num.* 33. *&* 107. ratio eſt quia videtur uti
jure ſuo aſſumendo ſtatum Clericalem animo Deo
ſerviendi, etiamſi ſimul habeat animum vitandi
forum ſæculare; qui autem utitur jure ſuo, non
23 dicitur fraudem committere, *Suarez. contra Regem
Angliæ lib.* 4. *cap.* 5. *nu.* 17. *Bonacin. de Cenſur. in Bul-
la Cœn. content. diſp.* 1. *quæſt.* 16. *ſect.* 1. *pun.* 5. *num.* 9.
*verſ. hæc limitatio &c. Anton. de Marin. quotidian. reſol.
cap.* 54. *num.* 8. *Genueſ. in Prax. cap.* 8. *num.* 5. ubi 24
dicit, quod Judex Laicus nec in cauſa criminali,
nec in civili contra Laicum conventum procedere
poteſt, ſi poſteà aſſumpſit Clericatum: quia ſi con-
fugiens ad Eccleſiam poſt delictum animo frau-
dandi curiam ſæcularem, gaudet immunitate,
quamvis remaneat Laicus, & in Eccleſia ad tem-
pus moretur, multò magis dicto privilegio gau-
dere debet qui perſonam ſuam per Ordinum ſuſce-
ptionem Deo conſecrat, ut illi perpetuò famule-
tur, *Valaſc. conſult.* 48. *tom.* 1. ubi dicit, Clericum
qui Clericatum aſſumpſit poſt relegationem, fuiſſe
juſtè remiſſum ad Judicem Eccleſiaſticum, *Car. de
Graſſ. de effect. Clericat. eff.* 1. *num.* 841. 1140. *&* 1250.
cum ſeq. ubi dicit, quod ſi Laicus ſeſe obligaverit 25
per publicum Inſtrumentum quarantigiatum, &
poſteà efficiatur Clericus, non poteſt ampliùs con-
veniri coram Judice Laico, ſed tantùm coram Ec-
cleſiaſtico.

Hæc concluſio confirmatur *per textum in l. qui* 26
cum uno §. reus, ff. de Re milit. ubi reus capitalis cri-
minis accuſatus, ſi efficiatur miles, non remittitur
ſed à Judice militiæ judicandus eſt; ex quo corruit
fundamentum, *Zerol. in ver. Clericus, nu.* 6. *Gomez.* 3. *var.
cap.* 10. *Molin. tr.* 3. *diſp.* 49. *nu.* 21. *Covar. pract. quæſt.
cap.* 32. *verſ. ſecunda concluſio &c. Menoch. de Præſumpt.
lib.* 6. *quæſt.* 76. *num.* 35. *Guttier. lib.* 1. *pract. quæſt.* 5.
Clar. in Pract. crim. qu. 36. *nu.* 38. *Farinac. tract. crimin.*
1. *par. quæſt.* 8. *num.* 104. *limit.* 9. *& aliorum contra-
rium ſentientium.*

Obſervant 11. quod Beneficiati, vel conſtituti 27
in ſacris, etiamſi non deferant habitum, & tonſu-
ram, & a proprio Epiſcopo, vel Prælato tertiò
moniti fuerint, ut habitum, & tonſuram re[illegible]-
mant, tamen non privantur dicto privilegio, niſi
priùs fuerint à Judice Eccleſiaſtico degradati, &
traditi Curiæ ſæculari, *Covar. pract. quæſt. cap.* 32.
num. 2. *Clar. in pract. crim. quæſt.* 36. *verſ. ſunt autem
&c. Bonacin. de Cenſur. diſp.* 4. *pun. un. num.* 18. ubi
advertit, quod hodiè Clerici in ſacris conſtituti 28
tantùm degradantur, non autem conſtituti in mi-
noribus, *Squillant. de Privil. Cleric. cap.* 7. *num.* 32.
Layman. in Teol. mor. lib. 1. *tract.* 5. *par.* 2. *cap.* 5. *Sua-
rez. lib.* 4. *Defenſ. fid. cap.* 27. *num.* 24. Quidquid in
contrarium aſſerant *Triviſ. deciſ.* 48. *lib.* 2. *Jordan. de
Re benefic. lib.* 10. *tit.* 37. *num.* 29.

Obſervant 12. quod privilegio fori gaudent 29
etiam Monachi, & Regulares non ſolùm profeſſi;
ſed etiam Novitii, ac Tertiarii S. Dominici, & S.
Franciſci communiter viventes, ſeu cum clauſtra-
libus habitantibus, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par.*
3. *alleg.* 107. *num.* 9. *& ſeq. Gavant. in ver. fori privile-
gium, num.* 16. *cum ſeq. Dian. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 38.
eodemque fruuntur privilegio Sorores ejuſdem
Tertii Ordinis habitum geſtantes, etiamſi in pro-
priis, vel Conſanguineorum domibus, vel ſeorſim
habitent, ſi virginalem, aut cælibem vitam ſim-
plicitèr, & expreſsè voveant; item dicto privile-
gio gaudent etiam Converſi, ſivè oblati alicujus
Monaſterii, dummodò iſti vivant, ut Regulares,
& ſint in ſervitio Eccleſiæ, ac incedant in habitu
ipſius Religionis, *Car. de Graſſ. loco cit. eff.* 1. *num.* 95.
Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 2. *alleg.* 12. *num.* 30.
*Quarant. in ver. privilegia Regularium, ubi refert conſti-
tutionem Leonis X. Squillant. d. cap.* 7. *num.* 42.

Obſervant 13. quod Milites S. Joannis Hye- 30
roſol. S. Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, ac. S.
Stephani, & Lazari eodem gaudent privilegio;

quia iſti connumerantur intèr perſonas Eccleſia-
ſticas, *Nauur. conſ. 12. de Regal. Car. de Graſſ. d. eff. 1.
num. 109. Barboſ. loco cit. d. par. 2. alleg. 12. num. 45.*
31 Obſervant 14. quod privati privilegio fori,
non cenſentur privati privilegio Canonis, *Garz. de
Beneſic. par. 2. cap. 2. num. 20. Barboſ. de offic. & poteſt.
Epiſc. par. 2. alleg. 12. num. 32. Gavant. in ver. fori pri-
vilegium, num. 29. Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 5.
num. 7. Bellet. Diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. 3. §. 8. nu. 55*
Obſervant 15. quod gaudet etiam privilegio
32 fori Clericus, qui licèt tempore capturæ invenia-
tur ſinè veſtibus clericalibus, tamen tempore de-
licti illas geſtavit, vel ſolitus erat antè commiſſum
delictum geſtare, dummodò alia requiſita concur-
rant; quia ſpectatur tempus delicti, *ut cenſuit Sac.
Congregatio teſte Mar. Antonia. var. lib. 3. reſ. 48. nu.
7. Sanch. de matrim. tom. 2. lib. 7. diſp. 46. num. 10.
Squillant. de privil. Cleric. cap. 7. num. 10. Ricc. in prax.
for. Eccleſ. reſ. 530. Genuenſ. in Prax. cap. 9. Carol. de
Graſſ. de effect. Clericat. d. eff. 1. num. 910. Layman. in
Theol. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 6. num. 2. Tancred. de
matrim. lib. 7. diſp. 46. num. 5. Dian. part. 1. tract. 2.
reſ. 34. & 35. & par. 4. tract. 1. reſ. 18.* ubi dicit,
quod Clericus gaudet privilegio fori, ſi antè men-
ſem, quo patratum fuit delictum, conſtet, eum
veſtes clericales geſtaſſe, & ſervitium in Eccleſia
præſtitiſſe.
Ex quo infertur, quod Clericus, qui ſolitus
33 erat habitum clericalem geſtare, & poſtea eo dimiſ-
ſo homicidium commiſit, & ſinè habitu à Laica
poteſtate captus fuit, remittendus eſt ad forum
Eccleſiaſticum: quià non præſumitur dimiſiſſe ha-
bitum animo illum deſerendi, ſed ut commodiùs
delictum perpatraret, *ut declaravit Sacr. Congregatio
teſte Bonacin. de legib. diſp. 10. quæſt. 2. punct. 1. §. 4.
num. 14.*
Infertur 2. quod ſi Clericus habens requiſita
34 Concilii delinquat, & poſtea matrimonium con-
trahat, vel habitum dimittat, ab Epiſcopo puniri
debet, non autem à Judice Laico, *Bajard. ad Clar.
quæſt. 36. num. 46. Viuc. de Franch. deciſ. 417. num. 4.
Gratian. diſcept. foreaſ. cap. 224. Barboſ. loco cit. par. 2.
alleg. 12. num. 6. Bonacin. in Bull. cœn. diſp. 1. quæſt. 16.
ſect. 1. pun. 3. num. 14. Gavant. in manual. Epiſcop. ver.
fori privilegium num. 14.*
Infertur 3. quod ab Epiſcopo puniendus eſt
35 Clericus coniugatus, qui poſt commiſſum deli-
ctum tempore, quo gaudebat privilegio fori, ef-
fectus eſt bigamus, contrahendo aliud matrimo-
nium, *Alex. conſ. 149. num. 9. lib. 5. Pereir. de manu
reg. par. 2. cap. 26. num. 17. Grammat. deciſ. 10. Fari-
nac. tract. crim. quæſt. 8. num. 66. Ricc. par. 2. deciſ. 113.
Sanch. in Opuſc. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 3. num. 1. &
ità cenſuit Sac. Congregatio Immunitatis die 9. Septembris
1631. prout refert Dian. par. 4. tract. 1. reſol. 6. & 27.*
36 Infertur 4. quod Clericus in minoribus rele-
gatus à Judice Eccleſiaſtico, ſi durante relegatio-
nis tempore, efficiatur Laicus, & contraveniat,
ab eodem Eccleſiaſtico puniendus eſt: tum quià in
tali caſu per contraventionem offenditur juriſdi-
ctio Judicis eccleſiaſtici: tùm etiam quià mutatio
37 fori poſt ſententiam regulariter non mutat prioris
Judicis juriſdictionem, ſed ejus juriſdictio durat,
ut poſſit perpetuò ſuam ſententiam exequi, nè red-
datur eluſoria, dummodò aliud non obſtet, *DD.
in cap. quærenti, de offic. deleg. & deciſum refert. Genuenſ.
in Prax. cap. 8. num. 1. & ſeq. Squillan. de privil. Cle-
ric. cap. 7. num. 108. Grammat. dec. 10.*
38 Obſervant 16. quod etiam filii legitimi Cleri-
corum gaudent privilegio fori vivente Patre, quia
Pater, & filius una, & eadem perſona reputantur,
*l. fin. C. de Impub. & aliis ſubſtit. Pignatell. tom. 2.
conſult. 51.* ubi addit quod non ſolùm Colonus par-
tiarius menſæ Epiſcopalis, ſed etiam ejus filius
gaudet fori privilegio. *ut cenſuit Sac. Congregatio in
Urbevetana 6. Martii 1635. & in Fulginaten. 13. Julii
1637. & in Ariminen. 13. Julii 1631. vide Sperell. deciſ.
42. num. 21. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 49.
Car. de Graſſ. d. eff. 1. num. 189 ubi num. 203.* id limi-
tat in filiis illegitimis, *Squillant. d. cap. 7. num. 35.
Novar. Quæſt. for. par. 1. quæſt. 98. num. 2.* eodem- 39
que privilegio gaudet Uxor Clerici græci, vel
etiam latini in minoribus conſtituti in caſu, quo
ejus Vir dicto privilegio gaudet, quia Uxor ratio-
ne matrimonii ſortitur forum Viri, *l. cum quædam,
ff. de juriſdi. omn. jud. l. ea, quæ, & l. fin. §. 2. ff. ad
manicip. l. fin. C. de Incol. lib. 10. Car. de Graſſ. loco cit.
d. eff. 1. num. 155. & ſeq. Bellet. Diſquiſ. Cleric. part. 1.
tit. de favor. Cleric. real. §. 1. num. 24. & 25.* quod
procedit etiam mortuo Viro, donec alteri nubat, 40
quia durante viduali ſtatu cenſetur eſſe in priori
matrimonio, *l. filii, §. 1. ff. ad municip. Soc. ſen. conſ.
12. num. 18. vol. 1. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par.
2. alleg. 13. num. 15. Squillant. d. cap. 7. num. 34.* ſub-
dens, quod ſi Vir hoc privilegium ex aliqua cauſa
amitteret, illud quoque amitteret ejus Uxor.
Obſervant 17. quod hoc fori privilegio gau- 41
dent Servi Epiſcoporum, & Clericorum non ſo-
lùm perpetui, ſed etiam ad tempus, pretio aut
mercede conducti, quemadmodum famuli mili-
tum, & ſcholarium gaudent privilegio Domino-
rum; quia iſti reſpectu illius temporis ut quid ac-
ceſſorium ad Dominos reputantur, *cap. fin. de offic.
Archid. Narbon. in 3. par. recopil. lib. 4. tit. 1. leg. 20.
gloſ. 1. num. 27. Gratian. diſcept. for. tom. 2. cap. 340.
num. 4. & 5. Squillant. de privil. Cleric. cap. 7. dub. 2.
num. 57. Menoch. de arbitr. caſ. 562. num. 12. Carol. de
Graſſ. de effect. Clericat. eff. 1. num. 150. Theſaur. dec. 22.
num. 4. in fin. Dian. par. 3. tr. 1. reſ. 47. & par. 7. tr. 7.
reſ. 61.* quod intelligendum eſt de iis, qui ordinariè
ſerviunt, & commenſales dicuntur, ut ſi conducti
ſint ad annum, vel longius tempus: non verò de
aliis, qui ſalario dietim, vel per hebdomadas ſer-
viunt, *Soccin. in cap. 2. de for. compet. latè Mart. de ju-
riſd. par. 4. caſ. 111.* eodem privilegio gaudet fami-
lia armata Epiſcopi, Fiſcalis, Notarius Cancella- 42
riæ, Depoſitarius pignorum, Nuncii, Cuſtodes
carcerum; *ut tradunt DD. citati, Barboſ. de offic. &
poteſt. Epiſc. alleg. 107. num. 9. & ſeq.*
Obſervant 18. quod dicto privilegio gaudent
qui inſerviunt Eccleſiæ, & ſunt verè aſcripti, & 43
deputati ſervitio Eccleſiæ, ut fiant poſtea Clerici:
nam licet conſtituti non ſint in aliquo ordine Ec-
cleſiaſtico, nec gaudeant privilegio canonis, ne-
que exemptione à gabellis, tamen de his tamquam
de Eccleſiaſticis quoad juriſdictionem eſt judican-
dum, *gloſ. in cap. 2. ubi Abb. num. 5. Barboſ. num. 29.
de for. compet. Ambroſin. de Immunit. cap. 22. num. 6.
Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 8. num. 8. Novar.
de elect. for. quæſt. 57. ſub num. 13. ſect. 2. Dian. par. 3.
tract. 1. reſol. 69.*
Obſervant 19. quod fori privilegium extendi-
tur etiam ad Eremitas ſivè in communitate vivant 44
in aliqua congregatione ſub aliquo Prælato ex ta-
cita, vel expreſſa Pontificis auctoritate, quamvis
non faciant profeſſionem, ſivè alium peculiarem
vivendi modum teneant, dummodò alicui ſacro
loco ex obligatione ſerviant ſub obedientia Epi-
ſcopi, vel alterius Prælati, *Anton. de Marin. reſol.
quotid. cap. 1[illegible]. nu. 8. Mart. de Juriſd. par. 4. caſ. 213.
num.*

Digitized by Google

num. 7. & ſeq. Bonacin. in Bull. cœn. diſp. 1. quæſt. 16. ſect. 1. pun. 3. num. 18. Squillant. de privil. Cleric. cap. 7. dub. 1. num. 44. Car. de Graſſ. de effect. Cleric. eff. 1. num. 106. Ricc. in Prax. reſol. 149. Sylv. in ver. Eremita, nu. 3. Navar. in man. cap. 27. num. 79. Layman. in Theol. moral. lib. 1. tr. 5. par. 2. cap. 5. num. 4. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 12. num. 43. & alii apud Dian. par. 4. tr. 1. reſ. 35.

45 Obſervant 20. quod Clericus, ut gaudeat privilegio fori, non tenetur deferre pallium, & etiam togam uſque ad talos, *Garc. de Beneſ. par. 7. cap. 1. num. 23.* ubi dicit, quod non eſt neceſsè ad hunc effectum, ut Clericus deferat duas veſtes longas, ſed ſatis eſt ſi deferat unam, videlicet vel tunicam, vel pallium, *Novar. in Novo jur. Pontiſ. concl. 117. num. 7.* ubi, quod Clericus cenſetur incedere in habitu, quando defert pallium talare, licèt toga non tangat genu, *vide Dian. par. 4. tract. 1. reſ. 91.*

46 Obſervant 21. quod fori privilegio gaudent Clerici etiam excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, irregulares, ac etiam depoſiti verbaliter, *DD. in cap. cum non ab homine, de Judic. Ricc. in Prax. aur. var. reſ. 355. & 438. & deciſ. 315. part. 3. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. d. part. 2. alleg. 9. numer. 18.* exceptis Clericis hæreticis, vel ſchiſmaticis de-
47 nunciatis, vel alias publicis: iſti enim ſtatim abſque alia monitione privilegio cenſentur privati, quia cum committant in legem Eccleſiæ propter hæreſim, non debent Eccleſiæ lege juvari, *cap. quia fruſtra, ubi DD. de uſur. Car. de Graſſ. de effect. Cleric. eff. 1. num. 1255.* ubi dicit, quod tales poſſunt conveniri coram Judice Laico, ſi in eo loco non adeſt officium Inquiſitionis, vel quando Judex Eccleſiaſticus non poteſt illos compeſcere.

48 Obſervant 22. quod fori privilegio gaudent etiam Laici, qui habent generalem rerum Eccleſiæ adminiſtrationem, *Azor. par. 1. lib. 7. cap. 39. qu. 6. Car. de Graſſ. d. eff. 1. num. 447. Squillan. de privil. Cleric. cap. 3. num. 60. & cap. 7. num. 57. verſ. utrum verò &c. Theſaur. deciſ. 22. num. 7. Mart. de juriſd. par. 4. caſ. 112. num. 11. Sperell. deciſ. 42. num. 21.* ubi loquitur de negociorum geſtore menſæ Epiſcopalis; talis enim Miniſter eſt maximè neceſſarius, alias menſa Epiſcopalis notabile damnum pateretur, nec poſſet uti rebus ſuis, *gloſ. communitèr recepta in c. indicatum, 89. diſt. Car. de Graſſ. de effect. Clericat. eff. 1. num. 150. Menoch. de arbitr. Jud. lib. 2. caſ. 562. Dian. reſ. mor. par. 3. tract. 1. reſ. 47.*

49 Obſervant 23. quod cognitio, an Clericus incedat in habitu, & tonſura, vel an gaudeat privilegio fori, non ad Judicem Laicum, ſed ad Eccleſiaſticum tantùm ſpectat, *Rot. deciſ. 3. de ſent. excom. in nov. Covar. pract. cap. 33. num. 1. Squillant. d. cap. 7. num. 25. Maſcard. de probat. concl. 689. num. 8. & ſeq. lib. 2. Jordan. de re beneſic. lib. 10. tit. 37. num.*
50 *34. & 36.* ubi ſubiicit, quod reus pendente cognitione, an gaudeat privilegio fori, remanere debet penes Judicem ſæcularem, à quo captus fuit.

51 Obſervant 24. quod Confraternitates, & Hoſpitalia, in quibus opera charitatis, & pietatis, & alia exercitia ſpiritualia exercentur, gaudent privilegio fori, ſivè erecta fuerint auctoritate Epiſcopi, ſivè non; quia ex exercitio operum charitatis, pietatis ſunt, & cenſentur loca pia: & ideò earum bona alienari non poſſunt ſinè licentia Sedis Apoſtolicæ, *Novar. de elect. for. ſect. 2. quæſt. 54. & 56. Ricc. in Prax. tom. 3. reſ. 142. Peregrin. de Immunit. cap. 4. num. 64. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 71. num. 38. & par. 2. alleg. 12. nu. 40.* eodemque privilegio gaudent Hoſpitalarii auctoritate Epiſcopi deputati ad hujuſmodi Hoſpitalia, *Squillan. de privil. Cleric. cap. 7. num. 45. Dian. par. 4. tr. 1. reſ. 37. & par. 3. tr. 1. reſ. 66. Mart. de juriſd. part. 4. centur. 2. caſ. 113. nu. 28. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 12. num. 40. Felin. in cap. 2. num. 8. de for. compet.* privilegium enim conceſſum Hoſpitali includit etiam ſervientes, ſinè quibus infirmi, & Peregrini in hoſpitium recipi non poſſunt, *Ciarlin. contr. forenſ. cap. 187. num. 19. Squillan. loco cit. d. cap. 7. num. 45.*

Obſervant 25. quod etiam Concubina Clerici 52
non à Judice Laico, ſed ab Eccleſiaſtico tantùm punitur, ſivè talis Concubina ſit publica, ſivè non; quia Concubinatus prohibitio tam quoad Clericos, quàm quoad Laicos, ab Eccleſia originem ſumpſit, *c. nemo ſibi blandiatur 32. qu. 4. Theſaur. dec. 22. num. x. in fin. Mart. de Juriſd. par. 4. caſ. 44. num. 5. & ſeq. Sperell. dec. 19. nu. 4. & 5. ubi ità in praxi ſervari teſtatur.*

Ex dictis infertur, quod Judex Laicus non 53
poteſt aliquo modo contra Clericum procedere, nec eum punire, niſi degradatus fuerit, & traditus Curiæ ſæculari, *Amb. de Immun. Eccleſ. cap. 17. num. 10. & ſeq. Car. de Graſſ. de effect. clericat. eff. 1. num. 841. & eff. 2. num. 164.* ubi hanc concluſionem limitat in Clerico aſſaſſino, quem Judex Laicus punire poteſt antè actualem degradationem, præcedente tamen ſententia Epiſcopi, per quam declaretur, talem Clericum eſſe aſſaſſinum, *& ità ſtatuiſſe Clementem VIII. in conſtitut. edit. 18. Decembris 1595. refert Squillant. de privil. Cleric. cap. 7. num. 112. & 114.* ſubdens, quod poteſt etiam Judex Eccleſiaſticus procedere contrà Clericum aſſaſſinum ita, ut ſit locus præventioni; aſſaſſinus verò dicitur qui aliquo dato, vel promiſſo homicidium mandat, vel committit, *vide Vinc. de Franch. dec. 176.*

Obſervant 26. quod etiam Viduæ, & pupilli 54
gaudent privilegio fori, duplex enim privilegium viduis, & pupillis a jure conceſſum eſt, & utroque àd ſui libitum uti poſſunt; Alterum à jure civili *in l. unica, C. Quando Imper. int. pupill. & vid.* Et tunc ſi pupilli, & Viduæ initantur diſpoſitioni *d. l. unic.* non poſſunt cauſam a Curia Laica àvocare, illamque ad Epiſcopalem trahere, quià lex illa indulget quidem Viduis, & pupillis, ut valeant de Civitate ad Civitatem, ſivè de Tribunali Laico ad aliud ejuſdem generis collitigantes trahere, non autem de foro Laico ad forum Eccleſiaſticum, & ſic trahunt de loco ad locum, non de foro ad forum, *ut d. Marcheſ. de commiſſ. par. 2. tit. de commiſſ. avoc. cauſ. fol. 325. num. 167.* & ita ſervat Signatura, *Sperell. in ſuis deciſ. Eccleſiaſt. deciſ. 156. num. 22.* ſubdens, *num. 45. & 56.* quod pupilli, & Viduæ dicto privilegio ſibi *in d. l.* conceſſo, intuitu ſtatus, & conditionis, uti poſſunt ſivè ſint divites, ſivè pauperes, ſivè ſint ſpoliatæ, aut oppreſſæ, ſivè non, ſivè Judex cauſæ negligat, ſivè paratus ſit juſtitiam adminiſtrare, quia ſemper habent fori electionem, itaut Adverſarium trahere poſſint à Judice loci ad Curiam ſupremam. & econtrà ab iſta ad Judicem inferiorem, *ut ex d. l. unica.*

Alterum privilegium Viduis, & pupillis conceſſum fuit miſerationis intuitu à Jure Canonico in tribus caſibus, videlicet ſi Judex Laicus negligat juſtitiam illis adminiſtrare, vel ſi illi ſint pauperes, vel ſi à Laico ſpoliati, aut oppreſſi fuerint, *per tex. in cap. ex tenore 11. & cap. ex parte 15. de for. compet. & cap. ſignificantibus 38. de offic. deleg.* Et tunc ſi Viduæ, & pupilli initantur diſpoſitioni Juris Canonici, certum, & indubitatum eſt, quod agendo

in

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

in quolibet ex dictis caſibus habent fori electionem, itaut poſſint Laicos etiam in cauſis profanis trahere de foro Laicali ad forum Eccleſiaſticum, & ſic de foro ad forum, ut apertè conſtat ex dictis juribus, *& tradunt Canoniſtæ communitèr*, *Rolan. conſ.* 20. *lib.* 2. *Marcheſan. de commiſſ. avoc. cauſ. par.* 2. §. 2. *ſub num.* 31. *pag.* 303. *Staphil. de litter. grat. & juſt. fol.* 150. *vol.* 2. *Natt. conſ.* 590. *num.* 9. *& ſeq. Cened. quæſt. can. quæſt.* 14. *num.* 4. *& alii innumeri apud Sperell. d. deciſ.* 156. *num.* 9. *& ſeq. & num.* 23. *et* 56. *verſ. de jure canonico*, ubi etiam dicit, quod quando vidua coram ſuo Judice Laico convenitur in ſupradictis caſibus, etiamſi ſit pauper, coram illo reſpondere tenetur, nec forum declinare poteſt, quia de Jure Canonico non niſi cum ipſa eſt actrix, gaudet dicto privilegio; & ideò ſi ab alio coram Judice Laico pro cauſa non Eccleſiaſtica convenitur, utique coram illo reſpondere debet, ex traditis per *Innoc. et alios in cap. ſignificantibus, de offic. deleg.* Quod procedit non ſolùm in cauſis civilibus, ſed etiam in criminalibus, *Ricc. in Collect. deciſ.* 1. *Vulp. in Prax. judic. for. Eccleſ. cap.* 47. *num.* 4. *et ſeq. Afflict. in conſtit. Regni, ſtatuimus, num.* 23. *Sperell. d. deciſ.* 156. *nu.* 40. Etiamſi cæptum ſit judicium coram Judice Laico; Quia Viduæ, & pupilli hujuſmodi privilegio uti inducto miſerationis intuitu, non poſſunt tacitè, aut expreſsè renunciare; & ideò non attenditur conſenſus tacitè præſtitus in juriſdictionem Judicis laici, litem coram eo ſubſtinendo, *Fælin. in cap. ſi diligenti, ſub num.* 16. *de for. compet. Parpal. in d. l. unic. Neviz. in Sylv. nupt. l.* 6. *num.* 38. *Natt. conſ.* 590. *num.* 15. *Theſaur. deciſ.* 177. *num.* 6. *ubi teſtatur hanc eſſe communem, & ità in Senatu Pedemontano deciſum, Bellug. in ſpecul. princ. rubr.* 23. *ſub num.* 2. *Cravett. ſuper ritu* 233. *num.* 9. *Cancer. var. reſol. cap.* 2. *de juriſd. omn. Jud. par.* 2. *num.* 27. *ubi dicit, quod ità in praxi ſervatur, Sperell. d. deciſ.* 156. *num.* 49. *& ſeq. latè dixi in tractatu de Regim. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 1. *& ſeq.* & ità cenſuit Sacr. Congregatio Eminentiſs. Cardinalium ſuper controverſiis juriſdictionalibus *die*
55 16. *Februarii* 1636. *in una Civitatis Cornetanæ, & Montis Faliſci*, ubi reſolutum fuit, Epiſcopum non ſolùm poſſe cognoſcere cauſas laicales pupillorum, Viduarum, & aliarum perſonarum miſerabilium, ſed etiam aliorum Laicorum, ſi iſtorum reſpectu non opponatur fori declinatoria, niſi per Epiſcopum probaretur conſuetudo legitima cognoſcendi hujuſmodi cauſas, etiam oppoſita declinatoria; ulterius eadem Sacr. Congregatio cenſuit, Epiſcopum poſſe mandata ſuſpicionis fugæ contrà Laicos etiam ad inſtantiam aliorum Laicorum concedere, *vide Pignatell. Conſult.* 24. *tom.* 3. *ubi alias Sacr. Congregationis reſolutiones refert.*

S V M M A R I V M.

1 *Clerici confugientes ad Eccleſias gaudent immunitate Eccleſiaſtica in caſibus non exceptis in Bulla Gregorii XIV. limitatur num.* 3. *&* 6.

2 *Judices Eccleſiaſtici Clericos invitos ab Eccleſia extrahentes incurrunt cenſuras latas contrà violantes Eccleſiaſticam immunitatem.*

4 *Clerici non ſunt inferioris conditionis, quàm Laici.*

5 *Privilegium immunitatis conceſſum eſt non perſonis, ſed locis Sacris ob eorum reverentiam.*

6 *Clerici Religioſi, & alii Regulares delinquentes hac immunitate non gaudent.*

7 *An Sacerdos, qui in habitu Sacerdotali extrà Eccleſiam Divina miniſtrat, vel Eccleſiaſtica officia exequitur, immunitate gaudeat.*

8 *An contrà confugientes ad Eccleſiam poni poſſint Cuſtodes.*

9 *Quid ſi confugiens ad Eccleſiam occidatur.*

C A P. V.

An Clerici confugientes ad Eccleſias, gaudeant immunitate Eccleſiaſtica in criminibus non exceptis in Bulla Gregorii XIV.

REſp. affirmativè, & ideò Judices Eccleſiaſti- 1
ci eos invitos ab Eccleſiis extrahere non 2
poſſunt, alioquin incurrerent in pœnas,
& cenſuras latas contrà violantes immunitatem
Eccleſiaſticam, exceptis Religioſis, ſeu Regularibus delinquentibus, *Roman. conſ.* 226. *&* 234. *Dian. in Pract. crim. cap.* 123. *Clar. in Pract. crim.* §. *fin. q.* 30. *num.* 16. *Zerol. in Prax. Epiſc. par.* 1. §. *immunitas Eccleſiaſtica, Decian. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 26. *num.* 1. *Monticell. in Pract. crim. reg.* 12. *num.* 18. *Covar. lib.*
2. *var. cap.* 20. *num.* 16. Subdens, quod crimen à 3
Clerico perpetratum exigat degradationem, ac
propterea ejuſmodi ſit, ut confugientem ad Eccleſiam privet Jure immunitatis Eccleſiaſticæ, tùnc Clericus ab Eccleſia extrahi poteſt, ac demum Curiæ Seculari poſt degradationem tradi, *Bobadil. in Polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 57. *in gloſ. litt. P. Salgad. de Protect. reg. tom.* 2. *par.* 2. *cap.* 4. *num.* 115. *Farinac. tit. de Carcer. q.* 28. *num.* 7. *Ambroſin. de Immunit. cap.* 12. *per tot. Duard. in Bull. Cœn. lib.* 2. *can.* 15. *q.* 16. *num.* 13. *Cened. in quæſtion. Canon. q.* 42. *per tot. Dian. par.* 1. *tract.* 1. *reſp.* 24. *& par.* 3. *tract.* 1. *reſ.* 35. *ubi refert, ità declaraſſe Sacram Congregationem, & par.* 6. *tract.* 1. *reſ.* 26. ratio eſt, tùm quià 4
Clerici non ſunt inferioris conditionis, quàm Lai- 5
ci: tùm quia hoc privilegium conceſſum eſt non
perſonis, ſed locis Sacris ob eorum reverentiam; tùm etiàm quià Jura Canonica loquuntur indiſtinctè, indefinitè, ac generalitèr: & ideò non ſolum Laicos, ſed etiàm Clericos compræhendunt, *l. de pretio, ubi DD. ff. de Public.*

Dixi: exceptis Religioſis, & Regularibus de- 6
linquentibus: iſti enim immunitate non gaudent
ex recepta conſuetudine approbata a Summis Pontificibus, qui ex proceſſibus cauſarum Regularium, quæ ad Sedem Apoſtolicam, vel ad Sacram Congregationem deferuntur, ſciunt, Superiores Regulares contrà ſuos Subditos ad capturam procedere etiàm in propriis Eccleſiis, & Conventibus, & tamèn de hoc Superiores non puniunt, ſed potiùs proceſſus confectos, & ſententias latas confirmant, ut rectè obſervat *Dian. par.* 1. *reſol. mor. tr.* 1. *reſ.* 25. *in fin. vide quæ diximus in tract. de Regim. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 47. *& ſeq.*

Notandum eſt etiàm quod eadem reverentia, 7
quæ debetur locis Sacris, debetur etiàm Sacerdoti, dùm in habitu Sacerdotali divina miniſtrat, vel Eccleſiaſtica officia exequitur; unde non poteſt capi à Satellitibus de licentia Epiſcopi Sacerdos, qui indutus Cotta, & Stola extrà Eccleſiam præcedente Cruce comitatur defunctos ad effectum eos tradendi Eccleſiaſticæ Sepulturæ, vel cum eodem habitu Sacerdotali defert Sacramentum Extremæ Unctionis, aut Euchariſtiæ ad infirmos, *Loccatell. de Tortur. inſp.* 5. *num.* 164. *Dian. par.* 6. *tract.* 1. *reſ.* 25. *ubi referunt, ita fuiſſe Romæ deciſum.*

Ex

8 Ex dictis ſequitur, quod non poteſt Judex
ſæcularis poſitis Cuſtodibus Eccleſiam obſidere,
etiamſi Cuſtodes longè ab Eccleſia ponerentur, *ut
tradunt communitèr Doctores, ac cenſuit ſæpius Sac. Con-
gregatio Immunitatis, & præſertim in illa Neapolitana
de Sanſelice ſubdie 26. Septembris, & 9. Novembris 1626.
& in una Cotronen. die 17. Maii 1631. teſte Pignatell.
tom. 1. conſult.* 126. ubi etiam reſolvit, Officialem
Laicum, qui propria auctoritate in Eccleſia ligare
facit compedibus, vel manicis ferreis confugien-
tem ad illam, vel Cuſtodes ponit, ut ſuprà, inci-
dere in Cenſuras per Coſtitutionem Gregorii XIV.
inflictas, ut aliàs maturè *cenſuit eadem Sacra Con-
gregatio Immunitatis in dicta Neapolitana, & in una
Theatina die 11. Augusti* 1626. quià in dicta Con-
ſtitutione Gregorii XIV. non ſolùm prohibetur
extractio ab Eccleſia, ſed etiam captura, & carce-
ratio; ligare autèm compedibus, vel manicis fer-
reis eſt plus quàm capere, ac ſpecies durioris Car-
ceris: & hoc caſu confugiens non remanet in ea li-
bertate, in qua erat ſtatim ac ad Eccleſiam confu-
git, ità ut liberè, & ad ſui libitum poſſit exire,
prout in hac libertate conſervari debet, donèc in
Eccleſia commoratur; & ideò eadem Sacra Con-
gregatio *die 17. Augusti* 1629. declaravit, eos etiam
in cenſuras dictæ conſtitutionis incidere, qui au-
fugientes ad Eccleſiam occidunt, etiamſi non ex-
9 trahant, *vidè Pignatell. d. conſult. 126. tom. 1. Clar.
lib. 5. Recept. §. fin. quæſt. 30. Covar. 2. variar. reſol.
cap. 20. num. 17.*

S V M M A R I V M.

1 *Privilegia Clericis competentia ex diſpoſitione Juris
communis revocari non poſſunt.*

2 *Alia privilegia à Principe, vel Magiſtratu in Cleri-
corum favorem inducta ſimilitèr revocari nequeunt.*

3 *Privilegium conceſſum non Subditis, videtur tranſire
in contractum.*

4 *An Principes privilegia Clericis conceſſa revocantes,
incidant in excommunicationem Bullæ Cœnę.*

5 *Statutum, quo cavetur, ut certa eleemoſina Clericis,
aut Regularibus tradatur, non poteſt tolli per ali-
ud ſtatutum.*

6 *Statum, ſi tollat Clericis ea, quæ illis tamquàm Ci-
vibus competunt, eſt contrà libertatem Eccleſia-
ſticam.*

7 *Statuta, ſeu leges, per quas Eccleſiaſtici timidiores
fiunt, libertati Eccleſiaſticæ adverſantur.*

8 *An validum ſit ſtatutum prohibens, nè ſeuda vendan-
tur perſonis Eccleſiaſticis.*

9 *Privilegium à Summo Pontifice conceſſum Principibus
Laicis, poteſt revocari non obſtante quavis con-
ſuetudine.*

C A P. VI.

An privilegium Clericis conceſſum à Principe, vel Magiſtratu poſſit ab eiſdem revocari.

1 NOn loquimur hic de privilegiis, aut bene-
ficiis provenientibus ex diſpoſitione Juris
communis: hæc enim revocari non poſ-
ſunt, *ſecundum omnium Doctorum Sententiam*; ſed du-
bium eſt de aliis privilegiis à Principe, vel Magi-
ſtratu inductis, quæ aliàs Clerici non compete-
rent.

Hujuſmodi privilegia Clericis conceſſa, ab 2
illis, qui conceſſerunt, poſſe revocari, ſeu tolli,
ſenſerunt *Rim. Jun. conſ. 341. num. 19. lib. 3. & conſ.
619. num. 7. & ſeq. lib. 6. Paſſett. conſ. 101. num. 2.
Cavalc. dec. 33. num 15. & dec. 18. num. 50. lib. 3. &
dec. 20. num. 5. lib. 1. & alii apud Tiraquel. de Retract.
lignag. §. 1. gloſ. 8. num. 42. Decian. tract. crim. p. 1.
lib. 2. c. 35. num. 7. Villalob. in ſum. tom. 1. tr. 17.
dub. 21. num. 4.*

Contrariam verò Sententiam, quæ verior eſt,
& magis communis, tuentur *Dom. in cap. quæ in Ec-
cleſiarum, de Conſtit. & in cap. 1. eod. tit. in 6. Innoc. in
cap. novit, de Judic. Felin. in cap. Eccleſ. S. Mariæ, de
Conſtit. & in cap. ad Apoſtolicam, de Simon. Fillinc.
tom. 1. tr. 16. c. 10. num. 269. Azor. par. 1. lib. 5. c.
13. q. 5. Coriolan. in Bull. Cœn. excom. 15. Peſant. tract.
de Immun. Eccleſ. diſp. 9. Mart. de Juriſd. p. 4. caſ. 52.
num. 15. & ſeq. & alii, quos refert, & ſequitur Car. de
Graſſ. de effect. Cleric. eff. 2. num. 14. & ſeq.* qui ultrà
aſſerunt, priorem Sententiam eſſe contrà liberta- 3
tem Eccleſiaſticam; ratio eſt, tùm quià privilegi-
um conceſſum non Subditis, quales ſunt Clerici,
videtur tranſire in contractum: tùm etiàm quià ex
privilegio conceſſo quæſitum fuit jus eiſdem Cle-
ricis, *Abb. Dec. & alii communitèr in d. cap. novit., de
Judic. latè Dian. par. 1. tr. 2. reſ. 61.* ubi dicit, quod 4
alitèr facientes incurrerent in excommunicationē
Bullæ Cœnę, *can. 15. ubi, quarumcunque Eccleſiarum
juribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel ex-
preſsè præjudicatur.*

Undè Statutum, quo cavetur, ut ſingulis 5
Annis certa eleemoſina Clericis, aut Regularibus
tradatur, non poteſt revocari, ſeu tolli per aliud
Statutum, *Bart. in l. fin. C. de Sacroſ. Eccleſ. Rom.
ſing. 478. Mart. de Juriſd. par. 4. caſ. 52. num. 14. Car.
de Graſſ. d. eff. 2. num. 14. Dian. loco cit. verſ. Deinde
&c. & par. 4. tr. 1. reſ. 82.*

Itèm Statutum, ſi tollat Clericis ea, quæ illis 6
tamquam Civibus competunt, eſt contrà liberta-
tem Eccleſiaſticam, ut ſi prohibeat, nè aliquid
Clericis vendatur, aut ab illis ematur &c. *Car. de
Graſſ. loco cit. d. eff. 2. num. 356. & ſeq. Suar. contrà
Regem Angliæ lib. 4. c. 22. num. 19. Duard. in Bull.
Cœn. can. 15. q. 19. num. 83. Dian. par. 4. tr. 1. reſ. 15
Bonacin. de Cenſur. in Bull. Cœn. content. diſp. 1. q. 16.
ſect. 2. pun. 2. num. 4.* ubi dicit, quod Statutum, ſeu 7
leges, per quas Eccleſiaſtici timidiores fiunt, li-
bertati Eccleſiaſticæ adverſantur, *Bart. in auth. caſ-
ſa, C. de Sacroſ. Eccleſ. Canoniſtæ communitèr in cap.
fin. de Immun.*

Obſervant tamèn Doctores, quod validum 8
eſſet Statutum prohibens, nè feuda vendantur per-
ſonis Eccleſiaſticis, quià tale Statutum eſt confor-
me cum diſpoſitione Juris communis feudorum,
quo Clerici à feudis arceantur, *Cur. Jun. conſ. 138.
num. 3. & conſ. 177. num. 10. lib. 2. & conſ. 191. num.
45. lib. 3. & Iacius in tract. de ſeud. p. 1. in 2. q. princ.
num. 2. ubi dicit, hanc eſſe veram Doctorum opinionem,
Felin. in cap. in præſentia, num. 44. de Probat. Scrad. in
tr. de feud. par. 1. q. 2. num. 1. ubi de magis communi te-
ſtatur Maran. de ord. jud. par. 3. num. 93. Car. de Graſſ.
d. eff. 2. num. 362.*

An verò privilegium ab Eccleſia, ſeu à Sum- 9
mis Pontificibus conceſſum Principibus Laicis,
poſſit revocari? Reſp. affirmativè non obſtante
quavis conſuetudine etiàm immemorabili, *Bonacin.
in Bull. Cœn. diſp. 1. q. 15. pun. 4. §. 1. num. 6. Suar.
contrà Regem Angliæ lib. 4. cap. 34. num. 27. Tuſch. tom.
5. ver. libertas Eccleſtiaſ. concl. 342. Dian. par. 4. tract.
1. reſ. 82. ubi de communi teſtatur.*

Digitized by Google

S V M M A R I V M.

1 *Clericis permittitur artificium, dummodò honeſtum ſit, & Clericali ordini conveniens: ſecùs ſi artificium ſit vile.*
2 *Clerici lucrari poſſunt ex honeſto artificio, etiàm ſinè neceſſitate.*
3 *In quo differat artificium à negotiatione.*
4 *An Clerici poſſint emere lanam, ut ex ea pannum conficiant, vel emere Vvam, & Vinum faciant &c.*
5 *Clerici non poſſunt pelles, vel coria aptare. taxillos, vel chartas luſorias, vel arma bellica conficere.*
6 *Clerici etiam in Sacris, & Beneficiati quando ſuccedunt conductori jure hæreditario, poſſunt continuare conductionem uſque ad tempus præfinitum.*
7 *Quando Clerici etiàm beneficiati, & in Sacris poſſint aliorum agros conducere.*
8 *Neceſſitatis cauſa licitam reddit negotiationem.*
9 *An, & quando Clerici exercere poſſint officium Advocati.*
10 *Clerici in caſu indigentiæ fungi poſſunt officio tabellionatus in Curia Eccleſiaſtica, & num. 11.*
12 *Quando Clerici excuſentur à gabellis.*
13 *Clericus ſuſpenſus à beneficio, vel excommunicatus etiàm occultus, fructus beneficii non facit ſuos: Limitatur num. 14.*
14 *An, & quando Clericus excommunicatus, vel ſuſpenſus à beneficio poſſit ſibi ſuccurrere de fructibus ejuſdem beneficii.*
15 *An, & quando Clerici poſſint aperire furnum, ſeu tabernam.*
16 *An Clerici, qui res aliquas emerunt pro victu totius Anni, poſſint vendere quod ſupereſt, pretio, majori, quàm emerint.*
17 *Quando Clerici poſſint Sues, vel alia animalia emere, eaque poſteà vendere, & num. ſeq.*
18 *Clerici poſſunt emere paſcua, ut enutriant animalia, quæ ex patrimonio poſſident.*
19 *An Clerici poſſint arti Sericæ operam dare.*
20 *An Clerici operas ſuorum bovum poſſint aliis locare.*

C A P. VII.

An, & quando Clerici licitè poſſint Sæcularia negotia exercere.

RESp. quod in multis caſibus hujuſmodi ne-
1 gotia exercere poſſunt, & primò eis per-
mittitur artificium, dummodò ſit hone-
ſtum, & conveniens ordini clericali: nàm artifi-
cium vile Clericis omninò prohibetur, *latè Car. de
Graſſ. de effect. Clericat. eff. 6. num. 45. & ſeq. & alii
communitèr*: hæc autem Sententia admittenda eſt,
quando propriæ Clerici facultates non ſunt ad vi-
ctum ſufficientes, *ut ſenſit Redoan. de Spol. q. 2. num.
39. & 41. Car. de Graſſ. d. eff. 6. num. 39. Squillan. de
obligat. Cleric. par. 2. num. 42.* quamvis alii ſimplici-
2 tèr aſſerant, Clericos lucrari poſſe ex honeſto arti-
ficio etiàm ſinè neceſſitate, *Feder. de Sen. conſ. 207.
Ferret. conſ. 145. Genuenſ. in Prax. cap. 62. num. 3. Pi-
gnatell. tom. 2. conſul. 34. num. 13.*
Differt autèm artificium à negotiatione Cle-
3 ricis prohibita *in cap. fin. de Vit. & hon. Cleric. clem. 1.
eod. tit.* quià negotiatio dicitur, quando res empta
non mutata forma alteri venditur; artificium verò,
quando prima forma totalitèr eſt mutata. *Car. de
Graſſ. d. eff. 6. num. 38. Genuenſ. in Prax. cap. 62. num.
2. Redoan. de Spol. q. 2. num. 36. & ſeq. Vivian. in Prax.
Juriſpatr. par. 2. lib. 6. cap. 1. num. 200. Squillan. d.
par. 2. num. 42.*
Hinc inferunt Doctores, licitum eſſe Clericis 4
emere pullos equorum, & poſteà equos ſuo labo-
re, & induſtria perfectos aliis vendere: vel emere
Vvam, ut Vinum faciant: vel Olivas, ut Oleum
vendant: vel Lanam, ut ex ea Pannum conficiant,
ſi id faciant ad neceſſaria vitæ comparanda; & in
his, aut ſimilibus caſibus gabellæ exactor tenetur
ſtare Clericorum juramento; ècontrà verò Clerici 5
nec per ſe, nec per alios poſſunt pelles, vel coria
aptare, taxillos, vel chartas luſorias, vel arma
bellica conficere, & ſimilia, *d. clem. 1. de Vit. & ho-
neſt. Cleric. Ricc. in Prax. par. 3. reſ. 204. Ferr. quæſt.
mor. par. 1. q. 94. num. 3. & ſeq. Vulp. in Prax. judic.
cap. 33. num. 4. Genuenſ. in Prax. cap. 62. num. 4. 6. &
17. Quarant. in ver. vectigal, verſ. difficultas verſatur
&c. cum verſ. ſequen.*
Secundo poſſunt Clerici, quando ſuccedunt 6
conductori jure hæreditario, continuare condu-
ctionem uſque ad præfinitum tempus, dummodò
talis conductio honeſtati Clericali non repugnet,
ut ſuprà diximus, *Quarant. in ver. vectigal. verſ. quæ-
ritur, an intèr negotiationes &c.*
Tertio quando propria bona ſibi, ſuiſque non 7
ſufficiunt ad honeſtum, & commodum victum,
poſſunt aliorum agros conducere; illoſque laico-
rum opera colere, & pro hujuſmodi culturæ uſu
boves, & animalia neceſſaria emere, illorumque
foetus juſto pretio vendere: quemadmodùm hæc
facere poſſunt, ſi eſſent agri proprii vel beneficia-
les; neceſſitatis enim cauſa licitam reddit negotia- 8
tionem, *cap. 1. nè Cler. vel Mon. g oſ. communitèr re-
cepta in cap. pervenit, 86. dist. Navar. in man. cap. 25.
num. 110. Pignatell. tom. 2. conſ. 42. num. 16.* ubi di-
cit, quod Clericis conjugatis permittenda eſt ali-
qua honeſta negotiatio ob neceſſitatem alendæ pro-
priæ familiæ, *Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 2. all.
13. num. 11. Graſſ. par. 2. lib. 3. cap. 2. num. 26. & cen-
ſuit Sacra Congregatio teſte Squillan. de obligat. Cleric.
par. 2. num. 42. Vulp. in Prax. judic. cap. 33. num. 6. &
ſeq.* item in tali caſu poſſunt advocando ſibi victum 9
quærere: exceptis cauſis criminalibus, in quibus
pœna Sanguinis venit imponenda proptèr pericu- 10
lum irregularitatis; ſicuti poſſunt etiàm in caſu
indigentiæ fungi officio tabellionatus in Curia Ec-
cleſiaſtica, *Sylu. in ver. Tabellio, num. 3. Genuenſ. in
Prax. cap. 62. num. 18. Pinſec. in Prax. par. 2. cap. 4.
num. 11. Nav. conſ. 3. nè Cler. vel Mon. Bellett. Diſquiſ.
Cleric. tit. de Diſciplin. Cleric. §. 31. num. 7.* quod mul- 11
tò magis procederet, ſi cauſa pietatis concurreret,
*Navar. in man. cap. 25. num. 110. Leo in Theſaur. for.
Eccleſ. par. 3. cap. 9. num. 48. Graſſ. par. 1. lib. 2. cap.
96. num. 6. Bellett. de Diſciplin. cleric. §. 1. num. 6.*
Addunt non nulli Doctores, Clericos ex cau- 12
ſa neceſſitatis poſſe exercere negotiationem emen-
do, & vendendo alteri rem non mutata forma, &
in tali caſu non teneri ad gabellas, quià tùnc non
dicuntur negotiatores, *Genuenſ. in prax. capit. 62.
num. 5. & 6. Quarant. in ver. vectigal, verſ. tertio qua-
tenus &c. Ricc. in prax. par. 1. reſ. 328. & 485.* ſub-
dens, quod præſumitur Clericos hæc agere quæ-
ſtus, & cupiditatis cauſa, niſi neceſſitas probetur,
*vide quæ latius ſcripſimus in tract. de Regim. Eccleſ. lib. 6.
cap. 7. per tot.*
Præterea licèt Clericus ſuſpenſus à beneficio, 13
vel excommunicatus majori excommunicatione,
etiam occultus fructus beneficii non faciat ſuos,
cum ſit eis ipſo jure privatus, illoſque teneatur ex-
pen-

pendere in utilitatem Eccleſiæ, ſeu beneficii, *ut d. Abb. in cap. extirpandæ 2. §. qui verò, num. 24. de Præb. Suii. lib. 4. cap. 6. num. 16. Garc. de beneſ. par. 1. cap. 5.*
14 *num. 131. & par. 7. cap. 13. num. 90.* poteſt tamèn ſibi ſuccurrere de fructibus ejuſdem beneficii proptèr neceſſitatem urgentem, dummodò receſſerit à contumacia, & paratus ſit Eccleſiæ ſatisfacere, *Nav. in man. cap. 25. num. 124. Syln. in ver. Clericus, 4. num. 17. Squillan. de obligat. cleric. par. 3. num. 77. & ſeq. & par. 4. num. 30. & 44. Covar. lib. 3. var. cap. 13. num. 8. verſ. duodecimo &c.*

15 Quarto poſſunt Clerici aperire tabernam etiàm in domibus Eccleſiæ, ibique vendere Vinum recollectum ex Vineis propriis, vel Eccleſiæ etiàm per minutum, dummodò non per ſe ipſos, ſed per alios vendant, *franch. in cap. un. de Vit. & honeſt. Cleric. in 6. Genuenſ. in Prax. cap. 62. num. 7. Bertachin. de Gabell. par. 2. q. 7. Rol. conſ. 71. num. 9. vol. 4. Bellett. Diſquiſ. Cleric. tit. 1. §. 21. num. 15. Squillan. de Privil. Cleric. cap. 8. num. 38. Barboſ. de offic. & pot. Epiſt. par. 2. alleg. 13. Mart. de Juriſd. par. 4. caſ. 3. num. 13.* quod procedit, ſivè Clerici vendant in èodem loco, ſivè aliò fructus transferendos curent, ubi cariùs vendere poſſint, quo caſu neque Clerici vendentes, neque Laici ementes tenentur ſolvere gabellam; *Bonacin. in Bull. Cœn. diſp. 1. q. 19. pun. 3. §. 3. num. 6. Dian. par. 5. tr. 1. reſ. 27. vide Pignatell. tom. 2. conſult. 34. num. 3. & ſeq.* poſſunt etiam aperire furnum, ibique ex ſuo frumento per piſtores deputatos conficere panem, illumque vendere, *Molin. de Juſt. & jur. diſp. 342. num. 7. Medin. c. de Reſtit. q. 30. Bellett. Diſquiſ. cleric. tit. 1. §. 21. num. 15. Genuenſ. in Prax. cap. 62. num. 7. Squillan. de Privil. cleric. cap. 8. num. 38. & ità pluries reſolvit Sac. Congregatio teſte Pignatell. d. conſult. 34. num. 62. & ſeq.* nec cogi poſſunt ad vendendum Communitati, ſivè Principi Laico proprium frumentum, vinum, & alia hujuſmodi: quià id eſſet contrà libertatem Eccleſiaſticam, *Imol. Butr. & alii in cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. Fulgoſ. in auth. caſſa, C. de Sacroſ. Eccleſ. Abb. conſ. 8. num. 3. Alex. conſ. 210. num. 12. & conſ. 211. num. 7. lib. 2. Grammat. deciſ. 100. num. 10. & ſeq. latè Pignatell. loco cit. d. conſ. 34. num. 17.* ubi ſubdit, quod quando urgeret neceſſitas, tunc debent priùs cogi Laici, deindè Clerici, quià iſti non tenentur niſi in Subſidium, *cap. adverſus, ubi DD. de Immun. Eccleſ.*

Notandum tamèn eſt, quod quamvis licitum ſit Clericis aperire tabernam ad effectum vendendi Vinum ex ſuis fundis recollectum, ut ſupra diximus, non tamen poſſunt emptoribus ibi miniſtrare res comeſtibiles, à quibus abſtinere debent ratione honeſtatis Clericalis, *ita probibente d. Sac. Congregatione, ut refert Pignatell. dict. conſult. 34. num. 58. tom. 2.*

Notandum ſecundo quod cognitio fraudum, quæ occaſione venditionis vini committi poſſunt ab eiſdem Clericis, ſeu ab eorum Miniſtris, non ad Judicem laicum, ſed ad Eccleſiaſticum tantùm ſpectat, *ità reſolvit Sac. Congregatio ſupèr Immunitate Eccleſiaſt. teſte Pignatell. d. conſult. 34. num. 58. tom. 2.*

16 Quinto licitum eſt Clericis, qui res aliquas emerunt ad propriam, vel ſuæ familiæ ſubſtentationem pro victu totius Anni, vendere id, quod prætèr propoſitum ſupereſt, juſto pretio tùnc currente, licèt majori, quàm emerint, abſque periculo negotiationis: quià hæc venditio ſit per accidens, & ideò non eſt in conſideratione; & eo caſu ſunt etiàm immunes à gabellis, quià attenditur prima deſtinatio. *S. Tho. 2. 2. q. 77. art. 4. Nav. in man. cap. 25. num. 10. Quaran. in d. ver. Vectigal, verſ. tertio quatenus &c.* præſertim ſi id fieret ob occurrentem neceſſitatis articulum, *Roderic. tom. 3. quæſt. regul. q. 74. art. 8. ſub 3. concluſ. Eman. Sà in ver. Clericus, num. 20. Squillan. de obligat. cleric. par. 2. num. 42.*

Sexto ſi in propriis terris habeant quercus, & 17
caſtaneas, quarum fructibus ſues veſcuntur, poſſunt ſues emere, eoſque alere, ac pro ſua, & familiæ ſubſtentatione vendere: dummodò in emendis, aut alendis, vel diſtrahendis ſuibus nihil ſordidum, aut indecens ordini Clericali exerceant, *ut reſpondit Sac. Congregatio teſte Squillan. de obligat. cleric. par. 2. num. 42.*

Settimo licèt Clericis animalia, quæ ex pa- 18
trimonio poſſident, enutrire, emptis paſcuis, & pratis, nè pereant: ac etiàm emere hujuſmodi animalia, ut paſcua in propriis enata territorii depaſcantur, eaque, cum pinguia facta fuerint, vendere una cum foetu, *Syln. in ver. Clericus, 3. num. 2. Medin. de contract. diſp. 342. num. 14. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 2. all. 13. num. 11. Car. de Graſſ. de effect. cleric. eff. 6. num. 18. Squillan. de obligat. Cleric. par. 2. num. 41. & cenſuit Sac. Congregatio teſte Pignatell. loco cit. num. 5.*

Ottavo licitum eſt Clericis etiàm per ſe ipſos 19
arborum ſoliis in propriis fundis exiſtentium pro ſua, & familiæ ſubſtentatione arti ſericæ operam dare, dummodò in artificio hujuſmodi perſonas non ſuſpectas adhibeant, & quo ad hoc Epiſcopi licentia, quæ gratis danda eſt, obtineant; item licitè poſſunt arborum in propriis bonis, ut ſuprà exiſtentium folia Laicis concedere, eo pacto adiecto, ut lucrum, quod ex bombiicibus provenerit, inter ipſos dividatur, *ut cenſuit Sac. Congregatio teſte Squillan. de obligat. cleric. par. 2. num. 42. Pignatell. d. conſul. 34. num. 11.*

Nono Clerici operas ſuorum boum, quos pro 20
colendis prædiis patrimonialibus, vel beneficialibus retinent, poſſunt, dum ſibi vacant, aliis locare pro certa mercede, dummodò tot boves retineant, quot ſunt pro ſuis prædiis neceſſarii: vel ſi alios retineant ultra neceſſitatem, boves illi nati ſint ex Vaccis, quas pro neceſſitate culturæ ſuorum prædiorum, vel alio licito modo retinebant, *ut reſolvit Sac. Congregatio Concilii teſte Dian. par. 8. tract. 7. reſ. 62.*

S V M M A R I V M.

1 *Clerici poſſunt liberè diſponere de bonis patrimonialibus, & quaſi patrimonialibus.*
2 *Quænam dicantur bona quaſi patrimonialia.*
3 *Clerici poſſunt liberè diſponere etiam de fructibus beneficii quoad eam partem, quæ eſt neceſſaria ad congruam eorum ſubſtentationem.*
4 *Qui Altari ſervit, jus habet, ut de Altare vivat.*
5 *Clerici validè quidem, ſed non licitè diſponere poſſunt de ea parte fructuum beneficii, quæ ſupereſt ultrà congruam ſubſtentationem.*
6 *Clerici beneficiarii diſtrahentes ſuperflua in ludos, an teneantur ad reſtitutionem.*
7 *An ludentes cum Clericis, & alii ab ipſis Clericis ſuperflua accipientes teneantur ad reſtitutionem.*
8 *Clerici impendentes ſuperflua in uſus prophanos, mortaliter peccant.*
9 *An is, qui à Clerico accipit ſuperflua, peccet mortalitèr.*
10 *An, & quando Clerici poſſint ſuperflua diſtribuere in conſanguineos.*

An Clerici poſſint validè inter vivos diſponere.

C A P. VIII.

1 HIc non loquimur de bonis patrimonialibus, quæ ſucceſſione hæreditaria, legato, aut donatione intuitu perſonæ facta, aut alio ſimili titulo Clerici acquiſiverunt: quia cum Clerici iſtorum bonorum habeant abſolutum dominium, certum eſt, quod de iſtis poſſint liberè diſponere, *cap. quià nos, ubi DD. de Teſtam.* neque lo-
2 quimur de bonis quaſi patrimonialibus, quæ Clerici acquirunt miniſteriis clericalibus, ut celebrando Miſſas, audiendo confeſſiones, concionando, cantando Officium Divinum, ſubſerviendo Parochis in officiis Parochialibus, & ſimilibus exercitiis: quia ſimiliter certum eſt, quod Clerici horum bonorum dominium habent, & liberum jus de iſtis diſponendi, *Malder. tr. 1. cap. 4. dub. 8. Nau. de reditib. Eccleſ. quæſt. 1, mon. 19. & 39. Squillan. de obligat. Cler. par. 2. num. 31.* idem dicendum de diſtributionibus quotidianis, de fructibus, qui percipiuntur ex Cappellaniis non collativis, de penſionibus collatis ex juſta cauſa, ac de fructibus bonorum aliàs eccleſiaſticorum, quæ jam videntur facta ſæcularia, eaque poſſident equites ſæculares, *Gig. de Penſion. quæſt. 52. Covar. de teſt. cap. 1. Dian. par. 7. tr. 9. reſ. 16.* ubi dicit, quod de iſtis poſſeſſores poſſunt liberè diſponere. Hic autem ſermo eſt de fructibus merè eccleſiaſticis, quæ percipiuntur à Clericis titulo alicujus beneficii eccleſiaſtici.

3 Dico igitur primo, quod Clerici efficiuntur Domini fructuum ex beneficiis provenientium abſolutè quoad eam partem, quæ eſt neceſſaria ad congruam eorum ſubſtentationem, itaut de his poſſint liberè diſponere, ſicut de patrimonialibus, aut quaſi patrimonialibus, ſi per parſimoniam aliquid ſibi ex neceſſariis ad congruam ſubſtentationem, velint ſubtrahere, *ità S. Tho. 2. 2. qu. 185. art. 7. Garz. de beneſ. par. 2. c. 1. n. 5. Navar. de redit. Eccleſ. d. qu. 1. mon. 30. Sot. lib. 10. qu. 4. art. 3. concl. 6. Malder. d. tr. 1. cap. 4. dub. 8. Dian. par. 8. tr. 6. reſol. 13. Bonacin. in tr. de oblig. Beneficiar. circà beneſic. fruct. &c. diſp. 4. pun. 2. num. 1. Layman. in Theolog. mor. lib. 4. tr. 2, cap. 3. num. 2. & eſt communis Doctorum opinio.* Ratio eſt quia ſicut liberè poſſunt hæc in ſuos uſus expendere, ità poſſunt, ſi velint circa ſe eſſe parciores, aut ex aliis ſuis patrimonialibus bonis vivere, iſtam proventuum ex ſuis beneficiis partem ad alios licitos uſus, etiam prophanos, ſivè ſæculares applicare; quià hæc pars eſt veluti juſtum ſtipendium ipſius officii, quod beneficium habet annexum: qui enim
4 Altari deſervit, jus habet, ut de Altare vivat, *ut D. Apoſtolus 1. ad Corinth. cap. 9.*

5 Dico ſecundo quod Clerici habent dominium fructuum ſuorum beneficiorum etiam quoad illam partem, quæ ſuper eſt ultrà congruam ſubſtentationem; & ideò de illa validè quidem, ſed non licitè diſponere poſſunt ad uſus prophanos, *ità Adrian. in 4. de reſtit. §. pro clariori, Sarmien. de redit. par. 2. cap. 1. & 2. Malder. loco cit. Dicaſtil. de Juſt. lib. 2. tract. 5. diſp. 1. dub. 11. nu. 35. Caſpenſ. in curſ. Theol. tom. 2. tract. 18. diſp. 5. ſect. 3. & alii, quos refert., & ſequitur Dian. par. 8. tr. 6. reſol. 13. ubi de communi teſtatur, Layman. in Theol. mor. lib. 4. tr. 2. cap. 3. nu. 3. Squillan. loco cit. d. part. 2. num. 32. contrà Navar. & pleroſque Canoniſtas.*

Ex quo infertur, quod non tenentur ad aliquam reſtitutionem Clerici beneficiarii diſtrahentes, vel expendentes ſuperflua in ludos, vel alios 6
prophanos uſus, neque ludentes cum Clericis, nec 7
alii ab ipſis Clericis ſuperflua quovis titulo accipientes, ſeu retinentes, *Garz. de beneſ. par. 2. cap. 1. num. 5. Squillan. loco cit. num. 32. Trullench. in Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 17. dub. 8. num. 38. Dian. d. par. 8. tr. 6. reſ. 15.* quamvis contrarium teneat, *Cajet. ad 2. 2. S. Tho. d. quæſt. 185. art. 7. Sot. de vita Sacerdot. lect. 3. & alii.*

Dixi, validè, ſed non licitè &c. quià Clerici 8
tenentur ſuperflua erogare in uſus pauperum, vel alterius cauſæ piæ: & ideò ſi ea impendunt in uſus prophanos, mortalitèr peccant, *Bonacin. loco cit. d. pun. 2. num. 9. Dian. d. par. 8. tr. 6. reſ. 14. & alii communitèr.*

An verò, qui ſuperflua accipit à Clerico, pec- 9
cet mortaliter? Reſp. quod is, qui accipit, non petat, nec inducat ad donandum, ſed oblata tantùm acceptet, non peccat mortaliter; quià in tali caſu propriè non cooperatur peccato donantis, ſed potiùs videtur uti jure ſuo, *Card. de Lugo, tom. 1, de Juſtit. diſp. 4. ſect. 3. num. 48. Leſſ. lib. 2. cap. 20. dub. 19. num. 168. Molin. 2. tom. de Juſtit. diſp. 328. num. 10. P. Navar. lib. 3. de reſtit. cap. 4. nu. 218. Dian. d. par. 8. tr. 6. reſ. 134. & hanc ſententiam probabilem dicit Layman. in Theol. mor. lib. 4. tr. 2. cap. 3. num. 9.* ſecùs ſi aliquo modo induxerit Beneficiarum ad id faciendum, *Sanch. in Opuſc. to. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 38. nu. 14.*

Notandum eſt autem, quod etiam ſecundùm 10
Doctores contrariæ ſententiæ, poſſunt Clerici ſuperflua diſtribuere in Conſanguineos, ſi pauperes ſint conſiderato eorum ſtatu, quem honeſtè ſubſtentare nequeunt, *Cajet. ad 2. 2. S. Thom. quæſt. 43. art. 8. Navar. de redit. Eccleſ. quæſt. 1. mon. 27. Molin. diſp. 146. Layman. lib. 4. tr. 2. cap. 3. num. 3. & ſeq.*

S V M M A R I V M.

1 *In teſtamentis communibus de jure Canonico ſufficiunt duo teſtes cum Parocho.* Juxtà formam cap. cum eſſes, de Teſtam. *declaratur* num 6. & ſeq.
2 *An hæc concluſio procedat, quando teſtamentum fuit ità conditum ad cauſas prophanas.*
3 *Diſpoſitio* d. cap. cum eſſes, *eſt obſervanda in foro eccleſiaſtico ubique etiam in terris Imperii, & in terris Eccleſiæ in utroque foro.*
4 *Teſtamentum ità conditum validum eſt, ſivè conditum fuerit ab infirmis, ſivè à ſanis.*
5 *An in teſtamento condito ſecundùm formam juris Canonici admittantur teſtes fœminæ, & alii, qui de jure Civili repelluntur.*
6 *Quid requiratur, ut hujuſmodi teſtamentum fidem faciat.*
7 *An, & quando teſtamentum nuncupativum, de quo non fuit confecta publica ſcriptura, fidem faciat.*
8 *An teſtamentum conditum ſecundùm formam juris Canonici valeat, ſi Sacerdos adhibitus verè non ſit Parochus.*
9 *In Urbe, & ejus diſtrictu teſtamentum coram Parocho & duobus teſtibus conditum* juxtà d. cap. cum eſſes, *non valet.*
10 *Textus* in d. cap. cum eſſes, *procedit quoad eos, qui ſui juris ſunt, ſeu habiles ad teſtandum.*
11 *Filiifam. qui ſunt ſub patria poteſtate, uti non poſſunt beneficio dicti textus, etiamſi matrimonium contraxerint.*
12 *Patria poteſtas non ceſſat per filii, vel filiæ matrimonium.*

13 Fi-

Digitized by Google

13 *Filia nupta non poteſt teſtari de dote ſua adventitia.*

14 *An teſtamentum conditum per filium, vel filiam valeat ex vi clauſulæ codicillaris, vel in vim donationis cauſa mortis, ſi de illa in teſtamento mentio facta fuit.*

15 *Filius poſſidens aliqua bona, in quibus Patri non quæritur uſusfructus, poteſt ea donare inter vivos, etiam ſinè conſenſu Patris.*

16 *Filia, cui pro ſua legitima portione, & pleno jure dos à Patre data fuit, poteſt de ea inter vivos diſponere, vel cauſa mortis.*

17 *Quid ſi in conventione de reſtituendo dotem promiſſio fiat de reſtituendo filiæ, vel ejus hæredi.*

18 *An filiusfamil. condere poſſit teſtamentum ad pias cauſas.*

19 *An valeant legata per filiumfam. facta ad favorem aliarum perſonarum in teſtamento condito ad pias cauſas.*

20 *Teſtamentum conditum ad pias cauſas coram duobus teſtibus etiam ſinè Parocho validum eſt de jure Canonico ubique etiam in terris Imperii.*

21 *Teſtamentum factum coram Judice in actis Judicii abſque legitimo numero teſtium, ſeu cum minori numero validum eſt.*

22 *Quid ſi teſtamentum, vel alius actus geſtus fuerit coram Principe.*

23 *Quando publicæ ſcripturæ tabellionis credatur abſque interventu teſtium.*

24 *An ſtatutum annullans teſtamentum, quod non fuit intra certum tempus inſinuatum, comprehendat teſtamentum, in quo Clericus eſt hæres inſtitutus.*

25 *Schedula teſtamenti propria Teſtatoris manu ſcripta, & ſubſcripta, & confecta ad Miſſas celebrandas pro anima ipſius Teſtatoris, vel ad aliam piam cauſam valida eſt, etiamſi teſtibus non fuerit munita.*

An Clerici poſſint validè teſtari coram duobus teſtibus.

CAP. IX.

1 RESp. quod de jure canonico duo teſtes cum
Parocho, vel ſi non interveniat Parochus,
duo alii teſtes ultrà ſupradictos, qui inter-
2 veniant loco Parochi, ſufficiunt in teſtamentis
communibus, ſivè condita fuerint à Clericis, ſivè
à Laicis, etiam ad cauſas prophanas, *cap. cum eſſet,
de teſtam. & tradunt DD. apud Squilan. de privil. Cleric.
cap. 13. Corn. conſ. 291. num. 30. & ſeq. lib. 4. Clar. in
§. teſtamentum, quæſt. 57.* ubi dicit, quod diſpoſitio
3 *d. cap. cum eſſet*, eſt obſervanda in foro eccleſiaſtico
ubique etiam in terris Imperii: & in terris Eccleſiæ
in utroque foro, tam eccleſiaſtico, quam ſæculari,
*Valuſc. deciſ. 74. num. 4. 5. & 10. Vulp. in Prax. for.
Eccleſ. cap. 10. num. 12. latè Paul. Rubeus reſolut. pract.
cap. 33. num. 1. & ſeq.* ubi dicit, quod teſtamentum
ità conditum, validum eſt, ſivè conditum fuerit
4 ab infirmis, ſivè à ſanis, *lo: Crotus in tract. de teſtibus
t. c. Qui teſtes prohibiantur eſſe in teſtam. quive non, num.
18. & ſeq.* ubi etiam obſervat, quod in hujuſmodi
5 teſtamento condito ſecundùm formam juris canonici,
admittuntur teſtes fœminæ, ſervi, & alii, qui
de jure civili tantummodò repelluntur; ſecùs ſi repellantur
de jure naturali, quales ſunt domeſtici,
inimici, pupilli, furioſi, & ſimiles; quià licèt textus
in d. cap. cum eſſet, requirat teſtes idoneos, intelligendus
tamen eſt, non de idoneitate juris civilis,
ſed de idoneitate juris gentium, *Abb. in dicto
cap. cum eſſet, num. 3. Jaſ. in l. hac conſultiſſima, num. 9.
de teſtam. Corn. Conſ. 168. num. 3. vol. 2. Valaſc. d. dec.
74. num. 10. & 11. Bonacin. de contract. diſp. 3. quæſt.
1. punct. 3. num. 15. Dian. reſol. moral. par. 7. tract. 6.
reſ. 16.*

Notandum tamen eſt, quod ut hujuſmodi te- 6
ſtamentum fidem faciat, neceſſe eſt examinare ipſum
Parochum, & teſtes, & quod illi deponant de
tenore teſtamenti, & de omnibus in eo contentis;
quæ quidem probatio per depoſitiones Parochi, &
teſtium adeò eſt neceſſaria, ut ſi de præciſo tenore
teſtamenti non deponerent, ſed ad privatam ſcripturam
Parochi ſe remitterent, nulliter teſtificarentur,
nec teſtamentum probarent, *DD. in l. inſtrumenta,
& l. exemplo, C. de probat, & in cap. 2. de fid.
inſtrum. Bald. conſ. 285. col. 2. lib. 3. Zaburel. conſ. 73.
num. 2. Capr. conſ. 57. num. 4. & 7. Jo: Dilect. de art.
teſtan. tit. 2. de Teſtam. ord. caut. 7. Cephal. conſ. 204. nu.
6. lib. 2. Honded. conſ. 26. num. 9. & ſeq. lib. 2.* ſubdens 7
hoc procedere etiam in quocumque teſtamento
nuncupativo, de quo non fuit confecta publica
ſcriptura: nàm ad hoc probandum, debent ad perpetuam
memoriam examinari omnes teſtes, qui
fuerunt præſentes, quando fuit conditum: & illis
examinatis Judex debet illorum dicta publicare, ac
declarare, depoſitiones illas eſſe autenticas, illiſque
ſtandum eſſe ad probationem teſtamenti; alias
teſtamentum fidem non faceret; & ſi teſtes, qui
fuerunt præſentes, decederent, teſtamentum penitùs
corrueret, *ex trad. per Paul. de Caſtr. Salic. Alex.
& Jaſ. in l. 2. C. de teſtam. Mich. Craſſ. recept. ſenten.
§. teſtamentum, quæſt. 61. Simon. de Pret. de Interpret.
ultim. volun. lib. 2. interpr. 1 dub. 2.*

Notandum ſecundo, quod hujuſmodi teſta- 8
mentum valeret, etiamſi Sacerdos adhibitus verè
non ſit Parochus, dummodò pro tali communitèr
reputetur, *Paul. Rub. reſol. pract. cap. 33. num. 13.*

Notandum tertiò, quod in Urbe, & ejus di- 9
ſtrictu teſtamentum coram Parocho, & duobus teſtibus
conditum juxta *l. cap. cum eſſet*, non valet:
quià in Statuto Urbis *lib. 1. cap. 42.* à Papa confirmato,
ſpecialitèr cavetur, quod inter Cives, Incolas,
& diſtrictuales, ubi ſtatuta non diſponunt,
ſervetur jus civile, & in ſubſidium recurratur ad
jus canonicum, *& ità pluries reſolvit Rota, prout teſtatur
Paul. Rubeus loco cit. cap. 34. num. 74.*

Notandum quarto quod textus *in d. cap. cum* 10
eſſet, procedit quoad eos, qui ſui juris ſunt, ſeu habiles
ad teſtandum non enim habilitat eos, qui
inhabiles ſunt, ſed tantum inducit nouam formam
teſtandi, *ut eſt communis Doctorum ſenſus*; & ideo filiifamilias,
qui ſunt ſub patria poteſtate, uti non 11
poſſunt beneficio dicti textus, etiamſi matrimonium
contraxerint; patria enim poteſtas non ceſ- 12
ſat per filii, vel filiæ matrimonium, *l. ſi Uxorem,
ubi Bald. & alii, C. de condit. inſer. l. penult. C. qui teſtam.
facer. poſſ. l. qui in poteſtate, ff. de teſtam. Boer. dec.
197. num. 1. & 2. Clar. § teſtamentum, quæſt. 18. verſ.
ſecundò adde &c.* ubi dicit, quod filia nupta non po- 13
teſt teſtari de dote ſua adventitia, quia non eſt integra
perſona ad teſtandum, licèt reſpectu hujuſmodi
dotis habeat integram perſonam ad comparendum
in judicio, *Theſaur. qui de communi teſtatur,
deciſ. 150.* nec tale teſtamentum valeret ex vi clau- 14
ſulæ codicillaris in teſtamento poſitæ, nec in vim
donationis cauſa mortis, ſi de illa in teſtamento
mentio facta fuerit, niſi Pater fuerit præſens, & expreſſum
conſenſum præſtiterit: non enim ſufficeret
tacitus; & ultrà requiritur, ut is, cui ex donatione
cauſa mortis aliquid relinquitur, ſit etiam
præſens, vel ſaltem aliquis interveniat, qui ejus

D 2 nomi-

nomine recipiat, *ut ſentiunt communitèr DD. teſte Clar.*
in §. Donatio, verſ. Aut verò quæris &c. cum verſ. ſequen.
15 Obſerva tamen, quod ſi filius haberet aliqua
bona, in quibus Patri non quæritur uſusfructus,
poſſet illa donare inter vivos, etiam ſinè conſenſu
Patris, *Cravett. qui de filiafam. donante loquitur, conſ.*
543. lib. 3. & conſ. 555. lib. 4. & in hoc Doctores commu-
nitèr conveniunt, ut d. Clar. d. §. Donatio, verſ. Aut
quæris &c. Theſaur. d. deciſ. 150. num. 16. ubi ſubdit,
16 quod filia, cui pro ſua legitima portione, & pleno
jure dos à Patre data fuit, poteſt de ea inter vivos
diſponere: idem videtur dicendum, quando in
17 conventione de reſtituenda dote promiſſio facta
fuerit de reſtituendo filiæ, vel ejus hæredi: quià
tunc etiam valeret donatio facta per filiam; ſecùs
ſi Pater ſtipolatus ſit, ſibi reddi, *Cravett. conſ. 84.*
& 92. Rub. conſ. 166. num. 3. Cur. iun. conſ. 152. Soc.
jun. in l. in quartam, num. 140. ff. ad l. falc. Caſt. conſ.
109. in fin. lib. 1. Zaba. conſ. 111. licèt contrarim te-
neat *Jo: Croi. conſ. 95. num. 8. Purp. conſ. 596. numer.*
50. & ſeq. lib. 1. & alii, quos refert Gaſp. Anton. Theſ.
ad d. deciſ. 150. Theſ. ſuprà citat.
18 Item filiusfam. & ſi aliàs eſt inhabilis ad te-
ſtandum, poteſt tamen condere teſtamentum ad
pias cauſas etiam de bonis, in quibus Patri uſuſ-
fructus acquiritur, dummodò interveniat conſen-
ſus Patris, *ut tradunt communiter DD. per textum in cap.*
licet, §. fin. cum gloſ. ver. judicare, de ſepult. in 6. Ruin.
conſ. 62. num. 11. lib. 2. Decis. de art. teſtan. tit. 1 caut.
1. num. 1. Dec. in l. ſenium. num. 21. & ſeq. C. de Teſta.
Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 5. verſ. ſed nunquid &c.
19 ſi verò filiusfam. in hujuſmodi teſtamento condito
ad pias cauſas, faciat aliqua legata ad ſavorem alia-
rum perſonarum, talia legata nihil valent; non
tamen accreſcunt ipſi piæ cauſæ, ſed debentur ve-
nientibus ab inteſtato, *ut d. Clar. loco cit.*
20 Notandum quinto, quod teſtamentum, ad
pias cauſas, ſi fuerit conditum coram duobus te-
ſtibus, etiam ſinè Paroclo, validum eſt de jure
canonico ubique, etiam in foro Cæſareo, & in
terris Imperii, *cap. relatum 1. ubi DD. de Teſtam. Bart.*
in l. 1. num. 75. C. de Sacroſ. Eccleſ. Alex. conſ. 4. num.
6. & conſ. 131. num. 2. lib. 7. Clar. in §. teſtamentum
quæſt. 6. verſ. Hinc infertur &c. Mantic. de coniectur. ul-
tim. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 4. Capiſer. in tract. de
Num. teſt. in teſta. requiſit. par. 1. cap. 12. num. 34. &
par. 2. cap. 6. num. 3. Corn. conſ. 77. num. 1. lib. 1. Hon-
ded. conſ. 26. num. 3. lib. 2. ubi de communi teſtatur.
21 Notandum ſexto, quod valet etiam teſtamen-
tum factum coram Judice in actis Judicii abſque
legitimo numero teſtium, ſeu cum minori nume-
ro: quià apud acta judicii videtur adeſſe multitu-
do perſonarum, & ſic teſtamentum videtur eſſe
quodammodò notorium; undè videtur ſuperfluum
aliorum teſtium privatum teſtimonium, *l. in dona-*
tionibus, C. de donat. l. omnium, C. de Teſtam. Bartol.
Bald. & alii in d. l. omnium, & in l. pacta noviſſima, C.
de Pact. Capiſer. d. par. 1. cap. 25. & cap. 23. nu. 6. & ſeq.
eadem ratione valeret teſtamentum, vel alius actus
22 geſtus coram Principe, *latè Honded. d. conſ. 26. num.*
27. & ſeq. ubi dicit, quod eo caſu publicæ ſcriptu-
23 ræ tabellionis creditur abſque interventu teſtium,
ex trad. per gloſ. communitèr recept. in cap. quoniam con-
trà, verſ. duoſ. viros, de Probat. Dec. ibid. num. 19.
Specul. de Inſtrum. edi. §. reſtat. num. 18. Bald. in d. l. in
donationibus in 2. lect.
24 Notandum ſeptimo, quod ſtatutum annullans
teſtamentum non inſinuatum intrà certum tem-
pus, non comprehendit teſtamentum, in quo Cle-
ricus eſt hæres inſtitutus, *Abb. in cap. Eccleſia S.*
Mariæ in 2. lectur. num. 39. de conſtit. Pariſ. de Puteo in
tract. de Reaſumpt. inſtrument. rubr. 9. num. 4. & ſeq.
Bald. in auth. caſſa, C. de Sacroſ. Eccleſ. Pozob. de Ca-
nib. in tract. de Repreſal. par. 2. num. 7. & ſeq. quos re-
fert, & ſequitur Mart. de juriſdiction. part. 4. caſ. 28.
num. 8.
His adde quod ſchedula teſtamenti propria 25
manu Teſtatoris ſcripta, & ſubſcripta, & confecta
ad Miſſas celebrandas pro anima ipſius Teſtatoris,
vel ad aliam piam cauſam valida eſt, ac ſubſtine-
tur, & executioni demandari debet, etiamſi teſti-
bus non ſit munita, *ut deciſum fuit in Rota coram Bu-*
ratto deciſ. 475. per tot' vide Alex. conſ. 105. num. 14. &
ſeq. lib. 4. Monet. de Commutat. ultim. volunt. cap. 4. qu.
2. num. 16. & ſeq. Tuſch. Pract. concluſ. lit. T. concluſ.
158. num. 4. Ciarlin. Controv. forenſ. judic. cap. 21. nu.
17. & cap. 28. num. 1. tom. 1. ubi dicit, quod ea di-
cuntur pia, quæ relinquuntur Eccleſiæ, vel pro
anima, vel pro pauperibus ſubſtentandis, *Pignatell.*
tom. 1. conſult. 40. num. 4.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficiatus attento jure communi poteſt teſtari de fru-*
ctibus ex beneficio collectis, & reconditis.
2 *Fructus beneficiorum etiam maturati, ſed non exacti*
ubi non ſpectant ad Cameram tanquam ſpolia ſpe-
ctant ad Succeſſores in Benefic.
3 *Clericus de bonis quæſitis ex fructibus beneficii, vel*
penſionis parca vivendo poteſt liberè diſponere, ac
teſtari.
4 *Poteſt etiam Clericus teſtari de fructibus beneficiorum*
ſuperfluis.
5 *Quanta pars fructuum conſtituenda ſit pro commoda*
Beneficiarii ſubſtentatione.
6 *Clericus filiusfam. poteſt teſtamentum condere de bonis*
adventitiis, quæ conſtante Clericatu acquiſivit.
7 *Bona, quæ Clericus acquiſivit conſtante Clericatu in-*
ter quaſi caſtrenſia recenſentur.
8 *In bonis filiifam. Clerici quaſi caſtrenſibus non quæri-*
tur uſusfructus Patri.
9 *Epiſcopus propter Epiſcopalem dignitatem patria po-*
teſtate ſolutus eſt,
10 *Quid ſi in filiofam. Clerico non concurrant requiſita*
Concilii Tridentini.
11 *Clerici conjugati etiamſi cum unica, & Virgine non*
gaudent aliis Clericorum privilegiis, niſi privile-
gio Canonis, & fori.
12 *Bona à Patrefam. Clerico donata titulo patrimonii,*
ut ad ordines Sacros promoveri poſſet, inter quaſi
Caſtrenſia recenſentur ſequuto effectu.
13 *An filiusfam. Clericus teneatur bona ſibi à Patre do-*
nata titulo patrimonii in legitimam imputare.
14 *Quando donatio dicatur ob cauſam, itaut donatarius*
teneatur donationem in legitimam imputare.
15 *In Jure cautum non reperitur, ut Pater cogatur do-*
nare filio, ut efficiatur Clericus.
16 *In bonis adventitiis acquiſitis per filiumfam. antè Cle-*
ricatum Pater retinet uſumfructum.
17 *Quid ſi filius aſſumatur poſteà ad Epiſcopatum.*
18 *Clericus penſionarius poteſt teſtari de redditibus Pen-*
ſionis, quià penſio in mera temporalitate conſiſtit.
19 *An heredibus Clerici competat jus exigendi præteritas*
penſiones non ſolutas.
20 *Spolium in penſione Eccleſiaſtica non procedit, quando*
penſio non excedit 60. ducatos de Camera.
21 *Item ſpolium non habet locum in beneficio, quod non*
excedit 30. ducatos de Camera.

An

An Clericus Beneficiatus teſtari poſſit.

C A P. X.

RESp. Quod de fructibus ex beneficio colle-
1 ctis, & reconditis poteſt Clericus beneficiatus attento jure communi teſtari, quia talis Clericus ſemper comparatur Uſufructuario ſivè ſit ſanus, ſivè morti proximus, & ideò poteſt de ipſis fructibus diſponere tàm in vita, quàm in morte *gloſ. in cap. præſenti §. porro de offic. ordin. in 6. But. in cap. pervenit de fidejuſſ. Imol. in cap. fin. de pecul. Cleric. Corn. conſ. 314. lib. 3. Bellon. conſ. 3. num. 2.* & hanc eſſe communem, & communiter etiam ſervari dicit *Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 27. verſ. quarto videndum prope fin.* & ità cenſuit *Rot. Rom. in Mediolanen. fructuum 9. Martii 1592. prout refert Bonacin. tract. de oblig. Beneficiat. circa benef. fruct. pun. 3.* quidquid in contrarium ſentiat *Layman. in Theol. mor. lib. 4. tract. 2. c. 3. n. 7. Mareſcott. lib. 2. var. c. 2. n. 11. & ſeq.*

2 Nec obſtat Conſtitutio Julii III. ab Urbano confirmata, ut refert *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcopi par. 3. alleg. 117. num. 3.* quià ibi nulla fit mentio de fructibus iam collectis, & reconditis, ſed tantum ſtatuitur, fructus beneficiorum jam maturatos, ſed non exactos, ubi non ſpectant ad Cameram, tamquam ſpolia, ſpectare ad ſucceſſores in beneficiis.

Idem dicendum de bonis acquiſitis per Cleri-
3 cum ex fructibus beneficii, vel penſionis parcè vivendo, & ſubtrahendo ſuæ congruæ ſubſtentationi, nam de his etiam poteſt Clericus teſtari, ſicut poteſt de illis in vita liberè diſponere, *Navar. de reddit. quæſt. 3. monit. 20. & de Spol. §. 6. num. 5. Azor. & alii apud Bonaccin. in tract. de oblig. Beneficior. circà benef. fruct. diſp. 4. pun. 1. num. 6. & 14.* ubi reſolvit, Beneficiarium poſſe conſanguineis ea tradere, quæ ſibi ad congruam ſubſtentationem neceſſaria erant, ſi ſibi parcè vivendo ſubtraxit, ſicut enim illa extraneis, ità etiam Conſanguineis licitè tradere poteſt vide *Moln. tit. 1. de juſt. tract. 2. diſp. 146. Nald. in ver. fructus, num. 7. Gig. de penſ. quæſt. 52. Zerol. in ver. Penſionarius §. 1. Dian. reſol. mor. par. 5. tract. 8. reſol. 27. verſ. nota etiam, Nald. in ſum. ver. Clericus, num. 15. Covar. in cap. cum in officiis, num. 6. de teſtam. Menoch. de arbitr. caſ. 172. in addit. num. 12. & 13. Squillan. de oblig. Cleric. par. 2. num. 33. Rot. coram Greg. decis. 401. & diximus in tract. de Regim. Eccleſiæ Epiſcopalis liter. 3. cap. 5. num. 6.*

4 Idemque dicendum de bonis ſuperfluis congruæ ſubſtentationi quæſitis ex fructibus beneficiorum, quamvis enim beneficiarius illos teneatur erogare in pios uſus, itaut non poſſit in uſus prophanos impendere, tamen hæres, qui tales fructus à Beneficiario accepit ex teſtamento, vel ab inteſtato excuſatur à reſtitutione, quià nec ipſe Beneficiarius ſi tales fructus ſibi ſuperfluos in prophanos vſus expendiſſet, tenebatur ad reſtitutionem, cum Beneficiarius ſit Dominus hujuſmodi fructuum, *Covar. in cap. cum in officiis, num. 3. de teſtam. Sot. de juſt. quæſt. 4. art. 3. Leoſ. lib. 2. cap. 4. num. 43. Reginal. lib. 3. tract. 3. num. 83. Bonacin. in d. tract. de oblig. Benef. punt. 4. num. 1. & 2. Dian. reſol. mor. par. 5. tract. 8. reſ. 31. & alii recentiores communiter contrà Navar. in man. cap. 17. num. 94. Layman. lib. 4. tract. 2. cap. 3. quæſt. 2.*

Quanta verò pars fructuum conſtituenda ſit 5
pro congrua Beneficiarii ſubſtentatione? Reſp. eam partem conſtituendam eſſe, quæ ad Beneficiarii, & ipſius familiæ ſubſtentationem neceſſaria judicatur arbitrio prudentis Viri habita ratione ſcientiæ, & litteraturæ, Nobilitatis, ac dignitatis, & loci, in quo beneficium habet *cap. de multa de Preb. cap. non cogatur diſt. 41.* quià cum non ſit par omnium conditio, æquum non eſt, ut eamdem pars omnibus aſſignetur; Undè divites cogendi non ſunt, ut vivant pauperum cibo, & major quantitas neceſſaria eſt in Civitate, quàm in Villa, & in loco, ubi eſt inopia, quàm ubi eſt Annonæ copia, & in Prælato, quàm in ſimplici Sacerdote, *Molin. tom. 1. de juſt. tract. 2. diſp. 145. Azor. tom. 2. lib. 6. cap. 10. quæſt. 9. ad fin. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 15. num. 39. Molfeſ. tract. 6. cap. 9. nu. 42. Garz. de Benef. par. 11. cap. 5. num. 320. Fillinc. tr. 41. cap. 7. quæſt. 4. num. 19. Bonac. d. tract. de oblig. Beneficiar. circa benef. fruct. pun. 1. num. 7. vide quæ diximus in tract. de Regim. Eccleſ. Epiſcopalis lib. 3. cap. 4. num. 3. & ſeq.*

Obſerva Primo quod Clericus filius fam. po- 6
teſt teſtamentum condere de bonis adventitiis,
quæ conſtante Clericatu acquiſivit, ſivè acquiſita
fuerint ex propria induſtria, ſivè ex liberali alicu-
jus diſpoſitione, quia; ea bona inter quaſi caſtrenſia 7
recenſentur, in quibus non queritur uſusfructus 8
Patri *Auth. præsbyteros, C. de Epiſc. & Cler. cap. quia
nos de teſtam. & ibidem DD.* quod eo magis Epiſcopo
licebit, qui etiam propter Epiſcopalem dignita- 9
tem patria poteſtate ſolutus eſt *Squillan. de privileg.
Cleric. cap. 12. numer. 1. & ſeq. Car. de Graſſ. de effect.
Cleric. eff. 19. num. 61. & ſeq.* quod procedit, etiamſi
in filijsfamilias Clericis non concurrant requiſita 10
Concilij Tridentini *ſeſſ. 23. de ref. cap. 6.* quia pri-
vilegiis privari eſt odioſum, & ideò reſtringen-
dum; Cum igitur Concilium *loc. cit.* ad ſolum pri-
vilegium fori retinendum eas conditiones requi-
rat, non debet extendi, ut eas conditiones exigat
etiam ad retinenda cætera privilegia, *Molin. de
juſt. lib. 3. diſp. 671. Squillan. dict. cap. 12. numer.* 11
8. & ſeq. & num. 15. cum ſeq. Ubi limitat in Cle-
ricis conjugatis etiamſi cum unica, & virgine
contraxerint; iſti enim non gaudent aliis Cle-
ricorum privilegiis, niſi privilegio Canonis, &
fori.

Idem dicendum de bonis a Patreſam. Cle- 12
rico donatis titulo patrimonii, ut ad ordines Sa-
cros promoveri poſſet; nam hæc etiam inter quaſi
caſtrenſia recenſentur effectu ſequuto *Cravet. conſ.
136. lib. 1. Car. de Graſſ. de eff. Cleric. in prælud. num.
421. Soccin. conſ. 18. lib. 4. Squillan. cap. 12. num. 21.
& ſeq.* vbi ſubiicit, quod talis donatio non dicitur 13
ob cauſam, itaut Filius Clericus teneatur dona-
tionem in legitimam imputare, quia ut donatio 14
dicatur ob cauſam, quoad hunc effectum requiri-
tur, vt illa cauſa habeat in ſe neceſſitatem, qualis
eſt donatio ex cauſa dotis, vel propter nuptias, ſed
in jure cautum non reperitur, quod Pater cogatur 15
donare Filio, ut efficiatur Clericus, *vide Ricc. in
prax. for. Eccleſ. reſol. 522.*

Secùs eſt in bonis adventitiis acquiſitis per Fi- 16
liumfam. antè Clericatum, in his enim Pater
adbuc retinet uſumfructum, etiamſi filius aſſuma-
tur poſteà ad Epiſcopatum, *Molin. de juſt. tom. 1.* 17
*diſp. 238. Car. de Graſſ. eff. 19. num. 67. Pinel. in l. 1.
par. 1. num. 43. C. de bon. mat. Layman. in Theol. mor.
lib. 3. tract. 4. cap. 8. num. 2. & alii apud Squillan. d.
cap. 12. num. 16. & ſeq.*

Obſer-

Digitized by Google

18 Obſerva Secundo, quod Clericus penſionarius poteſt teſtari de redditibus penſionis, tùm quià penſio non eſt propriè beneficium Eccleſiaſticum, ſed in mera temporalitate conſiſtit, & proptereà aſſignatur etiam Laico; Tùm quia prohibitio non loquitur contrà penſionarios, *Vaſq. de redit. cap. 1. dub. 9. Berth. a S. Fauſt. de hor. Canon. lib. 3. quæſt. 117. Covar. lib. 2. var. cap. 2. num. 1. & ſeq. Ricc. deciſ. 98. par. 4. Gig. de penſion. quæſt.* 52. ubi di-
19 cit, quod hæredibus Clerici competit jus exigendi præteritas penſiones non ſolutas; Contrarium tamen in hoc ſenſerunt *Redoan. de Spol. Eccleſiaſt. §. ex his, & de reb. Eccleſ. rubr. 33. quæſt. 1. Novar. de redit. quæſt. 1. monit. 32. num. 2. & 3. & de Spol. Cler. §. 8. num. 8. Molin. de Juſt. tom. 1. tract. 2. diſp. 145. Sarmient. de redit. par. 3. cap. 5. num. 7. Azor. 2. par. lib. 8. cap. 3. quæſt.* 8. quorum ſententiam veriorem putat *Garz. de Benefic. par. 1. cap. 5. num. 161.* ubi dicit, quod penſio æquiparatur beneficio in materia ſpoliorum, & facultate teſtandi, & diſponendi de redditibus, quià datur loco beneficii, & ſic penſiones non exactæ in vita penſionarii, exiguntur poſt ejus obitum à Rever. Camera Apoſtolica, *Squillan. de privil. Cleric. cap. 5. num. 54. & 55.* ubi teſtatur, ità ſervari in Tribunali Nuntii Neapolis.

20 Notandum eſt autem, quod Spolium in penſione Eccleſiaſtica, non procedit, quando penſio non excedit 60: ducatos de Camera, quemadmo-
21 dum nec habet locum in beneficio, quod non excedit 30. ducatos ſimiliter de Camera, *Redoan. de Spol. quæſt. 1. num. 53. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. num. 22. Novar. in ſum. bullar. de ſpol. Cleric. nu. 10. Squillan. de obligat. Cleric. par. 2. num. 33.*

S V M M A R I V M.

1 *Tempore generalis interdicti localis poſſunt Clerici in Eccleſia Divina officia celebrare ſecretò, ac ſubmiſſa voce, januis clauſis, non pulſatis Campanis, excluſis excommunicatis, & interdictis: limitatur num. 13.*
2 *Canonici, & alii Beneficiarii tenentur eo tempore Divinis officiis intereſſe, alias privandi ſunt diſtributionibus.*
3 *Clerici eo tempore publicè celebrantes, vel non ſervantes dictas circumſtantias, fiunt irregulares.*
4 *Tempore interdicti localis prohibetur ille Campanarum ſonus, quo populus ad Divina officia convocari ſolet, non autèm quoad concionem, vel Salutationem Angelicam.*
5 *Eo tempore excludi debent non ſolùm excommunicati, & interdicti, ſed etiàm non interdicti.*
6 *Item excludendi ſunt etiam Clerici, qui fuerunt cauſa interdicti, vel fuerunt ſpecialitèr interdicti.*
7 *Quando Laici privilegium habentes poſſint eo tempore Divinis officiis intereſſe cum eorum familia.*
8 *Clericus conjugatus, ſi adſcriptus fuerit alicui Eccleſiæ, poteſt admitti ad Divina audienda, & miniſtranda in eadem Eccleſia.*
9 *An tempore interdicti Laicus poſſit inſervire Sacerdoti celebranti.*
10 *An tempore interdicti Divina officia celebrari poſſint in Oratoriis privatis.*
11 *In Eccleſia ſpecialiter interdicta nullo modo poſſunt Divina officia celebrari: limitatur num. 12.*
14 *An, & quando Parochi tempore interdicti miniſtrare poſſint Sacramenta, & num. 16.*
15 *An interdicta Eccleſia parochiali, poſſit Parochus in ea Sacramentum Baptiſmi miniſtrare.*
17 *Parochus aſſiſtere poteſt Matrimonio, quod tempore interdicti contrahitur.*
18 *Benedictio nuptialis tempore interdicti prohibetur.*
19 *An Sacerdotes approbati poſſint eo tempore miniſtrare Sacramentum Poenitentiæ.*
20 *An Parochi tempore interdicti miniſtrare poſſint Sacramentum extremæ unctionis.*
Et an ordines eo tempore conferri poſſint, ibidem.
21 *An ordo commendationis Animæ eo tempore ſit prohibitus.*
22 *An, & quando tempore interdicti poſſit miniſtrari Sacramentum Eucharistiæ, & num. 26. & ſeq.*
23 *Sacramentum Eucharistiæ de Jure Divino ſumendum eſt in articulo mortis.*
24 *Quotiès poteſt impendi abſolutio à ſimplici Sacerdote in periculo mortis, totiès poteſt miniſtrari Eucharistia tempore interdicti.*
25 *Parochi eo tempore miniſtrare poſſunt Eucharistiam damnatis ad mortem, præliaturis, prægnantibus, ac ſuſcipientibus periculoſam navigationem.*
27 *An interdicti teneantur in Paſchate adimplere præceptum annuæ communionis.*
28 *Clerici poſſunt quotidiè ſuſcipere Eucharistiam tempore interdicti.*
29 *An Clerici tempore interdicti localis generalis, vel ſpecialis ſepeliri poſſint in Eccleſia, vel Cæmeterio Sacro.*
30 *An, & quando Laici ſepeliri poſſint in loco Sacro tempore interdicti.*
31 *Quando exequiæ Clericorum, & etiàm Laicorum eo tempore ſolemnitèr celebrari poſſint.*
32 *Tempore interdicti localis poteſt miniſtrari Sacramentum Confirmationis cum ſolita ſolemnitate.*
33 *An eo tempore licitum ſit in Eccleſia interdicta conficere Chriſma in die Cœnæ Domini.*
34 *Quænam Sacramenta miniſtrari poſſint tempore ceſſationis à Divinis.*
35 *Nomine Clericorum in hac materia veniunt omnes perſonæ Eccleſiaſticæ.*
36 *An Clerici, & Religioſi tempore interdicti teneantur diebus feſtis Miſſam audire.*
37 *Clericus interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, ſi exerceat actus ordinis Sacri intra Eccleſiam, irregularitatem incurrit.*
38 *Quid ſi Divina officia celebret in Cæmeterio, vel Oratorio privato.*
39 *Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ poteſt ingredi Eccleſiam, & ibi privatim orare, quando Divina non celebrantur.*
40 *An, & quando interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, poſſit in Eccleſia ſepeliri.*
41 *Qua pœna puniantur ſepelientes in loco Sacro Defunctos tempore interdicti in caſibus non permiſſis.*

An, & quando liceat Clericis Divina cælebrare tempore generalis interdicti localis.

C A P. XI.

REſp. quod eo tempore poſſunt Clerici in Eccleſiis ſingulis diebus Miſſas, & alia Divi- 2
na Officia celebrare, ſecreto tamèn, ſubmiſſa voce, itaut non audiantur à Laicis, Januis clauſis, non pulſatis Campanis, excluſis excommunicatis, & interdictis; Immò Canonici, & alii 1
Beneficiarii Eccleſiarum tenentur eo tempore Divinis officiis intereſſe, aliàs privandi ſunt diſtributio-

3 tionibus quotidianis, *cap. Alma mater, ubi DD. com-*
muniter, de Senten. excom. in 6. & ſi publicè celebra-
rent, vel non ſervarent aliquam circumſtantiam,
d. cap. Alma mater, fierent irregulares, non quia
celebrant coràm interdictis, vel quià pulſatur cam-
pana: ſed quia celebrant in loco interdicto, ſinè
facultate legitima, & contrà formam à Jure ſtatu-
tam, *Sylv. in ver. Interdictum 5. quæſt. 5. Say. lib. 5.*
4 *cap. 14. num. 30. Squillan. de obligat. Cleric. par. 5. num.*
48. & ſeq. Layman. in Theol. mor. lib. 1. tract. 5. par. 4.
cap. 2. ubi dicit, quod tempore interdicti ille Cam-
panarum ſonus tantùm prohibetur, quo populus
ad Divina Officia convocari ſolet, non autèm
quoad concionem, vel ſalutationem Angelicam.
5 Notandum tamèn eſt, quod non ſolùm Laici
excommunicati, & interdicti excludi debent, ſed
6 etiàm non interdicti; excludendi ſunt etiam Cle-
rici, qui dederunt cauſam interdicto, vel fuerunt
7 ſpecialiter interdicti; Laici verò privilegium ha-
bentes poſſunt cum eorum familia Divinis officiis
tempore interdicti intereſſe, niſi interdicto cauſam
dederint, *cap. licet vobis, de Privil. in 6. Sanch. 2. tom.*
8 *lib. 7. diſp. 56. num. 15. Squillan. de Privil. Cleric. cap.*
11. num. 2. & 11. ſubdens, quod Clericus conju-
gatus, ſi aſcriptus fuerit alicui Eccleſiæ, poteſt ad-
mitti ad Divina audienda, & miniſtranda in eadem
9 Eccleſia, *& in tract. de obligat. Cleric. par. 5. num. 48. &*
ſeq. ubi addit, quod non ſolum Clericus, ſed etiam
Laicus poteſt inſervire Sacerdoti tempore interdi-
cti, quando non eſt alius, qui miniſtret, dummo-
dò non ſit excommunicatus, vel interdictus, nec
interdicto cauſam dederit.
10 Notandum Secundo, quod tempore interdi-
cti Miſſæ, & prædicta Divina officia cum dicta mo-
deratione non poſſunt celebrari, niſi in Eccleſiis,
vel Monaſteriis; non autèm in Oratoriis privatis:
quià hæc conceſſio eſt limitata ad Eccleſias, & Mo-
naſteria, quæ cum ſit correctoria juris communis,
non eſt extendenda ad privata Oratoria, quæ Ec-
cleſiæ non ſunt, nec veniunt nomine Eccleſiæ, *ut*
colligitur ex dicto cap. Alma mater, & ſenſit Covar. ibi-
dem par. 2. §. 4. num. 1. verſ. 2. Sanch. 2. tom. lib. 7.
diſp. 8. num. 13. Squillan. de obligat. Cleric. par. 5. num.
51. quamvìs contrarium teneat *Nav. in man. cap.*
27. num. 175.
11 Notandum Tertio, quod conceſſio *d. cap. Al-*
ma mater, non habet locum in Eccleſia ſpecialitèr
interdicta; & ideò in ea celebrari non poſſunt Di-
vina officia: quià textus prædictus loquitur tan-
tum de generali interdicto loci, *Sylveſt. in ver. in-*
terdictum 5. num. 2. Navar. d. cap. 27. num. 175. in fin.
12 *Avil. par. 5. num. 54.* ubi ſubiicit, quod in tali Ec-
cleſia ſpecialitèr interdicta celebrari poteſt ſemel
in hebdomada cauſa renovandi Euchariſtiam, *jux-*
ta cap. permittimus, de Sent. excom.
13 Notandum Quarto, quod in quatuor feſti-
vitatibus Natalis Domini, Paſchæ, Pentecoſtes,
& Aſſumptionis B. Mariæ Virginis tempore inter-
dicti licitè poſſunt celebrari Miſſæ, & alia Divina
officia, publicè, ſolemnitèr, ac pulſatis campanis,
a primis Veſperis uſque ad Completorium diei,
præſentibus interdictis, & illis etiam, qui cauſam
interdicto dederunt, dummodò longè ſint ab Al-
tare, excluſis tamèn excommunicatis, *ut tradunt*
communitèr Doctores in d. cap. Alma mater; idemque
privilegium conceſſum fuit in ſolemnitate Corpo-
ris Chriſti, & ejus octaua à Martino V. & Eugenio
IV. *ut teſtantur Sylv. in ver. Interdictum 5. num. 2. Tolet.*
de Interdict. cap. 3. num. 8. Squillan. de obligat. Cleric.
par. 5. num. 56.

Notandum Quinto, quod Parochi, qui non 14
ſunt ſpecialitèr interdicti, nec excommunicati,
aut ſuſpenſi, nec dederunt cauſam interdicto, poſ-
ſunt tempore interdicti localis miniſtrare Sacra-
mēta in caſibus infraſcriptis, & primo poſſunt mi-
niſtrare Sacramentū baptiſmi quibuſcunq; parvu-
lis, & Adultis, infirmis, aut ſanis, cum ſolita ſolem-
nitate, ſicut etiam olim fuit in uſu, videlicèt cum
exorciſmo, unctione, patrinis &c. *cap. quoniam, de*
ſent. excom. in 6. cum moderatione tamèn, & cir-
cumſtantiis, quæ habentur *in d. cap. Alma mater,*
eodem titulo; idemque dicendum de benedictione
fontis, quià benedictio fontis pertinet ad ſolemni-
tatem baptiſmi, *Covar. in d. cap. Alma mater, par. 2.*
§. 2. Nav. in man. cap. 27. num. 178. Sylv. in ver. In-
terdictum 5. quæſt. 1. Reginald. lib. 32. tr. 3. cap. 27.
num. 24. Layman. in Theol. moral. lib. 1. tract. 5. par. 4.
cap. 2. num. 2. verſ. hæc relaxatio &c. Alter. de Interdict.
diſp. 4. cap. 2. Banacin. de Cenſur. diſp. 5. punt. 3. §. 1. 15
num. 1. & ſeq. ubi obſervat, quod interdicta aliqua
Eccleſia Parochiali, non tenetur Parochus aliam
Eccleſiam, vel Parochiam vicinam non interdi-
ctam adire, ut ibi Sacramentum baptiſmi mini-
ſtret, quia ejus Eccleſia quoad hunc effectum non
eſt interdicta, cum *in d. cap. quoniam*, ſimplicitèr
permittatur baptiſmus abſque ulla reſtrictione,
Sylv. in ver. Interdictum 5. quæſt. 7. num. 9. Suar. tom. 5.
de Cenſur. diſp. 33. ſect. 1. & alii communiter. 16
Perſonis verò ſpecialitèr interdictis, vel quæ
dederunt cauſam interdicto generali locali, vel
perſonali, non licet extrà neceſſitatem miniſtrare
Sacramentum baptiſmi: & in neceſſitate licitum
eſt priuatim miniſtrare, *Alter de interdict. diſp. 4. cap.*
1. ſub fin. Banacin. loco cit. §. 1. Suar. d. diſp. 33. ſect. 1.
num. 6. & alii. 17
Secundo, poſſunt Parochi tempore interdicti
aſſiſtere Sacramento matrimonii, quod eo tempo-
re licitè contrahitur etiam ab interdictis perſona-
litèr, vel ſpecialitèr, *Sylv. in ver. Interdictum 5. num.*
9. verſ. Quinta exceptio &c. Nav. in man. cap. 27. num.
179. Sanch. 2. tom. lib. 7. diſp. 8. Avil. par. 5. diſp. 4. 18
ſect. 1. dub. 6. Tolet. de Interdict. cap. 3. num. 9. excepta
benedictione nuptiali, quæ tali tempore prohibe-
tur, *Squillant. de obligat. Cleric. par. 5. nu. 16. 42. & 43.*
Tertio, Poſſunt Parochi, & alii Sacerdotes 19
approbati eo tempore miniſtrare Sacramentum
Pœnitentiæ cuicunque interdicto tam infirmo,
quàm ſano; exceptis iis, qui dederunt cauſam in-
terdicto: iſti enim regularitèr non admittuntur
ad hoc Sacramentum, niſi præmiſerint debitam
ſatisfactionem, aut dederint idoneam cavtionem
ſatisfaciendi: vel ſaltèm, quando hæc præſtari non
poteſt, juraverint, ſe ſatisfacturos, ſimulque cu-
raturos, ut ab aliis ſatisfiat, *d. cap. Alma mater, de*
ſent. excom. in 6. Suar. d. diſp. 33. ſect. 1. §. de Sacra-
mento Pœniten. Alter. de Interdict. diſp. 4. cap. 3. Squil-
lan. de obligat. Cleric. par. 5. num. 9. Bonacin. de Cenſur.
diſp. 5. pun. 3. §. 3.
Sacramentum tamèn Extremæ unctionis Pa- 20
rochi regularitèr tempore interdicti miniſtrare
non poſſunt, alias irregularitatem incurrunt:
quemadmodùm nec Epiſcopi poſſunt eo tempore
ordines conferre, *Sylv. in ver. Interdictum 5. num. 8.*
Tolet. de Interdict. cap. 3. num. 8. Avil. par. 5. diſp. 5.
ſect. 2. dub. 7. Bonacin. loco cit. d. pun. 3. §. 3. num 4.
& ſeq. ubi dicit, quod neque in illis feſtivitatibus,
in quibus ex privilegio licitum eſt audire Divina
officia, poſſunt tales interdicti Sacramentum Ex-
tremæ unctionis recipere, niſi in caſu quo aliud
Sacramentum ſuſcipere nequeunt, *Sylv. loco cit.*

Cua-

Digitized by Google

Candid. tom. 4. diſquiſ. 4. art. 23. dub. 43. diximus in
tract. de Loco Legali lib. 1. cap. 10. num. 51. Suar. diſp.
11. ſect. 1. numer. 13. quem refert, & ſequitur Squil-
lan. de obligat. Cleric. par. 3. num. 25. & par. 5. num.
21 24. & 41. ſubdens quod ordo commendationis
Animæ non prohibetur.
22 Quarto, poſſunt Parochi eo tempore mini-
ſtrare per modum viatici Sacram Euchariſtiam
exiſtentibus in probabili mortis periculo prove-
niente ex infirmitate, vel ex cauſa extrinſeca cum
ſolita ſolemnitate, hoc eſt cum tympanulo, cum
23 Candelis accenſis, cum adſtantibus, recitando ſo-
litas orationes: & in regreſſu ab infirmo poſſunt
promulgare ſolitas indulgentias, & populum be-
nedicere; ratio eſt, quia Euchariſtiæ Sacramen-
tum de jure Divino ſumendum eſt in articulo mor-
tis, ut tradunt Canoniſtæ in d. cap. Alma mater, & eſt
communis Theologorum ſenſus, Sylv. in ver. interdictum 5.
num. 3. & 9. Squillan. de obligat. Cleric. par. 5. num. 38.
Bonacin. de cenſur. diſp. 5. pun. 3. §. 2. ubi dicit, quod
24 quoties poteſt impendi abſolutio à ſimplici Sacer-
dote in periculo mortis, totiès poteſt miniſtrari
Euchariſtia.
23 Hinc inſertur 1. quod Parochi tempore Inter-
dicti Sacramentum Euchariſtiæ miniſtrare poſſunt
damnatis ad mortem, ſuſcipientibus eo tempore
periculoſam navigationem, præliaturis, ac præ-
gnantibus, dum prima vice parituræ ſunt, vel ſi
aliàs cum periculo pepererunt, Sayr. lib. 5. cap. 7.
num. 18, Alter. diſp. 4. cap. 4. dub. 2. Nav. in man.
cap. 25. num. 23. Squillan. de obligat. cleric. p. 5. num.
38. Bonacin. d. diſp. 5. pun. 4. §. 2. num. 4. & ſeq.
26 Inſertur 2. quod licèt in feſtivitate Paſchæ,
Natalis Domini, Pentecoſtes, & Aſſumptionis B.
Mariæ Virginis &c. conceſſum ſit tempore inter-
dicti Divinis officiis intereſſe, tamèn in dictis feſti-
vitatibus non poteſt Sacramentum Euchariſtiæ
miniſtrari Sanis, neque illis, qui levi laborant in-
firmitate; ratio eſt, tùm quià interdictum regula-
ritèr privat ſuſceptione Euchariſtiæ præterquàm
in articulo mortis, ut ſuprà diximus, cap. ſi Sen-
tentia, de Sentent. excom. tùm quià Euchariſtia non
venit nomine officiorum, quæ permittuntur tem-
pore Interdicti: tùm quià ſicut poſito interdicto
ceſſat obligatio audiendi Miſſam in die feſto, ità
etiàm ceſſat præceptum communicandi in Paſcha-
te, ſecundùm Covar. in cap. Alma mater, par. 2. §. 5.
num. 5. Sayr. d. cap. 7. num. 25. Alter. diſp. 4. cap. 4.
ad fin. Squillan. loco cit. d. par. 5. num. 40. Avil. p. 5.
diſp. 4. ſect. 2. dub. 11. & alios apud Bonacin. d. diſp. 5.
pun. 3. §. 2. num. 12. ubi dicit, quod hac de cauſa
ordines conferri non poſſunt in die Sabbati Sancti
tempore interdicti localis generalis, quià ordina-
tio non venit nomine Divinorum officiorum, quæ
licita ſunt in Solemnitate Paſchali.
27 Probabilis tamèn videtur aliorum Doctorum
Sententia, qui aſſerunt, omnes in dictis feſtivita-
tibus Sacram Communionem accipere poſſe, im-
mò teneri in Solemnitate Paſchali ad implendum
præceptum annuæ Communionis, quia cum in
dictis feſtivitatibus conceſſum ſit, ut Divinis in-
tereſſe poſſint, videtur etiàm eis conceſſa ſumptio
Euchariſtiæ, ità Suar. diſp. 33. ſect. 2. num. 37. Co-
ninch. diſp. 17. dub. 2. num. 37. Filinc. tr. 18. cap. 2.
num. 42. illis tamèn excluſis, qui ſpecialitèr ſunt
interdicti, vel propria culpa generali interdicto
cauſam dederunt: iſti enim ad Altare appropiu-
quare non debent, juxtà cit. cap. alma mater, hoc
eſt Euchariſtiæ ſumendæ cauſa, ut explicat Suar. di-
ſp. 34. ſect. 1. num. 33. Layman. in Theol. mor. lib. 1.
tr. 5. par. 4. cap. 2. num. 3. verſ. Quarta exceptio &c.
Clerici verò quamvis Sani ſint, poſſunt tem- 28
pore interdicti quotidiè ſuſcipere Euchariſtiam,
ſecundùm veriorem Sententiam, quam defendit
Sylv. in ver. Interdictum 5. num. 9. ubi dicit, quod
Clericis eo tempore non eſt prohibita participatio
Sacramentorum, nec Divinorum officiorum, Suar.
diſp. 35. ſect. 1. num. 33. Squillan. de obligat. cleric. par.
5. num. 39. Layman. loco proximè cit. & alii contrà
Navar. in man. cap. 27. num. 178. Bonacin. d. diſp. 5.
pun. 3. §. 2. num. 8.
Item Clerici non interdicti, qui ſervaverunt 29
interdictum, nec illi cauſam culpabilem dederunt,
poſſunt tempore interdicti localis ſepeliri in Eccle-
ſia etiàm cum officio, & Miſſa cum moderamine
d. cap. alma mater, Navar. in man. cap. 27. num. 176.
Squillan. de Privil. Cleric. cap. 11. num. 5. 9. & 10.
ubi addit, quod Clerici poſſunt ſepeliri etiam in
Eccleſia ſpecialitèr interdicta, ſi ad aliam Eccle-
ſiam non interdictam commode deferri nequeant;
ſed tùnc ſepeliri debent abſque officio, & Miſſa, &
ſinè cantu, ac ſono Campanarum. quia quoad In-
terdictum ſpeciale loci ſervanda eſt diſpoſitio cap.
quod in te de Pœnit. & remiſſ. ibi, ceſſantibus ſolemnita-
tibus omnibus cum ſilentio tumulentur, Henriq. lib. 13.
cap. 44. Layman. in Theol. moral. lib. 1. tract. 5. par. 4.
cap. 2. num. 3.
Laici verò tempore interdicti generalis in lo- 30
co Sacro ſepeliri non debent, d. cap. quod in te, ubi
DD. de Pœnit. & remiſſ. Bonacin. de Cenſur. diſp. 4. pun.
5. num. 4. ubi ſubdit, quod Laici, qui non ſunt
perſonalitèr interdicti, nec dederunt cauſam cul-
pabilem interdicto, poſſunt tempore interdicti ſe-
peliri in loco Sacro non interdicto, quià in tali ca-
ſu nullum extat impedimentum ex parte perſonæ,
quæ ſepelitur, neque ex parte loci, quin poſſit ſe-
peliri, vide Layman. loco cit. d. num. 3.
Verum in dictis feſtivitatibus Natalis Domi- 31
ni, Paſchæ &c. ſicùt alia officia, ità & Clerico-
rum, & etiàm Laicorum exequiæ ſolemnitèr cele-
brari poſſunt, ex regula, cui communicamus vivo
in Divinis officiis, poſſumus, etiàm communica-
re defuncto, Suar. diſp. 35. ſect. 1. & 3. Sylv. in ver.
interdictum 5. q. 8. Reginald. lib. 32. tract. 3. num. 37.
Avil. par. 5. diſp. 4. ſect. 3. dub. 2. concluſ. 3. Layman.
loco ſupra cit. d. cap. 2. num. 3.
Quinto tempore interdicti Localis admini- 32
ſtrari poteſt Sacramentum Confirmationis cum ſo-
lita ſolemnitate, Sylv. in ver. interdictum, 5. num. 9.
Navar. in man. cap. 27. num. 178. Filliuc. tract. 18.
cap. 2. num. 31. Reginald. lib. 32. tract. 3. cap. 27. num.
24. Alter. de Interd. diſp. 4. cap. 1. Squillan. de obligat.
cleric. par. 5. num. 37. Bonacin. d. diſp. 5. pun. 3. §. 1.
num. 1. & ſeq. ubi dicit, quod licitum etiam eſt in 33
Eccleſia interdicta conficere Chriſma in die Cœnæ
Domini, modò ſervetur moderatio d. cap. alma ma-
ter; ratio eſt, quia cum conceſſa ſit tempore inter-
dicti adminiſtratio hujus Sacramenti, videtur e-
tiam conceſſa facultas conficiendi Chriſma, quod
in ejuſdem Sacramenti adminiſtratione adhibetur,
cap. quoniam, de Sent. excom. in 6.
Eadem Sacramenta, excepto ordine, & ex- 34
trema unctione eo modo, quo ſupra, poſſe mini-
ſtrari tempore ceſſationis à Divinis, dicit Squillan.
de obligat. Cleric. par. 5. num. 76. & ſeq. Filliuc. tract.
18. cap. 2. num. 42. & alii.
Notandum ſexto quod nomen Clericorum in 35
hac materia latè accipitur, ut comprehendat om-
nes perſonas Eccleſiaſticas tàm incolas, quàm alie-
nigenas, ac religioſos utriuſque ſexus, eorumque
no-

Digitized by Google

novitios, Clericos etiam prima tonſura initiatos,
ſi beneficium habeant, aut ex mandato Epiſcopi
alicui Eccleſiæ inſerviant, vel in litterarum ſtudio
verſentur, *juxtà diſpoſitionem Concilii Tridentini ſeſſ.
23. de ref. cap. 6.* item Clericos conjugatos cum vir-
gine unica, ſi & ipſi de mandato Epiſcopi inſervi-
ant Eccleſiæ, *Avil. par. 5. diſp. 4. ſect. 2. dub. 4. con-
cl. 4. Coninch. diſp. 17. dub. 2. num. 30. Layman. in
Theol. moral. lib. 1. tract. 5. par. 4. cap. 2. num. 2. verſ.
nomen Clericorum &c. Bonacin. de Cenſur. diſp. 5. pun. 5.
num. 13. Squillan. de Privileg. cleric. cap. 11. num. 2. &
36 ſeq.* ubi addit, quod tales Clerici, & Religioſi tem-
pore interdicti tenentur Miſſam audire diebus
feſtis.

37 Notandum Settimo quod Clericus interdictus
ab ingreſſu Eccleſiæ licèt non poſſit intrà Eccle-
ſiam celebrare, miniſtrare Sacramenta, vel Sacros
38 ordines ſolemnitèr exercere; & contrafaciendo ir-
regularitatem incurrat: poteſt tamèn Divina offi-
cia celebrare extrà Eccleſiam, puta in Oratorio
privato, vel etiàm in Cæmeterio etiam Eccleſiæ
contiguo: quià in hac materia, cum ſit penalis, &
odioſa, verba ſunt ſtrictè intelligenda; ſed Orato-
ria, & Cæmeteria in rigore non ſunt Eccleſiæ,
*Suar. diſp. 35. ſect. 4. num. 16. Sayr. lib. 5. cap. 9. num.
21. Squillan. de obligat. cleric. par. 5. num. 102. & ſeq.*
ubi dicit, quod talis interdictus poteſt etiam in- 39
gredi Eccleſiam, & ibi privatim orare, quando
Divina non celebrantur; quià jura, quæ ingreſ-
ſum in Eccleſiam prohibent, debent intelligi de
ingreſſu publico, & eo tempore, quo ibi Divina
celebrantur, *Covar. in d. cap. Alma mater par. 2. §. 1.
num. 3. verſ. poterit &c. Navar. in man. cap. 27. num.
170. Avil. par. 5. diſp. 5. dub. 5. verſ. ſit ſeptimus.*

An verò talis interdictus, ſi ſic deceſſerit, 40
poſſit ſepeliri in Eccleſia, vel Cæmeterio? Reſp.
negativè, niſi pœnitentiæ ſigna dederit, *cap. is, cui,
ubi DD. de Sentent. excom. in 6.* ſi tamèn in Eccleſia
ſepeliretur, talis Eccleſia non eſſet polluta, *Sayr.
lib. 5. cap. 16. num. 22. & cap. 9. num. 25. Squillan. de
obligat. Cleric. par. 5. num. 106. & ſeq.*

Notandum ottavo quod ſepelientes in loco 41
Sacro Defunctos tempore interdicti in caſibus non
permiſſis, eo ipſo in excommunicationem incur-
runt; in eamdem pœnam incidunt qui in loco Sa-
cro nominatim interdictos, excommunicatos pu-
blicè, vel uſurarios manifeſtos ſcientèr ſepelire
præſumunt, *clem. 1. de Sepult. vide Squillan. de obligat
Cleric. par. 5. num. 35. Layman. in Theol. moral. lib. 1.
tract. 5. par. 4. cap. 2. num. 4. Bonacin. de cenſur. diſp. 5.
pun. ult. num. 6.*

JOANNIS CAROLI ANTONELLI

PARS II.

DE JUDICIIS.

SUMMARIUM.

1 *Officium Judicis eſt cauſas cognoſcere, ſeu in eis adhibere cognitionem ſivè Sententia ſit definitiva, ſive interlocutoria, ſivè decretum extrajudiciale.*

2 *Et in his debet etiam Judex ſedere pro Tribunali.*

Judex diebus feſtis in honorem Dei non poteſt ferre decretum, quia eſt interdictum tali tempore exercitium ſui officii, prout etiam in feriis in illius honorem, num. 4. *ac etiam in aliis feſtis Sanctorum* num. 5.

6 *Nulla eſt differentia quoad feriarum obſervationem inter diem Dominicum, ac alios dies feſtos Sanctorum in honorem Dei.*

7 *Et propterea actus Judicis tali tempore ſunt ipſo jure nulli, ſivè in cauſis temporalibus, ſivè ſpiritualibus, quià jus eis reſiſtit uſque à principio.*

8 *Limitatur in actibus, ubi non requiritur cauſæ cognitio, qui poſſunt fieri diebus feſtis, dummodo in illis Judex non interloquatur, & quales ſunt hujuſmodi actus.*

9 *In actibus pacis, & pietatis Judex poteſt ferre decretum diebus feſtis, & Tutores dare, dummodo illos non deputet ex inquiſitione, & in cauſis alimentorum præſentium tamen, & futurorum, & ſalarii, & dotis pauperum.*

10 *In quibus actibus neceſſariis Judex poteſt procedere diebus feſtis.*

11 *Judex diebus feſtis non poteſt ferre decretum voluntariæ juriſdictionis, & reſpondetur contrariis.*

12 *Nec poteſt facere decretum extrajudiciale, quia requiritur cauſæ cognitio.*

13 *Decreta extrajudicialia, quæ fiunt à Judice non citata parte ſunt verè judicialia ad differentiam actus contentioſi ad finem cognoſcendi attentata, quæ ſolum committuntur in lite, ubi adeſt contradictor.*

14 *Et propterea ab illis datur appellatio, quando ex proceſſu extrajudiciali conſtat de gravamine, ex ratione, quia ſunt judicialia.*

15 *Diebus feſtis non poteſt fieri exequutio mandati etiam extrajudicialis, quia eſt actus judicialis, & cognitus ratione ſui principii, & originis, & reſpondetur contrariis, prout etiam prohibetur, quia eſt actus executivus, & ſervilis.*

16 *Executio eſt etiam prohibita diebus ſolemnibus in honorem Paſchæ, & Sanctiſſimi Natalis, & Epiphaniæ præterquam in feriis ob neceſſitatem hominum.*

17 *Executio eſt prohibita in feriis ſolemnibus in honorem Paſchæ, Sanctiſſimi Natalis, & Epiphaniæ.*

18 *Executio non poteſt ſubſtineri ex conſuetudine.*

An diebus Feſtis fieri poſſint à Judice actus juriſdictionis, ſivè judiciales, & decreta.

CAP. XII.

PRæmittendum eſt, quod officium Judicis eſt 1
cauſas cognoſcere, ſemper enim in illius actibus requiritur cauſæ cognitio, ſivè ſententia ſit definitiva, ſivè interlocutoria, ſivè decretum extrajudiciale, *cap. ad audientiam de appellat. cap. judicantem, quæſt. 5. l. Judices, C. de judic. l. magis puto §. non paſſim ff. de rebus eorum l. cum hi §. ult. igitur, & §. ſi præter ubi gloſ. & Bart. ff. de tranſact.* Et inſimul re- 2
quiritur, quod Judex ſedeat pro Tribunali, *l. à procedente, C. de dilat.* alias ſententiæ, & decreta non ſubſiſterent, *cap. conquerente, de reſtit. ſpol. Ubert. de Cit. cap. 10. num. 79. 140. & 155. Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1. num. 63.* & dixi *in tract. de Temp. legal. lib. 4. cap. 9. num. 16.*

Ad quæſitum reſp. negativè, quià tali tempore eſt interdictum Judici exercitium ſui officii, ſcilicet cauſas cognoſcere, *l. omnes Judices C. de fer.* ibi- *omnes Judices Urbanæque Plebes, & cunctarum artium officia venerabili die ſolis quieſcant l. dies feſtos, C. de fer.* ibi — *dies feſtos majeſtati Altiſſimi dedicatos &c. Dominicum itaque diem ità ſemper honorabilem decernimus, & venerandum, ut à cunctis executoribus excuſetur &c. ſit illa dies à cognitionibus aliena, Præconis horrida vox ſileſcat, reſpirent à controverſiis litigantes, & habeant fœderis intervallum, l. actus omnes, C. eod.* Quæ prohibitio procedit etiam in feriis ſolemnibus in honorem Dei, prout in feriis Paſchæ, Sanctiſſimi Natalis, & Epiphaniæ *l. 2. & l. omnes dies, C. de fer. Ubert. de Cit. d. cap. 10. num. 122.* Ac etiam in reliquis feſtis Sancto-

rum,

4 rum, ſivè in honorem Dei *d. l. dies feſtos, C. de fer.*
ibi -- *dies feſtos majeſtati Altiſſimi dedicatos*; honor enim
qui Sanctis tribuitur, redundat in honorem Dei,
5 prout Chriſtus docuit *Joan. cap.* 12. ibi -- *ſi quis mihi*
miniſtrat, me ſequatur, & ubi ego ſum, illic miniſter
meus erit, & ſi quis mihi miniſtraverit, honorificabit eum
Pater meus, David pſalm. 150. ibi -- *Laudate Do-*
minum in Sanctis ejus; Ideoque ſi Deus honorificat
Sanctos, jure eos veneratur Eccleſia, *cap. coaque-*
ſtus de fer. cap. nullus Epiſcoporum 15. *& cap.* 2. *&* 3. *cod.*
15. *quæſt.* 4. *Ubert. de cit. d. cap.* 10. *num.* 133. ubi
6 quod nulla eſt differentia quoad feriarum obſerva-
tionem inter diem Dominicum, & alios dies feſtos
Sanctorum in honorem Dei: Et propterea actus
7 Judicis tali tempore ſunt ipſo jure nulli, ſivè in cau-
ſis temporalibus, ſivè ſpiritualibus, quia eis jus reſi-
ſtit uſque à principio, *d. cap. conqueſtus, de fer. ſpecul.*
tit. de fer. §. requiritur in fin. Fenzon. ad Stat. Urb. lib.
1. *cap.* 58. *num.* 11. *Barboſ. in collect. lib.* 3. *C. de fer. fol.*
390. *num.* 1. *&* 3. *Ubert. de cit. d. cap.* 10. *num.* 81. *verſ.*
concludo igitur Parlador. oper. jurid. lib. 2. *cap. fin. par.*
5. *§.* 4. *poſt num.* 2. *§. quoniam fol.* 68. *& de communi Si-*
moncell. de decret. lib. 1. *tit.* 1. *ſub num.* 48. *&* 85. *&*
dixi in tract. de Temp. leg. lib. 4. *cap.* 9. *num.* 1.
8 Obſerva tamen, quod his diebus feſtis non
prohibentur fieri actus, in quibus non requiritur
Judicis cognitio, veluti emancipatio, & manu-
miſſio, offerre libellum, proteſtari, producere jura,
appellare, & ſimiles, in his enim non tenetur Ju-
dex adhibere cauſæ cognitionem, nec ſedere pro
Tribunali, quia dd. actus pendent ſolum ex ani-
mo, & arbitrio emancipantis, appellantis &c. *l.* 2.
& l. actus omnes, C. de fer. Abb. in d. cap. conqueſtus,
de fer. num. 16. *ibique Faguan. num.* 50. *Bonaccin. circa*
tertium præceptum decalogi diſput. 5. *punct.* 2. *propoſ.* 1.
num. 3. *verſ. reſpondeo, Federic. de ſen. conſ.* 144. dum-
modo remaneant in puris terminis, ſecus ſi in iis
Judex interloquatur, quia tunc propter adhibitam
cognitionem actus prædicti ſunt nulli, ut dixi *in d.*
tract. de Temp. leg. loc. cit. num. 9. *&* 15. *Ubert. de cit. d.*
cap. 10. *num.* 84. prout etiam cauſas delegare, diſ-
penſare, excommunicare, abſolvere, cum neque
in his Judex teneatur adhibere cauſæ cognitionem
ſecus autem, ſi illam adhiberet, *ut in d. tract. de Temp.*
leg. loc. cit. numer. 4. *&* 15. *Ubert. de cit. d. cap.* 10.
num. 5.
9 Obſerva ſecundo, quod diebus prædictis non
prohibentur fieri actus pacis, ac pietatis, ad quos
refertur cauſa dandi Tutores, dummodo non de-
putentur ex inquiſitione, ac etiam alimentorum
pauperis præſentium tamen, & futurorum, non
autem præteritorum, ac etiam dotis mulieris pau-
peris, *ut dixi in d. tract. de Temp. leg. loc. cit. num.* 7. 28.
30. *&* 31.
10 Obſerva tertio, quod tali tempore neque pro-
hibentur fieri actus neceſſarii, quando ſcilicet res
eſſet tempore peritura, ac etiam quando expiraret
inſtantia una cum juriſdictione Judicis, & in ſimi-
libus actibus, ut latius *in d. tract. de Temp. leg. loc. cit.*
num. 16. 17. 20. *& ſeq. Ubert. de cit. d. cap.* 10. *num.* 18.
& ſeq. & tradunt etiam DD. ſupra relati.
11 Quæres primo an his diebus feſtis fieri poſſint
à Judice decreta voluntariæ juriſdictionis. Reſp.
negativè, quia hæc fieri nequeunt ſinè cauſæ co-
gnitione, *Pic. ad Stat. Urb. lib.* 1. *cap.* 151. *gloſ.* 21.
num. 6. *& ſeq. & DD. ſuperius relati, & dixi in d. tract.*
de Temp. leg. loc. cit. num. 16. Quidquid dicat *Scacc. de*
Judic. lib. 2. *cap.* 5. *num.* 104. *ex Caſtren. & Salicet. in*
d. l. actus omnes, C. de fer. quia immo dicta lex de-
ſtruit illorum contrariam ſententiam, dum ſolum-
modo permittit diebus feſtis emancipationem, &
manumiſſionem, ceteros verò actus judiciarios pro-
hibet ibi -- *actus omnes ſivè publici ſunt, ſivè privati die-*
bus quindecim Paſchalibus conquieſcant in his tamen eman
cipandi, & manumittendi cuncti licentiam habeant, & ſu-
per his acta non prohibeantur, Igitur exceptis emanci-
patione, & manumiſſione, reliqui actus Judicis di-
cuntur prohibiti, prout etiam ſancitur in *d. l.* 2. *C.*
de fer. ibi -- *ut in die Dominico emancipare, & manumit-*
tere liceat, reliquæ cauſæ, & lites quieſcant Ubert. de cit.
d. cap. 10. *num.* 80. *§. & propterea* ubi quod tota diffi-
cultas eſt in intellectu dictæ legis *actus omnes, C. de*
fer. & num. 81. 83. *&* 84. ubi quod non valet argue-
re de manumiſſione, & emancipatione permiſſis ad
alios actus, quia concurrit diverſa ratio, nam in
emancipatione, & manumiſſione non requiritur
cauſæ cognitio, cum pendeant ſolum ex arbitrio
emancipantis, & manumittentis, nec propterea
Judex tenetur ſedere pro Tribunali, ſecus autem in
decretis voluntariæ juriſdictionis in contractibus
Mulierum, & minorum, quia cum hi contractus
pendeant ex utilitate, & neceſſitate contrahendi,
Judex debet adhibere cauſæ cognitionem, & ſede-
re etiam pro Tribunali, *& num.* 86. *&* 87. ubi re-
præhendit *Caſtren. & Scacc. loc. cit.* quia loquuntur
contrà textus expreſſos ſuperius recenſitos, & abſ-
que authoritate, & dixi etiam *in d. tract. de Temp. leg.*
loc. cit. num. 16.
Quæres ſecundo. An diebus feſtis fieri poſ- 12
ſint à Judice decreta, ut vulgo dicuntur extra ju-
dicialia, quæ fiunt non citata parte, ſivè ſine con-
tradictore, veluti decernendo mandata de immit-
tendo ad poſſeſſionem hæreditatis. Reſp. Negati-
vè, quia hæc fieri nequeunt à Judice, niſi cum cau-
ſæ cognitione, & ſedendo pro Tribunali. *Ubert. de*
cit. d. cap. 10. *num.* 139. *&* 140. ubi bene probat, quod
ſententia ſivè definitiva, ſivè interlocutoria, ſivè
decretum extrajudiciale non tenet ſine cauſæ co-
gnitione, *& num.* 153. ubi *quod actus extrajudicialis*
videlicet interpoſitio decreti cum requirat cauſæ cognitionem
& debeat interponi à Judice pro Tribunali ſedente, alias
eſſet nullum, non poteſt interponi diebus feriatis, Simon-
cell. de decret. d. lib. tit. 1. *inſpect.* 3. *num.* 84. Et quam- 13
vis hujuſmodi decreta dicantur actus extrajudicia-
les, ita tamen appellantur non quod verè non ſint
judiciales, ſed ad differentiam actus contentioſi ad
finem cognoſcendi attentata, quæ ſolum commit-
tuntur in lite ubi adeſt contradictor, *Rot. decif.* 277. 14
num. 1. 2. *&* 4. *coram Roxas* ubi quod ab hujuſmodi
actibus extrajudicialibus datur etiam appellatio ex
capite iniuſtitiæ quando ex proceſſu extrajudiciali
conſtat de gravamine, quià ſunt actus judiciales,
& coram *Bich. deciſ.* 231. *num.* 2. *&* 3.
Quæres tertio. An diebus feſtis poſſit fieri 15
executio mandati. Reſp. negativè quia fit vigore
decreti, ſivè actus judicialis expleto cum cauſæ co-
gnitione, etiamſi mandatum ſit extrajudiciale, ſivè
non citata parte, quia eſt actus judicialis, & co-
gnitus, ut ſuperius probatum eſt *in §. Quæres ſecun-*
do. Ideoque executio ratione ſui principii, & ori-
ginis dicitur actus judicialis, & prohibitus propter
adhibitam cognitionem *d. l. dies feſtos, C. de fer. Sca-*
narol. de viſit. carc. lib. 3. *cap.* 11. *num.* 1. *& ſeq.* ubi
quod executio eſt actus judicialis; quia dicitur de
mandato Judicis, propter quod dicitur ipſe Judex
facere, *Gratian. diſcept. cap.* 972. *nu.* 2. *Parlador. oper.*
jurid. lib. 2. *cap.* 5. *num.* 104. *Altimar. de nullit. rubr.* 9.
par. 4. *num.* 21. *Calà de fer. cap. ult. num.* 103. *Farinac.*
quæſt. 27. *num.* 106. ubi refert Conſtitutionem Bea-
ti Pii V. *Simoncell. de decret. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 48. *ubi*

& communi Vbert. de cit. d. cap. 10. *num.* 125. *&* 126. *&*
dixi in tract. de Temp. leg. lib. 4. *cap.* 9. *nu.* 14. *cum aliis*
relat. in deciſ. 293. *poſt num.* 13. *par.* 18. *recent.*

Et quamvis *Guidop. quæſt.* 215. *num.* 2. *&* 5. di-
cat, executionem fieri poſſe diebus feſtis præter-
quam die Dominico, tamen quia quoad feriarum
obſervationem nulla intercedit differentia inter
diem Dominicum, & alios dies feſtos, eius ſenten-
tia meritò reicitur per *Scacc. de judic. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.*
95. *& per Vbert. de cit. d. cap.* 10. *num.* 132. *&* 133. *&*
dixi etiam in tract. de Temp. leg. lib. 4. *cap.* 9. *num.* 13. *&*
ſupra probatum eſt in princ. Nec ſubſiſtit ratio contra-
riæ ſententiæ, quod ſcilicet in executione non
vertatur cauſæ cognitio, nec ſtrepitus judicii, quia
cum ex ſupradictis executio ſit actus judicialis,
dicitur prohibitus propter adhibitam cognitionem
in qua reſidet ratio prohibitionis, ultra quod etiam
prohibetur, quià eſt actus executivus, & ſervilis,
16 qui diebus feſtis nequit exerceri *Gratian. diſcept. d.*
cap. 972. *num.* 2. *Pariador. oper. jurid. d. lib.* 2. *cap. fin.*
par. 5. *§. quoniam fol.* 68. *Vbert. de cit. d. cap.* 10. *num.*
132. Nec caret ſtrepitu, cum ſit contentioſior acti-
bus judicialibus cum perturbatione partium, &
populi, *ut refert Scancarol. loc. cit. num.* 8. Neque hoc
caſu procedit textus *in l. actus omnes, C. de fer.* quem
allegant ſequaces contrariæ ſententiæ, quià loqui-
tur de actibus, qui non requirunt Judicis cogni-
tionem, ut ſuprà probatum eſt in *§. Obſerva tamen*,
Et in his terminis procedunt authoritates, *Federic.*
de ſen. in conſ. 144. *& ſequacium*, cum loquantur de
nuda executione abſque Judicis cognitione prout
refert *Abb. in cap. fin. de judic. ſub num.* 20. *& Guidop. d.*
quæſt. 215. *num.* 2. *verſ. ubi dicunt*, & in nuda execu-
tione propriæ authoritatis procedere *Rot. deciſ.* 668.
num. 12. *coram Buratt. notat Poſth. de ſubhaſt. inſpect.* 29.
num. 103.

Quæ executio eſt etiam prohibita in feriis ſo-
lemnibus Paſchæ, Sanctiſſimi Natalis, & Epipha-
niæ preterquam in feriis ob neceſſitatem hominum
d. l. omnes dies, C. de fer. Vbert. de cit. d. cap. 10. *numer.*
128. *verſ. concludo igitur & num.* 133. *§. & idem legi-*
tur.

17 Quæres quarto. An executio mandati ſub-
ſtineri poſſit vigore conſuetudinis, Reſp. negativè
quia talis conſuetudo eſſet nutritiva peccati contra
præceptum Legis Divinæ Sabbata Sanctifices,
Alex. conſ. 53. *num.* 10. quamvis *Guidop. d. quæſt.* 215.
18 *contrarium dicat*, cum loquatur contrà textus ſupe-
rius recenſitos, & abſque authoritate.

S V M M A R I V M.

1 *Clerici poſſunt eligi in executores teſtamentorum condi-*
torum etiam ad cauſas prophanas.

2 *Officium charitatis eſt, teſtatoris voluntatem ad effe-*
ctum perducere.

3 *Clerici non poſſunt cogi ad acceptandum hujuſmodi mu-*
nus: limitatur num. 6.

4 *Ex ſola præſentia, & taciturnitate non inducitur ta-*
cita acceptatio: limitatur num. 5.

5 *Taciturnitas juncta cum pia cauſa tacitam acceptatio-*
nem inducit.

6 *Epiſcopus cogere poteſt Clericum ad acceptandum mu-*
nus executoris ad pias cauſas.

An Clerici poſſint eligi in executores teſtamentorum.

C A P. XIII.

RESp. affirmativè, non ſolum in teſtamentis 1
conditis ad pias cauſas, ſed etiam ad cauſas
prophanas, *ut tradunt DD. in c.* 2. *de Teſtam.* ratio
eſt, quià licèt cauſa, in qua executio, ſeu commiſſio 2
à Teſtatore relicta eſt, non ſit pia, tamen officium
charitatis eſt, Teſtatoris voluntatem ad effectum
perducere, *Auth. de hæred. & falcid. §. ſi verò expreſſim de-*
ſignaverit, ibi, juſtè, & piè, *collat.* 1. *Specul. tit. de in-*
ſtrum. edit. §. nunc vero aliqua, num. 73. *& ſeq. Sanch.*
in Opuſc. tom. 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 40. *num.* 1. *Dian.*
par. 8. *tr.* 5. *reſ.* 7.

Obſerva tamen, quod poſſunt quidem Cleri- 3
ci eligi in executores, ut ſupra, non tamen poſ-
ſunt cogi ad acceptandum hujuſmodi munus: quia
officium executoris à Teſtatore electi, non eſt pu-
blicum; & ideò executor, qui hujuſmodi munus
ſuſcipere recuſat, ad illud ſuſcipiendum invitus
cogi non debet, *Molin. de Juſtit. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.*
248. *Dian. d. par.* 8. *tr.* 5. *reſ.* 27. ſubdèns, quod ex 4
ſola præſentia, & taciturnitate, ut ſi executor ele-
ctus præſens fuerit hujuſmodi electioni, & non
contradixerit, non inducitur tacita acceptatio, niſi 5
deſignatus fuerit ad erectionem Eccleſiæ, Redem-
ptionem Captivorum, vel ad aliam piam cauſam:
tunc enim taciturnitas juncta cum pia cauſa, taci-
tam acceptationem induceret, *ex trad. per Carp.*
de execut. teſtam. lib. 1. *cap.* 17.

Obſerva ſecundo quod poteſt Epiſcopus co- 6
gere Clericum ad acceptandum munus executoris
ad pias cauſas, *cap. fin. de teſtam. clem. unic. eod. tit. clem.*
exivi, de Verb. ſignif. Vaſq. opuſc. de teſtam. cap. 9. *§.* 5.
dub. 2. *num.* 79. *Dian. d. par.* 8. *tr.* 5. *reſ.* 9. 12. *&* 60.
ubi addit, quod etiam Superior Religioſus poteſt
ſuum ſubditum in tali caſu compellere, ut ſit exe-
cutor, exceptis fratribus minoribus de obſervantia.

S V M M R I V M.

1 *Clericus in ſacris conſtitutus eſt inhabilis ad ſucceden-*
dum in feudo proprio, & recto: limitatur num.
6. & ſeq.

2 *Clericus in ſacris conſtitutus eſt incapax feudi, ſi pro*
eo præſtetur juramentum fidelitatis ſecundum for-
mam antiquæ, & novæ fidelitatis.

3 *Clericus præſtare non poteſt ſervitium militare, &*
perſonale.

4 *Feudum in dubio præſumitur proprium, & rectum,*
niſi contrarium probetur.

5 *Clericus primæ tonſuræ, vel minorum ordinum admit-*
titur ad feudum ut merè Laicus.

6 *Epiſcopi, & Cardinales retinent feuda tis devoluta*
jure ſucceſſionis.

7 *Epiſcopi, & Cardinales admittuntur ad præſtandum*
quodcumque ſervitium per ſubſtitutum.

8 *Clericus in ſacris conſtitutus ſuccedit in feudo, quando*
pro eo præſtatur ſervitium reale, vel quando eſt
tale, ut poſſit præſtari per ſubſtitutum, & nu. 11.

9 *Quando ſervitium eſt incertum, videtur electa fides Vaſ-*
ſalli ita, ut aliis committi nequeat.

10 *Quid ſi adeſſet conſuetudo, ut Clericus in ſacris ſucce-*
dat in feudo, & ſerviat per ſubſtitutum.

11 *Talis conſuetudo cenſetur inducta, ſi ita per duas vices*
fuit obſervatum.

12 *An*

12 *An Princeps poſſit cum Clerico diſpenſare, ut ſuccedat in ſeudo in præjudicium Agnatorum & aliorum, quibus jus fuit ſpe quæſitum.*
13 *Princeps diſpenſando non cenſetur tollere jus tertio, ſed tantum illud differre.*
14 *Princeps ſimpliciter inveſtiens Clericum de ſeudo, non præſumitur tacitè cum eo diſpenſaſſe in præjudicium ulterius vocati in inveſtitura, niſi expreſſè appareat.*
15 *In dubio non præſumitur, quod Princeps voluerit jus alterius lædere.*
16 *Princeps tollere non poteſt jus alteri quæſitum.*
17 *Clericus ſuccedit in ſeudo tranſitorio ad omnes, & quoſcumque hæredes.*
18 *Clericus ſuccedit in ſeudo libero, & franco ab omni ſervitio.*
19 *Quando ſeudum dicatur francum.*
20 *Clericus ſuccedit in ſeudis emptitiis.*
21 *Quando ſeudum dicatur emptitium.*
22 *An ſeudum dicatur emptitium, ſi fuerit partim pretio, partim gratioſè conceſſum.*
23 *Quid ſi pecunia data fuit Domino, non pro conceſſione facienda, ſed pro obtinenda confirmatione venditionis facta à Vaſſallo.*
24 *Clericus ſuccedit in ſeudo fœmineo.*
25 *Quando ſeudum dicatur fœmineum.*
26 *Clericus ſuccedit in ſeudis eccleſiaſticis.*
27 *Si ſeudum à principio fuit conceſſum ab aliqua fœmina à tali ſeudo fœminæ non cenſentur excluſæ.*
28 *Filii naturales, & ſpurii admittuntur ad fideicommiſſum, quando teſtator fuit naturalis, vel ſpurius.*
29 *Quando Clericus ex æquitate admittatur ad ſeudum.*
30 *Clericus ſuccedit in Regno.*
31 *Clericus in caſibus, in quibus admittitur ad ſucceſſionem ſeudi, ſervitium, quod pro eo debetur, poteſt præſtare per ſubſtitutum.*
32 *Quando Vaſſallus privatur ſeudo ob clericatum, ſi ſeudum eſt novum, aperitur Domino, ſi verò eſt antiquum, devolvitur ad Agnatos.*
33 *An ſuccedat in ſeudo Clericus in ſacris, ex diſpenſatione Summi Pontificis habilitatus ad contrahendum matrimonium, & ad dimittendum habitum clericalem.*
34 *Legitimatio filiorum facta ante delatam hæreditatem præjudicat venientibus ab inteſtato, ſecùs ſi poſt delatam ſucceſſionem.*
35 *Monaſterium non ſuccedit in ſeudo ex perſona Monachi, quando agitur de ſeudo vero, recto, & proprio, niſi fuerit habilitatum per Dominum: limitatur* num. 37.
36 *Monaſterium ſuccedit in ſeudo, ex perſona Monachi, quando ſeudum eſt improprium, & conditionatum: limitatur* nu. 39. & ſeq.
37 *Quando ſeudum dicitur conditionatum.*
38 *Monaſterium non ſuccedit in ſeudo improprio, quando ſeudum eſſet tale, ut non poſſit tranſire, niſi ad hæredes ſanguinis.*
39 *Monachus non ſuccedit in ſeudo paterno, quando vivo patre factus eſt Monachus.*
40 *Monaſterium non ſuccedit in ſeudis dignitatum, & titularis, ut in Regno, Ducatu &c. ſed eo caſu ſeudum defertur ad hæredes ſanguinis.*
41 *Monaſterium non ſuccedit in Oppidis, & Caſtris juriſdictionem habentibus.*
42 *Monaſterium non ſuccedit, quando pro ſeudo ultrà ſervitium reale præſtatur juramentum fidelitatis.*
43 *Monaſterium non ſuccedit in ſeudo, quod præſtat ſervitium perſonale.*
44 *Servitium perſonale, & juramentum fidelitatis requirunt induſtriam perſonæ.*
45 *Si ſeudum de novo concederetur Monacho ex mera liberalitate Principis, tunc perpetuò acquireretur Monaſterio.*
46 *Si Princeps ſimpliciter conceſſerit aliquod Caſtrum Eccleſiæ præſumitur donaſſe ratione piæ cauſæ in naturam liberum, & non ſeudalem.*
47 *Novitius, qui infrà annum probationis à religione egreditur, omnia recuperat, & in priſtinum ſtatum remittitur.*
48 *Milites Hyeroſolimitani ſunt verè Religioſi.*
49 *An milites prædicti poſſint in ſeudo ſuccedere.*
50 *Clericus, vel Eccleſia, quæ habet ſeudum à Principe Laico, conveniri poteſt in cauſis ſeudalibus coram ipſo Principe Laico: limitatur* numer. 54. & ſequen.
51 *Clericus, & Eccleſia ex permiſſione juris ſe ſupponunt Domino ſeudi.*
52 *Vaſſallus Laicus ſimiliter convenitur in cauſis ſeudalibus coram Clerico, ſi ipſe ſit Dominus ſeudi.*
53 *Clericus, & Eccleſia convenitur coram Domino ſeudi in cauſa civili tantum: ſecus ſi ageretur contra Clericum Vaſſallum ad amiſſionem ſeudi criminaliter, aut civiliter pro crimine.*
54 *Laici nec directè, nec indirectè poſſunt cognoſcere de crimine Clericorum.*
55 *Clericus coram Domino ſeudi poteſt conveniri, quando de proprietate agitur intèr Vaſſallos.*
56 *Cauſa poſſeſſoriis eſt agitanda coram ordinario ipſius Clerici.*
57 *Quid ſi Clericus negaret, rem, pro qua convenitur, eſſe ſeudalem,* & num. 58.
59 *Probatio, quæ eſt fundamentum juriſdictionis, debet eſſe ſufficiens, & concludens.*
60 *Res in dubio præſumitur allodialis, & non ſeudalis.*
61 *Quando non agitur de ſeudo, aut de natura ſeudi, ſed de alio jure, quàm ex lege, vel conſuetudine ſeudorum, tunc adeundus eſt Judex eccleſiaſticus ipſius Clerici.*
62 *Quid ſi ageretur de cauſa intèr Clericum Vaſſallum, & alium tertium non Vaſſallum.*
63 *An in cauſa emphiteutica Clericus conveniri poſſit coram Laico Domino emphiteuſis.*
64 *In his, quæ per leges, ſeu conſuetudines ſeudorum adverſus jus commune ſtatuta ſunt, non procedit argumentum a ſeudo ad emphiteuſim.*
65 *Jura ſeudalia ab Eccleſia ſunt approbata.*
66 *In materia odioſa non fit extenſio.*

CAP. XIV.

An Clericus ſuccedat in feudo, & an poſſit eo caſu conveniri coram Domino feudi.

Dico primò, quod Clericus in Sacris conſti- 1
tutus, eſt inhabilis ad ſuccedendum in feu-
do proprio, & recto, *Viac. de Franch. deciſ.*
20. *num.* 3. *Afflict. dec.* 320. *num.* 6. & 9. ubi dicit, 2
quod Clericus in Sacris eſt incapax feudi, ſi pro
eo præſtetur juramentum fidelitatis ſecundùm for-
mam antiquæ, & novæ fidelitatis: hoc enim caſu 3
cenſetur promiſſum ſervitium militare, & perſo-
nale, quod talis Clericus præſtare non poteſt,
Dec. conſ. 193. *num.* 5. *Cephal. conſ.* 152. *num.* 8. *lib.* 2.
Gov. conſ. 26. *num.* 31. & *ſeq. Car. de Graſ. de effect. cleric. eff.* 4. *num.* 81. & 250. *Rol. conſ.* 23. *num.* 35. *lib.* 1
Natt. conſ. 600. *num.* 29. 31. & 43. *lib.* 3. *Menoch. de*
Ar-

Arbitr. in Addit. ad caſ. 231. *num.* 65. in dubio au-
4 tèm feudum præſumitur proprium, & rectum, &
per conſequens quod pro eo præſtetur militare ſer-
vitium, niſi contrarium probetur, *Alex. conſ.* 30.
num. 21. *& ſeq. lib.* 1. *& conſ.* 6. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 5.
Oſaſc. dec. 27. *num.* 8. *Bero. conſ.* 65. *num.* 43. *lib.* 1.
Natt. d. conſ. 600. *num.* 6. *lib.* 3.
5 Dixi, in Sacris conſtitutus, quià Clericus
primæ tonſuræ, vel minorum ordinum admittitur
ad feudum, ut merè laicus, *Borell. conſ.* 40. *num.* 17.
Cravett. conſ. 33. *num.* 7. *vol.* 1. *Menoch. de Arbitr. caſ.*
231. *num.* 10. *Purpur. conſ.* 119. *num.* 3. *lib.* 1. *Rol.*
6 *conſ.* 23. *num.* 1. *&* 23. *lib.* 1. *ubi de communi teſtatur*,
quod etiam procedere in Epiſcopis, & Cardinali-
bus, ſenſit *Clar. qui de communi teſtatur in §. feudum*,
q. 78. *verſ. de Clerico &c.* ubi dicit, quod iſti reti-
nent feuda ſibi devoluta jure ſucceſſionis, nè di-
gnitas potiùs decrementum, quàm incrementum
eis attuliſſe videatur, & ſine controverſia admit-
7 tuntur ad præſtandum quodcunque ſervitium per
ſubſtitutum; ſed contrariam ſententiam tenuerunt
Ruin. conſ. 42. *num.* 8. *& ſeq. lib.* 1. *Cald. conſ.* 2. *in tit.*
de feud. Menoch. de Arbitr. lib. 2. *caſ.* 231. *num.* 6. *&*
conſ. 181. *num.* 63. *& ſeq. lib.* 2. *Car. de Graſſ. de effect.*
cleric. eff. 4. *num.* 117. *&* 225. *cum ſeq.*
8 In multis tamèn caſibus Clericus etiàm in Sa-
cris ſuccedit in feudo: & primò ſuccedit, quando
pro feudo præſtatur ſervitium reale, ut annuus
cenſus pecuniæ, vel alterius rei, *Curt. jun. in tract.*
de feud. p. 3. *num.* 24. *Vran. conſ.* 9. *num.* 31. *lib.* 1. *&*
alii apud Squillan. de oblig. cleric. par. 2. *num.* 137.
Car. de Graſſ. d. eff. 4. *num.* 80. Idem dicendum,
quando ſervitium eſt tale, ut poſſit præſtari per
ſubſtitutum, quià tùnc Clericus dicitur habilis,
& admittitur ad hujuſmodi feudum; *Felin. in cap.*
in præſentia, num. 74. *verſ. fallit.* 3. *&c. de Probat.*
Capic. decis. 16. *Duen. reg.* 103. *in* 4. *limit. Intrigl. in*
tract. de feud. cent. 2. *ar.* 1. *num.* 109. *&* 178. *Ruin. conſ.*
42. *num.* 10. *lib.* 1. *Clar. in d. §. feudum q.* 78. *verſ. de*
Clerico &c. ubi dicit, quod ità eſt de mente omnium, Natt.
9 *d. conſ.* 600. *num.* 6. ſubdens, quod quando ſervi-
tium eſt incertum, tùnc videtur electa fides Vaſſal-
li ità, ut aliis committi nequeat.
10 Secundo ſuccedit, ubi adeſſet conſuetudo,
quod Clericus etiàm in Sacris ſuccedat in feudo;
& ſerviat per ſubſtitutum, *Curt. jun. tr. de feud. in* 3.
par. princ. in 2. *mem. num.* 16. *Duen. reg.* 103. *limit.* 9.
Alex. conſ. 29. *num.* 2. *lib.* 1. *Dec. conſ.* 20. *num.* 13. *&*
11 *conſ.* 39. *num.* 12. *latè Car. de Graſſ. d. eff.* 4. *num.* 128.
& ſeq. ubi dicit, quod talis conſuetudo cenſetur
inducta, ſi ità per duas vices fuit obſervatum, &
12 Clericus ad ſuccedendum fuit admiſſus; Idem pro-
cedit, quando Clericus ex diſpenſatione Principis
fuit habilitatus ad feudum; poteſt enim Princeps
non ſolùm de novo inveſtire Clericum de feudo,
ſed etiàm cum eo diſpenſare, ut ſuccedat in feudo
etiam in præjudicium Agnatorum, & aliorum ve-
nientium ab inteſtato, quibus jus fuit ſpe quæſi-
tum: dummodò diſpenſatio fiat ante feudum aper-
13 tum, & devolutum; quià Princeps diſpenſando
non cenſetur tollere jus tertio, ſed tantùm illud
differre: talis enim diſpenſatio durat tantùm du-
rante vita ipſius Clerici, *Bald. conſ.* 333. *num.* 2. *lib.*
1. *Bero. conſ.* 16. *num.* 16. *lib.* 1. *Rim. jun. conſ.* 796.
num. 10. *& ſeq. lib.* 7. *Neviz. conſ.* 30. *num.* 1. *Menoch.*
conſ. 181. *num.* 68. *Dec. conſ.* 390. *num.* 14. *Pariſ. conſ.*
4. *num.* 42. *lib.* 1. *& communem dicit Car. de Graſſ. d. eff.*
4. *num.* 164. 215. 280. *& ſeq.* ubi ſubiicit, quod Do-
14 minus feudi ſimplicitèr inveſtiens Clericum de
feudo caſu, quo in ipſo feudo ſuccedere non poteſt,
ſi non apparet expreſsè, quod voluerit cum eo di-
ſpenſare, nunquàm cenſetur tacitè diſpenſaſſe in
præjudicium alterius vocati in inveſtitura: ratio 15
eſt, tum quià in dubio non præſumitur, quod
Princeps voluerit jus alterius lædere: præſertim ſi
feudum fuiſſet jàm devolutum ad alium excluſo 16
clerico, tùm etiam quia Princeps tollere non po-
teſt jus alteri quæſitum, *l. venditor, §. ſi conſtat, ff.*
Comm. præd. Soc. jun. conſ. 77. *num.* 124. *lib.* 1. *Menoch.*
de Arbitr. q. 48. *num.* 6. *Scrad. de Feud. p.* 4. *c.* 1. *num.*
29. *Gabr. in tit. de Jur. quæſit. non toll. concl.* 1. *num.* 1.
verſ. contrarium tamen &c. & num. 5. *& ſeq. ubi de ma-*
gis communi teſtatur.
Tertio Clericus etiam in Sacris ſuccedit in 17
feudo tranſitorio ad omnes, & quoſcunque hære-
des, ut ſi feudum fuerit quæſitum pro ſe, & ſuis
hæredibus quibuſcunque, vel quibus dederit, vel
ſi fuiſſet conceſſum Titio, & hæredibus, etiamſi
in inveſtitura non adſit verbum illud, quibuſcun-
que, vel ſimile, *Bald. in l.* 1. *q.* 34. *ff. de Rer. diviſ.*
Fel. in cap. in præſentia, num. 48. *de Probat. ubi de com-*
muni, Scrad. de Feud. par. 7. *cap.* 5. *num.* 30. *Rol. conſ.*
23. *num.* 15. *&* 34. *lib.* 1. *Oſaſc. dec.* 27. *num.* 10. *&* 11.
Cravet. conſ. 875. *num.* 5. *lib.* 5. *Rim. jun. conſ.* 63. *num.*
20. *lib.* 1. *& conſ.* 557. *num.* 18. *lib.* 5. *Car. de Graſſ. d.*
eff. 4. *num.* 234. *& ſeq. & num.* 242.
Quarto ſuccedit in feudo libero, & franco ab 18
omni ſervitio, quià hoc caſu ceſſat cauſa principa-
lis, propter quam Clericus in Sacris excluditur à
feudo, hoc eſt ſervitium, *Bald. in cap. inter dilectos,*
de fid. inſtrum. & in auth. niſi rogati, num. 15. *C. ad*
Trebell. & in l. ſi plures, C. de Cond. inſer. DD. in cap. in
præſentia, de Prob. Cyn. & alii in au. h. ingreſſi, C. de
Sacroſ. Eccleſ. Fachin. Contron. jur. lib. 7. *cap.* 35. *Clar.*
in §. feudum q. 78. *Afflict. dec.* 320. *& alii apud Squillan.*
de oblig. cler. par. 2. *num.* 137. *Menoch. conſ.* 54. *num.*
12. *lib.* 1. *Brun. conſ.* 16. *num.* 2. *Sylvan. conſ.* 3. *num.*
56. *& ſeq. Oſaſc. dec.* 27. *num.* 5. *Burſ. conſ.* 4. *num.* 4.
& 5. *lib.* 1. *Cald. conſ.* 2. *& conſ.* 10. *poſt princ. in tit. de*
Feud. Scrad. eod. tr. p. 6. *de ſucceſſ. deſcend. num.* 24. *verſ.*
tertiò non procedit &c. Capyc. dec. 64. *num.* 5. *Mart. de*
Juriſd. p. 4. *cent.* 1. *caſ.* 22. *num.* 10. *Maccabr. conſ.* 23. 19
num. 50. ubi advertit, quod ut feudum dicatur
francum, non ſolùm debet eſſe liberum ab omni
ſervitio: ſed etiàm à juramento fidelitatis, *Gabr. in*
tit. de Verb. ſign. concl. 6. *num.* 59. *ubi de communi, latè*
Car. de Graſſ. d. eff. 4. *num.* 246. *& ſeq.*
Quinto ſuccedit in feudis emptitiis, quæ vi- 20
delicèt ſub prætextu pecuniæ conceduntur; hæc 21
ènim dicuntur feuda impropriè, & tranſeunt in
ſpeciem alterius contractus, *Rol. conſ.* 23. *num.* 4.
lib. 1. *Rim. jun. conſ.* 557. *num.* 23. *lib.* 5. *Iſern. in cap.*
1. *§. in primis, ex quib. cauſ. feud. amitt. Roman. ſing.*
184. *& conſ.* 357. *num.* 12. *verſ. fallit* 4. *Intrigl. in tra-*
ct. de feud. cent. 1. *q.* 42. *num.* 25. *& ſeq.*
Feudum verò non dicitur emptitium, ſi fue- 22
rit partim pretio, partim gratiosè conceſſum:
dummodò gratia præponderet pecuniæ datæ; nam
quandò conceditur gratia recepta pecunia, ſi gra-
tia præponderet, non deſinit eſſe gratia, *Berret.*
conſ. 82. *num.* 2. *Natt. conſ.* 600. *num.* 39. *lib.* 3. *Rol.*
conſ. 23. *num.* 16. 29. *& ſeq. lib.* 1. itèm non dicitur 23
emptitium, ſi pecunia data fuit Domino, non pro
conceſſione facienda, ſed pro obtinenda confirma-
tione renunciationis, vel venditionis factæ a Vaſ-
ſallo, *Car. de Graſſ. d. eff.* 4. *num.* 261. *& ſeq.*
Seſto Clericus etiam in Sacris ſuccedit in feudo 24
fęmineo, quod videlicet ad fęminas tranſit, *Curt.*
jun. in tr. de feud. in 2. *p.* 3. *p. princ. q.* 10. *num.* 25. *Dec.*
in cap. in præſentia, num. 75. *de Probat. Eutrar. conſ.*
204.

204. col. 4. Io. Tho. de. Marin. in tr. de ſeud. lib. 1. Intri-
gl. eod. tract. cent. 2. art. 1. num. 220. & ſeq. Clericus
enim, & fœmina æquiparantur in ſucceſſione feu-
dorum, Rol. conſ. 23. num. 4. lib. 1. Rim. jun. conſ.
557. num. 23. lib. 5. Roman. conſ. 357. num. 12. Car. de
Graſ. d. eff. 4. num. 261. & ſeq. & 274. cum ſeq. ubi
25 obſervat, quod feudum dicitur fœmineum, quan-
do à fœmina fuit acquiſitum, & ab ea originem
traxit tanquàm prima acquirente per ſpeciale pa-
ctum, & gratiam ſibi ſcienter à Principe factam
initio conceſſionis feudi.

26 Septimo ſuccedit in feudis Eccleſiaſticis: quià
non eſt veriſimile, quod concedens, cùm ſit per-
ſona Eccleſiaſtica, voluerit Clericos excludere,
Dec. in cap. in præſentia, numer. 43. de Probat. Crav.
conſ. 445. lib. 3. Jaſ. conſ. 117. lib. 4. Rol. conſ. 76.
num. 13. lib. 3. Surd. conſ. 140. num. 31. lib. 1. Oſnſt.
deciſ. 27. num. 17. & de magis communi teſtatur Car. de
Graſ. d. eff. 4. num. 301. & ſeq. ubi addit, quod ſi
27 feudum à principio fuit ab aliqua fœmina conceſ-
ſum, fœminæ à tali feudo non cenſentur excluſæ:
28 quemadmodum filii naturales, & ſpurii admittun-
tur ad fideicommiſſum, quando teſtator fuit natu-
ralis, vel ſpurius, Palcot. in tr. de Not. & Spur. cap.
27. Surd. conſ. 140. num. 27. & ſeq. lib. 1. Menoch. de
præſumpt. lib. 4. præſumpt. 78. num. 34.

29 Octauo, Succedit in caſu, quem ponit, Car.
de Graſ. d. eff. 4. num. 223. ubi dicit, quod ſi eſſent
quatuor fratres, & vltimus clericatum aſſumpſe-
rit, & deindè omnes fratres majores deceſſerint ſi-
ne hærede, tunc ultimus, quamvis Clericus ex
quadam æquitate admittitur ad feudum, & poteſt
ſervire per ſubſtitutum; licèt ſecùs ſit de rigore;
verùm ſi ultimus poſt feudum ſibi apertum, aſſu-
meret Clericatum, cenſeretur feudo renunciaſſe:
& ideò ad illud redire non poſſet, Jaſ. conſ. 117.
num. 14. vol. 4. Ann. ſing. 70. Ceph. conſ. 1. num. 42.
lib. 1. Pancir. conſ. 111. num. 2. Menoch. conſ. 202. nu.
125. lib. 3.

30 Nono, Clericus ſuccedit in Regno, cum hoc
non ſit feudum, ſed ad inſtar feudi, Bero. conſ. 120.
num. 28. vol. 2. Molin. tract. de Primog. Hiſp. lib. 3. cap.
4. num. 5. Burſ. conſ. 4. num. 4. lib. 1. Intrigl. de feud.
cent. 1. queſt. 23. num. 78. & ità obſervatum fuiſſe, re-
fert Car. de Graſ. d. eff. 4. num. 266. & ſeq.

31 Notandum eſt etiam, quod in omnibus caſi-
bus, in quibus Clericus admittitur ad ſucceſſio-
nem feudi, ſi pro feudo debetur aliquod ſervitium,
poterit illud præſtare per ſubſtitutum, Iſern. in cap.
1. de Benef. fœm. & in c. 1. ſi de feud. defuncti. conten. & 1.
Jacob. de Franch. in cap. & quid vidimus, num. 59. de
iis, qui feud. dar. poſſ. Car. de Graſ. d. eff. 4. num. 333.

32 Notandum Secundo, quod quando Vaſſallus
privatur feudo ob Clericatũ, ſi feudum eſt novum,
aperitur Domino; ſi verò eſt antiquum, devolvitur
ad Agnatos, Cama. conſ. 197. Curt. jun. de feud. par. 3.
2. p. princ. numer. 32. Jo. Thom. de Marin. eod. tract. tit.
2. de feud. ex pact. & provid. num. 146. & alii apud Car.
de Graſ. d. eff. 4. num. 330. Clar. in §. feudum, quæſt. 8.
in princ. feudum verò novum eſt, quod de novo
conceditur, & habet initium in perſona illius, qui
de èo fuit inveſtitus; feudum antiquum, ſeù pa-
ternum dicitur, quod eſt acquiſitum ab aliquo ex
anteceſſoribus, qui fuit cauſa communis agnatio-
nis, Jacobut. de Franch. in Prælud. in feudor. uſus,
quæſt. 2. num. 78., & 98. ſubdens, quod ei, qui di-
cit novum, incumbit onus probandi.

33 Notandum Tertio, quod Clericus in Sacris
ex diſpenſatione Summi Pontificis habilitatus ad
contrahendum Matrimonium, & ad dimittendum
habitum Clericalem, ſuccedit in feudo, ſi diſpen-
ſatio præcedat mortem feudatarii, ſecùs ſi diſpen-
ſatio ſuperveniat poſt mortem feudatarii; tunc
enim diſpenſatio non habilitaret diſpenſatum in
præjudicium alterius, cui hoc medio tempore jus
eſt quæſitum, Squillan. de oblignt. Cleric. par. 2. num.
140. Car. de Graſ. d. eff. 4. num. 104. & ſeq. ubi eadem
diſtinctione utitur in legitimatione filiorum, quæ 34
ſi facta fuit antè delatam hæreditatem, præjudicat
venientibus ab inteſtato; ſi verò poſt delatam ſuc-
ceſſionem, nullum illi affert præjudicium, ex trad.
per Mtint. præſumpt. 3. reg. 11. num. 4. Maſtr. de In-
dult. cap. 22. num. 70.

Quæres, an, & quando Monaſterium ſucce- 35
dat in feudo ex perſona Monachi? Reſp. quod aut
agitur de feudo vero, recto, & proprio, quod re-
quirit ſervitium perſonale, & tunc Monaſterium
in eo non ſuccedit, niſi fuerit habilitatum per Do-
minum feudi, Sal. in auth. ingreſſi, C. de Sacroſ. Ec-
cleſ. Alex. conſ. 10. num. 3. & 8. lib. 5. Dec. in cap. in
præſentia, numer. 74. de Probat. Curt. jun. in tract. de
Feud. in 3. par. princ. in 2. mem. quæſt. 10. num. 17.
Crav. conſ. 303. num. 1. & 8. lib. 2. Capic. dec. 115. nu.
11. Clar. in §. feudum qu. 78. verſ. ſed hæc concluſio &c.
Natt. conſ. 600. num. 6. lib. 3. Jo. Thom. de Marin. in
tract. de feud. tit. 2. de feud. ex pact. & provid. num. 142.
Intrigl. eod. tract. cent. 2. art. 93. num. 51. Car. de Graſ.
d. eff. 4. num. 319. 325. & 280. cum ſeq. ubi dicit,
quod quando Princeps diſpenſat cum Monacho,
qui eſt legitimus ſucceſſor, tunc feudum acquiri-
tur Monaſterio durante vita ipſius Monachi, ſi
Monaſterium ſit capax bonorum.

Aut feudum eſt improprium, & conditiona- 36
tum, ut quià præſtatur ſervitium reale, vel nul-
lum debetur ſervitium, vel eſt tale, ut poſſit tran-
ſire ad Clericos, vel ad fœminas, & tunc in tali
feudo Monaſterium, quatenus ſit capax bonorum,
ſuccedere poteſt quoad commoditates durante vi-
ta ipſius Monachi, ut ſupra: quo defuncto ad A-
gnatos, vel ad Dominum revertitur, Hoſt. & alii
communiter in cap. in præſentia, de Probat. DD. in auth.
ingreſſi, C. de Sacroſ. Eccleſ. Capit. dec. 10. num. 18. &
dec. 31. Villaleb. in com. op. in ver. Monachus, num. 179
Afflict. dec. 320. num. 2. & ſeq. Rol. conſ. 23. num. 14.
lib. 1. Car. de Graſ. loco cit. num. 319. Vinc. de Franch.
dec. 154. num. 4. ubi ſubiicit, quod feudum dicitur 37
conditionatum, non quod ſub conditione ſit con-
ceſſum; ſed quià tenetur feudatarius ad certum,
& determinatum ſervitium; & non ad aliud.

In multis autèm caſibus Monaſterium non 38
ſuccedit ex perſona Monachi, etiamſi feudum ſit
improprium; & primo non ſuccedit, quando feu-
dum eſſet tale, ut non poſſit tranſire, niſi ad hæ-
redes ſanguinis, Capit. dec. 10. num. 6. Afflict. dec.
320. num. 7. ubi dicit, quod Monachus non ſucce- 39
dit in feudo paterno, quando vivo patre factus eſt
Monachus; quià feudum non tranſit niſi ad hære-
des ſanguinis, & iſta jura ſanguinis non tranſeunt
in Monaſterium, Bald. in l. data opera in 17. col. C.
qui accu. non poſſ. Luc. de Pen. in l. nulli, C. de munc. lib.
12. Car. de Graſſ. d. eff. 4. num. 322.

Secundo Monaſterium non ſuccedit in feudis 40
dignitatum, & titulatis, ut in Regno, Ducatu,
Marchionatu, Comitatu, vel Baronia, ſed eo ca-
ſu feudum defertur ad hæredes ſanguinis, Fel. in d.
cap. in præſentia, num. 44. ubi etiam Dec. num. 289. de
Probat. Menoch. de Arbitr. in addit. ad caſ. 231. num.
22. Alex. conſ. 10. num. 4. lib. 5. & alii apud Car. de
Graſ. d. eff. 4. num. 320. & ſeq. ubi dicit, quod ne-
que Monaſterium ſuccedit in Oppidis, & Caſtris 41
juriſ-

juriſdictionem habentibus, *per tex. in cap. recolentes, de ſtat. monac.*
42 Tertio non ſuccedit Monaſterium, quando
pro feudo ultra ſervitium reale præſtatur juramen-
tum fidelitatis, *Ceph. conſ.* 151. *num.* 48. *lib.* 2. *Mac-
cab. conſ.* 23. *num.* 20. *& ſeq. Rol. conſ.* 23. *per tot. lib.*
1. *Bero. conſ.* 16. *lib.* 1. *Burſ. conſ.* 63. *num.* 28. *lib.* 1.
Afflict. dec. 320. *num.* 10. ubi aſſerit, quod Monaſte-
43 rium ex perſona Monachi non ſuccedit in feudo,
44 quod præſtat ſervitium perſonale, vel juramen-
tum fidelitatis, quia iſta requirunt induſtriam
perſonæ, *Jo. Tho. de Marin. in tr. de feud. in tit. de feud.
ſine fidelit. num.* 3. *Vinc. de Franch. dec.* 154. *num.* 7.
45 Obſerva tamen, quod ſi feudum de novo con-
cederetur Monacho ex mera liberalitate Principis,
tùnc feudum perpetuò acquireretur Monaſterio,
46 *Car. de Graſ. d. eff.* 4. *num.* 329. ubi etiam reſolvit,
quod ſi Princeps ſimpliciter conceſſerit aliquod Ca-
ſtrum Eccleſiæ præſumitur donaſſe ratione piæ
cauſæ in naturam liberam, & non feudalem.
47 Obſerva ſecundo quod Novitius, qui infrà
Annum probationis à religione egreditur, omnia
recuperat, & in priſtinum ſtatum remittitur, *Fel.
in cap. inter dilectos, num.* 3. *de fid. instrum. Jaſ. conſ.*
117. *num.* 12. *poſt med. lib.* 4. *& alii apud Car. de Graſ.
loco cit. num.* 32. *&* 101.
48 Obſerva tertio quod Milites Hyeroſolimitani,
licèt ſint verè religioſi, tamèn poſſunt in feudo
49 ſuccedere, *Neviz. conſ.* 30. *num.* 1. *Curt. ſen. conſ.* 62.
num. 63. *Rub. conſ.* 80. *num.* 1. *Roſent. in tr. de feud.
cap.* 7. *concl.* 77. *Natt. conſ.* 507. *num.* 9. *vol.* 3. *Decu.
reg.* 103. *lim.* 6. *Menoch. conſ.* 54. *num.* 1. *lib.* 1. *& hanc
eſſe veriorem, & magis communem dicit Car. de Graſ. d.
eff.* 4. *num.* 69.
50 Dico ſecundo quod Clericus, vel Eccleſia,
quæ habet feudum à Principe Laico conveniri po-
51 teſt in cauſis feudalibus coram ipſo Principe Lai-
co; hoc enim caſu Clericus, & Eccleſia ex permiſ-
ſione juris Canonici ſe ſupponunt Domino feudi:
52 quem admodùm Vaſſallus Laicus ſimilitèr conve-
nitur in cauſis feudalibus coram Clerico, ſi Cleri-
cus ſit Dominus feudi, *cap. verum, ubi DD. commu-
nitèr, de for. compet. Gail. obſerv.* 37. *num.* 3. *lib.* 1. *Ur-
ſill. ad Afflict. dec.* 24. *num.* 5. *Marant. in Pract. p.* 4.
dist. 11. *num.* 49. *Clar. in §. feudum, q.* 90. *verſ. ſed
quid ſi Dominus &c. & alii quamplures, quos refert, &
ſequitur Car. de Graſ. de effect. cleric. eff.* 1. *num.* 718.
& ſeqq.
53 Hæc tamen concluſio limitatur 1. ut procedat,
quando agitur intèr Vaſſallos civilitèr de re feuda-
li; ſecùs ſi ageretur contra clericum Vaſſallum ad
amiſſionem feudi criminalitèr, aut civilitèr pro
crimine: quià hoc caſu cognitio cauſæ eſt remit-
tenda ad Judicem Eccleſiaſticum; ratio eſt: quià
54 Laici nec directè, nec indirectè poſſunt cognoſce-
re de crimine Clericorum, *cap. at ſi clerici, ubi DD.
de Judic. Innoc. in d. cap. verum, num.* 2. *& ſeq. de for.
compet. Mar. Soc. in cap. ex tranſmiſſa, num.* 32. *eod. tit.
& conſ.* 12. *num.* 22. *lib.* 1. *Bero. conſ.* 82. *num.* 11. *lib.*
1. *Rol. conſ.* 4. *num.* 35. *lib.* 1. *Squillan. de Privil. Cle-
ric. cap.* 7. *num.* 106. *Bellett. Diſquiſ. Cleric. par.* 1. *tit.
de favor. Cleric. real. §.* 3. *num.* 5. *Mart. de Juriſd. par.*
4. *caſ.* 89. *num.* 18. *& ſeq.* ubi dicit, quod ſi Judex
Eccleſiaſticus protulerit Sententiam in Clericum,
declarando, ipſum ob feloniam incidiſſe in amiſ-
ſionem feudi, tùnc Rex, vel alius Princeps non
poſſet Clericum poſſeſſorem feudi propria aucto-
ritate à poſſeſſione expellere, quià ſicùt cognitio
cauſæ criminalis pertinet ad Judicem Eccleſiaſti-
cum, ità etiam compulſio Clerici pertinere debet
ad eumdem Judicem Eccleſiaſticum, *l. nulli, C. de
judic. l. ordinarii, C. de Rei vendic. cap.* 1. *de Cauſ. poſ-
ſeſſ. & propriet. Jo. Andr. Innoc. & Abb. in cap. ve-
rum, de for. compet. Arch. in cap.* 1. *de Cleric. conjug.
in* 6. *Menoch. de Retin. poſſ. remed.* 3. *num.* 396. *& ſeq.
Aufrer. in repet. Clem.* 1. *in* 3. *quæſt. de offic. Ordin.* ubi
reſolvit, quod in nullo caſu Dominus feudi po-
teſt Clericum capere, diſtringere, vel alias eidem
violentiam inferre: quia in feudum juriſdictionem
habet, non in perſonam, *Boer. dec.* 69. *num.* 8. *&
ſeq.* ubi dicit, quod in actione perſonali, & crimi-
nali Epiſcopus cognoſcere debet: ſed in reali, & a-
liis ex reali deſcendentibus Dominus feudi eſt Ju-
dex competens, *Carol. de Graſ. de effect. Cleric. effect.*
1. *num.* 726. *& ſeq.* 55
Limitatur ſecundo ut dicta concluſio proce-
dat, quando agitur intèr Vaſſallos de re feudali cir-
ca proprietatem, & ſic circa petitorium; ſecùs ſi 56
circa poſſeſſorium; quia cauſa poſſeſſorii eſt agi-
tanda coràm Ordinario ipſius Clerici, *gloſ. in cap.
cæterum, ubi etiam Innoc. & Ant. de Butr. de Judic. Goſ-
fred. in ſum. tit. de for. compet. verſ. & nota &c. Paris
de Puteo in tr. de Reintegr. feud. cap.* 198. *num.* 5. *&* 6.
Squillan. de Privil. Cler. cap. 7. *num.* 105. *& de commu-
ni teſtatur Car. de Graſ. eff.* 1. *num.* 730. *&* 732. *cum
ſequ.*
Limitatur tertio quando Clericus negaret, 57
rem, pro qua convenitur, eſſe feudalem, & dice-
ret, eam eſſe allodialem: quià tùnc Dominus feu-
di non poteſt cognoſcere de tali cauſa; ſed lis agi-
tari debet coram Judice competente ipſius Clerici,
Innoc. Abb. & alii in cap. cæterum, de Jud. Ang. in l. 1.
*C. ſi à non compet. Jud. Hoſt. in ſum. tit. de Feud. §. fin.
verſ. & tamen &c. Mart. de Juriſd. p.* 4. *cent.* 1. *caſ.* 89.
num. 20. ſubdens, quod ſi judici ordinario conſta- 58
bit etiam ſummariè, rem eſſe feudalem, & ità de-
claraverit, cauſa erit remittenda ad Dominum feu-
di, qui cauſam, prout jura feudalia diſponunt,
terminabit etiam contrà Clericum, *Bald. in cap.* 1.
*§. prætereà ſi inter, de Prohib. feud. alienat. per Federi.
Paris de Puteo d. cap.* 198. *num.* 17. *Bero. conſ.* 82. *num.*
4. *&* 5. *lib.* 1. *Car. de Graſ. d. eff.* 1. *num.* 734. *& ſeq.*
ubi advertit, quod iſto caſu ſufficit ſummaria co- 59
gnitio, quoad modum ſummariè procedendi, non
autèm quoad modum probandi: quia cum hæc
probatio ſit fundamentum juriſdictionis, debet eſ-
ſe ſufficiens, & concludens, præſertim cum res in 60
dubio præſumatur allodialis, & libera, & non feu-
dalis, *Bart. in l. momentaneæ, C. Unde vi, Butr. in cap.
cæterum. de Jud. & in cap. cum laicus, de for. compet.
Mandell. conſ.* 185. *num.* 1. *lib.* 1. *Bellon. conſ.* 10. *num.*
30. *Gozad. conſ.* 47. *num.* 14. *Viv. in comm. opin. in ver.
feudalis res.*
Limitatur quarto ut dicta concluſio procedat, 61
quando agitur de feudo, aut de natura feudi; ſe-
cus ſi ageretur de alio jure, quam ex lege, vel
conſuetudine feudorum, vel de cauſis intèr Cleri- 62
cum Vaſſallum, & alium tertium non Vaſſallum
etiàm ſuper feudalibus: tùnc enim Judex Eccleſia-
ſticus ipſius Clerici erit adeundus, *Hoſt. in cap. cæ-
terum, num.* 6. *ubi etiàm Abb. num.* 13. *Felin. num.* 8.
Dec. num. 45. *& ſeq. de Judic. Soc. Sen. conſ.* 12. *num.* 22.
vol. 1. *Bellett. Diſquiſ. Cleric. par.* 1. *tit. de favor. Cleric.
real. §.* 3. *num.* 4. *in fin. Mart. de juriſd. par.* 4. *caſ.* 89.
numer. 24.
Addunt plerique Doctores, quod in cauſa 63
emphiteutica Clericus conveniri poteſt coràm Do-
mino emphiteuſis etiam laico, eo modo, quo di-
ctum eſt in cauſa feudali, quia valet argumentum
de feudo ad Emphiteuſim, *ut Jaſ. in l.* 1. *num.* 6. *C.*
de

Digitized by Google

de Ju. emphit. Ruin. conſ. 24. num. 28. vol. 1. Menoch. conſ. 161 num. 2. & 18. vol. 1. & alii apud Belleti. d. tit. de favor. Cleri. reai. §. 3. num. 6.

64 Sed hoc in jure non ſubſiſtit, tùm quià in his, quæ per leges, ſeu conſuetudines feudorum adverſus jus commune ſtatuta ſunt, non procedit argu-
65 mentum à feudo ad emphiteuſime tùm etiam quià jura tantum feudalia ab Eccleſia ſunt approbata;
66 & cum ſimus in materia odioſa, non fit extenſio, *Alex. conſ. 106. nu. 6. lib. 4. & in l. quod dicitur, num. 24. ff. de verb. oblig. & in l. divortio §. ſi fundum ff. ſolut. matrim. Jo. Bapt. de Sancto Severino in cap. 1. de feudo cognit. par. 5. reg. 32. Dec. in cap. cæterùm, de Judic. Corn. conſ. 67. lib. 2. Curt. in tr. de feud. in prin. q. 3. & alii apud Covar. 2. var. cap. 18. num. 1. verſ. quibus reſpondere &c. Clar. in §. feudum, q. 3. verſ. & hæc quidem &c.*

S U M M A R I U M.

1 *Clericus etiam primæ tonſuræ carcerari non poteſt ob æs alienum.*
2 *Clericus privilegium habet, ut non poſſit conveniri, niſi quatenùs facere poteſt deductis neceſſariis alimentis.*
Milites ſæculi eodem privilegio gaudent, ibidem.
3 *An Clericus, qui non habet requiſita Concilii, hoc privilegio gaudeat.*
4 *An hoc privilegio gaudeat Clericus excommunicatus.*
5 *Exceptio excommunicato non denegatur.*
6 *Clericus deducere poteſt hoc privilegium in quacumque parte Judicii etiam poſt tres ſententias conformes,* & num. 10.
7 *Juramentum, vel obligatio cameralis non impedit, quin Clericus hoc privilegio uti poſſit.*
8 *Clericus privilegia ob ſtatum Eccleſiaſticum conceſſa non poteſt renunciare.*
9 *Clericus ſemel admiſſus ad dictum privilegium, poteſt iterum admitti.*
10 *Clericus non poteſt carcerari pendente Judicio, an debeat admitti ad dictum privilegium.*
11 *Citari debent omnes creditores, antequam Clericus admittatur ad dictum privilegium.*
12 *Clericus, qui conſenſit impoſitioni penſionis ſuper beneficio non gaudet dicto privilegio:* limitatur num. 16.
13 *Præſumitur, quod fructus beneficii ſint ſufficientes pro ſolvenda penſione, donec contrarium probetur.*
14 *Redditus beneficii præſumuntur ſufficientes pro vita duarum.*
15 *Debitor penſionis non poteſt cedere bonis.*
16 *Clericus debitor penſionis admittitur ad dictum privilegium quando Papa motu proprio ſine conſenſu Clerici beneficium penſione gravavit.*
17 *Clericus, qui juravit ſolvere debitum, debet obtinere abſolutionem à juramento, antequàm excipiat.*
18 *Clericus perjurus poteſt carcerari non obſtante dicto privilegio:* limitatur num. 19.
19 *Clericus, qui non eſt in dolo excuſatur à pœna perjurii.*
20 *Clericus, uti non poteſt dicto privilegio in caſu, in quo locupletaretur cum aliena jactura.*
21 *Clericus debitor ratione depoſiti penes ſe facti, poteſt carcerari.*
22 *Clericus tutor, qui malè ſe geſſit in tutela, amittit dictum privilegium.*
23 *Clericus, qui quovis modo reperitur in dolo, poteſt carcerari, ſicut quilibet laicus.*
24 *Quibus modis dolus committatur,*
25 *Qui ſuſcepit Clericatum poſt contractam obligationem, vel poſtquam condemnatus fuit ad ſolutionem debiti, præſumitur id feciſſe in fraudem Creditorum:* limitatur num. 26.
26 *Quid ſi Clericus probaverit, ſe voviſſe Clericatum antè condemnationem, vel antè contractum debitum.*
27 *An Clericus gaudeat dicto privilegio, quando debitum proceſſit ex delicto, vel quaſi,* & num. 29. & 54.
28 *Mulcta propter paupertatem in totum remittitur.*
29 *Clericus condemnatus ad pœnam pro intereſſe parti applicandam admittitur ad dictum privilegium.*
30 *Clericus degradatus actualiter privatur dicto privilegio.*
31 *Clericus degradatus actualiter amittit privilegia clericalia.*
32 *Clericus negans debitum, non gaudet dicto privilegio.*
33 *Recognitio debiti poteſt fieri etiam poſt ſententiam.*
34 *Clericus non admittitur ad dictum privilegium, niſi paupertatem probaverit.*
35 *Paupertas quoad hunc effectum probatur per communem reputationem, vel alio modo arbitrio Judicis.*
36 *Clericus tenetur indicare bona, quæ poſſidet, inſtantibus Creditoribus.*
37 *Clericus qui ſua bona conſumpſit in ludis prohibitis, vel cum meretricibus, non poteſt dicto privilegio uti.*
38 *Clericus non gaudet dicto privilegio, quando Creditor eſſet pauper: declaratur ibidem.*
39 *Clericus illicitam negotiationem exercens privatur dicto privilegio:* declaratur num. 41.
40 *Clericus carcerari poteſt pro debitis contractis ratione negotiationis:* declaratur num. ſeq.
41 *Clericus ob illicitam negotiationem non privatur dicto privilegio, niſi poſtquam ter monitus fuerit ab Epiſcopo.*
42 *Clericus non juvatur dicto privilegio, ſi conveniatur actione reali:* declaratur num. 51. & ſeq.
43 *Maritus, quando convenitur actione reali, non gaudet aliquo privilegio.*
44 *Clericus conjugatus non gaudet dicto privilegio.*
45 *Clericus Conjugatus excepto privilegio fori, & canonis non gaudet aliis privilegiis clericalibus.*
46 *Clericus admiſſus ad dictum privilegium, ſi pervenerit ad pinguiorem fortunam, tenetur ex bonis poſteà quæſitis in ſolidum debita ſolvere:* limitatur num. 50.
47 *Clericus poteſt compelli ad præſtandam juratoriam cautionem de ſolvendo, cum ad pinguiorem fortunam pervenerit.*
48 *An Laicus cedens bonis ignominiosè juxtà loci conſuetudinem, in totum liberetur.*
49 *Obligatio naturalis reſtituendi non tollitur per ceſſionem ignominiosè factam.*
50 *An Epiſcopus, vel Clericus, qui promiſerunt ſolvere, cum ad pinguiorem fortunam pervenerint, cogi poſſint ad ſolvendum ex fructibus Epiſcopatus, vel beneficii poſteà acquiſiti.*
51 *Clerico etiam convento actione reali remanere debet tantùm quo poſſit ſe commodè ſuſtentare.*
52 *An, & quando creditor pecuniæ teneatur accipere bona in ſolutum.*
53 *An Clericus Vaſſallus gaudeat prædicto privilegio contrà Dominum feudi, & è contrà.*
54 *An, & quando Clericus carcerari poſſit pro delicto.*
55 *Laicus fidejuſſor Clerici, dicto privilegio non juvatur.*
56 *Privilegium perſonale non excedit perſonam ipſius privilegiati.*
57 *Clericus poteſt directò ſubſiſtere.*
Recenſentur privilegia Militibus competentia, ibidem, & num. ſeq.
58 *Teſtamentum Clerici prætereuntis, aut ſinè cauſa exheredantis filios, vel parentes, non annullatur,*

 aut

Digitized by Google

nec ſubjacet querelæ inofficioſi teſtamenti: declaratur num. ſeq.

59 *An filiis, & parentibus in tali caſu debeatur legitima portio.*

60 *Irrita eſt donatio, teſtamentum, aut legatum à Clerico factum ſuæ Concubinæ.*

61 *Quid ſi in donatione, vel teſtamento fuerit interpoſitum juramentum.*

62 *Donatio à Clerico facta conjunctæ perſonæ ipſius Concubinæ, non valet.*

63 *Item nec valet confeſſio debiti facta per Clericum in favorem Concubinæ.*

64 *Quid ſi Clericus emeret nomine ſuæ Concubinæ, & fateretur, ſe emiſſe de illius pecuniis.*

68 *Donatio, vel Legatum à Clerico factum Concubinæ applicatur fiſco Eccleſiaſtico, non autem Sæculari,* & num. 66.

66 *Criminis concubinatus probibitio ab Eccleſia babuit originem.*

An Milites, & Clerici donationem Concubinæ factam repetere poſſint, ibidem.

67 *Valida eſt donatio, vel legatum a Clerico factum Concubinæ, ut ipſa honeſte vivere, vel nubere poſſit.*

68 *Quid ſi donatio, vel legatum factum fuerit Concubinæ cauſa remunerationis*, & num. 70. & ſeq.

69 *Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio, ſed debiti ſolutio.*

70 *Ubi aliàs per partium aſſertionem fieret licitus, quia aliàs eſſet illicitus, non ſtatur aſſertioni contrahentium.*

71 *Donatio facta ob benemerita inter perſonas probibitas tunc demùm valeret, quando donatio eſt meritis æquivalens.*

72 *Donatio hujuſmodi, ſi excederet benemerita, nulla eſſet quoad exceſſum, ſed in reliquo ſubſiſteret.*

73 *Concubina Clerici non poteſt aliquid conſequi ratione famuli, niſi à principio fuerit conducta tanquam Ancilla.*

74 *Clericus habet peculium quaſi caſtrenſe, in quo Pater Clerici nullum habet uſumfructum.*

Bona, quæ in aliis ſunt adventitia, in Clericis ſunt quaſi caſtrenſia, ibidem.

An Clericus carcerari poſſit ob æs alienum.

C A P. XV.

1 COmmunis eſt concluſio, quod Clericus ob æs alienum carcerari non poteſt, ſivè ſit in Sacris ordinibus conſtitutus, ſivè in mino-
2 ribus, vel prima tonſura; Clericus enim hoc privilegium habet, ut non poſſit conveniri niſi quatenus facere poteſt deductis neceſſariis alimentis, hoc eſt, ut tantum ei remaneat, unde ſe, & quos ſecùm habet ex neceſſitate, poſſit commodè ſubſtentare, *cap. Odoardus, ubi DD. communiter, de ſolut. Covar. lib. 2. var. cap. 1. num. 9. Gig. de Penſion. q. 35. num. 8. Natt. conſ. 319. num. 5. lib. 2. Butr. conſ. 41. in fin. Alciat. in cap. cum non ab homine, num. 75. de Judic. Monald. conſ. 28. num. 4. lib. 2. Crot. conſ. 183. num. 19. lib. 2. Menoch. de Arbitr. q. 88. num. 8. Muran. in tr. de ordin. judic. par. 6. act. 3. num. 43. in fin. & num. 56. Beninenſ. in tract. de Paup. q. 8. ſpecial. 4. num. 16. Molin. de Contract. diſp. 571. num. 12. Surd. de Alim. tit. 1. q. 78. num. 20.* ratio eſt, quia ſicùt Milites Sæculi gaudent hoc privilegio, ita multo magis eo gaudere debent Clerici, qui ſunt Milites Chriſti, *Molin. de contract. diſp. 572. num. 12. Germon. de Sacr. immun. lib. 3. cap. 15. num. 89. Car. de Graſſ. de effect. Cleric. eff. 7. num. 2. & 3.* quod procedit, etiamſi Clericus non haberet requiſita Concilii Tridentini *ſeſſ. 23. de ref. cap. 6. Ricc. in Prax. for. Eccleſ. par. 4. reſ. 237. Belett. Diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. de Cleric. debit. §. 1. num. 5. & renſuit etiam Sac. Congregatio, prout refert Ros. dec. 141. par. 4. diverſ. Squillan. de Privil. Cleric. cap. 10. num. 5. & ſeq.* ubi hoc benefi- 3
cium extendit etiam ad Clericum excommunicatum, cum ſit quædam exceptio, quæ excommu- 4
nicato non denegatur, *Germon. de Sacroſ. Immun. lib. 3. c. 15. num. 88. & ſeq.* ubi dicit, quod ſi Clericus poſſet carcerari, & teneretur ultra quam facere poteſt, id redundaret in opprobrium Clericalis dignitatis, *late Car. de Graſſ. de effect. Cleric. eff. 7.* 5
ubi dicit, quod Clericus poteſt deducere beneficium d. cap. Odoardus, in quacunque parte judicii, 6
etiam poſt ſententiam, & in executione ipſius Sententiæ tàm coram Judice a quo, quàm coràm Judice ad quem, etiamſi tribus Sententiis damnatus 7
fuerit, non obſtante juramento, & obligatione in 8
forma cameræ, quia Clericus hujuſmodi privilegio ob ſtatum eccleſiaſticum conceſſo non poteſt tacitè, aut expreſsè renunciare, *Covar. lib. 2. var. cap. 1. num. 9. Jo. Gutier. in tract. de Contract. jurat. par. 1. cap. 17. num. 36. Monald. conſ. 28. num. 5. lib. 2. Germon. de Sac. Immun. lib. 3. cap. 15. num. 95. Leoncillus de Privileg. pauper. par. 2. privil. 53. num. 2. & ſeq. Squillan. de Privil. Cleric. cap. 10. num. 20. & ſeq. & num. 48.* ubi dicit, quod Clericus ſemèl admiſſus poteſt iterùm admitti, *Vulp. in Prax. judic. cap. 20.* 9
num. 14. Trivis. deciſ. 8. num. 4. lib. 1. Fab. de erron. pragm. 124. num. 13. lib. 2. Cavalc. de Tutor. & Curat. num. 322. Molin. de Contract. diſp. 571. num. 15. ubi dicit, quod nulla aſſignari poteſt ratio, cur Clericus dicto beneficio non gaudeat, ſi appellaverit à 10
duobus Sententiis contra ſe latis, & expectet tertiam, cum in tali caſu utatur jure ſuo, *late Car. de Graſſ. de eff. 7. num. 13. 16. 45. & ſeq.* ubi ſubdit, quod non poſſet Clericus carcerari pendente judicio, an debeat admitti ad dictum beneficium *cap. Odoardus*: quià ſi carceraretur pendente judicio, & poſtea conſtaret, quod deberet admitti, gravaretur gravamine irreparabili. Undè priùs diſcutiendum eſt, an poſſit carcerari, & poſtea deveniatur ad capturam perſonæ, *Bald. in l. per diverſas, in 10. q. C. mandat. & in l. ſi Clericus, C. de Epiſc. & Cleric. Jaſ. in l. 4. §. ſi quis condemnatus, num. 22. ff. de Re jud. Corn. conſ. 295. lib. 3. Dec. conſ. 73. Rim. jun. conſ. 554. num. 65. lib. 5. late Squillan. de Privil. Cleric. cap. 10. num. 1. & ſeq.* ubi dicit, quod in conceſſione bene- 11
ficii *d. cap. Odoardus* citari debent omnes Creditores *Brun. in tract. de Ceſſion. bon. q. 13. p. 2. Valaſ. deciſ. Luſitan. 50. Theſaur. deciſ. Pedem. 15. Ricc. deciſ. 270. p. 4.*

Obſerva tamèn, quod Clericus in multis ca- 12
ſibus non gaudet dicto privilegio: Et primò ſi conſenſit impoſitioni penſionis ſuper beneficio, & deindè ageret ad eam reſcindendam, extinguendam, vel moderandam: tunc enim durante lite tenetur penſionem ſolvere, & poteſt etiam carcerari; quià æquum non videtur, ut dum beneficium poſſidet, exceptione *d. cap. Odoardus* juvetur, *Covar. lib. 2. var. cap. 1. Gig. de Penſion. cap. 2. Menoch. de Arbitr. caſ. 183. Genuenſ. in Prax. cap. 3. num. 10. Ricc. deciſ. 173. p. 4. Car. de Graſſ. de effect. Cleric. eff. 7. num. 50. Squillan. de Privil. Cleric. cap. 10. num. 22.* undè in Commiſſionibus, quæ in Curia Romana impetrantur ſuper nullitate, vel reductione penſionis, ſempèr apponitur clauſula, abſque retardatione ſolutionis penſionis; hujus rei ratio eſt, quià præ- 13
ſumitur, quod fructus beneficii ſint ſufficientes

pro

pro ſolvenda penſione, donèc contrarium probe-
tur; & ideò Rectori beneficii, qui fructus perce-
pit,imputandum eſt,ſi fructus conſumpſerit,& pen-
ſionem non ſolverit, *Covar. d. lib.2. cap.1. nu. 9. verſ.*
quoties verò &c. Gig. de Penſion. q. 9. num. 9. & ſeq. ubi
dicit; quod reditus beneficii præſumuntur ſuffi-
cientes pro vita duorum, *late Car. de Graſſ. d. eff. 7.*
num. 48. & ſeq. ſubdens quod debitor penſionis non
ſolùm non poteſt uti dicto beneficio *cap. Odoardus*,
ſed nec etiam cedere bonis, *ex trad. per Neviz. conſ.*
15 *59. Ferret. conſ. 44. lib. 1. Menoch. de Arbitr. caſ.*
183. in fin.
Secùs eſſet, ſi Rector beneficii non conſenſit
16 impoſitioni penſionis, ſed Papa motu proprio ſi-
nè conſenſu Rectoris beneficium penſione grava-
vit, quod poteſt facere de poteſtate abſoluta, quam
habet ſuper univerſa beneficia; tunc enim debitor
penſionis admitteretur ad beneficium *d. cap. Odoar-*
dus, Rom. conſ. 360. Gig. de penſion. quæſt. 10. num. 30.
Car. de Graſſ. d. eff. 7. nu. 49.
Secundo quando Clericus juravit ſolvere de-
17 bitum, antequam excipiat, ſe velle uti dicto be-
neficio *cap. Odoardus*, debet obtinere abſolutionem
à tali juramento, nè incidat in perjurium, aliàs
poſſet propter perjurium carcerari, ſi opponat de
tali privilegio, ſeu beneficio, *Car. de Graſſ. d. eff. 7.*
18 *num. 20. & ſeq. Leoncill. de privil. pauper. par. 2. privil.*
53. num. 4. quod procedit, quando Clericus eſſet
in dolo; ſecùs ſi dolus abſit, & Clericus propter
19 paupertatem non poſſet juramentum ſervare, quià
ſicut in tali caſu excuſatur à pœna perjurii, ità di-
cto privilegio non privatur, *Covar. lib. 2. var. cap.*
1. verſ. quoties verò &c. Urſill. ad Afflict. dec. 308. num.
21. Ricc. in Collect. deciſ. 2259. par. 6. Vulp. in prax. ju-
dic. cap. 20. num. 14.
Tertio Clericus uti non poteſt dicto privile-
20 gio in caſu, in quo locupletaretur cum aliena ja-
ctura, *ut tradunt communitèr DD.* undè Clericum de-
bitorem ratione depoſiti penès ſe facti, poſſe car-
21 cerari, dicit *Car. de Graſſ. d. eff. 7. nu. 9. & 59. Squill.*
d. cap. 10. num. 42. idemque dicendum, quando
Clericus uti tutor adminiſtravit bona Pupilli, &
22 malè ſe geſſit in tutela: quia tunc etiam amittit di-
ctum beneficium, *Ferret. conſ. 144. nu. 1. & ſeq. Car.*
de Graſſ. loco cit. num. 53. Squillan. d. cap. 10. num. 44.
quidquid in contrarium aſſerat *Cavalc. de Tutor. &*
Curat. num. 322. & ſeq.
Quarto quando Clericus alio quovis modo
23 reperitur in dolo, carcerari poteſt, ſicut quilibet
Laicus, *Alciat. in cap. cum non ab homine, num. 76. de*
Judic. Put. deciſ. 394. par. 1. Marcheſ. de commiſ. par. 2.
24 *cap. 8. Squillan. d. cap. 10. num. 14. & alii communitèr*
dolus autem multis modis committitur, videlicet
quando Clericus tempore contractus finxit, ſe
non eſſe Clericum, altero contrahente id ignoran-
te: vel ſi bona ſua abſcondit, aut alienavit in frau-
dem Creditorum: vel ſi poſt contractum debitum,
pararet ſe ad fugam; aut ſi tempore contractus non
erat ſolvendo, ut ſi eo tempore plus non habebat,
25 quàm tempore ſolutionis; idem dicendum, quan-
do Clericus ſuſcepit clericatum poſt contractam
obligationem, vel poſtquàm condemnatus fuit ad
ſolutionem debiti: quià præſumitur id feciſſe in
26 fraudem creditorum, niſi probaverit, ſe voviſſe
clericatum ante condemnationem, vel ante con-
tractum debitum, *Molin. de contract. diſp. 571. num.*
14. Guttier. de contract. jurat. par. 1. cap. 17. num. 20.
& 29. Car. de Graſſ. d. eff. 7. num. 33. & ſeq. & num. 60.
& 74. & eff. 1. num. 547. Squillan. d. cap. 10. num. 15.
& ſeq.

Quinto Clericus non gaudet dicto beneficio, 27
quando debitum proceſſit ex delicto, vel quaſi,
etiamſi de delicto ageretur civilitèr, dummodò
pœna pecuniaria applicanda ſit fiſco ad vindictam
publicam, *cap. olim 2. de Reſtit. ſpol. gloſ. & DD. in d.*
cap. Odoardus de ſolut. Jo: de Anan. in cap. dilecti, nu.
2. de Appell. Farinac. in tract. crim. quæſt. 27. num. 72.
Guttier. de contract. jurat. part. 1. cap. 17. num. 23. &
ſeq. Dian. in Pract. crim. cap. 114. in princ. Genuenſ. in
prax. cap. 3. num. 7. tunc enim ſi non habet in ære,
luere debet in corpore, *ex reg. l. fin. ff. de in jus voc.*
cap. finem litibus, de dol. & contum. exceptis mulctis 28
debitis fiſco ratione contumaciæ, vel ex alio capi-
te, quia mulcta propter paupertatem in totum re-
mittitur, *l. illicitos, ff. de off. Præt.*
Secus ſi Clericus fuerit condemnatus ad ali- 29
quam pœnam pro intereſſe parti applicandam: quià
in tali caſu gauderet dicto privilegio, *Car. de Graſſ.*
d. eff. 7. num. 38. & ſeq. Squillan. d. cap. 10. num. 27.
& 28. Genuenſ. d. cap. 3. num. 7.
Sexto Ad dictum beneficium non admittitur 30
Clericus degradatus actualiter: quia talis degra- 31
datus amittit privilegia Clericalia, *Sylv. in verb. de-*
gradatio, num. 8. Marcheſ. de commiſ. par. 2. cap. 8. nu.
45. & 49. Car. de Graſſ. d. eff. 7. num. 59. Bonacin. de
Cenſur. diſp. 4. pun. un. num. 3.
Septimo Clericus non gaudet d. privilegio, 32
ſi debitum negaret; tenetur enim debitum fateri,
ſi vult admitti ad dictum beneficium, *Alciat. in cap.*
cum non ab homine, num. 76. de Jud. Guttier. loco cit. d.
cap. 17. num. 2. Molin. de contract. diſp. 571. num. 12.
Marcheſ. de commiſ. par. 2. cap. 8. num. 12. & 59. Squil-
lan. d. cap. 10. num. 9. ubi dicit, quod talis recogni- 33
tio debiti poteſt fieri etiam poſt ſententiam.
Octavo Clericus non admittitur ad dictum 34
beneficium, niſi paupertatem probaverit; nàm
cum paupertas ſit cauſa, & fundamentum hujus
privilegii, propterea probari debet ab eo, qui in
ea ſe fundat, *l. ſi verò, §. qui pro rei qualitate, & ibi*
gloſ. & Barr. ff. Qui ſatiſd. cog. Afflict. deciſ. 377. Me-
noch. de Arbitr. caſ. 65. num. 7. Covar. lib. 2. var. cap.
6. num. 8. paupertas verò probatur quoad hunc ef- 35
fectum per communem reputationem, vel alio
modo arbitrio Judicis, *Card. Seraph. deciſ. 173. Ricc.*
in collect. deciſ. 1750. par. 5. & in ea probanda non eſt
ſcrupuloſè agendum, ſed urbanè, *Barboſ. in d. cap.*
Odoardus, num. 3. Genuenſ. d. cap. 3. num. 5. & 13. &
ideò ſufficit, ut ſummariè de paupertate conſtet.
Leoncill. de privileg. pauper. part. 1. quæſt. 3. num. 50.
ubi quod Clericus dicitur pauper, etiamſi ex ho-
neſto artificio vivere poſſit, *Ricc. deciſ. 81. part. 1.* 36
Squillan. d. cap. 10. num. 9. & ſeq. ſubdens, quod
Clericus tenetur etiam indicare bona, quæ poſſi-
det, inſtantibus Creditoribus.
Nono dicto beneficio uti non poteſt Clericus 37
qui ſua bona conſumpſit in ludis prohibitis, vel
cum meretricibus, *Bald. in l. 1. C. Qui bon. ced. poſ.*
Ferret. conſ. 144. num. 3, lib. 1. Car. de Graſſ. loco cit. d.
eff. 7. num. 51. Squillan. d. cap. 10. num. 16. Leoncill.
par. 2. privil. 53. num. 5. & alii communiter.
Decimo Clericus debitor non gaudet dicto 38
priuilegio, quando Creditor eſſet æquè pauper
vel pauperior, *DD. in d. cap. Odoardus, Genuenſ. d. cap.*
3. num. 14. Car. de Graſſ. d. eff. 7. num. 57. Leoncill. d.
par. 2. privil. 53. num. 6. quod intelligendum eſt de
Creditore ex cauſa oneroſa, ſecus ſi eſſet creditor
ex cauſa lucrativa, *Neviz. conſ. 59. Car. de Graſſ. d.*
eff. 7. num. 56. & ſeq. Squillan. d. cap. 10. num. 41.
Undecimo Clericus illicitam negotiationem 39
exercens non gaudet dicto beneficiò in pœnam ſui

Digitized by Google

delicti, cum faciat contrà ſacros Canones, *cap. fin.*
40 *de vit. & honeſt. Cleric.* & ideò carcerari poterit pro
debitis contractis ratione negotiationis: non ta-
men pro debitis alia occaſione contractis, *Brun. de
ceſſ. bon. quæſt. 3. num. 15. Barboſ. in d. cap. Odoardus,
num. 18. Car. de Graß. d. eff. 7. num. 63. & 64. Squillan.
d. cap. 10. nu. 45. & 46.* quod intellige, poſt quam ter
monitus fuerit ab Epiſcopo, quia ante monitionem
41 non privatur dicto beneficio, licèt interim peccet,
*Rodriq. in Sum. com. 2. cap. 75. nu. 11. Ledeſm. in Sum.
com. 2. tract. 17. cap. 2. concl. 17. Leß. lib. 2. cap. 33.
dub. 3. num. 23. Reginal. tom. 1. lib. 9. cap. 25. nu. 379.
Dian. par. 4. tr. 1. reſ. 28. & par. 3. tr. 1. reſ. 44.*
42 Duodecimo Clericus non juvatur dicto bene-
ficio, ſi conveniatur actione reali, quia tunc
non prætenditur aliquid contrà perſonam, *Car. de
Graſſ. d. eff. 7. num. 62. Genuenſ. in Prax. cap. 3. num. 9.
Squillan. d. cap. 10. num. 25.* quemadmodum nec Ma-
43 ritus gaudet aliquo privilegio in tali caſu, *Bart. in
l. Maritum, ff. ſolut. Matrim. Genuenſ. loco cit.*
44 Decimotertio Clericus conjugatus non admit-
titur ad dictum beneficium, quia talis Clericus ex-
45 cepto privilegio fori, & Canonis, non gaudet aliis
privilegiis Clericalibus, *cap. 1. ubi DD. de Cleric. con-
jug. in 6. Natt. conſ. 319. num. 6. & conſ. 356. num. 1.
lib. 2. Molin. de contract. diſp. 571. num. 13. Car. de
Graß. d. eff. 7. num. 52. Squillan. d. cap. 10. num. 7.*
46 Notandum eſt autem, quod Clericus, poſt-
quam uſus fuit dicto beneficio, ſi perveniat ad pin-
guiorem fortunam, tenetur ex bonis poſtea quæſi-
tis in ſolidum debita ſolvere: præſertim quia hæc
quaſi ceſſio bonorum non fit cum dedecore; Cleri-
cus enim tenetur aſſignare ſuos redditus creditori-
bus, deductis neceſſariis alimentis, ex quibus ſe
honeſte ſubſtentare poſſit, nè mendicare cogatur,
*cap. pervenit, de fidejuſ. Marchеſ. de commiſ. par. 2. cap.
8. num. 55. Rot. deciſ. 31. num. 5. de Reſtit. ſpol. in an-*
47 *tiq. Car. de Graß. d. eff. 7. num. 55. & 69.* ubi dicit,
quod Clericus poteſt compelli ad præſtandam ju-
ratoriam cautionem de ſoluendo, cum ad pinguio-
rem fortunam pervenerit, *ut tradunt omnes in d. cap.
Odoardus, latè Cancer. var. par. 2. cap. 9. de Ceſſion. bo-*
48 *nor. num. 24. & ſeq.* ſi verò ceſſio fieret à Laicis igno-
minioſè juxta loci conſuetudinem, tunc cedens
bonis nihil tenetur ſolvere ſuis creditoribus; im-
mo in totum liberatur: quia dicta ignominia, quæ
pœna corporalis eſt, ſuccedit loco debiti pecuniarii,
*ſecundum Guid. Pap. deciſ. 343. Bald. in l. fin. ff. de in jus
vocan. Rolan. conſ. 7. num. 10. & ſeq. vol. 2. Menoch. de
Arbitr. caſ. 183. nu. 23. Brun. de ceſſ. bon. quæſt. 3. nu. 6.*
contraria tamen ſententia etiam in hoc caſu vide-
49 tur verior, quia per hujuſmodi actus ignominio-
ſos non tollitur obligatio naturalis reſtituendi, *ut
d. Covar. lib. 2. var. cap. 1. num. 6. & alii, quos refert,
& ſequitur Bonacia. de reſtit. in gener. diſp. 1. quæſt. ult.
pun. 1. num. 38.*
50 Obſerva tamen, quod Epiſcopus gravatus ære
alieno ante Epiſcopatum, ſi promiſerit ſolvere cre-
ditoribus, ubi devenerit ad pinguiorem fortunam
non tenetur in foro fori, nec in foro conſcientiæ
ad ſolvendum ex fructibus Epiſcopatus, *Bald. conſ.
208. vol. 2. Tuſc. in pract. tom. 3. ver. Epiſcopus concl.
289. Bellet. Diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. de Cleric. debit.
§. 3. num. 41. & ſeq.* ubi addit, quod Clericus de-
bita patrimonialia non tenetur in tali caſu ſolvere
ex redditibus beneficii, *vide Abb. in cap. pervenit, nu.
2, de Arbitr.*
51 Notandum ſecundo quod licèt Clericus con-
veniri poſſit actione reali, tamen eo etiam caſu
tantùm illi remanere debet, quo poſſit ſe commo-
dè ſubſtentare: non enim poteſt conveniri, niſi de-
ducto nè egeat, *Gutier. de contract. jurat. par. 1. cap.
17. num. 4. Scacc. de Jud. par. 1. cap. 46. num. 19. Mar-
cheſ. de commiſ. par. 2. cap. 8. num. 9. & 67. latè Carol.
de Graſſ. de effect. clericat. eff. 7. num. 1. & ſeq.*
Quæ verò ſint neceſſaria ad commodam Cle-
rici ſubſtentationem, remittitur Epiſcopi arbitrio,
qui attendere debet qualitatem perſonæ, beneficii,
& loci, *Garz. de Benefic. par. 9. cap. 2. num. 14. & ſeq.
Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 3. alleg. 60. num. 2.
Piaſec. in Prax. Epiſc. par. 2. cap. 3. verſ. quis autem
cenſeatur &c. Sperell. deciſ. 68. num. 18. verſ. cæterum
&c.* ubi ſubdit, quod cum neceſſaria ad Parochi
ſubſtentationem taxata fuerint à Sacro Concilio
Tridentino in ducatis centum liberis, *ut conſtat ex
ſeſſ. 24. de ref. cap. 13.* ideo Judex poteſt, & debet ſe
cum dicto decreto conformare, *ut ſcribit etiam Pia-
ſec. loco cit.* idemque dicendum eſt quoad Epiſcopos,
ad quorum neceſſariam ſubſtentationem ſumma
ducatorum mille ex eodem Concilio præſcripta
fuit, *vide Ricc. in collect. deciſ. 2350. par. 6. Rot. in Cam-
panien. penſionis 22. Junii 1609. coram D. Juſto, & in
Policaſtren. congruæ 16. Novembris 1615. coram D. Ubal-
do, Barboſ. d. par. 3. all. 120. num. 11.*
Notandum tertio quod Clericus debitor pe- 52
cuniæ ſi adhibita diligentia pecunias reperire non
potuit, poteſt creditorem compellere non obſtan-
te juramento ad recipiendum bona in ſolutum:
quia ſicut id permittitur Laicis, multo magis per-
mittendum eſt Clericis, *Auth. hoc niſi, C. de ſolut.
Bald. in l. ordo, num. 9. C. de execut. rei jud. Benintend.
deciſ. 28. Joſeph. Ludovic. deciſ. 64. lib. 2. Honded. conſ.
18. num. 37. & ſeq. lib. 1. ubi de communi teſtatur. Gra-
tian. diſcept. forenſ. cap. 38. num. 4. Leoncill. de Privil.
pauper. par. 2. privil. 113. num. 1.* ubi dicit, quod
eo caſu creditor ex multis bonis ſibi hypothecatis
poteſt eligere, in quibus creditum conſequi velit;
hæc tamen facultas eligendi bona regulariter non
refertur ad meliora, nec ad deteriora, ſed ad me-
diocria, *l. ſi quid venditor, ubi gloſ. ff. de ædil. edict. l. le-
gato generaliter, ff. de leg. 1. l. ſi quis argentum, §. ſi verò
& §. ſimilique modo, ubi gloſ. in verbo mediocris, C. de
donat. Novar. in Prax. privil. miſerab. priv. 100. nu. 1.
& ſeq. Leoncill. dicto privil. 113. num. 2.* quod procedit
tàm in ultimis voluntatibus, quàm in contracti-
bus, & etiam in dote. Unde Mulier dotem repe-
tens in bonis ſtabilibus hypothecatam, non poteſt
eligere meliora, *Bart. in l. ſi ex falſis, C. de Tranſact.
Parpal. in l. placet, C. de ſacroſ. Eccleſ. Molfeſ. in con-
ſuet. Neapol. par. 4. de jur. dot. quæſt. 5. num. 33.* ne-
que filius pro legitima poteſt rem meliorem elige-
re, ſed mediocrem arbitrio boni viri, *Menoch. de ar-
bitr. Jud. lib. 2. caſ. 163. num. 21. Gabr. tit. de legitim.
concl. 4. num. 3.*
Hæc autem concluſio limitatur in pauperibus
& miſerabilibus perſonis, quarum favore fieri po-
teſt, & debet electio de meliori, *Novar. loco cit. d.
priv. 100. num. 5. Leoncill. d. privil. 113. num. 6.* idem-
que dicendum eſt in Eccleſia, quia cauſa pauperis,
& cauſa Eccleſiæ æquiparantur, *l. fin. C. de ſacroſ.
Eccleſ. l. omnia privilegia, C. de Epiſc. & cler. Bald. in
l. penult. §. cum autem, C. ad Trebell. & in l. penul. C.
de ſacroſ. Eccleſ. Jaſ. in l. traditionibus, num. 17. C. de
Pac. Rim. Sen. conſ. 581. num. 5. lib. 5. Odd. de reſtit. in
integr. part. 1. quæſt. 11. art. 9. num. 48. Abb. in cap.
nihil, num. 11. de præſcript. & alii communiter.*
Notandum quarto quod etiam Clericus feu- 53
datarius poteſt opponere contrà Dominum feudi
hanc exceptionem, nè teneatur ultra id, quod fa-
cere poſſit: quemadmodum etiam Dominus feudi
debi-

Digitized by Google

debitor Vaſſali gaudet eodem beneficio, *Alex. in l.*
ſi mariens, ff. ſolut. matr. Bald. in l. 2. C. quod cum eo.
Jaſ. in §. item ſi de dote, inſt. de Action. & in l. quo no-
mine, ff. de condict. indeb. latè Mart. de juriſd. par. 4. caſ.
186. ubi dicit, quod Dominus feudi non poteſt,
huic beneficio renunciare, quia propter reveren-
tiam perſonæ conceſſum eſt.

54 Notandum quinto quod licèt Clerici carcera-
ri poſſint pro delictis, hoc tamen intelligendum
eſt non pro omnibus delictis, ſed tantùm pro deli-
ctis gravibus, & enormibus: & tunc non feſtinan-
tèr, ſed conſtito plenè de delicto procedendum eſt,
ubi fuga non timetur, *Diaz. in pract. crim. cap. 13. in*
princ. Farinac. tract. crim. quæſt. 27. num. 73. & ſeq.
ubi dicit, quod Clerici non ſunt carcerandi, niſi
contra eos duo, vel tres teſtes fuerint examinati,
vel alia concurrant indicia legitima, & indubi-
tata.

55 Notandum ſexto quod Laicus fidejuſſor Cle-
rici ab hoc Beneficio, *cap. Odoardus*, excluditur,
cum ſit perſonale, & ideò perſonam Clerici non
56 non excedit, *Ricc. in Prax. for. Eccleſ. reſ. 248. &*
deciſ. 173. part. 4. & alii apud Syuillant. dicto cap. 10.
num. 47.

57 Notandum ſeptimo quod in aliis etiam caſi-
bus Clericus gaudet privilegiis militi conceſſis: &
primò ſicut miles poteſt directò ſubſtituere, *l. Cen-*
turio, ff. de vulg. & pupill. ità etiam Clericus, *Alex.*
in d. l. Centurio, num. 3. Jaſ. in l. miles, num. 11. ff. de
re judic. fulg. in l. quamvis, C. de jur. & fact. ignor. Abb.
in cap. 1. de Cler. ægrot. Car. de Graſ. de effect. clericat. eff.
19. num. 7. & alii communiter.

58 Secundo ſicut teſtamentum militis præter-
euntis, aut ſine cauſa exhæredantis filios, vel pa-
rentes, non annullatur, nec ſubjacet querelæ in-
officioſi teſtamenti, ità nec teſtamentum Clerici
annullari poteſt ob dictas cauſas, *Imol. in l. filio præ-*
terito, num. 35. ff. de injust. rupt. teſtam. Jaſ. in l. ſi fi-
liam, num. 8. C. de inoff. teſtam. Ang. in auth. ex cauſa,
C. de liber. præter. Abb. in cap. quia nos, de teſtam. Gon-
zal. variar. cap. 12. num. 19. & 31. Surd. conſ. 259.
59 *num. 10. ubi de communi, Car. de Graff. de effect. clericat.*
eff. 19. num. 16. & ſeq. debetur tamen tam filiis,
quam Parentibus in tali caſu legitima portio, *Fe-*
der. de Senis, conſ. 54. & alii apud Bellere. par. 1. Diſ-
quiſ. Cleric. tit. de bonis Clericor. §. 7. num. 6.

60 Tertio ſicut irrita eſt donatio, teſtamentum,
aut legatum a Milite factum ſuæ Concubinæ, *l. 2.*
C. de donat. int. vir. & uxor. ità ſi fiat a Clerico, *Bald.*
in l. miles, §. mulier, num. 2. ff. de teſtam. mil. Alex.
in l. miles, ff. de re jud. Abb. & alii in cap. 1. de Cler.
ægrot. Cravett. conſ. 129. lib. 2. Rol. conſ. 98. num. 1.
& ſeq. vol. 1. Cephal. conſ. 523. num. 135. lib. 4. quod
61 procedit, etiamſi in donatione, vel teſtamento fue-
rit interpoſitum juramentum; quia tales diſpoſitio-
nes factæ per Clericum ſuæ Concubinæ, ſi vale-
rent, eſſent peſſimi exempli, & contrà bonos mo-
res; & ideò juramentum non obligat, *Cravett. conſ.*
129. lib. 2. Decian. conſ. 83. num. 4. lib. 5. Mancin. de
juram. eff. 220. latè Car. de Graſ. d. eff. 19. num. 19. &
62 *ſeq.* ubi amplius dicit, quod nec valeret donatio
facta conjunctæ perſonæ ipſius Concubinæ, ut Pa-
tri, Matri, vel Sorori, aut Fratri, vel Filio, quià
tunc cenſetur donatum prædictis perſonis contem-
platione ipſius Concubinæ, & in fraudem, *Bald. in*
l. cum oportet, num. 4. C. de bon. quæ liber. Menoch. de
præſumpt. lib. 3. præſumpt. 28. num. 1. 9. & ſeq. Alex.
conſ. 8. num. 10. lib. 3. Rim. jun. conſ. 31. num. 110. Pe-
63 *regr. de jure fiſci lib. 2. tit. 9. num. 3.* ubi reſolvit, quod
nec valeret confeſſio debiti facta per Clericum in
favorem Concubinæ; quià talis confeſſio cenſetur
facta in fraudem, nec probaret debitum, *Decian.*
conſ. 83. num. 44. lib. 5. idemque dicendum in ſimi- 64
libus caſibus, ut ſi Clericus emeret nomine ſuæ
Concubinæ, & fateretur, ſe emiſſe de illius pecu-
niis; quia tunc etiam talis confeſſio non eſt atten-
denda uti facta in fraudem, *Rip. in l. miles, num. 11.*
ff. de re jud. Dec. conſ. 132. Peregr. loco cit. d. tit. 9. nu.
6. Car. de Graff. d. eff. 19. num. 25.

Talis autem donatio, vel legatum tamquam 65
factum indignæ perſonæ, non applicatur fiſco ec-
cleſiaſtico, ſed ſæculari, ſi donataria, vel legataria
ſubiaceat juriſdictioni Principis ſæcularis: quia
conſideratur perſona, à qua uti indigna aufſ...
hæreditas, non autem perſona teſtatoris, vel do-
nantis, *ſecundum Bald. in l. ſi quis Presbyter, C. de E.*
& Cleric. Chaſſan. in conſuet. Burgund. rub. 8. §. quinto,
in princ. num. 4. Car. de Graſ. de effect. clericat. eff. 19.
num. 57. & ſeq. ubi etiam obſervat., quod dum hæ-
res Clerici convenitur, ut ſolvat tale legatum, vel
donatum, non poterit ſe opponendo dicere, quòd
ipſe non tenetur illud ſolvere, quià eſt legatum
Concubinæ, & ſic perſonæ indignæ: quia hoc
competit ſolum fiſco, & ipſo fiſco non contradi-
cente legatum eſt validum, & Concubinæ debetur
ex trad. per gloſ. in l. bis conſequenter, §. fin. ff. fam. erciſc.
Bald. in l. cum, quam, C. de fideicom. Rom. in rubr. ff. de
acquir. hæred.

Sed verior eſt contraria ſententia aliorum Do- 66
ctorum, aſſerentium, donationem hujuſmodi, vel
legatum applicandum eſſe fiſco eccleſiaſtico: quià
Judices Laici nullo modo poſſunt dictas Concubi-
nas punire; & ideò nequeunt talem donationem,
ſeu legatum fiſco ſæculari applicare: ratio eſt, quia
criminis concubinatus prohibitio ab Eccleſia ha-
buit originem, non ſolum quoad Clericos, ſed
etiam quoad omnes, *c. nemo ſibi blanditur 32. quæſt. 4.*
& de jure civili permittebatur, *l. in concubinatu, ff.*
de Concubin. undè, & punitio hujus criminis à ſolo
Judice eccleſiaſtico fieri debet, *Abb. in cap. cum ſit*
generale, de for. compet. & omnes Canoniſtæ, in cap. Ec-
cleſia S. Mariæ, de Conſtit. Jaſ. in l. cum quædam puella
ff. de juriſd. omn. Judic. Feder. de Sen. conſ. 167. Cacbe-
ran. deciſ. 103. late Marc. de juriſd. par. 4. caſ. 44. &
caſ. 114. ubi dicit, quod donatio facta per Cleri-
cum ſuæ Concubinæ ſemper applicatur fiſco eccle-
ſiaſtico, ità ut ab ipſo Clerico repeti non poſſit,
quia agitur de actu valdè punibili, ac pernicioſi
exempli: quamvis donatum à milite ſuæ Concu-
binæ, per eundem militem repeti poſſit, *l. 2. C. de*
Donat. inter vir. & vor.

Hæc tamen procedunt, quando ſimpliciter 67
fuit donatum, vel legatum Concubinæ; ſecùs ſi
facta fuerit donatio, vel legatum, ut ipſa Concu-
bina honeſtè vivere, vel nubere poſſit: quià eo ca-
ſu talis donatio, vel legatum non ſolum eſt vali-
dum, ſed dicitur etiam pium, *Bald. in l. imperialis,*
C. de nupt. & in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. Car. de Graff. d.
eff. 19. num. 39. idem dicendum, ſi donatio, vel le- 68
gatum factum fuerit ob benemerita, & ſervitia ab
ipſa Concubina præſtita, & ſic cauſa remuneratio-
nis: quia tunc etiam validum eſſet; donatio enim 69
remuneratoria non eſt propriè donatio, ſed debiti
ſolutio, *l. ſed ſi lege, ff. de petit. hæred. cap. per tua, de*
donat. & ibidem DD. in hoc tamen caſu de meritis
aliundè cõſtare debet, quam per aſſertionem ipſius
Clerici donantis: quia ubi actus per partium aſſer- 70
tionem fieret licitus, qui alias eſſet illicitus, non
ſtatur aſſertioni contrahentium, *Decian. conſ. 83. nu.*
45. lib. 5. Capic. deciſ. 102. num. 2. Menoch. de præſumpt.
lib.

lib. 3. præſumpt. 29. num. 24. & 27. A'ciat. eod. tract. reg. 3. num. 3. late Carol. de Graſ. d. eff. 19. num. 40. & ſeq.
71 ubi dicit, quod tunc demùm valeret donatio facta ob benemerita inter perſonas à jure prohibitas, quando donatio eſt meritis equivalens: quod remittitur Judicis arbitrio habita ratione ad perſonam donantis, & donatariæ, & ad qualitatem, &
72 quantitatem meritorum, & ſervitij, alias donatio, ſi excederet benemerita, & ſervitia, nulla eſſet quoad exceſſum, licèt in reliquo ſubſtineatur,
73 *Anch. conſ. 247. Ruin. conſ. 60. num. 16. lib. 3. Menoch. lib. 3. d. præſumpt. 29. num. 21. & ſeq. Decian. d. conſ. 83. num. 45. lib. 5.* ubi ſubjicit, quod Concubina Clerici non poteſt aliquid conſequi ratione ſalarii, ſi à principio fuerit conducta tamquam Ancilla, pediſſequa, *quamvis contrarium ſentiat Mart. de juriſd. par. 4. caſ. 114. num. 13.*

74 Quarto ſicut Miles armatæ militiæ habet peculium caſtrenſe, ità Clericus habet quaſi caſtrenſe, *tot. tit. de Pecul. Cleric. Crot. conſ. 421. nu. 25. lib. 3 Surd. conſ. 259. num. 6. lib. 2.* bona enim, quæ in aliis filiisfam. ſunt adventitia, in Clericis ſunt quaſi caſtrenſia, ſivè quæſita ſint ex Clericatu, & ejus contemplatione, ſivè quocunque alio modo, & undecunque; & in his pater Clerici nullum habet uſumfructum, *Bald. & alii in l. Sacroſanctæ C. de Epiſc. & Cler. Jaſ. in l. fin. num. 5. C. Qui teſtam. fac. poſ. Surd. conſ. 259. num. 9. & ſeq. lib. 2. Gonzal. vor. cap. 12. per tot. Rol. conſ. 16. num. 16. lib. 4. Cepol. caut. 113. Covar. in cap. quid nos, de Teſtam. Brun. conſ. 117. num. 3. Cæſ. de Graſ. deciſ. 2. tit. de Teſtam. Car. de Graſ. d. eff. 19. num. 61. & ſeq.*

S V M M A R I V M.

1 *Clericus pro rebus Eccleſiæ, & pro ſuis propriis poteſt Laicum convenire coram Judice eccleſiaſtico.*
2 *Princeps ſæcularis non poteſt prohibere, nè Laicus ſe ſubmittat Judici eccleſiaſtico.*
3 *Perſonæ miſerabiles poſſunt trahere Laicos coram Judice eccleſiaſtico.*
4 *Laicus ratione fructuum præbendæ ſibi locatæ conveniri debet coram Judice eccleſiaſtico.*
5 *Emphiteuta Eccleſiæ poteſt conveniri coram Judice eccleſiaſtico pro ſolutione penſionis, & laudemii.*
6 *Conductor bonorum eccleſiaſticorum gaudet eodem privilegio.*
7 *Conſervator Religioſorum poteſt procedere contra Laicos debitores ex cauſa civili.*
8 *Item poteſt cognoſcere de manifeſtis injuriis, & violentiis.*
9 *Injuria ſumitur non ſolùm pro convicio, ſed etiam pro omni, quod ſit contrà jus, & infert damnum Monaſterio.*
10 *Qui non ſolvit Eccleſiæ penſionem tempore ſtatuto, privat Eccleſiam jure ſuo, eique violentiam facit.*

An, & quando Clericus poſſit convenire laicum coram Judice Eccleſiaſtico.

C A P. XVI.

1 RESp. quod Clericus non ſolùm pro rebus Eccleſiæ, & fructibus, qui percipiuntur ex eiſdem rebus, ſeu bonis Eccleſiaſticis, ſed etiàm pro ſuis propriis poteſt laicum convenire coram Judice Eccleſiaſtico, tàm actione reali, quam perſonali, *cap. ſignificantibus, ubi Felin. de offic. & pot. Jud. deleg. Abb. & Innoc. in cap. ſi Clericus laicum, de for. compet. Belleti. Diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. de favor. Cleric. real. §. 5. num. 2. & ſeq. Maceraten. var. reſol. lib. 1. reſ. 49. num. 9. Gabr. conſ. 37. num. 1. Vulp. in Prax. for. Eccleſ. cap. 27. num. 5. Gratian. tom. 2. cap. 238. num. 17.* præſertim ſi laicus renunciaverit fori privilegio, & Judici Eccleſiaſtico ſe ſubmiſerit, ſeù in eius juriſditionem conſenſerit, vel ſi talis in loco adeſſet conſuetudo, *Abb. in d. cap. ſi Clericus laicum, Valaſc. de Jur. emphit. q. 39. num. 14. Gutierr. pract. quæſt. lib. 3. q. 26. num 10. Maceratenſ. d. lib. 1.* 2
reſol. 48. ubi dicit, quod non poteſt Princeps Secularis prohibere, nè Laicus ſe ſubmittat Judici Eccleſiaſtico, *Marant. de Ord. Judic. par. 4. diſt. 9. num.*
78. ubi addit, quod poſſunt etiam perſonæ miſera- 3
biles trahere laicos coram Judice Eccleſiaſtico, *Panorm. & Butr. in cap. per veſtras, de Donat. int. vir. & uxor. Scacc. de Judic. to. 1. lib. 1. cap. 12. num. 17. Cened. quæſt. canon. q. 14. num. 4. Mart. de Juriſd. par. 2. cap. 30. num. 5.*

Hinc infertur, quod laicus, qui pro certa 4
penſione conduxit bona Eccleſiæ, ſi conveniatur coram Judice Eccleſiaſtico, non poteſt remiſſionem petere ad Judicem Sæcularem, *Anton. de Martinis quotid. reſol. cap. 207. num. 4. Mart. loco cit. d. num. 5.*

Infertur ſecundo quod Emphiteuta Eccleſiæ 5
poteſt conveniri coram Judice Eccleſiaſtico pro ſolutione penſionis, & laudemii, *Burg. de Laudem. par. 3. inſp. 1. num. 6. & ſeq. Hoſt. in cap. cum ſit generale, ubi etiam Innoc. Butr. & Felin. de for. compet. Maceraten. d. lib. 1. reſ. 48. Portel. in Dub. regul. ver. conſervatores; num. 7. Rodriq. quæſt. can. to. 1. q. 65. art. 2. Guid. Pap. q. 17. num. 3. Dian. par. 5. tr. 1. reſ. 7.*
ubi, quod etiam conductor bonorum Eccleſiaſti- 6
corum habet idem privilegium trahendi ad forum Eccleſiaſticum debitores Eccleſiæ.

Infertur tertio quod etiàm Conſervator Reli- 7
gioſorum poteſt procedere contrà debitores ex cauſa civili, etiàm laicos, *cap. fin. de offic. deleg.* ubi
conſervatori prædicto conceditur, ut poſſit cogno- 8
ſcere de manifeſtis injuriis, & violentiis; injuria 9
verò non tantùm ſumitur pro contumelia, vel convicio, ſed pro omni, quod fit contrà jus, & infert damnum Monaſterio, *Joan. de Cruc. de Stat. Relig. lib. 2. cap. 10. dub. 5. concl. 2. Rodriq. in Compen. quæſt. regul. reſ. 33. num. 12. & 22. Dion. par. 3. tr. 1. reſ. 20. & par. 4. tr. 1. reſ. 24.* ubi dicit, quod is, 10
qui non ſolvit Eccleſiæ penſionem tempore ſtatuto, privat Eccleſiam jure ſuo, eique violentiam facit.

De cauſis Viduarum, ac Pupillorum *vide cap. 4. num. 54. & 55. lib. 1.*

S V M M A R I V M.

1 *Clericus, ſi lite jam cepta cum laico coram Judice Seculari, eidem ſucceſſit titulo univerſali, non coram Judice Laico, ſed tantùm coràm Eccleſiaſtico poteſt conveniri.*
2 *Judex Laicus eſt omninò incapax in cauſa Clerici.*
3 *Quid ſi Clericus, Laico litiganti, ſuccedat titulo ſingulari.*
4 *Rei litigioſæ alienatio prohibita eſt.*
5 *An Eccleſiaſtici ligentur vitio litigioſi.*
6 *An Sententia contrà alienantem lata, executioni demandari poſſit contrà eum, qui lite pendente rem emit.*
7 *Quando res efficiatur litigioſa, ejuſque alienatio impediatur.*
8 *An, & quando Judex poſſit diſpenſare in vitio litigioſi.*

An

Digitized by Google

An Clericus ſuccedens Laico, qui jam præventus fuerat coràm Judice Sæculari, poſſit coram eodem Judice conveniri.

CAP. XVII.

1 REſp. quod ſi Clericus, Laico etiam convento coram judice Sæculari, ſuccedat titulo univerſali, non poteſt in proſequutione cauſæ conveniri coram eodem judice, ſed tantùm coràm Eccleſiaſtico, *ſecundum veriorem, & magis communem Sententiam, quam tenuit Bald. in l. 1. C. ſi pend. appell. & in caſ. in præſentia, de Probat. Boer. dec. 69. num. 35. Marc. de Juriſd. par. 4. caſ. 331 Ambroſ. de Immun. Eccleſ. cap. 20. num. 45. Gratian. diſcept. for. cap. 16. num. 33. Zacch. ad Gallſ. ad formam cam. oblig.*
2 *§. 8. num. 3. Dunozet. deciſ. 434. num. 4. & dec. 442. num.*
4. ubi quod Judex Laicus eſt omninò incapax in cauſa Clerici, etiamſi inſtantia coram eo fuerit pri-
3 us cœpta, *Card. Seraphin. dec. 957. num. 9. latè Sperell. deciſ. 7. num. 3. & ſeq.* Si verò Clericus, Laico litiganti ſuccedat titulo ſingulari, puta venditionis, vel ceſſionis, alienans ipſe habetur pro poſſeſſore: & ideò contra illum, Clerico emptore minimè citato, judicium continuari poteſt coram eodẽ
4 Judice Sæculari; ratio eſt, quia rei litigioſæ alienatio prohibita eſt, *tot. tit. ff. de Litigioſ. l. fin. ubi ſcribentes communiter, C. eod. Abb. in cap. Eccleſia 1. Ut lit. pend.* ubi dicit, quod hujuſmodi contractus eſt ipſo jure nullus, *Afflict. dec. 331. num. 2. & ibid. Urſil. Peregr. de Jur. fiſc. lib. 4. tit. 6. num. 19. & ſeq.* ubi id ampliat ad quamcunque rei diſtractionem, etiam alienationis, latè ſumpto vocabulo, *Lancell. de Attent. 2. par. c. 4. in præſ. à num. 451. uſque ad 528.* eo enim ipſo; quod res effecta eſt litigioſa, non poteſt ejus ſtatus in præjudicium actoris mutari quoad judicii ordinem, neque litis curſus impediri, ſeu durior fieri Actoris conditio, *Suiyc. in l. per diverſas, in fin. C. mandat. Paul. de Caſtr. in l. à Divo Pio, §. ſi ſupèr rebus, de Re jud. Covar. pract. quæſt. cap. 15. ſub num. 7. Pariſ. conſ. 138. num. 28. lib. 4. Capic.*
5 *dec. 128. ſub num. 10. Marc. de Juriſd. par. 4. caſ. 35.* ubi dicit, quod Eccleſiaſtici omnes ligantur vitio litigioſi ex diſpoſitione juris Canonici, excepta Eccleſia Romana.

6 An verò Sententia contrà alienantem lata, executioni demandari poſſit contra eum, qui lite pendente rem emit? Reſp. negativè, niſi antè executionem Sententiæ citetur emptor ad dicendum, quarè Sententia executioni demandari non debeat: alioquin auferretur defenſio, quam emptor facere poſſet, ut ſi probaret, alienationem, non fuiſſe factam pendente judicio, *Natt. conſ. 350. ſub. num. 4. lib. 1. Sperell. d. deciſ. 7. num. 17. & ſeq.* ubi rectè obſervat, quod talis citatio contrà Clericum emptorem non eſt facienda coram Judice Laico, qui Sententiam tulit, ſed tantùm coràm Judice Eccleſiaſtico, *latè Marc. de Juriſd. d. par. 4. caſ. 35. num. 13. & ſeq.*

7 Notandum tamen eſt, quod tùnc res efficitur litigioſa, ejuſque alienatio impeditur, quando agitur actione reali ſupèr dominio fundi, & non alitèr; secùs quàndo lis pendet in actione perſonali: quià tùnc actio ipſa dumtaxat, non autèm res efficitur litigioſa, nec ejus alienatio impeditur, *Rot. in Urbevetana bonorum 26. Februar. 1628. coram Pirovano, latè Hondèd. conſ. 20. num. 30. & ſeq. lib. 1. Sperell. d. dec. 7. num. 14.* niſi actio perſonalis deducatur in judicium ad rei dominium obtinendum, ut contingit in actione ex empto, donato, vel aliâ ſimili: quia tùnc, & vitium litigioſi contrahit res ipſa, & ſententia poteſt executioni demandari contra eum, qui lite pendente, illam titulo ſingulari acquiſivit, eo modo, quo ſupra diximus, *Covar. d. cap. 15. num. 6. Peregr. de Jur. fiſc. lib. 4. tit. 6. ſub. num. 10. Lancell. de Attent. 2. par. cap. 4. in præfat. num. 484. Gail. lib. 1. obſer. 118. num. 2. ubi de communi teſtatur Marc. de Juriſd. par. 4. d. caſ. 35. num. 10. & ſeq.*

Notandum ſecundo, quod non ſolum Princeps, ſed quilibet etiam Judex ex juſta, & rationabili cauſa poteſt diſpenſare in vitio litigioſi, *Ang. in l. Divus, ff. de Petit. heręd. Aff. in conſtit. regni, incip. eorum fratribus, num. 16. Marc. d. par. 4. caſ. 35. numer. 7.* 8

S U M M A R I U M.

1 *Laicus poſſidens bona communia cum Clerico, conveniendus eſt coram Judice Eccleſiaſtico.*
2 *Clericus, & Laicus hæredes unius coram Judice Eccleſiaſtico conveniri debent.*
3 *An, & quando Laicus ſimul delinquens cum Clerico à Judice Eccleſiaſtico puniatur.*
4 *An Judex ſæcularis poſſit iterum punire Laicum, ſi non fuerit ſufficientèr punitus à Judice Eccleſiaſtico.*
5 *In delictis dividuis Judex Laicus retinet Laicos, & remittit Clericos ad Judicem Eccleſiaſticum.*

An Laicus poſſidens bona communia cum Clerico, conveniri debeat coràm Judice Eccleſiaſtico.

CAP. XVIII.

REſp. affirmativè, donèc fiat diviſio, *gloſ. in l. ſi familiæ, ver. pro parte, C. famil. erciſc. Jo. de Amicis, conſ. 20. num. 15. Grat. diſcept. 948. num. 43. Card. Seraph. dec. 957. num. 2. Car. de Graſſ. de effect. Clericat. eff. 1. num. 250. Sperell. dec. 19. num. 23. Bich. dec. 136.* ubi dicit, quod antè diviſionem Clericus proportionabilitèr ad ſuam partem habet dominium in qualibet gleba totius prædii. 1

Idem dicendum, quando Clericus, & Laicus ſunt hæredes unius: quia tunc etiam Laicus conveniendus eſt coràm Judice Eccleſiaſtico proptèr perſonam Clerici, qui velùt magis dignus trahit ad ſe minus dignum, *Bart. in l. præcipimus, §. eodem obſervando, in fin. ubi etiam Bald. C. de appell. Alex. conſ. 122. num. 16. lib. 4. Marſil. ſing. 180. num. 2. & ſeq. Boſſ. in tit. de for. compet. num. 146. Covar. Pract. quæſt. cap. 36. num. 1. & 2. Soc. conſ. 12. nu. 17. lib. 1. Surd. conſ. 222. num. 2. & ſeq. lib. 2. & in tract. de aliment. tit. 9. quæſt. 14. num. 2. & 3. Grat. diſcept. 641. num. 1. & ſeq.* 2

Addunt DD. quod Laicus, & Clericus ſimùl delinquentes debent à Judice Eccleſiaſtico judicari, quando agitur de delictis, in quibus exceptio perplexitatis impedit proceſſum Judicum; exemplum poni poteſt in mandante, & mandatario delicti: quo caſu licèt ſit diverſitas perſonarum, tamen eſt identitas negotii; & propterea debet ab uno Judice expediri; alioquin poſſet alter abſol- 3

vere

Digitized by Google

vere mandatarium, & alter condemnare mandan-
tem, quæ eſſet clara perplexitas, & contradictio;
nec poteſt Judex Laicus prævenire, quia non po-
teſt in cauſa Clerici ſe ingerere; Undè cum hoc
negotium licèt diverſarum perſonarum, coràm
uno Judice tractari debeat, nec ſit locus præven-
tioni, ſequitur, quod cognitio ſpectat ad ſolum
Judicem Eccleſiaſticum uti magis dignum, *Soc. in
cap. 2. de mut. petit & conſ. 12. vol. 1. Natt. conſ. 135.
num. 1. Alber. in l. non ideò minus, C. de Accuſ. & in
tract. de Statut. par. 3. quæſt. 45. Grammat. deciſ. 83.
num. 9. Dec. in tract. crim. lib. 9. cap. 33. num. 7. Mart.
de Juriſd. par. 4. caſ. 118. & 119. per tot.*

4 Notandum tamen eſt, quod ſi Judex Eccleſia-
ſticus in tali caſu non ſufficientèr puniverit Lai-
cum, poſt Judex ſæcularis illum iterùm punire,
*Canoniſtæ in cap. in his, de Accuſat. Bald. in l. fin. in 6.
quæſt. C. de Edict. Div. Adrian. toll. & in l. 1. C. de Sa-
croſ. Eccleſiis, Boer. deciſ. 289. Mart. de Juriſd. par. 4.
d. caſ. 119.*

5 Notandum Secundò, quod in aliis caſibus
dividuis Judex Laicus retinet Laicos, & remittit
Clericos, & alias perſonas privilegiatas, *vide Car.
de Graſ. de effect. Clericat. eff. 1. num. 134. & ſeq. Ver-
migliol. conſ. crim. 220. num. 5. Farinac. quæſt. 8. num.
151. verſ. & hanc ultimam &c.*

S V M M A R I V M.

1 *Clericus venditor tenetur emptorem defendere coràm
Judice laico, coràm quo ipſe emptor convenitur:*
Contrarium num. 3.
2 *Venditor pro defenſione emptoris veniens ad judicium,
non poteſt conditionem Actoris reddere deteriorem.*
3 *Clericus venditor poteſt, ſi velit, emptorem defendere
coram Judice laico, non tamen ad id aſtringendus
eſt, ſi recuſet.*
4 *Fiſcus conventus poteſt cauſas ab aliis judicibus exi-
mere, & eas deferre ad proprium ejuſdem Fiſci
judicem.*
5 *Clericus gaudet privilegio Fiſci.*
6 *Citatio contrà Clericum ad liberandum à moleſtiis non
eſt facienda coram Judice Laico, ſed coram Eccle-
ſiaſtico.*
7 *Clericus venditor coràm Judice Eccleſiaſtico conveni-
endus eſt pro rei evictione.*
8 *Cauſa diſcuti debet coràm Judice Eccleſiaſtico, quan-
do Clericus vocatur ad judicium ad defenſionem
Coloni, vel Inquilini.*
9 *Colonus, & Inquilinus nullum in re jus habent.*
10 *Laicus venditor tenetur defendere Clericum emptorem
coràm Judice Eccleſiaſtico.*
11 *An Clericus creditor in confectione Inventarii coràm
Judice Laico citari poſſit.*

An Clericus venditor teneatur emptorem defendere coram Judice Laico, coram quo cauſa fuit cæpta.

C A P. XIX.

1 RESp. quod alii affirmant, quià in tali caſu
Clericus venditor vocatus ab emptore co-
ràm Judice Laico pro defenſione rei vendi-
tæ, non venit principalitèr ad judicium pro ſuo
intereſſe, ſed acceſſoriè tantùm aſſiſtit defenſioni
emptoris, ut ritè cauſa agatur: & judicium ſub-
ſtantiatur in emptore, & non in venditore; undè
Clericus, dum ad judicium ſæculare accedit, ut
emptorem defendat, non efficitur reus neceſſarius,
itaùt comparere neceſſariò debeat; cum lis contrà
ipſum non inſtituatur, & ſententia ferenda ſit con-
tra reum emptorem, & contrà eum facienda ſit
executio, non autem contrà Clericum vendito-
rem; & ideò non poteſt Clericus venditor excep-
tiones privilegiatas ex ſua perſona allegare, *Bal.
& Sal. in l. 1. C. Ubi in rem act. Abb. in cap. fin. Ut lit.
non conteſt. & in cap. fin. num. 8. de empt. & vend. Auchar.
in cap. ea quæ, quæſt. 17. de Reg. jur. in 6. Aufret. ad
Capel. Toloſan. dec. 360. num. 2. Covar. pract. quæſt.
cap. 8. num. 3. Fachin. lib. 2. controver. cap. 37. Gail.
lib. 1. obſerv. 37. num. 7. Cevall. in tract. de Cognit.
per viam violent. par. 2. quæſt. 23. num. 24. Corn. conſ.
79. col. pen. verſ. his tamen &c. lib. 4. Dec. conſ. 700.
num. 7. Natt. conſ. 99. num. 7. & ſeq. lib. 1. ubi de com-
muni teſtatur; Rim. jun. conſ. 422. num. 1. & ſeq. lib. 4.
Bellett. Diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. de favor. Cleric. real.
§. 2. num. 11.* ubi dicit, quod cum venditor ſit eo
caſu tanquàm merus, & neceſſarius defenſor emp- 2
toris, non dicitur ex hoc litigare coram Judice ſæ-
culari, nec cenſetur de eius foro, *Boer. dec. 69. num.
27. & ſeq. Capyc. dec. 197. num. 7. Socin. Sen. conſ. 91.
num. 13. & ſeq. vol. 3. ubi etiàm de communi teſtatur,* 2
Hond. conſ. 25. num. 13. & ſeq. lib. 1. Subdens, quod
venditor pro defenſione emptoris veniens ad judi-
cium, non poteſt conditionem actoris reddere de-
teriorem; & ideò appellare non poteſt à Senten-
tia lata contra emptorem, à qua ipſe emptor ap-
pellare non poteſt: ſed tantùm eo modo, & tem-
pore, quo poteſt emptor conventus, & non aliter.
Alii tamen aſſerunt, poſſe quidem Clericum 3
venditorem, ſi velit, emptorem defendere coràm
Judice laico, non tamen ad id eſſe aſtringendum,
ſi recuſet, *ſecundum veriorem ſententiam;* quià ſicut 4
Fiſcus venditor, ſi velit defendere emptorem ab
actione contra ipſum jàm in judicium deducta, po-
teſt cauſam ab eo Judice eximere, & ejus cognitio-
nem deferre ad proprium, & peculiarem fiſci Ju- 5
dicem, *l. 3. C. de Jur. fiſc.* ita etiàm dicendum eſt in
Clerico, qui Fiſci privilegio gaudet, *Ang. & Paul.
de Caſtr. in l. venditor, ff. de Judic. Soc. jun. conſ. 40. n.
10. lib. 1. Soc. Sen. conſ. 91. num. 14. lib. 4. Natt. conſ.
324. num. 4. lib. 2. Car. de Graſ. de effect. Cleric. eff. 1.
num. 261. Marant. de ord. judic. par. 4. diſt. 9. numer.
78. Capic. deciſ. 191. per tot. & dec. 197. num. 7. Gram-
mat. deciſ. 21. Sqnillan. de Privil. Cleric. cap. 7. dub. 3.
num. 80. Dian. par. 4. tract. 1. reſol. 25.* ubi etiàm ob- 6
ſervat, quod citatio contra Clericum ad liberan-
dum à moleſtiis, non eſt facienda coràm Judice lai-
co, ſed coràm Eccleſiaſtico; alioquin ſi fieret co-
ram Judice laico, nulla eſſet, & ideò ſperni pote-
rit, *Bart. in l. 3. ff. de Teſtib. Vant. de nullit. in tit. de
nullitat. ex defect. citation. num. 27. & ſeq. & alii apud
Mart. de Juriſd. par. 4. caſ. 34.*
Item ſi ageretur de evictione rei venditæ, Cle- 7
ricus venditoi non coràm Judice laico, ſed coràm
Eccleſiaſtico tantùm convenitur, *Surd. conſ. 396.
num. 37. vol. 3. Honded. d. conſ. 25. numer. 16. lib. 1.
Bellett. loco cit. d. §. 3. num. 11. & ſeq.* ſimilitèr cauſa 8
coràm Judice Eccleſiaſtico tantùm diſcutienda eſt,
quando Clericus vocatur ad judicium ad defenſio- 9
nem Coloni, ſivè Inquilini: quià iſti nullum ha-
bent jus in re, ſed dominium tàm utile, quàm di-
rectum ad Clericum ſpectat; & ideò in perſona Co-
loni, vel Inquilini non poteſt judicium reale fun-
dari, *Boer. deciſ. 69. num. 28. Covar. pract. quæſt. d.
cap. 8. num. 3. Specul. in tit. de prim. & ſecund. decr. §.
reſtat videre, num. 24.*

No-

Digitized by Google

10 Notandum tamen eſt, quod Laicus venditor non poteſt Clericum emptorem defendere coràm Judice laico, ſed tenetur illum defendere coràm Eccleſiaſtico, *Gaël. obſerv. 31. num. 7. lib. 1. Rim. jun. conſ. 422. num. 1. & ſeq. lib. 4. ubi de communi, Scacc. de judic. par. 1. cap. 11. num. 98. ubi hanc eſſe veriorem teſtatur.*

11 Addunt nonnulli Doctores, quod ſi in confectione inventarii, quod fit coràm Judice laico, citentur omnes creditores, & etiàm Clericus, ſi ſua putaverit intereſſe, poteſt Clericus eo caſu coràm Judice ſæculari comparere, ſi velit, quia Clericus ità citatus non dicitur reus neceſſarius, ſed voluntarius, *ità Rol. conſ. 29. num. 3. & ſeq. vol. 2. Grammat. deciſ. 61. per tot. Bellett. loco cit. §. 3. num. 14. & 15.* Sed alii contrà aſſerunt, Clericos nullo modo citari poſſe coràm Judice laico, ſivè generalitèr per edictum, ſivè ſingularitèr cum clauſula, ſi ſua putaverint intereſſe: quià Clericus etiàm volens, non poteſt coràm Judice laico conveniri, nec in illum conſentire, aut illius juriſdictionem prorogare, etiàm cum Epiſcopi conſenſu, & hæc ſententia eſt verior, *cap. ſi diligenti, & cap. ſignificaſti, ubi Canoniſtæ communiter, de for. compet. Alexan. conſ. 8. vol. 1. Rolan. conſ. 4. num. 10. vol. 1. latè Mart. de Juriſd. par. 4. caſ. 38. per tot.* ubi dicit, quod Clerici ità citati coram Judice ſæculari, ſemper debent opponere declinatoriam fori, & inſtare, ſe remitti ad ſuum Judicem competentem, alioquin tamquàm Canonum tranſgreſſores puniendi ſunt, *ex trad. per Bald. in l. 1. C. de Indict. viduit. tollen. Grammat. dec. 61. Phanut. in tract. de Inventar. par. 3. num. 23. Surd. dec. 26. num. 5. Dec. conſ. 700. Capyc. dec. 8.*

S V M M A R I V M.

1 *Laicus agens in Curia Eccleſiaſtica contrà Clericum, poteſt ab eodem Clerico reconveniri coram Judice ordinario Eccleſiaſtico, & econtrà.*
2 *Reconventio non admittitur, ſi fiat poſt litem conteſtatam ex intervallo parte contradicente:* limitatur num. 3.
4 *Reconventio non admittitur coram Judice appellationis judicialitèr interpoſitæ:* limitatur num. 6.
5 *Quid ſi appellatum fuit ab interlocutoria poſt litem conteſtatam.*
7 *Reconventio admittitur coram delegato impetrato ab actore reconvento:* limitatur num. ſeq.
8 *Reconventio non admittitur, quando Judex impetratus fuit ad ſolius rei inſtantiam.*
9 *Reconventio non admittitur coram Judice motu proprio deputato à Principe, nec coràm Judice de conſenſu utriuſque partis electo.*
10 *An reconventio admittatur in judiciis poſſeſſoriis, & ſummariis.*
11 *Reconventio reiicitur, quando petitur executio inſtrumenti habentis executionem paratam, niſi fiat reconventio de alia cauſa ſimilitèr executiva.*
12 *Reconventio admittitur coram arbitro juris electo ex neceſſitate Statuti ad totam cauſam, non autèm coràm arbitro voluntario.*
13 *An reconventio admittatur contrà agentem quæſtione ſpoliationis.*
14 *Clericus, qui ſpoliavit laicum ſua poſſeſſione, ſi eſt à poſſeſſione ejiciendus, debet cogi auctoritate Judicis eccleſiaſtici.*
15 *Quando Clericus reconventus condemnatur à Judice Laico, executio non ad Judicem laicum, ſed ad Eccleſiaſticum ſpectat.*
16 *Excommunicatus vitandus non poteſt reconvenire Clericum Actorem.*
17 *Reconventio non habet locum in cauſa feudali, neque in cauſa depoſiti.*
18 *Clericus non poteſt coram Judice laico reconveniri pro crimine, neque ſupèr cauſa ſpirituali.*
19 *Reconventio non admittitur, quando Clericus non agit nomine proprio, ſed nomine alieno.*
20 *Quid ſi Clericus ageret nomine proprio, & reconveniretur nomine alieno.*
21 *Reconventio non admittitur, ubi adeſt conſuetudo, quod Clericus reconveniri non poſſit coràm Judice Laico.*
22 *Reconventio non admittitur, ſi lis contrà Clericum fuerit affectatè procurata per laicum ad hunc finem reconveniendi Clericum coram Judice ſæculari.*
23 *Reconventio reiicitur, quando Clericus reconvenitur coram Judice laico de re, quæ non habet connexitatem cum petitione.*
24 *Clericus reconventus coràm Judice laico, ſi fuerit ab eodem Judice condemnatus, debet appellare ad Judicem laicum ſuperiorem ipſius Judicis, qui condemnavit.*
25 *Quando Clericus reconvenitur coram Judice laico, in ordinatoriis attenditur ſtatutum, ſeù ritus Curiæ, in qua litigatur, in deciſoriis verò attenditur jus Canonicum:* limitatur num. 26.
27 *An Clericus actor coràm Judice laico poſſit liti renunciare ad finem evadendi reconventionem.*

An Clericus agens coràm Judice Sæculari contrâ Laicum, poſſit coram eodem Judice reconveniri.

C A P. XX.

AFfirmativè reſpondent infraſcripti Doctores, quia ſicut Laicus agens in Curia Eccleſiaſtica contrà Clericum, poteſt ab eodem Clerico reconveniri coram Judice ordinario Eccleſiaſtico, ità Clericus agens in Curia Sæculari contrà Laicum, poteſt in eadem Curia Sæculari reconveniri, *Clem. ſæpe, de Ver. ſign. auth. & conſequentèr, ubi Bart. & alii, C. de Sent. & interloc. omn. jud. DD. in cap. at ſi Clerici, de judic. Maran. de Ord. judic. par. 4. diſt. 6. num. 44. Squillan. de Privil. Cleric. cap. 7. n. 63.* ubi dicit, quod cauſæ conventionis, & reconventionis ſimul ſunt tractandæ, ac decidendæ, *Bellett. Diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. de favor. Cleric. real. §. 3. num. 1. & alii communitèr:* quorum opinionem procedere tantùm in locis, ubi talis extat conſuetudo, dicit *Abb. in cap. 1. de mut. petit. Dec. in d. cap. at ſi Clerici, num. 165. & ſeq. Mart. de Juriſd. par. 4. caſ. 107. num. 4. & ſeq. & caſ. 161. num. 15.* 1

Obſerva tamèn, quod reconventio in multis caſibus non admittitur, & primò ſi fiat poſt litem conteſtatam ex intervallo, parte opponente, vel contradicente; talis enim reconventio, quando intentatur coràm Judice alias incompetente reſpectu cauſæ reconventionis, fieri debet antè litis conteſtationem, vel in ipſa conteſtatione, vel ſaltèm ſtatim poſt litem conteſtatam, *Imol. & alii in cap. 1. de mut. petit. Vinc. de Franch. dec. 193. num. 9. Dec. conſ. 200. num. 2. Lancellot. de Attent. par. 3. cap. 24. quæſt. 14. num. 10. Mart. d. caſ. 107. num. 5. & ſeq. Hond. conſ. 21. num. 10. & ſeq. lib. 1.* quando verò intentatur coràm Judice competente, admittitur in qualibet parte judicii: ſed tùnc cauſæ ſimul non tractantur, nec deciduntur, prout in primo caſu, 2 3

Digitized by Google

nec retardatur proceſſus cauſæ principalis, Marant. de ord. judic. par. 4. diſt. 6. num. 5. Squillan. de Privil. Cleric. d. cap. 7. numer. 63. & ſeq. Belleit. loco cit. d. §. 3. numer. 2.

4 Secundo, non admittitur coram Judice appellationis judicialitèr interpoſitæ à ſententia diffinitiva, l. 2. §. legatis, ff. de Judic. Imo. in d. cap. 1. de mut. petit. & de communi teſtatur Bald. in d. auth. & conſequentèr, num. 12. Car. de Graſſ. de eff. Clericat. eff. 1.
5 num. 778. quod etiam procedit, quando fuit appellatum ab interlocutoria poſt litem conteſtatam, Mar. Soc. in d. cap. 1. num. 5. de mut. pet. ubi alios refert, Barthol. Soc. in reg. 412. in 5. Fall. Hond. d. conſ. 21.
6 num. 15. ſubdens, quod quando appellatur ab interlocutoria antè litem conteſtatam, ſi Judex appellationis declarat, benè appellatum, tùnc quià cauſa remanet coram Judice appellationis, qui ſuccedit in locum primi Judicis, ſicùt coràm primo Judice reconventio fieri potuiſſet, paritèr admittitur coram Judice appellationis, ex trad. per Jo. Andr. Ant. de Butr. & Abb. in d. cap. 1. de mut. petit.

7 Tertio, licèt reconventio admittatur coram delegato impetrato ab Actore reconvento, quià non debet dedignari eum habere judicem contrà ſe, quem pro ſe elegit, l. Papinianus, C. de Sent. &
8 Interlocut. omn. Jud. non tamen admittitur, quando Judex impetratus fuit non ab actore, ſed à reo, qui reconventione utitur, Honded. d. conſ. 21. num. 16. lib. 1. ubi de communi teſtatur.

9 Quarto, non admittitur reconventio coram Judice motu proprio deputato à Principe, nec coram Judice de conſenſu utriuſque partis electo, Bart. in d. auth. & conſequentèr, num. 3. 15. 20. & ſeq. Abb. in d. cap. 1. num. 3. & 33. de mut. petit. Jaſ. in l. 3 ff. quod quiſque jur. Soc. jun. conſ. 66. num. 5. lib. 1. & hanc magis receptam dicit Hond. loco cit. num. 16.

10 Quinto, non admittitur reconventio in judiciis poſſeſſoriis, & ſummariis; niſi cauſa reconventionis ſit paritèr ſummaria; secùs ſi reſpiciat petitorium, vel ordinariam, & altam cognitionem requirat; tùnc enim non admittitur ad effectum ſimultanei proceſſus: ſed proceſſus ſeparantur, Bald. & alii in d. auth. & conſequentèr, Abb. in d. cap. 1. ubi etiam Innoc. de mut. petit. Jo. Andr. in cap. cum dilecti, de ord. cognit. Natt. conſ. 532. num. 4. lib. 3. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 3. num. 180. Mart. de Juriſd. d. par. 4. caſ. 107. num. 7. Hond. d. conſ. 21. num. 27. & ſeq. lib. 1. Crav. conſ. 825. num. 4. lib. 5. latè Car. de Graff. d. eff. 1. num. 774. & ſeq. Viv. qui de communi teſtatur in ſuis commun. opin. in ver. Reconvent.

11 Seſto, reconventio reiicitur, quando petitur executio inſtrumenti habentis executionem paratam: niſi fiat reconventio de alia cauſa ſimilitèr executiva, Bald. in d. auth. & conſequentèr, num. 14. Soc. ſen. conſ. 167. num. 26. & ſeq. lib. 2. Ancbar. quæſt. famil. lib. 2. q. 18. num. 1. & ſeq. Car. de Graſ. d. eff. 1. num. 771. & ſeq.

12 Settimo, reconventio non admittitur coràm Arbitro voluntario: tùm quia eligitur de conſenſu utriuſque partis, tùm etiam quià talis Arbiter non poteſt judicare niſi de contentis in compromiſſo, cap. cum dilectus, de Arbitr. l. de his, ff. eod. tit. Mart. de Juriſd. par. 4. caſ. 184. num. 6. & 7. secùs eſſet in arbitro Juris electo ex neceſſitate ſtatuti ad totam cauſam; quià coram eo habet locum reconventio, Maran. de ord. judic. par. 4. diſt. 6. num. 12. Roman. ſing. 783. Squillan. de Privil. Cleric. cap. 7. num. 68.

13 Ottavo, reconventio non admittitur contrà agentem quæſtione ſpoliationis, niſi fortè de alia ſpoliatione reconveniatur, cap. litteras, de reſtit. Spol. Specul. de Reconv. §. nunc dicamus, num. 9. Squillan. d.
cap. 7. num. 73. ubi etiam obſervat, quod Clericus, 14
qui ſpoliavit laicum ſua poſſeſſione, ſi eſt a poſſeſſione eiiciendus, debet cogi auctoritate Judicis ecclesiaſtici; idemque dicendum, quando Clericus 15
reconventus condemnaretur a Judice Laico: quia ad Judicem eccleſiaſticum tantùm ſpectabit executio, ſivè agatur contrà perſonam, ſivè contra bona, Imo. & alii in cap. poſtulaſti, de for. compet. Marian. Soc. in cap. 1. de mut. petit. Viv. deciſ. 49. num. 6. lib. 1. Mart. de Juriſd. par. 4. caſ. 151. num. 5. & ſeq. Genuenſ. in Prax. cap. 12. Vrſill. ad Afflict. dec. 173. Squill. d. cap. 7. num. 74. Car. de Graſ. d. eff. 1. numer. 773. & 789. & ſeq. Ant. de Marin. reſol. quotid. cap. 53. num. 15. & 16. Bonacin. in Bull. Cæn. diſp. 1. quæſt. 16. ſect. 1. pun. 4. §. 6. num. 8. Dian. par. 1. tr. 2. reſ. 21. & par. 3. tr. 1. reſ. 4. & par. 4. tr. 1. reſ. 3. & 65.

Nono, ſi reus conventus eſſet excommunica- 16
tus vitandus, non poteſt reconvenire Clericum actorem, gloſ. in cap. intelleximus, ver. conveniri, de Judic. Carav. ſuper rit. 67. num. 16. Squillan. d. cap. 7. numer. 72.

Decimo, Reconventio non habet locum in 17
cauſa depoſiti, cap. bona fides, ubi DD. ex. r. Depoſ. neque in cauſa feudali Miſing. obſerv. 10. cent. 1. Squillan. loco cit. num. 70. & 71. Car. de Graſ. de effect. Cleric. d. eff. 1. num. 767. Mart. de Juriſd. par. 4. caſ. 184. num. 9. & ſeq. ubi dicit, quod feudatarii etiam communi conſenſu litigantes de feudo, non poſſunt alterius Judicis juriſdictionem prorogare abſque Domini conſenſu, Bart. in l. 1. §. & poſt operis, ff. de Nov. oper. nuntiat. Socin. in cap. 1. num. 65. de mut. pet.

Addit Mart. d. par. 4. caſ. 184. num. 3. & ſeq. quod Clerici litem habentes coràm Domino feudi, non poſſunt coram eodem reconveniri de alia re, quam feudali, quia juriſdictio Domini feudi non poteſt extendi, vel prorogari ad alias lites, vel cauſas, quam feudales: nam juriſdictio eſt conceſſa Domino feudi intèr feudatarios reſpectu certæ ſpeciei cauſarum, nempè reſpectu cauſarum feudalium, cap. cæterum, cap. novit, de Judic. cap. ex tranſmiſſa, & cap. verum, de for. compet.

Decimoprimo, Clericus non poteſt coràm Ju- 18
dice Laico pro crimine civilitèr, aut criminalitèr reconveniri, neque ſuper cauſa ſpirituali, vel ſpirituali annexa, quia hujuſmodi cauſarum Judex Laicus eſt incapax, DD. communitèr in cap. at ſi Clerici, de Judic. Maran. loc. cit. par. 4. diſt. 6. num. 44. Clar. in Pract. crim. quæſt. 36. verſ. & hæc quidem &c. Squill. d. cap. 7. num. 69. Belleit. loco cit. §. 3. num. 2. ubi de communi teſtatur, Car. de Graſ. d. eff. 1. num. 763. & ſeq. Mart. de Juriſd. par. 4. caſ. 107. num. 9. & ſeq.

Decimoſecundo, non admittitur reconven- 19
tio, quando Clericus non ageret nomine proprio, ſed nomine alieno, ut ſi compareret tanquàm procurator, vel tutor; idemque dicendum quando Clericus ageret nomine proprio, & reconveniretur
nomine alieno, ut tutorio nomine: vel nomine 20
Eccleſiæ, Alex. de Nevo in cap. at ſi Clerici, num. 39. de Jud. Hyeron. Pappon. conſ. 58. num. 51. & ſeq. lib. 1. Car. de Graſſ. d. eff. 1. num. 768. 781. & 785.

Decimoquarto, Reconventio non procedit in 21
locis, ubi adeſt conſuetudo, quod Clericus reconveniri non poſſit coram Judice Laico, Gail. obſerv. 37. num. 6. lib. 1. Afflict. dec. 173. Scacc. de Judic. par. 1. cap. 11. num. 93. Car. de Graſ. d. eff. 1. num. 787.

Decimoquinto, Non admittitur reconven- 22
tio, ſi lis contra Clericum fuerit affectatè procurata per Laicum ad hunc finem reconveniendi eumdem Clericum coràm Judice Sæculari, Marant. de

ord.

Digitized by Google

ord. judic. par. 4. diſt. 6. num. 44. Bellett. tit. de favor. Cleric. real. §. 3. num. 2. Mart. de Juriſd. par. 4. caſ. 107. num. 8. Dian. par. 4. tr. 1. reſ. 65.

23 Decimoſeſto, Reconventio reiicitur, quando Clericus reconvenitur coram Judice Laico de re, quæ non habet connexitatem cum petitione; & ideò ſi Clericus petat a Laico centum ex cauſa mutui, & ille reconveniat Clericum, & petat commodatum, hoc caſu cum diverſæ ſint cauſæ, dividendæ erunt, & Clericus ratione reconventionis erit ad Judicem Eccleſiaſticum remittendus, *Theſaur. quæſt. Forenſ. lib. 1. quæſt. 98. Dian. par. 4. tract. 1. reſ. 65.*

24 Sed queres, ad quem Judicem Clericus reconventus coram Judice Laico, debeat appellare, ſi fuerit ab eodem Judice condemnatus? Reſpondet *Car. de Graſ. d. eff. 1. num. 792.* quod debet appellare ad Judicem Laicum Superiorem ipſius Judicis, qui condemnavit, *ex trad. per Innoc. in C. licet ex ſuſcepto, de for. compet. Archid. in cap. non ità 2. quæſt. 6. Bertach. in tr. de Epiſcop. par. 5. lib. 4. num. 95. in 13. tom. tract. diverſ. par. 2.*

25 Queres ſecundo an, quando Clericus reconvenitur coram Judice Laico, attendi debeat jus Canonicum; vel jus civile? *Reſp.* quod in ordinatoriis attendi debet diſpoſitio legis civilis, vel ſtatuti, & conſuetudo, ſeu ritus Curiæ, in qua litigatur; in deciſoriis verò attendi debet jus Canonicum; non autèm jus civile, *Duen. reg. 135. Gram. dec. 29. num. 14. Soc. in cap. 2. num. 20. de mut. petit. & alii apud Car. de Graſ. d. eff. 1. num. 793. & ſeq. Mart. de Juriſd. par. 4. caſ. 31. num. 15. & ſeq.* ubi ſubdit, quod etiam in ordinatoriis Judicii non ha-
26 bent locum leges, aut Statuta, quæ penitùs extinguerent jura ipſius Clerici reconventi, vel tollerent ea, quæ ipſi competunt de jure communi.

27 Queres tertio, an Clericus actor coram Judice Laico poſſit renunciare liti per eum motæ ad finem evadendi reconventionem? negativè reſpondent *Specul. in tit. de Reconvent. in fin. Afflict. dec. 173. Franch. dec. 349. Menoch. de Arbitr. Jud. lib. 1. quæſt. 44.* quod procedit, quando Clericus fuit reconventus antè litis conteſtationem: tùnc enim poſt reconventionem factam non poſſet liti renunciare in præjudicium rei conventi; *Mart. de juriſd. part. 4. caſ. 107. num. 14.*

S V M M R I V M.

1 *An Judex Laicus ex commiſſione Summi Pontificis poſſit eſſe delegatus in cauſis Eccleſiaſticis, Spiritualibus, & criminalibus Clericorum*, & num. 2.

3 *An Epiſcopus poſſit Judici Laico committere cauſas criminales Clericorum.*

4 *Epiſcopus non poteſt Laico committere cauſas ſpirituales.*

5 *Et an poſſit hujuſmodi cauſas delegare Laico ſimul cum Clerico.*

6 *An, & quando poſſit Epiſcopus Laico committere cauſas civiles Clericorum.*

7 *Epiſcopus non poteſt Judici Laico dare poteſtatem imponendi cenſuras.*

8 *An Epiſcopus poſſit cauſas civiles Clericorum Judici Laico committere, quando adſunt Clerici idonei.*

9 *Epiſcopus non poteſt Judici Laico generaliter committere omnes cauſas Clericorum.*

10 *Epiſcopus poteſt in cauſis criminalibus Clericorum ſibi aſſumere Aſſeſſorem Laicum.*

11 *An Laicus poſſit eſſe Aſſeſſor Epiſcopi in cauſis ſpiritualibus, & aliis Eccleſiaſticis.*

12 *Officium Aſſeſſoris eſt ſolùm conſulere.*

13 *Clericus primæ tonſuræ eſt capax juriſdictionis Eccleſiaſticæ.*

14 *An Clericus conjugatus, & bigamus ſit capax hujus juriſdictionis.*

An Epiſcopus poſſit Judici Laico committere cauſas Clericorum.

C A P. X X I.

NOn loquimur hic, an Summus Pontifex poſſit Judici Laico delegare hujuſmodi cauſas: quia Judicem Laicum ex commiſſione Summi Pontificis poſſe eſſe delegatum in cauſis eccleſiaſticis, etiam ſpiritualibus, & criminalibus, firmavit *gloſ. in cap. bene quidem, 96. diſt. & in cap. 2. de Judic. Covar. in cap. alma mater, par. 1. §. 11. num. 3. Decian. tr. crim. par. 1. lib. 4. cap. 9. num. 70. Suar. de cenſur. diſp. 2. ſect. 3. Snyr. eod. tract. lib. 2. cap. 3. num. 15. & ſeq. Cened. canon. quæſt. 4. num. 4. & alii communiter:* tunc enim Judex Laicus non judicabit pro- 2
pria poteſtate, ſed auctoritate Summi Pontificis tanquam ipſius miniſter, & delegatus, *Bonacin. de cenſur. in Bull. cœn. content. diſp. 1. quæſt. 16. ſect. 1. pun. 6. num. 2. & in tract. de legib. diſp. 10. quæſt. 2. de Judic. publ. pun. 1. §. 3. num. 2. Salas de legibus, diſp. 14. ſect. 9. Farinac. in Pract. crim. quæſt. 8. num. 4. Sgaillant. de privil. Cleric. cap. 2. num. 14. Clar. §. fin. quæſt. 41. verſ. ſed quid &c.*

Ad quæſitum verò reſpondent Doctores, Epi- 3
ſcopum non poſſe Judici Laico committere cauſas criminales Clericorum, neque cauſas ſpiritua-
les, *gloſ. in cap. 2. ubi Abb. & alii communiter, de Ju-* 4
dic. Alex. conſ. 8. lib. 1. Barbat. conſ. 45. num. 9. lib. 2. Clar. d. quæſt. 41. verſ. quæro nunquid &c. ubi dicit,
quod nec poteſt Epiſcopus hujuſmodi cauſas dele- 5
gare Laico ſimul cum Clerico, *Borell. conſ. 68. num. 19. Decian. loco cit. Farinac. d. quæſt. 8. num. 4. ubi de communi teſtatur, Rol. conſ. 4. num. 4. lib. 1. Sbrozz. de Vicar. Epiſc. lib. 2. quæſt. 66. nu. 20. latè Car. de Graſ. d. eff. 1. num. 560. & ſeq.*

Cauſas verò civiles, & temporales Clerico- 6
rum poteſt Epiſcopus, & quilibet alius Judex eccleſiaſticus Laico committere, quia hoc eis non eſt
interdictum excepta poteſtate imponendi cenſuras 7
Sylv. in ver. Judex 1. num. 4. Tolet. lib. 1. cap. 27. verſ. ſecundus &c. Car. de Graſ. d. eff. 1. num. 566. ubi alios refert, Vant. de Nullit. tit. de Nullit. ex defect. juriſd. num. 69. Sperell. in deciſ. for. Eccleſ. deciſ. 14. num. 17.
quod intellige, dummodo non adſint Clerici ido- 8
nei, quibus Epiſcopus poſſit dictas cauſas delega-
re, & dummodò non fiat commiſſio generalis ad 9
omnes cauſas civiles Clericorum *ex trad. per Barboſ. dicta par. 3. alleg. 108. num. 7.*

Item poteſt Epiſcopus ſibi aſſumere, vel adhi- 10
bere Aſſeſſorem Laicum etiam in cauſis criminalibus Clericorum, & in aliis cauſis Eccleſiaſticis, &
ſpiritualibus, *Hoſt. in cap. contingit, num. 3. de Arbitr.* 11
Dec. in cap. 2. num. 131. & ſeq. de Jud. ubi de communi teſtatur, Barboſ. d. par. 3. alleg. 108. num. 6. quia of-
ficium Aſſeſſoris eſt ſolùm conſulere, *l. 1. ff. de offic.* 12
Aſſeſ. l. conſiliarios, C. de Aſſeſ. Abb. in d. cap. 2. num. 13. Bellett. tit. de favor. Cleric. real. §. 3. num. 18.

Notandum eſt etiam, quod Clericus primæ 13
tonſuræ dicitur idoneus, & capax juriſdictionis eccleſiaſticæ ità, ut poſſit eſſe etiam Vicarius Epiſcopi: quia per primam tonſuram conſtituitur quis in Clericorum ordine, *cap. cum contingat, ubi DD.*

de ætat. & qual. Suar. de cenſur. diſp. 2. ſect. 3. num. 11. & alii communiter.

14 Limita in Clerico Conjugato etiam cum unica, & virgine, quia Clericus Conjugatus, excepto privilegio fori, & canonis, in reliquis reputatur, ut Laicus; idem dicendum in Clerico bigamo; quia bigamus non potitur privilegiis Clericalibus *cap. un. de Bigam. in 6.* ubi declaratur, Bigamos omni privilegio clericali eſſe nudatos, & coerctioni fori ſæcularis addictos conſuetudine contraria non obſtante *Car. de Graſſ. de effect. Clericat. eff. 18. num. 2. & 6. Bellett. Diſquiſ. Cleric. tit. de favor. Cleric. real. §. 3. num. 20. Sbroz. de Vicar. Epiſc. quæſt. 31. num. 5. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. part. 3. alleg. 54. num. 6. & communem dicit Squillant. de privil. Cleric. cap. 2. num. 12. vide quæ ſcripſimus in tract. de Regim. Eccleſ. lib. 2. cap. 9.*

S V M M A R I V M

1 *Clerici poſſunt uti, ſi velint, ſtatutis Laicorum, dummodo ſint generalia, & favorabilia: limitatur* num. 3. *declaratur* num. 10.

2 *Clerici veniunt appellatione populi in favorabilibus.*

3 *Clerici non poſſunt uti ſtatutis Laicorum etiam favorabilibus, quando faciunt expreſſam mentionem de Clericis, vel Eccleſiis limitatur* num. 10.

4 *Clerici poſſunt agere jure congrui contrà Laicos, non è contrà.*

5 *Clerici poſſunt uti ſtatuto Laicorum de cauſis compromittendis inter conſanguineos, & affines.*

6 *Clerici gaudent privilegiis Laicorum ſtatutariis pro ſe, non autem contrà ſe.*

7 *Eccleſia poteſt ſe juvare præſcriptione ſtatutaria contrà alios, non è contra.*

8 *Statutum tribuens inſtrumento executionem paratam, prodeſt Clericis, non tamen nocet.*

9 *Statutum excluſivum fœminarum non procedit in teſtamento Clerici.*

10 *Statutum faciens de Clericis, vel Eccleſiis expreſſam mentionem, valet, quando diſponit ſimpliciter privilegiando.*

11 *An Eccleſiæ, vel Clerici contrahentes cum Laicis teneantur ſervare ſolemnitates à ſtatuto requiſitas.*

12 *Quid, ſi ſolemnitas ſtatutario veniret in derogationem, vel diminutionem ſolemnitatis introductæ de jure communi.*

An Clerici uti poſſint Statutis Laicorum.

C A P. XXII.

RESp. quod ſi Statuta Laicorum ſint generalia, vel favorabilia, poſſunt Clerici eis uti,
1 quatenus velint, *Abb. in cap. Eccleſia S. Mariæ, num. 5. & 14. de Conſtit. ubi etiam Felin. num. 76. Bald. in l. cunctos populos, num. 10. C. de Sum. Trinit. & fid. Cathol. Guil. obſerv. 32. num. 2. lib. 2. Alex. conſ. 209. num. 4. lib. 2. Bichius deciſ. 648. num. 23. Marſil. ſing. 29. Dian. par. 4. tract. 1. reſ. 70.* ubi dicit, quod
2 Clerici veniunt appellatione populi in favorabilibus, non autem in odioſis, *& eſt communis Doctorum opinio, prout teſtatur Car. de Graſſ. de effect. Cleric. eff. 2.*
3 *num. 42. & ſeq.* ſubdens, quod ſi ſtatuta in ſpecie diſponerent de Clericis, vel Eccleſiis, vel eorum bonis, non poſſent Clerici illis uti, etiamſi eſſent Clericis favorabilia: quia in tali caſu ſtatuentes videntur juriſdictionem in Clericos exercere, *Sard. conſ. 31. num. 24. lib. 3. Sperell. deciſ. 59. num. 3.* 4

Ex quo infertur primo quod Clerici poſſunt agere jure congrui contrà Laicos, non è contrà: quià uti poſſunt ſtatutis, & conſuetudinibus Laicorum, quatenùs concernunt eorum favorem, *Bellet. Diſquiſ. Cleric. tit. de Exempt. Cleric. à tribut. ſæcul. §. 2. num. 36. & ſeq. & §. 3. num. 4. Caſtill. Sotomaior. lib. 2. controv. quotidian. num. 52. Rota in Romana de Scapucijs 19. Januarii 1611. coram Coccino, quam refert Dian. par. 4. tract. 1. reſ. 111. Pilaja tom. 1. lib. 2. deciſ. 6. de Reb. Eccleſ. non alien. numer. 35. & 36.*

Infertur ſecundo quod Clerici poſſunt uti ſta- 5
tuto Laicorum de cauſis compromittendis inter
conſanguineos, & affines; & ideò poſſunt alios
cogere ad compromittendum; ipſi verò Clerici ad 6
id cogi nequeunt, quia Clerici gaudent privilegiis
Laicorum ſtatutariis pro ſe, non autem contra ſe, *Abb. & alii in d. cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. Bart. in d. l. cunctos populos, C. de Sum. Trin. & fid. Cathol. Corn. conſ. 61. vol. 4. Marant. in pract. part. 6. act. 2. num. 26. & 27. Cornazan. deciſ. 186. num. 7. ubi de magis communi teſtatur, Vulpel. in tr. de liber. Eccl. par. 3. num. 9. & 11. & alii apud Car. de Graſſ. d. eff. 2. num. 414. Dian. par. 3. tr. 1. reſ. 43. Squillan. de privil. Cleric. cap. 7. num. 95.*

Infertur tertio quod licet Eccleſia poſſit ſe ju- 7
vare ſtatutaria præſcriptione decem, vel viginti annorum contra alios, ipſa tamen Eccleſia hujuſmodi præſcriptione non ligatur, *gloſ. & DD. in auth. quas actiones, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Sperell. deciſ. 11. num. 12.*

Infertur quarto quod ſi ſtatuto caveatur, ut 8
inſtrumentum publicum habeat executionem paratam, Clericus contrà Laicos poterit uti beneficio dicti ſtatuti, licèt Laici non poſſint eo uti contrà Clericum, *Abb. in cap. ex litteris, num. 2. & in cap. quod Clericis, num. 18. de for. compet. & in cap. ſicut, nu. 17. Ne Cler. vel Monach. Bald. in d. l. cunctos populos, C. de Sum. Trin. & fid. Cathol. Viv. deciſ. 326. lib. 2.*

Infertur quinto quod licèt Clericus in Laici 9
hæreditate juvetur ſtatuto excluſivo fœminarum, tamen hæreditas Clerici non ſubjacet hujuſmodi ſtatuto; & ideò ad hæreditatem Clerici admittuntur etiam fœminæ à ſtatuto excluſæ *Salyc. in auth. caſſa, C. de Sacroſ. Eccleſ. Ant. de Butr. in cap. quod Clericis, in fin. de for. compet. Ruin. conſ. 204. num. 11. vol. 4. Rolan. conſ. 75. num. 27. & ſeq. vol. 2. Surd. deciſ. 20. per tot. ubi de communi, Otthobon. deciſ. 149. num. 4. Andreol. contr. 227. per tot. latè Sperell. d. deciſ. 11. nu. 14. Mart. de juriſd. par. 4. caſ. 5. num. 17.* ubi dicit, quod ſtatuta Laicalia nec directè, nec indirectè poſſunt afficere perſonam, vel bona Clericorum propter defectum poteſtatis.

Infertur ſexto quod ſtatutum Laicorum fa- 10
ciens de Clericis, vel Eccleſiis expreſſam mentionem, validum eſt, quando diſponit non præcipiendo, vel prohibendo, ſed merè privilegiando, ut ſi daret aliquam partem bonorum defuncti Eccleſiæ, vel Hoſpitalis: vel ſi diſponeret, quod Clericus primogenitus excludat cæteros fratres, vel quod credatur libris rationum Eccleſiæ &c. quia Laici poſſunt privilegiare Eccleſiam, & Eccleſiaſticas perſonas, *Abb. & alii in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. Rom. ſing. 443. Dec. conſ. 83. num. 4. Car. de Graſſ. de effect. Cleric. eff. 2. num. 52. & ſeq. Ambroſin. de Immun. Eccleſ. cap. 2. num. 18. Sperell. d. deciſ. 11. num. 14.*

Inter-

11 Infertur ſeptimo quod Eccleſiæ, & alia loca pia, quæ contrahunt cum Laicis, non tenentur ſervare ſolemnitates à ſtatuto requiſitas, cum de jure communi ab hujuſmodi onere eximantur, *Dec. in cap. Eccleſia S. Mariæ, num. 6. de Conſtit. Lap. alleg. 92. num. 1. & ſeq. Tiraq. de privil. piæ cauſæ, privil. 126. Ceph. conſ. 109. num. 18. lib. 1. Hond. conſ. 32 num. 106. lib. 1. Verall. deciſ. 164. par. 3. Rot. deciſ. 458. num. 6. par. 2. recent. Pic. ad Statut. Urb. gloſ. 7. num. 223. & ſeq. latè Sperell. deciſ. 10. num. 15. & ſeq.* quod etiam locum habet in Clericis contrahentibus cum Laicis, cum neque Clerici ligentur ſtatutis laicalibus in iis, quæ onus reſpiciunt, *ex latè deductis per Car. de Graſſ. de effect. Cleric. eff. 2. num. 43. Bellett. Diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. de Exemption. Clericor. à ſtatut. Sæcular. §. 2. num. 37. & ſeq.* quidquid in contrarium aſſerant alii *apud Marc. de juriſd. part. 4. caſ. 62. num. 11. & ſeq.* quod præcipuè procederet, ſi ſtatuta hujuſmodi loquantur in perſonam, ut ſi dicant, *omnes, & ſinguli contrahentes teneantur &c.* quia ſtatutum loquens in perſonam, etiamſi det formam actui, non compræhendit Eccleſias, nec perſonas Eccleſiaſticas ſtatuentibus non ſubditas; idemque dicendum, quoties ſtatutum eſſet arctativum perſonarum, vel rerum, & loqueretur per verba præceptiva, vel prohibitiva; cum enim ſtatuentes nullam in Clericos juriſdictionem ſibi acquirere valeant, non poſſunt contractus cum Clericis celebratos ſub arctativo ſtatuto comprehendere, *Abb. & alii in cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit. Lap. alleg. 100. num. 5. Imol. in cap. quod Clericis, de for. compet. Alex. conſ. 210. ſub num. 13. vol. 2. & conſ. 44. num. 10. vol. 5. Car. de Graſſ. d. eff. 2. num. 195. Hond. conſ. 3. num. 23. & 29. lib. 1. & conſ. 20. num. 18. lib. 2. Barbat. conſ. 50. lib. 3. Roman. conſ. 447. Navar. conſ. 4. num. 5. de conſtit. lib. 1. & alii permulti relati per Sperell. d. deciſ. 10. num. 18. & ſeq.* ubi etiam obſervat, quod licèt ſtatutum laicale diſponens circa ordinatoria judicii liget etiam Clericos cum Laicis in foro ſæculari litigantes, tamen ſi ſtatutum hujuſmodi eſſet arctativum, tunc nec quoad ordinatoria contra Clericos ſervari debet, *vide Bald. conſ. 5. vol. 2. & conſ. 203. vol. 6. Capic. deciſ. 66. Socc. Sen. conſ. 71. vol. 4. Alex. conſ. 210. num. 2. & conſ. 211. ſub num. 8. lib. 2. Marſil. ſingul. 467. Marc. de juriſd. par. 4. caſ. 1. num. 43. & caſ. 4. num. 19. & ſeq. Ruin. conſ. 23. ſub num. 16. vol. 2. Rolan. conſ. 77. lib. 2.*

12 Addit *Marc. d. part. 4. caſ. 62. num. 8.* quod quando ſolemnitas ſtatutaria derogat ſolemnitati introductæ de jure communi, tunc ſi ex ſolemnitate juris communis Eccleſia, vel Eccleſiaſtici ſentiunt aliquod commodum, quod per ſtatuti ſolemnitatem perderent, ſtatutum non valet reſpectu contractus, & diſpoſitionis, quæ fieret in Eccleſiaſticos: quia illa ſtatuta dicuntur contra libertatem eccleſiaſticam, ex quibus impediuntur perſonæ Eccleſiaſticæ, nè utantur juribus ſibi competentibus ex privilegio, aut jure communi, aut alio modo, vel redderentur ad id timidiores vigore ſtatuti, *Felin. in cap. Eccleſia S. Mariæ, num. 61. de conſtit. & in cap. noverint, de ſent. excom. Aichar. conſ. 155. Soccin. conſ. 241.* quod procedit, etiamſi ſtatutum non loquatur de perſonis Eccleſiaſticis, ſed ſolùm de ſubditis ſtatuentium, *c. quanto, de privil. cap. fin. de Immun. Eccleſ. in 6. Abaz. conſ. 8. vol. 1. Marta loco cit. d. caſ. 62. num. 8. & ſeq.*

S V M M A R I V M.

1 *Clericus etiam primæ tonſuræ non poteſt eſſe Judex inter Laicos.*
2 *Clericus non poteſt eſſe Aſſeſſor generalis Judicis Laici.*
3 *Clericus poteſt eſſe Aſſeſſor in civilibus tantum.*
4 *Laicus non poteſt eſſe Judex inter Clericos, nec juriſdictionem ordinariam exercere, niſi ſaltem, prima tonſura ſit initiatus.*
5 *Epiſcopus non poteſt delegare Laico cauſas criminales Clericorum.*
6 *An juriſdictio inter Clericos poſſit delegari Clerico irregulari, vel excommunicato tolerato.*
7 *Excommunicatus vitandus non poteſt juriſdictionem fori contentioſi exercere.*

An Clericus poſſit eſſe Judex inter Laicos.

C A P. XXIII.

REſp. negativè, etiamſi conſtitutus ſit tan- 1
tùm in minoribus ordinibus, aut prima
tonſura, *cap. Clericus, Ne Cleric. vel Mon.*
Abb. in cap. Clerici, de vit. & honeſt. Cleric. Salzed. ad
Dian. in Pract. canon. cap. 61. num. 4. Molin. de Juſtit.
tract. 2. diſp. 108. Majol. de Irregul. lib. 2. cap. 5. num. 2
15. Specul. in tit. de offic. Aſſeſſ. §. debet, verſ. nunquid
&c. ubi dicit, quod nec poteſt eſſe Aſſeſſor generalis Judicis Laici, *Car. de Graſſ. de effect. Clericat. eff.*
13. num. 8. poteſt tamen eſſe Aſſeſſor in civilibus 3
tantùm, *Dec. & Rip. in cap. 2. de Judic. & alii apud*
Squilian. de obligat. Cleric. par. 2. num. 107. & ſeq.
Similiter nec Laicus poteſt eſſe Judex inter 4
Clericos, nec juriſdictionem eccleſiaſticam ordinariam exercere, niſi ſaltèm ſit initiatus prima
tonſura, per quam quilibet conſtituitur in Cleri- 5
corum ordine, *cap. cum contingat, de ætat. & qualit.*
Clar. in Pract. crim. lib. 5. §. fin. quæſt. 41. verſ. Quæ- 6
ro nunquid &c. ubi dicit, quod Epiſcopus non poteſt delegare Laico cauſas criminales Clericorum,
Squilian. de privileg. Cleric. cap. 1. num. 68. & ſeq. ubi
ſubdit, quod juriſdictio inter Clericos validè delegari poteſt Clerico irregulari; quia Clericus irregularis non eſt incapax hujuſmodi juriſdictionis, nec eſt aliquod jus, quod talem delegationem nullam, & irritam faciat, *vide Suar. tom. 5. diſp. 40. ſect. 2. num. 45. Bonacin. de cenſur. diſp. 2. quæſt. 2. pun.*
7. num. 1. & ſeq. ubi addit, quod acta Clerici ex-
communicati ab Eccleſia tolerati valida ſunt, ſecùs 7
ſi eſſet excommunicatus vitandus, *cap. 2. ubi DD. de except. in 6.*

S V M M A R I V M.

1 *Juriſdictio ordinaria Clerico conceſſa durat, donec Clericus retinet dignitatem, vel munus Eccleſiaſticum, cui ea juriſdictio eſt annexa.*
2 *Juriſdictio ordinaria non expirat morte concedentis etiam re integra:* limitatur num. 3. & ſeq.
3 *Juriſdictio conceſſa ad beneplacitum expirat morte concedentis.*
4 *Juriſdictio cohærens juriſdictioni concedentis tamquàm acceſſoria expirat morte ipſius concedentis.*
5 *Quanto tempore duret juriſdictio delegata,* & num. 9.
6 *An juriſdictio Clerico conceſſa expiret per excommunicationem.*

7 *Non*

7 *Non tenemur vitare excommunicatos, niſi ſint nominatim denunciati, aut notorii Clericorum percuſſores.*

8 *Juriſdictio Clerici ad aliquam cauſam delegati expirat per mortem delegantis, vel finito officio ipſius delegantis re integra*: limitantur num. 11. & ſeq.

9 *Per actum delegationis non transfertur efficacitèr juriſdictio in delegatum, donèc ea uti cœperit.*

10 *An diſpenſatio matrimonialis, quæ à Papa committitur Vicario Epiſcopi cum clauſula, ſi preces veritate nitantur, expiret morte Papæ.*

11 *Juriſdictio Judicis delegati durat poſt mortem delegantis, ſi res non ſit amplius integra.*

12 *Quando res non dicatur amplius integra.*

13 *An per ſubdelegationem alteri factam à delegato, res deſinat eſſe integra.*

14 *An geſta per delegatum jam revocatum valida ſint, ſi ignoretur revocatio.*

15 *Juriſdictio, quæ eſt acceſſoria gratiæ jam factæ, non extinguitur morte concedentis*, & num. 28.

16 *Quid ſi in commiſſione non detur nova poteſtas, ſed excitetur ordinaria.*

17 *Juriſdictio non expirat morte delegantis, quando commiſſio ſit nomine dignitatis ipſius committentis.*

18 *Dignitas nunquam perit.*

19 *Gratia ad beneplacitum dignitatis conceſſa, non expirat morte concedentis, quandò dignitas eſt perpetua, & ſucceſſorem habet*: limitatur num. 20.

21 *Commiſſio facta alicui expreſſo nomine dignitatis, & perſonæ, cenſetur facta contemplatione perſonæ.*

22 *An talis delegatus poſſit in cauſa procedere, ſi tempore præſentationis reſcripti dignitatem reſignaverit.*

23 *Facultas alicui conceſſa conferendi beneficia perſonis incertis non expirat per mortem concedentis*: declaratur, & limitatur num. 24.

24 *Quid ſi detur poteſtas conferendi perſonis expreſſis.*

25 *Litteræ dimiſſoriæ per proprium Epiſcopum, vel ejus Vicarium conceſſæ, ut quis ad ordines promoveri poſſit ab alio Epiſcopo, non expirant per mortem concedentis.*

26 *Facultas teſtandi à Papa conceſſa Epiſcopo, vel aliis, non expirat per mortem ipſius Papæ.*

27 *Delegatus Papæ regularitèr non poteſt exequi ſuam ſententiam, niſi uſque ad annum*: limitatur numer. 28.

28 *Quamdiù duret poteſtas Executoris litterarum Apoſtolicarum.*

29 *Poteſtas delegati, qui tulit cenſuram, durat etiam poſt appellationem quoad effectum abſolvendi.*

Quamdiù duret juriſdictio Clerico delegata.

C A P. XXIV.

1 NOn loquimur hic de juriſdictione ordina-
ria: hæc enim durat, donec Clericus reti-
net dignitatem, vel munus Eccleſiaſticum,
2 cui ea juriſdictio eſt annexa: nec expirat morte
concedentis etiam re integra, *cap. 2. de offic. deleg. in
6. l. & quia, ff. de Juriſd. omn. jud. Bald. in l. meminiſſe
ff. de offic. Proconſ. Menoch. de Arbitr. lib. 1. quæſt. 69.
num. 9. Sanch. de Matrim. lib. 8. diſp. 18. num. 5.* niſi
fuerit conceſſa ad beneplacitum concedentis: quia
3 tùnc per mortem concedentis expirat, *cap. ſi gratioſè, de Reſcript. in 6.* vel niſi cohæreat juriſdictioni
concedentis tanquàm acceſſoria, qualis eſt juri-
4 ſdictio Vicarii Generalis, quæ perit morte Epiſco-
pi: extincta enim principali extinguitur etiàm ac-
ceſſoria, *cap. quoniam, de offic. deleg.*
Ad quæſitum reſp. quod juriſdictio delegata 5
durat pro tempore, quo fuit conceſſa: vel ſi fuerit
conceſſa abſque temporis limitatione, durabit,
donèc delegans vivet, & commiſſionem non revo-
caverit, *Eman. Sà in verb. Gratia, & alii apud Squil-
lan. de Privil. Cleric. cap. 2. num. 87. Bonacin. de Cenſur.
diſp. 2. quæſt. 5. pun. 2. num. 9.* ubi ſubdit, quod ta- 6
lis juriſdictio Clerico conceſſa non expirat per ex-
communicationem, niſi ſit nominatim denuncia- 7
tus, aut notorius Clerici percuſſor, *Filiuc. tract. 16
cap. 2. num. 30. Duard. lib. 2. in can. 1. quæſt. 8. Suar.
tom. 5. diſp. 18. ſect. 1. concl. 5. Squillan. loco cit. d. cap.
2. num. 86. & alii communitèr.*
Talis autèm juriſdictio regularitèr expirat 8
per mortem delegantis, vel finito officio ipſius de-
legantis, re integra, id eſt antequàm delegatus in-
cœperit uti juriſdictione, *cap. licèt, ubi DD. de offic.
deleg. l. & quid, ff. de juriſd. omn. jud.* ratio eſt, quià 9
per actum delegationis non transfertur efficacitèr
juriſdictio in delegatum, donec ea uti cœperit:
ſed interim eſt penes ipſum delegantem, *cap. quam-
vis de off. deleg. in 6.* & ideò commiſſio, ſeu diſpenſa- 10
tio matrimonialis, quæ à Papa committitur Vica-
rio Epiſcopi cum clauſula, *ſi preces veritate nitantur*,
expirat morte Papæ, re integra, *ſecundùm Nav. in
man. cap. 27. num. 253. Ricc. par. 2. deciſ. 205. & par. 4.
dec. 92. ubi dicit, quod ita reſolutum fuit in Curia Ar-
chiepiſ. Neapol.* quàmvis contrarium in hoc ſen-
tiant *Suar. de Cenſur. diſp. 41. ſect. 2. num. 15. Majol.
de irregul. lib. 15. cap. 51. num. 5. Sanch. de matrim. lib.
8. diſp. 28. num. 86. Eman. Sà in verbo diſpenſatio, &
in ver. Gratia, & alii apud Squillan. de Privil. Cleric.
cap. 2. num. 117. & 173.* aſſerentes, quod hæc non
eſt commiſſio ſuper gratia, ſeu diſpenſatione fa-
cienda, nec mandatum, ſed gratia jam facta à Pa-
pa cum commiſſione executionis, inventa precum
veritate, & ſic non expirat per obitum Papæ man-
dantis, etiam re integra, *& hanc ſententiam probabi-
liorem dicit Garc. de Benef. par. 6. cap. 2. nu. 311. & ſeq.*
Limita quando res non eſſet amplius integra, 11
quià per juriſdictionis exercitium antè mortem
delegantis eſt radicata juriſdictio in perſonam dele-
gati ita, ut efficacitèr in eum tranſierit, *prout à
contrario ſenſu colligitur ex d. cap. quamvis, de offic. deleg.
in 6. & tradunt Suar. de legib. lib. 8. cap. 31. num. 5. Bo-
nacin. eod. tract. diſp. 1. quæſt. 3. pun. 8. §. 1. num. 24.
Squillan. de Privil. Cleric. capit. 2. numer. 116. & alii
communitèr.*
Ad hunc autèm effectum, ut res non dicatur 12
ampliùs integra, ſufficit, ut Judex cœperit judi-
cialitèr uti juriſdictione, quemcunque actum ju-
dicialem exercendo, ut eſſet electio Notarii, &
alia judicii præparatoria: nec eſt neceſſaria partis
citatio, *cap. penult. de offic. deleg. in 6. l. & quid, ff. de
juriſdict. omn. jud. gloſ. in cap. nè aliqui ver. cæpta, de
Hæret. in 6. Anch. in cap. quamvis, de offic. deleg. in 6.
Sylv. in ver. Delegatus, quæſt. 6. num. 8.* idem dicen-
dum ſi delegatus mandavit citari litigantes, etiamſi
citatio non fuerit præſentata: quia citatio conſtat
ex tribus partibus, videlicet ex mandato de parte
citanda, ex executione Nuntii, & ex relatione e-
juſdem Nuntii referentis, ſe citaſſe; ſed ex his tri-
bus, prima pars eſt actus juriſdictionis: & ideò ea
ſola ſufficit, ut dicatur Judex cœpiſſe uti juriſdi-
ctione, *cap. gratum, de offic. deleg. ibi, propoſita citatio-
nis edicto, gloſ. in l. cum Clericis, C. de Epiſc. & Cleric.
Bonacin. de legib. diſp. 1. quæſt. 3. pun. 8. §. 1. num. 22.
Squillan. d. cap. 2. num. 100. ſubdens num. 105.* quod 13
per

per ſubdelegationem alteri factam à delegato, non
deſinit res eſſe integra: quià licèt ſubdelegare ſit
actus juriſdictionis, non eſt tamèn de actibus ju-
dicii, niſi ſubdelegatio fiat partibus præſentibus:
quià tùnc talis ſubdelegatio citationi æquivalet, &
proindè eo caſu res non erit ampliùs integra, *cap.
penul. ubi Jo. Andr. de offic. deleg. in 6. Abb. in cap. gra-
tum, de offic. deleg. Felin. in cap. relatum, eod. tit.*

14 An verò ſi mors delegantis ignoretur, geſta
per delegatum, qui antè delegantis mortem non
cœperat uti juriſdictione, ſint valida? Reſp. affir-
mativè, quando adeſt communis error, & proba-
bilis ignorantia, *per textum in l. Barbarius, ff. de offic.
Prætor.* quod etiam procedit, quando delegatus,
vel Vicarius Epiſcopi revocatus fuit, & ignoratur
revocatio, *Sbrozz. de offic. Vicar. quæſt. 36. num. 9.
Bonacin. de legib. diſp. 10. quæſt. 2. pun. 1. num. 2. Squil-
lan. de Privil. Cleric. cap. 2. num. 124. & ſeq. Garc. de
Beneſ. par. 5. cap. 8. num. 174.* ubi dicit, quod ſi Vi-
carius habens facultatem conferendi beneficia,
fuerit revocatus, valeret collatio facta ab eo revo-
cationem ignorante.

15 Limita ſecundo, quãdo juriſdictio delegata eſt
acceſſoria gratiæ jam factæ: quia ſicut gratia jam fa-
cta non perit morte concedentis re integra, *c. ſi cui,
de Præb. in 6. cap. ſi ſuper, de offic. deleg. in 6.* ita nec extin-
guitur poteſtas acceſſoria, ſed ſequitur naturã gra-
tiæ, *Jo. Andr. & Anchar. in d. c. ſi ſuper, de offic. deleg. in 6.*

Limita tertio, quando in commiſſione non
16 datur nova poteſtas, ſed excitatur ordinaria: quia
neque tùnc expirat morte delegantis, *cap. licet, &
cap. penult. de offic. ordin.*

Limita quarto, quando commiſſio fit nomine
17 dignitatis ipſius committentis, quià neque in tali
caſu poteſtas expirat morte delegantis re integra:
cum dignitas nunquàm pereat, & per conſequens
18 nec ejus juriſdictio, *cap. ſi gratiosè, de reſcript. in 6.
Azor. lib. 5. cap. 23. quæſt. 4. Salas de legib. diſp. 20. ſe-
ct. 17. num. 125. Bonacin. eod. tract. diſp. 1. quæſt. 3. pun.
1. num. 14. Squillan. de Privil. Cleric. cap. 2. num. 134.
& 150.* ubi dicit, quod gratia ad beneplacitum di-
19 gnitatis conceſſa, non expirat morte concedentis
re integra, quando dignitas eſt perpetua, & ſuc-
ceſſorem habet; ſecùs ſi non ſit perpetua, nec ha-
20 beat Succeſſorem, prout eſt legatus Pontificis, &
Vicarius Epiſcopi, quibus mortuis, vel ceſſantibus
eorum officiis extinguitur ſimilitèr eorum digni-
tas, *ex trad. per Felin. in cap. ex litteris, C. de Conſtit.*

Aut verò commiſſio facta alicui expreſſo no-
21 mine dignitatis, & perſonæ, cenſeatur facta con-
templatione perſonæ, vel dignitatis? Reſp. quod
cenſetur facta contẽplatione perſonæ alioquin no-
men perſonæ inutiliter, & fruſtrà poneretur, *Bonac.
loc. cit. d. pun. 1. n. 15. & pun. 8. num. 3. Ricc. in Prax. for.
Eccleſ. reſ. 614. Gut. de Matr. cap. 125. Squillan. de
Privil. Cleric. cap. 2. num. 190. & ſeq.* ubi dicit, quod
22 talis delegatus poteſt in cauſa procedere, etiamſi
tempore præſentationis reſcripti dignitatem reſi-
gnaverit, dummodò tempore datæ, ſeu impetra-
tionis reſcripti fuerit in dignitate, *ut cenſuit etiam
Sac. Congregatio teſte Garc. de Beneſ. par. 9. cap. 2. num.
351.* niſi fortè talis delegatus dignitate privatus
fuerit in pœnam delicti, vel ad ſtatum incompati-
bilem tranſiverit, ità ut factus fuerit incapax Ec-
cleſiaſticæ juriſdictionis, *l. Caſſius, ff. de Senator.
Bald. in l. generaliter, num. 7. C. de Epiſc. & Cler. & in
l. prædia, num. 4. C. de Fideic. Bonacin. de legib. diſp. 1.
quæſt. 3. pun. 8. §. 1. num. 13.*

23 Ex dictis infertur, quod facultas alicui con-
ceſſa, conferendi beneficia perſonis incertis, non
expirat per obitum concedentis re integra: quià
hujuſmodi facultas eſt quædam gratia, *cap. ſi cui de
Præb. in 6.* quod procedit, dummodò talis gratia
conceſſa ſit in favorem collaturi; ſecùs ſi detur po- 24
teſtas conferendi perſonis expreſſis non in favorem
collaturi, ſed in favorem eorum, quibus beneficia
conferenda ſunt: quia tùnc talis facultas expirat
morte concedentis re integra; ratio differentiæ eſt,
quià in priori caſu gratia eſt jam facta, & omninò
perfecta, & nullius executione indiget reſpectu
collaturi beneficia; in ſecundo verò caſu gratia
non eſt facta, ſed facienda; & ideò habet vim man-
dati, quod expirat morte mandantis re integra,
*gloſ. in d. cap. ſi cui, de Præb. in 6. Suar. de legib. lib. 8.
cap. 31. Sylv. in ver. gratia, quæſt. 2. Nav. in man. cap.
27. num. 253. Sayr. de Cenſur. lib. 7. cap. 14. num. 7.
Bonacin. de legib. diſp. 1. quæſt. 3. pun. 8. §. 1. num. 23.*

Infertur ſecundo, quod litteræ dimiſſoriæ per 25
proprium Epiſcopum conceſſæ ad ordines ſuſci-
piendos à quolibet alio Epiſcopo, non expirant
per obitum ipſius concedentis, re integra, quià
hæc eſt gratia jam facta, *Eman. Sà in ver. Dimiſſoriæ,
& in ver. Gratia, Garc. de Beneſ. par. 6. cap. 2. num. 321.
Suar. 4. tom. diſp. 27. ſect. 4. num. 8. Bonacin. de Sacram.
diſp. 6. quæſt. un. pun. 4. num. 21. & in tract. de legib.
diſp. 1. quæſt. 3. pun. 8. §. 1. num. 27. Squillan. de Pri-
vil. Cleric. cap. 2. num. 162. & ſeq.* ubi idem dicit de
litteris conceſſis à Vicario Epiſcopi de ſpeciali ipſi-
us Epiſcopi commiſſione, vel eo agente in remotis,
vel a Capitulo Sede vacante, quando eas conceda-
re poteſt *per textum in cap. 3. de Temp. ord. in 6.*

Infertur Tertio non expirare per mortem Pa- 26
pæ facultatem teſtandi conceſſam Epiſcopo, vel
aliis, etiam re integra, cum ſit gratia jam facta,
Garc. de Beneſ. par. 6. cap. 2. num. 311. & ſeq. ubi
ſubjicit, quod nec licentia eligendi Confeſſarium
data à Papa, vel ab Epiſcopo, expirat morte con-
cedentis, *Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 3. allegat.
114. num. 25. Ricc. par. 3. dec. 309. & par. 4. dec. 126.
num. 6. Squillan. de Privil. Cleric. d. cap. 2. num. 166.*

Infertur Quarto, quod licèt delegatus Papæ 27
regularitèr non poſſit exequi ſuam ſententiam, ni-
ſi uſque ad Annum, *cap. quærenti, de offic. deleg.* ta- 28
mèn poteſtas executoris litterarum Apoſtolica-
rum, cui mandatur, ut proviſum in poſſeſſionem
beneficii inducat, & defendat inductum &c. durat
etiam poſt Annum à ſententia lata contra intru-
ſum, ſeù contradictorem, quandiù non eſt facta
executio: quia hujuſmodi poteſtas cum ſit acceſ-
ſoria ad gratiam, debet durare, ſicùt ipſa gratia,
*Squillan. de Privil. Cleric. cap. 2. n. 88. & ſeq. late Garc. de
Beneſ. par. 6. c. 2. n. 146. & ſeq.* ſubdens, quod quando
proviſus ſemel fuit in poſſeſſionẽ plenè, & pacificè
inductus, poteſtas executoris ſtatim expirat, nè
præjudicetur poteſtati Ordinarii, *arg. cap. ad hæc,
de Reſcript. cap. in litteris, de offic. deleg. cap. pervenit,
11. quæſt. 1. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de ref. cap. 20.* niſi
fortè proviſus in continenti moleſtetur; hoc enim
caſu adhùc duraret poteſtas executoris Apoſtolici:
quià non poteſt dici facta executio, ſi incontinenti
ſequatur turbatio, *Jo. Andr. & Abb. in d. cap. quæ-
renti, Staphil. de litt. grat. tit. de vi, & effect. clauſul.
§. ſignificatio clauſulæ, inducentes, num. 3. Ricc. in Prax.
var. reſol. 299.*

Quæres, an poteſtas Clerici delegati, qui tu- 29
lit cenſuram, duret poſt interpoſitam appellatio-
nem quoad effectum abſolvendi a Cenſura? af-
firmant *Suar. de Cenſur. diſp. 7. ſect. 2. num. 32. &
alii apud Bonacin. eod. tract. diſp. 1. quæſt. 3. pun. 1.
num. 9.* quod procedit; ſivè delegatus appellatio-
nem

nem admiſerit, ſiuè non, *latè Squilian. de Privil. Cleric. cap. 2. num. 85.*

S V M M A R I V M.

1 *Clericus non tenetur ſuſcipere tutelam.*
2 *An, & quando poſſit admitti ad Clericatum is, qui eſt tutor de præſenti, vel fuit tutor de præterito.*
3 *Clericus poteſt ſe à tutela excuſare, etiàmſi in illa ſeſe ingeſſerit antè Clericatum.*
4 *Quilibet excuſatur à tutela propter militiam ſupervenientem.*
5 *Clericus volens admittitur ad tutelam legitimam proximorum conſanguineorum:* declaratur num. 7.
6 *Tutela eſt officium pium.*
7 *Clericus poteſt ſuſcipere tutelam legitimam, quando eſt unica, secùs ſi eſſent plures.*
8 *Clericus etiàm volens non poteſt admitti ad tutelam teſtamentariam, vel dativam:* limitatur nu. 9.
10 *An Clericus poſſit cogi ad ſuſcipiendam tutelam pauperum, vel miſerabilium perſonarum.*
11 *Clericus, qui noluit acceptare tutelam legitimam, non privatur ſucceſſione pupilli, nec amittit legatum ſibi à teſtatore factum cum hac conditione, ut ſuſcipiat tutelam filiorum ipſius teſtatoris.*
12 *An, & quando Clerici poſſint comparère uti Procuratores coram Judice laico.*

An Clericus teneatur ſuſcipere tutelam.

C A P. X X V.

1 RESp. negativè, ſive ſit tutela teſtamentaria, ſivè dativa, ſivè etiàm legitima; ratio eſt, quià cum Clerici miniſteriis Eccleſiaſticis ſint aſcripti, non debent prophanis negotiis occupari, *cap. pervenit, ubi gloſ. diſt. 86. l. generalitèr juncta auth. ſed hodie, C. de Sacroſ. Eccleſ. auth. Presbyte-*
2 *ros, C. de Epiſc. & Cler.* quod intelligendum eſt de Clericis conſtitutis in Sacris ordinibus, vel in minoribus habentibus beneficium Eccleſiaſticum, *juxta textum in cap. 1. de Poſtulan.* proùt infra dicemus. Immò ſi quis eſſet tutor de præſenti, vel fuiſſet de præterito, non poſſet admitti ad Clericatum, niſi depoſita tutela; & reddita ratione adminiſtrationis, *cap. 1. diſt. 53. cap. unic. de oblig. ad ratiac. & ibidem DD. Paul. Montan. in tract. de Tutel. cap. 35. reg. 1. num. 195. & 199.* ubi dicit, quod Clericus poteſt ſe à tutela excuſare, etiàmſi in illa ſeſe
3 ingeſſerit antè clericatum: quemadmodum à tu-
4 tela quilibet excuſatur propter militiam ſupervenientem, *l. milites, ubi DD. C. Qui dar. tutor. poſ. vide Alber. in d. auth. Presbyteros, Squillan. de Privil. Cle. cap. 14. num. 1. & ſeq.*
5 Obſerva tamèn, quod Clericus volens admit-
6 titur ad tutelam legitimam proximorum Conſanguineorum, cum ſit officium pium, *cap. generalitèr, 16. quæſt. 1. Cavalc. de Tut. & Cur. num. 288. Bellett. par. 1. Diſquiſ. Cleric. tit. de Diſcipl. Cleric. §. 32. Layman. in Theol. mor. lib. 3. tract. 4. cap. 9. num. 4.*
7 quod procedit, dummodò tutela legitima ſit unica; nàm ſi eſſent plures, eas non poſſet ſuſcipere, *latè Squillant. de Privil. Cler. cap. 14. num. 2. & ſeq.*
8 ſubdens, quod Clericus etiàm volens non poteſt admitti ad tutelam teſtamentariam, vel dativam, itaùt ſi Clericus ageret uti tutor teſtamentarius, vel dativus, poſſet ei opponi de nullitate tutelæ,
9 & propterea rejiciendus eſſet à limine judicii; niſi pupilli eſſent pauperes, vel miſerabiles perſonæ:
tunc enim Clericus non ſolùm admittitur accedente Superioris auctoritate, ſed etiam poſſet in 10
ſubſidium cogi, quandò alius Tutor non inveniretur ità aptus, ut bona pupilli adminiſtret, *cap. pervenit, diſt. 86. cap. 1. diſt. 89. Graff. in deciſ. aur. par. 2. lib. 3. cap. 2. num. 12. Paul. Montan. d. cap. 35. reg. 1. num. 197.*

Obſerva Secundo, quod Clericus, qui no- 11
luit aecceptare tutelam legitimam, non privatur ſucceſſione pupilli, nec amittit legatum ſibi à teſtatore factum cum hac conditione, ut ſuſcipiat tutelam filiorum ipſius teſtatoris, *d. cap. pervenit, diſt. 86. Graff. loco cit. d. lib. 3. cap. 2. num. 13. Squillant. d. cap. 14. num. 15. Car. de Graſ. de effect. Cleric. eff. 16. num. 25.* 12

Ex dictis infertur, quod Clerici in Sacris conſtituti, vel in minoribus habentes Eccleſiaſticum beneficium, non poſſunt exercere officium Procuratoris, vel Advocati coram Judice laico in ſæcularibus negotiis, niſi propriam cauſam, vel Eccleſiæ proſequantur, vel ex neceſſitate pro perſonis conjunctis, aut miſerabilibus, *cap. 1. & fin. ubi gloſ. & DD. de Poſtulan. Navar. conſ. 2. de Poſtulan. Vivian. de Jurepatr. par. 2. lib. 6. cap. 1. num. 212. & alis apud Squillant. de obligat. Cleric.* ubi ſubdit, quod ſi Clerici prædicti de facto compareant uti procuratores coram Judice ſæculari, acta eſſent valida, ſi de hoc non opponantur.

S V M M A R I V M.

1 *Legatum pauperibus Clericis relictum, debetur Clericis pauperioribus.*
2 *Relictum Eccleſiæ alicujus Sancti, debetur pauperiori, ſi plures exiſtant in loco Eccleſiæ ejuſdem tituli:* limitatur num. 4.
3 *Cauſa Eccleſiæ, & cauſa pauperum æquiparantur.*
4 *Quid ſi Teſtator, qui legavit, in altera earum Eccleſiarum magis verſabatur.*
5 *Legatum relictum Eccleſiæ, vel pauperibus, cenſetur annuum, & perpetuum.*
6 *Legatum relictum Eccleſiæ, vel pauperibus poteſt propria auctoritate capi.*
Ex Legato relicto Eccleſiæ, vel pauperibus non detrahitur falcidia, ibidem.
7 *Legatum rei alienæ ignoranter factum, debetur Eccleſiæ, & pauperibus.*
8 *Legatum factum Eccleſiæ, aut pauperibus, non comprehenditur ſub generali ademptione legatorum.*
9 *In collatione Beneficii præfertur pauperior.*
10 *Paupertas probatur Judicis arbitrio.*
11 *Quid ſi in loco nullus adeſſet Clericus pauper.*

Cui debeatur legatum ſimplicitèr relictum Clericis pauperibus certi loci, ſi in eo loco plures ſint Clerici, qui paupertatem laborent.

C A P. XXVI.

RESp. quod debetur Clericis pauperibus ejuſ- 1
dem loci, *l. ſi quis ad declinandam, ibi, qui pauperior eſſe dignoſcitur, C. de Epiſc. & Cleric. Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 93. num. 18. latè Leoncill. de Privil. pauper. in ver. Eccleſia, 2. privil. 99.* ubi dicit,
quod legatum relictum Eccleſiæ alicujus ſancti, 2
ceſſantibus conjecturis, debetur Eccleſiæ ejuſdem titu-

3 tituli; cauſa enim Eccleſiæ, & cauſa pauperum
æquiparantur *l. omnia privilegia 33. C. de Epiſc. &
Cler. Rimin. ſen. conſ. 581. num. 5. lib. 5. Covar. in cap.
quamvis pactum, de Pact. in 6. par. 2. §. 2. num. 3.* ubi
dicit, quod relicta pauperibus, & Eccleſiæ ſimil-
lima ſunt, parique jure cenſentur, *Odd. de Reſtit. in
integr. par. 1. quæſt. 11. art. 9. num. 48. Jaſ. in auth.
quas actiones, num. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ. & in l. tradi-
tionibus, num. 17. C. de Pact. Leoncill. in ver. Eccleſia
4 1. privil. 98. num. 1. & d. privil. 99. num. 7.* ubi ſub-
dit, quod ſi in loco adeſſent plures Eccleſiæ ejuſ-
dem tituli, & in earum altera teſtator magis ver-
ſabatur, ei cenſetur potiùs reliquiſſe ratione af-
fectionis.

5 Hinc infertur, quod ſicùt legatum relictum
Eccleſiæ, cenſetur annuum, & perpetuum, itá
etiam legatum relictum Clericis pauperibus erit
annuum, & perpetuum, *latè Peregrin. de fideicom.
art. 30. num. 11. Socin. conſ. 48. vol. 3. Gennenſ. in Pra-
ctical. Eccleſ. quæſt. 225. Leoncill. d. tract. in ver. Lega-
tum 4. privil. 205. num. 4. & ſeq.*

6 Infertur Secundo, quod ſicùt legatum reli-
ctum Eccleſiæ poteſt capi propria auctoritate,
cum ex eo non detrahatur falcidia, itá etiam lega-
tum pauperibus Clericis relictum: hoc enim uti
pium ſolvendum eſt integrum, nec patitur dimi-
nutionem, *Tiraq. de Pia cauſ. priv. 45. Menoch. de
Adipiſcend. poſ. rem. 2. num. 86. Ricc. in Collect. dec. 15.
Leoncill. in ver. falcidia, num. 1. privil. 149. & in ver.
legatum 14. num. 3. & ſeq. privil. 215. & in ver. pia cau-
ſa, privil. 320. Surd. de alimen. tit. 8. privil. 16. num.
7. & ſeq.* ubi dicit, quod quando non eſt locus fal-
cidiæ, legatarius ſua auctoritate legatum capere
poteſt.

Infertur Tertio, quod ſicùt legatum rei alie- 7
næ ignoranter factum debetur Eccleſiæ itá debe-
tur pauperibus, qui gaudent Eccleſiæ privilegiis,
*Tiraq. de Pia cauſ. priv. 66. Novar. in Prax. privil.
miſerab. privil. 130. num. 4. Leoncill. d. tract. de Privil.
pauper. in ver. legatum 6. num. 5. privil. 207. & in ver.* 8
Legatum 19. privil. 220. ubi addit, quod legatum
factum Eccleſiæ, aut pauperibus non comprehen-
ditur ſub generali adeptione legatorum.

Infertur Quarto, quod pauperior etiam in 9
collatione beneficii præfertur intèr Cives paupe-
res, *Surd. de Alimen. tit. 1. quæſt. 93. num. 16. Leon-
cill. in ver. Beneficium 1. num. 2. privil. 38.*

Paupertas verò probatur Judicis arbitrio, *ex* 10
*trad. per Rip. in l. ſi conſtante, num. 30. ff. ſolut. matrim.
Covar. var. reſol. lib. 2. cap. 6. num. 8. Leoncill. d. tract.
par. 1. quæſt. 6. num. 14. Bich. dec. 141. num. 7. Honded.
conſ. 93. num. 3. & 30. lib. 1.*

Si verò in loco nullus adeſſet Clericus pau- 11
per, quod rarò accidit, tunc Epiſcopus loci Lega-
tum accipiet, & ſine falcidiæ ratione aliis pauperi-
bus, qui in loco ſunt, vel penitùs mendicantibus,
vel alia ſubſtentatione egentibus, diſtribuet, *d. l.
ſi quis ad declinandam, verſ. Sin autèm nullus &c. C. de
Epiſc. & Cleric.*

JOANNIS CAROLI ANTONELLI

PARS III.

DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS.

SVMMMRIVM.

1 *Plura beneficia curata, vel reſidentiam requirentia, non poſſunt abſque diſpenſatione Apoſtolica retineri, etiàm ſi eſſent inſufficientia ad vitam Clerici ſubſtentandam.*

2 *Si primum beneficium, quod Clericus obtinuit ſufficiens eſt, tunc aliud obtinere non poteſt, ſecùs ſi non ſit ſufficiens.*

3 *Epiſcopus poteſt diſpenſare, ut quis obtinere poſſit duo beneficia difformia ſub eodem tecto, quando quolibet per ſe non eſt ſufficiens.*

4 *Quan' beneficia dicantur eſſe ſub eodem tecto.*

5 *Epiſcopus non poteſt tria beneficia conferre, etiàmſi duo non ſufficerent.*

6 *Ex curſu decem Annorum præſumitur diſpenſatio Apoſtolica pro Clerico obtinente tria, aut plura beneficia ſimplicia.*

7 *Epiſcopi arbitrio remittitur, an primum beneficium ſit ſufficiens ad congruam Clerici ſubſtentationem.*

8 *Si Epiſcopus habenti beneficium ſufficiens conferret aliud ſimiliter ſufficiens, vacaret primum habita poſſeſſione ſecundi.*

An Clericus obtinere poſſit plura beneficia.

CAP. XXVII.

1 NON loquimur hic de pluribus beneficiis
curatis, vel aliàs reſidentiam requirentibus:
quià hæc non poſſunt abſque diſpenſatione Apoſtolica ſimul retineri, etiàm ſi eſſent
inſufficientia ad vitam Clerici ſubſtentandam, *ut
declaravit Sac. Congregatio, & Rota Rom. decis. 310.
num. 4. par. 2. recent. prout refert Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 62. num.* 20. ſed loquimur de
pluribus beneficiis ſimplicibus.

2 Ad quæſitum verò reſp. diſtinguendo: aut
enim primum beneficium ſimplex, quod Clericus
obtinuit, ſufficiens eſt ad vitam ejus honeſtè ſubſtentandam, & tunc aliud obtinere non poteſt;
aut primum non eſt ſufficiens, & eo caſu poteſt
Epiſcopus eidem Clerico aliud ſimplex ſufficiens
3 conferre, *ità ſancivit Sacra Tridentina Synodus ſeſ.* 24.
de ref. cap. 17. quod procedit etiamſi beneficia eſſent
ſub eodem tecto, dummodo ſint difformia; poteſt
enim Epiſcopus ex cauſa diſpenſare, ut quis obtinere poſſit duo beneficia difformia, ſivè diſſimilia
ſub eodem tecto, quando quodlibet per ſe non eſt
ſufficiens ad ſubſtentationem proviſi, *ut cenſuit Sac.
Congregatio teſte Garc. de Benef. par. 11. cap. 5. numer.
377. Barboſ. d. par. 3. alleg. 62. num. 17. Gavant. in
man. Epiſcop. ver. Beneficiorum pluralitas, num. 8. &*
10. ubi dicit, quod beneficium ſitum in Cappella, 4
clauſtro, cœmeterio, ſeù ambitu contiguis Eccleſiæ, cenſetur eſſe in eadem Eccleſia, *latè Layman.
in Theol. mor. lib. 4. tract. 2. cap. 9. num. 7.*

5 Ex quo inferunt DD. non poſſe Epiſcopum
abſque diſpenſatione Apoſtolica tria, aut plura beneficia conferre, etiam ſi duo nõ ſufficerent ad ſubſtentationem, *Salzed. ad Dian. in pract. crim. canon. cap.
49. lit. C. Vivian. in prax. Jurispatr. par. 2. lib. 6. cap. 10.
nu. 3. & aliis apud Barboſ. d. par. 3. alleg. 62. n. 6. Gavant.
in man. Epiſcop. ver. Beneficiorum pluralitas, num.* 13.

6 Obſerva tamen, quod ex curſu decem Annorum præſumitur diſpenſatio Apoſtolica pro Clerico obtinente tria, aut plura beneficia ſimplicia,
*Pariſ. de reſignat. lib. 3. quæſt. 6. numer. 74. Ricc.
in Prax. for. Eccleſ. deciſ. 701. in prim. edit. & reſol. 593. in ſecunda edit. ubi refert, ità deciſum fuiſſe in
Rota Romana, Barboſ. d. all. 62. numer.* 30. undè
Clericus in tali caſu liberatur ab onere probandi
hujuſmodi diſpenſationem; licèt teneatur hanc
præſumptionem allegare, *ex trad. per Honded. conſ.
77. num. 31. lib. 1. Menoch. de Præſumpt. lib. 1. quæſt.
48. num. 2. & ſeq.*

7 Obſerva Secundo, quod arbitrio Epiſcopi remittitur, an primum beneficium ſit ſufficiens ad
congruam ſubſtentationem proviſi pro diverſitate
perſonarum, locòrum, regionum, temporum &c.
*Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 15. num. 39. Pariſ. de
Reſign. lib. 5. quæſt. 6. num. 151. Barboſ. d. alleg. 62.
num. 11. Jordan. Elucubr. diverſ. tom. 2. lib. 9. tit. 1.
de Diſpenſat. num. 404. Gavant. in man. Epiſcop. ver.
Beneficiorum pluralitas, num. 14. &* 15. ubi ſubiicit,
quod in hoc non eſt habenda ratio bonorum patrimonialium, vel penſionis.

8 Obſerva Tertio, quod ſi Ordinarius habenti
beneficium ſufficiens conferat aliud ſimiliter ſufficiens, vacaret primum habita poſſeſſione ſecundi,
*ut cenſuit Sac. Congregatio teſte Garc. de Beneſ. par. 11.
cap. 5. nu. 283. verſ. alia etiam &c. Gavant. loco cit. n. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Ad obtinendum beneficium ſimplex requiritur ætas 14. annorum ſaltem inceptorum.*

2 *Super ætatis defectu non poteſt Epiſcopus diſpenſare,*

re, niſi in fundatione aliter dicatur.

3 *Minor* 14. *annorum non poteſt præſentari ad beneficium Jurispatronatus.*

4 *Quænam ætas requiratur ad obtinendum Canonicatum in Eccleſia collegiata.*

5 *Ad obtinendos Canonicatus in Eccleſia Cathedrali, quibus ordo ſacer annexus eſt, requiritur ætas ad talem ordinem requiſita.*

6 *In Canonico pœnitentiario ultrà gradum Doctoratus requiritur ætas* 40. *annorum inceptorum: limitatur* num. 7.

8 *Ad obtinendum beneficium parochiale, vel eccleſiaſticam dignitatem, cui animarum cura ſubeſt requiritur ætas* 25. *annorum ſaltem inchoatorum.*

9 *Ad obtinendas dignitates, vel perſonatus, quibus cura Animarum non eſt annexa, requiritur ætas* 22. *annorum completorum: limitatur* num. 10.

11 *Ad coadjutoriam à Papa conceſſam requiritur eadem ætas, quæ requiritur ad titulum beneficii.*

12 *Proviſio facta non habenti ætatem requiſitam eſt nulla.*

13 *Quid ſi una dies, vel hora deſit.*

14 *In his, quæ à jure determinata ſunt, non licet arbitrari.*

15 *Quænam ætas ad obtinendam penſionem requiratur.*

Quænam ætas requiratur in Clerico ad obtinenda beneficia Eccleſiaſtica.

C A P. XXVIII.

1 Reſp. quod ad obtinendum beneficium ſimplex requiritur ætas 14. annorum ſaltem inceptorum, *ex Concilio Tridentino ſeſſ. 23. de ref. cap. 6. Henriq. in Sum. lib. 10. cap. 19. §. 2. Leſſ. lib. 2. cap. 34. num. 109. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 60. num. 76. Ricc. par. 4. deciſ. 281. & ità cenſuit Sac. Congregatio teſte Squillan. de privil. Cleric. cap. 4.*

2 *num. 61. & ſeq.* nec poteſt Epiſcopus in hoc diſpenſare, niſi in fundatione alitèr dicatur, *ut cenſuit eadem Sac. Congregatio teſte Ricc. in Prax. for. Eccleſ. reſol. 331. Campan. in Diverſ. rub. 7. cap. 6. nu. 2. Eman. Sà in verb. beneficium, num. 30. Squillan. loco cit. cap. 4.*

3 *num. 61. & ſeq.* ubi dicit, quod minor 14. annorum non poteſt præſentari ad beneficium juriſpatronatus etiam pendente ſupplicatione Summo Pontifici porrecta ſuper diſpenſatione.

4 Secundo ad obtinendum Canonicatum in Eccleſia Collegiata etiam inſigni requiritur ſimilitèr ætas 14. annorum ſaltem inceptorum, ſicut ad alia beneficia ſimplicia, quià Concilium Tridentinum *ſeſſ. 22. de ref. cap.* 4. in hoc nihil innovavit, *ut declaravit Sac. Congregatio apud Garc. de Benefic. par. 7. cap. 4. num. 37. Gonz. gloſ. 5. num. 29. Mandoſ. conſ. 20. Ricc. in Prax. for. Eccleſ. reſ. 512. num. 3.*

5 Tertio ad obtinendos Canonicatus in Eccleſia Cathedrali, quibus ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. de ref. cap.* 12. eſt annexus ordo Sacer, requiritur ætas ad talem ordinem requiſita; undè ſi canonicatui annexus eſt ordo presbyteratus, proviſus debet eſſe major 24. annis, ità ut attigerit annum 25. ſi eſt illi annexus ordo Diaconatus, proviſus debet eſſe major 22. annis, itaut attigerit annum 23. & ſi canonicatui annexus ſit ordo Subdiaconatus, proviſus ſimilitèr debet eſſe major 21. annis, ita ut attigerit annum 22. *Henriq. in Summ. lib. 10. cap. 19. §. 2. Majol. de Irregul. lib. 1. cap. 30. num. 12. Ricc. par. 4. deciſ. 340. Garc. par. 7. cap. 4. nu. 21. Squillan. d. cap. 4. num. 67.* ſed in Canonico Pœnitentiario ultra gradum doctoratus, vel licentiæ in Theologia, vel jure Canonico, requiritur ætas 40. annorum inceptorum, *juxtà Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. de ref. cap. 8. vide Garc. d. par. 7. cap. 4. nu.* 6

33. ubi dicit, quod non obſtaret defectus hujuſmodi ætatis, ſi aptior in Civitate, vel Diœceſi non reperiatur. 7

Quarto ad obtinendum beneficium parochiale, vel eccleſiaſticam dignitatem, cui animarum cura ſubeſt, requiritur ætas 25. annorum ſaltem inchoatorum, *cap. cum in cunctis, §. Inferiora, de elect. cap. licèt canon. eod. tit. in 6. Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. de ref. cap. 12. Leſſ. lib. 2. cap. 34. num. 107. & ſeq. Nav. in man. cap. 25. num. 116. Ricc. par. 4. deciſ.* 349. 8

ad obtinendas verò alias dignitates, vel perſonatus tàm in Eccleſiis Cathedralibus, quam Collegiatis, quibus nulla ſubeſt cura Animarum, requiritur ætas 22. annorum completorum, *ex Concil. Trident. d. ſeſſ. 24. cap. 12. Leſſ. loco cit. cap. 34. num. 108. Molin. de Juſtit. 2. tom. diſ. 573. Mandoſ. de ætat. minor. cap. 1. nu. 101. & declaravit Sac. Congregatio teſte Garc. par. 7. cap. 4. num. 62. & 70.* quod intelligendum eſt, niſi dignitates hujuſmodi habeant annexum ordinem Presbyteratus: quià tunc requireretur ætas ad Sacerdotium requiſita, *Squillan. d. cap. 4. num.* 76. 9 10

Quinto ad coadjutoriam à Papa conceſſam requiritur eadem ætas, & habilitas, quæ requiritur, & ſufficit ad titulum beneficii, *Caputaq. deciſ. 127. Gonzal. gloſ. 5. §. 9. num. 6. Squillan. loco cit. d. cap. 4. num. 79. & 81.* alias proviſio facta non habenti ætatem requiſitam, eſſet nulla, licèt modicum tempus, ut una dies, vel hora deſit: quià in his, quæ a jure determinata, & limitata ſunt, non licet arbitrari, *Pariſ. de Reſign. lib. 4. quæſt. 9. num. 20. Veg. in Summ. par. 1. cap. 36. caſ. 5. & 21. Garc. par. 7. cap. 4. num. 84. Rodriq. in Summ. 1. tom. cap. 30. num. 1.* 11 12 13 14

Sexto ad obtinendam penſionem ſufficit ætas ſeptem annorum, *ſecundùm Gig. de penſ. quæſt. 13. Merend. conſ. 29. Ricc. in Prax. for. Eccleſ. reſ. 367. & par. 4. deciſ.* 186. alii tamen aſſerunt eamdem ætatem requiri in penſione, quæ exigitur in beneficio ſimplici, *& ità declaraſſe Sacr. Congregationem refert Garc. de benef. par. 1. cap. 5. num. 128. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 3. alleg. 60. num. 79. Campan. in Diverſ. rub. 7. cap. 6. num. 5. & rub. 11. cap. 14. num. 16. Squillan. de Privil. Cleric. cap. 5. num. 13.* 15

S U M M A R I U M.

1 *Clericus etiam primæ tonſuræ capax eſt beneficii eccleſiaſtici.*

2 *Prima tonſura non eſt ordo, ſed præparatio ad ordines ſecundum Theologos.*

3 *Prima tonſura ſecundùm Canoniſtas eſt ordo.*

4 *Laicus, qui non habet primam tonſuram, non poteſt ad beneficium præſentari.*

5 *Clericatus neceſſariò non requiritur de tempore nominationis factæ à Patrono, ſed de tempore factæ præſentationis coram Ordinario.*

6 *Vicarius Capituli ſede vacante poteſt infra annum concedere dimiſſorias ei, qui eſt præſentatus à Patronis Laicis ad beneficium juriſpatronatus.*

7 *An is, qui non ordinatus ordines recepit vigore litterarum dimiſſoriarum Capituli ſede vacante infrà annum ſit capax beneficii eccleſiaſtici.*

8 *An Clericus ordinatus ab alieno Epiſcopo ſine litteris, aut cum falſis dimiſſoriis, poſſit obtinere beneficia eccleſiaſtica.*

9 *An ordinatus ab Epiſcopo excommunicato, ſeu ſuſpen-*

ſo, aut per ſaltum, vel ante ætatem, beneficia obtinere poſſit.

10 *An ſufficiat prima tonſura ad obtinendum beneficium quod habet annexum onus celebrandi miſſas.*

11 *Cappellanus per alium Miſſas celebrare poteſt, niſi expreſsè in erectione dicatur, quod per ſeipſum celebret.*

An Clericus primæ tonſuræ ſit capax beneficii Eccleſiaſtici.

C A P. XXIX.

1 REſp. affirmativè, *per textum in cap. cum contingat, de ætat. & qualit. ubi Canoniſtæ communiter*, quamvis enim ſecundum Theologos
2 prima tonſura non ſit ordo, ſed diſpoſitio, & præparatio ad ordines, tamen ſecundùm Canoniſtas eſt ordo, quorum ſententiæ adhærendum eſt in fa-
3 vorabilibus, *& ita ſenſerunt Suar. de Relig. tract. 3. lib. 4. cap. 13. num. 8. Squillant. de privil. Cleric. cap. 4. num. 5. & 6. & alii apud Garc. de Benefic. par. 7. cap. 1.*
4 *§. 1. num. 1. & ſeq.* ubi dicit, quod Laicus, qui non habet ſaltem primam tonſuram, non poteſt ad beneficium præſentari, aliàs præſentatio eſſet nulla.

6 Obſerva tamen, quod Clericatus neceſſariò non requiritur de tempore nominationis factæ à Patrono, ſed de tempore factæ præſentationis coram Ordinario: quià tunc verè fit præſentatio, quando nominatio, ſeu ſcriptura nominationis præſentatur Ordinario, *Franc. in cap. 1. §. verum, num. 1. de Jurepatr. in 6. Rot. decis. 3. de Jurepatr. in nov. Creſc. decis. 6. num. 9. & 10. eod. tit. Garc. d. part. 7. cap. 1. §. 1. num. 30. & ſeq.* ubi reſolvit, Vicarium
6 Capituli ſede vacante infra annum poſſe concedere dimiſſorias ad primam tonſuram ei, qui fuit præſentatus à Padronis Laicis ad beneficium eccleſiaſticum jurispatronatus, ut illud obtinere valeat: quià talis præſentatus videtur arctatus occaſione beneficii recipiendi, *vide Ricc. in Prax. aur. var. reſol. 98.*

7 Obſerva ſecundo quod is, qui nòn arctatus primam tonſuram, aut alios ordines recepit vigore litterarum dimiſſoriarum Capituli ſede vacante infra annum contra formam Concilii Tridentini *ſeſſ. 7. de ref. cap.* 10. adhùc erit capax beneficii eccleſiaſtici: quià taliter ordinatus non amittit hoc privilegium ipſo jure, ſed privandus eſt per ſententiam; & ideò poteſt acquirere beneficium, antequam privetur, *Navar. conſ. 20. de Temp. ord. in antiq. Proſp. de Auguſtin. in addit. ad Quaran. in Sum. Bull. ver. Capitulum ſede vacante, verſ. contingit &c. Squillant. de privil. cleric. cap. 4. num. 15.*

8 Secus eſſet, ſi Clericus ordinatus fuerit ab alieno Epiſcopo ſinè litteris, aut cum falſis dimiſſoriis: quià licèt per talem ordinationem imprimatur character, tamen non poterit obtinere beneficia, cum in tali caſu non habeat executionem ordinis, & quoad ſe ſit ſuſpenſus; & ideo nulla eſt collatio ei facta, *Capitaq. decis. 126. par. 1. Ricc. par. 5. Collect. decis. 1678. Pariſ. de Reſign. lib. 4. quæſt. 2. num. 58. Garc. de beneſ. par. 1. cap. 5. num. 14. Barboſ. de offic. & pot. Epiſcop. par. 2. alleg. 8. num. 13.*

9 Eadem pœna punitur qui ſcienter ordinatus fuit ab Epiſcopo excommunicato, ſeù ſuſpenſo, aut ſuſcepit ordines per ſaltum, vel ante ætatem ſinè diſpenſatione, *Sylv. in ver. Irregularitas, quæſt. 7. Majol. de Irregul. lib. 4. cap. 22. & 23. Barboſ. d. par. 2. alleg. 48. num. 3. Pariſ. loco cit. num. 96. 102. & 104. Garc. part. 7. cap. 14. Ricc. part. 4. decis. 150. Car. de Graſſ. de Effect. Cleric. eff. 1. num. 636. & eff. 15. nu. 28. Squillan. d. cap. 4. num. 16.*

Obſerva tertio quod ſufficit etiam primà tonſura ad obtinendum beneficium, quod habet annexum onus celebrandi Miſſas, ut ſi in erectione dicatur, quod Cappellanus celebret certas Miſſas quolibet Menſe: ratio eſt, quia eo caſu Capellania non eſt Sacerdotalis, nec actu, nec aptitudine, ea enim verba, quod Capèllanus celebret Miſſas, cenſentur poſita ad denotandum onus Capellani; 10
& ideò, niſi expreſsè dicatur, quod per ſe ipſum celebret, ſatis cenſetur proviſum voluntati fundatoris; ſi Capellanus per alium Miſſas celebret, *Eman. Sà in ver. beneſ. num. 28. & in ver. Reſidentia, & ità cenſuit Sacr. Congregatio teſte Garc. part. 7. cap. 1. num. 85.* 11

S V M M A R I V M.

1 *Clerici conjugati regulariter ſunt incapaces beneficiorum Eccleſiaſticorum: limitatur* numer. 4. 7. & ſequen.

2 *Beneficia anteà obtenta ipſo jure vacant per contractum Matrimonii; limitatur* num. 4.

3 *Status matrimonialis eſt incompatibilis cum beneficio.*

4 *Clericus invalidè contrahens matrimonium, non amittit ipſo jure beneficia.*

5 *Clericus ſcienter contrahens matrimonium in gradu prohibito, poteſt beneficiis privari per Judicis ſententiam.*

6 *Quid ſi Clericus in Sacris conſtitutus contrahat matrimonium.*

7 *Clericus contrahens ſponſalia de futuro, non amittit beneficia.*

8 *Contractus matrimonii celebratus per verba de præſenti cum impubere 11. annorum, reſolvitur in ſponſalia de futuro.*

9 *Quando Clericus conjugatus poſſit beneficia eccleſiaſtica obtinere.*

10 *An Clerici Orientales uxorati poſſint ad beneficia admitti.*

11 *Soluto matrimonio quilibet capax eſt beneficii, dummodò cum unica, & virgine contraxerit.*

An, & quando Clerici Conjugati ſint capaces beneficiorum.

C A P. XXX.

REſp. quod Clerici conjugati regulariter ſunt incapaces beneficiorum, niſi per Summum Pontificem diſpenſentur: non enim poteſt Epiſcopus cum illis diſpenſare, etiamſi beneficium eſſet ſimplex, *cap. 2. de Cleric. coniug. cap. unic. eod. tit. in 6. Abb. in cap. Joannes, de Cleric. conjug. Selv. de beneſ. 1. par. quæſt. 7. num. 18. Henriq. in Summ. lib. 13. cap. 14. §. 1. Lambert. de jurepatr. 1. par. cap. ult. num. 76. & ſeq. Flamin. Pariſ. de Reſign. beneſ. lib. 4. quæſt. 2. à num. 27. Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 42. num. 14. Leſſ. de Juſt. & jur. lib. 2. cap. 34. dub. 21. & alii apud Garc. de beneſ. par. 7. cap. 5. num. 1. & ſeq. & par. 11. cap. 8.* ubi dicit, quod beneficia anteà obtenta per 1
Clericum in minoribus ordinibus conſtitutum, 2
ſtatim ipſo jure vacant per contractum matrimonii abſque alia Judicis ſententia, etiam non ſequuta copula: quia Clericus tunc ſpontè aſſumit ſta- 3
tum incompatibilem cum beneficio, *gloſ. in d. cap. unic. de Cleric. coniug. in 6. Sylv. in ver. Clericus 2. num.*

Digitized by Google

2. *Gig. de Penſion. quæſt.* 54. *Nav. in man.cap.*25. *num.*
120. *Tolet. in Summ. lib.* 4. *cap.* 18. *num.*4. *Guid.pap.dec.*
239. *Ricc. par.*5. *deciſ.* 1864. *Squillan. de Privil. Cleric.*
cap. 4. *nu.* 83. *& ſeq.* ſubdens, quod ſi matrimonium
eſſet irritum, Clericus contrahens non amitteret
4 ipſo jure beneficia, quià Canones loquuntur de
matrimonio valido, *Card. in clem. gratiæ, de Reſcrip.*
Dec. conſ. 166. *vol.* 1. *Leß. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 21. *num.*
113. *Car. de Graß. de effect. clericat. eff.* 5. *num.* 22. *par.*
11. *cap.* 8. *num.* 10. poteſt tamen in tali caſu per Ju-
dicis ſententiam beneficiis privari, ſi ſcienter con-
traxit matrimonium in gradu prohibito, *ut tradunt*
5 *DD. citati*. Idem dicendum in Clerico beneficiato
in ſacris conſtituto, ſi matrimonium contrahat de
facto: nam licèt non amittat ipſo jure beneficia,
6 cum ſit omninò inhabilis ad matrimonium, tamen
eis privandus eſt in pęnam delicti per ſententiam
Judicis, *gloſ. fin. in cap.* 1. *ubi Butr. & Imol. de Cler.*
conjug. Henriq. in Summ. lib. 7. *cap.* 36. §. 1. *litt. G. &*
alii apud Garc. de Benef. part. 11. *cap.* 8. *num.* 17. *ubi de*
communi teſtatur.

Notandum eſt autem, quod Clericus, ſi con-
7 traheret ſponſalia de futuro, non amitteret benefi-
cia, *Leß. d. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 114. *ubi de communi*,
Car. de Graß. eff. 5. *num.* 16. *Rot. deciſ.* 1. *de Cleric.con-*
jug. in novis, & deciſ. 21. *de Probat. in antiq. Abb.conſ.*
62. *num.* 18. *par.* 2. *Fuſc. de viſit. lib.*2. *cap.*28. *num.*18.
& alii apud Garc. d. part. 11. *cap.* 8. *num.* 19. *& ſeq.*
8 unde Clericus in minoribus contrahens matrimo-
nium cum impubere 11. annorum per verba de
præſenti, beneficia non amitteret: quia hic con-
tractus juris interpretatione ſolùm eſt ad ſponſalia
de futuro, *per tex. in cap. fin. de Deſponſat. impub. cap.*
1. §. 1. *eod. tit. in* 6. *& obſervat. Garc. loco cit.*

Notandum ſecundo quod Clericus conjuga-
tus cum unica, & virgine, poterit beneficium ec-
9 cleſiaſticum obtinere, ſi legitima uxoris licentia
obtenta promoveatur ad Sacros ordines, dummo-
do uxor promittat continentiam, ſi ſenex ſit, vel
ſi Juvenis, profiteatur religionem, *Sanch.de matrim.*
lib. 7. *diſp.* 42. *num.* 16. *Tancred. eod. tract. diſp.* 42. *nu.*
5. *Squillan. d. cap.* 4. *num.* 91. *Car. de Graß. eff.*5. *num.*
25. *& ſeq.* ubi ſubiicit, quod Clerici orientales
etiam uxorati poſſunt legitimè obtinere beneficia
eccleſiaſtica, dummodo talia beneficia conſtituta
10 ſint more Græcorum.

Cæterum ſoluto matrimonio quilibet capax
eſt beneficii, dummodo cum unica, & virgine
11 contraxerit, *cap. un. de Cleric. conjug. in* 6. *Concil.Tri-*
dent. ſeß. 23. *de ref. cap.* 6. *Squillan. de privil. cleric.cap.*
4. *num.* 92. *Bonacin. de cenſur. diſp.* 2. *quæſt.* 4. *pun.* 3.
num. 2. *& ſeq. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par.*2. *alleg.*
12. *num.*25. *& ſeq.*

S V M M A R I V M.

1 *Clerici ex juſta cauſa poſſunt coram Epiſcopo ſua beneficia permutare.*

2 *Ad hunc effectum ſufficit, ut ex parte unius ex permutantibus adſit utilitas, vel neceſſitas Eccleſiæ.*

3 *In dubio præſumitur permutatio facta ex juſta cauſa, ſi Ordinarius enunciet, ſe adhibuiße cauſæ cognitionem.*

4 *An is, cui beneficium permutatione collatum evincitur, poßit ad reſignatum beneficium redire.*

5 *An beneficia reſervata poßint permutari coram Ordinario.*

6 *Si beneficium in una diœceſi ſitum permutetur cum alio alterius diœceſis, requiritur utriuſque Epiſcopi auctoritas.*

7 *An Epiſcopus ſuper beneficiis poßit imponere penſionem.*

8 *Quamdiù duret penſio per Epiſcopum impoſita, &* num. 10.

9 *Epiſcopus non Eccleſiam, ſeu beneficium, ſed tantum perſonam onerare poteſt: limitatur* nu. 10.

10 *Epiſcopus ex cauſa evidentis Eccleſiæ utilitatis poteſt perpetuam reſervare penſionem.*

11 *Epiſcopus non poteſt ſuper quotidianis diſtributionibus penſionem imponere.*

12 *Quando permutatio jam habuit effectum, permutantes amittunt omne jus in beneficiis dimißis.*

13 *An, & quando alter ex permutantibus poßit utrumque beneficium retinere.*

14 *Permutatio in tali caſu debet eße ſimplex, ſeu pura, & ſine conditione.*

15 *Permutatio triangularis prohibetur uti ſimoniaca.*

16 *Dum expeditur permutatio, poßunt permutantes in ſuis Eccleſiis, quas renunciarunt, miniſtrare: limitatur* num. ſeq.

17 *Renunciatione ab Epiſcopo, vel alio Superiore admiſſa, amittitur omnis poßeßio tum naturalis, quàm civilis.*

18 *An reſtitutio in integrum concedi debeat ei, qui incautè beneficium dimiſit, aut permutavit.*

19 *Si beneficia permutata, vel aliquod eorum ſint de jurepatronatus, permutatio non debet expediri ſine patronorum conſenſu: limitatur* num. 20. & ſeq.

20 *Quid ſi Patroni fuerunt peremptoriè vocati dato eis termino ad comparendum.*

21 *Patronus, qui poſt ſcientiam permutationis permittit, labi tempus ſibi ad præſentandum à jure conceſſum, præſumitur permutationi tacitè conſenſiße: limitatur* nu. ſeq.

22 *Si beneficium collatum fuerit cum clauſula, dummodò accedat Patronorum conſenſus, tunc non ſufficit tacitus inductus ex lapſu temporis à jure præfixi ad præſentandum.*

23 *Conſenſus tacitus dicitur fictus.*

24 *Permutatio ſubſiſtit etiam ſinè Patronorum conſenſu, ſi facta fuerit in magnam Eccleſiæ, quæ de jurepatronatus eſt, utilitatem.*

25 *Beneficium litigioſum an poßet reſignari, & permutari & ab Epiſcopo conferri.*

26 *Ordinarii tenentur negotium admißionis, vel reiectionis, reſignationis, & permutationis abſolvere infrà menſem.*

27 *Proviſus in tali caſu debet intrà tres menſes à die ſibi factæ proviſionis, illum publicare, & poßeßionem beneficii capere.*

28 *In beneficiis Parochialibus collatio intrà menſem fieri non poteſt.*

29 *Ad concurſum proponendum in Parocchialibus conceſſum eſt quadrimeſtre per aliam conſtitutionem Pii V.*

30 *Beneficium reſignatum ab eo qui Religionem eßet ingreßurus, non poteſt alteri conferri ante profeßionem.*

31 *Beneficium illius, qui matrimonium eſt contracturus, non alteri conferri, niſi eo contracto de præſenti.*

32 *Quid ſi matrimonium poſtea diſſolvatur.*

33 *An Epiſcopi in Romana Curia commorantes poßint in caſibus prædictis ibi conferre beneficia exiſtentia in propriis Diœceſibus.*

An

Digitized by Google

An Clerici poſſint coram Epiſcopo beneficia permutare.

CAP. XXXI.

1 RESp. quod Clerici poſſunt coram Epiſcopo
ſua beneficia permutare ex juſta cauſa, quã
Epiſcopus diſquirere, & recognoſcere de-
bet, ut ſi concurrat neceſſitas, vel utilitas Eccleſiæ
*cap. quæſitum, & cap. penult. de rer. permut. cap. 1. eod.
tit. in 6. clem. 1. eod. tit. & conſtat ex conſtit. B. Pii. V.
incip. Quanta Eccleſiæ Dei incommoda &c. relat. per Qua-
rant. in ver. Beneficiorum reſignationes, & in ver. Bene-
ficiorum permutatio, Nav. in Man. cap. 23. ſub nu. 100.
Genuenſ. in Prax. cap. 53. num. 8. Ricc. par. 1. dec. 37.*
2 *num. 2. & ſeq.* ſufficit autem ad hunc effectum, ut
ex parte unius ex permutantibus adſit utilitas, vel
neceſſitas Eccleſiæ, *Ricc. loco cit. Barboſ. de offic. &*
3 *pot. Epiſc. par. 3. alleg. 69. num.* 51. ubi dicit, quod
in dubio præſumitur permutatio facta ex juſta cau-
ſa, ſi ordinarius enunciet, ſe adhibuiſſe cauſæ co-
gnitionem.

4 Obſerva tamen, quod ſi beneficium alteri ex
permutantibus collatum evincatur, poterit is per-
mutatione etiam facta ad reſignatum beneficium,
Superioris auctoritate redire, *Rot. deciſ. 3. de Rer.
permut. in novis.*

5 Obſerva ſecundo quod coram Ordinario poſ-
ſunt etiam reſervata beneficia permutari, dummo-
do ea Ordinarius non conferat, cum hoc ad Sum-
mum Pontificem ſpectet, *Puriſ. de Reſignat. lib. 2.
quæſt. 16. in princ. Barboſ. d. par. 3. alleg. 69. num. 25.*

6 Obſerva tertio quod ſi beneficium in una Diœ-
ceſi ſitum permutetur cum alio alterius Diœceſis,
tunc requiritur utriuſque Epiſcopi auctoritas, &
conſenſus: quia in permutatione duorum benefi-
ciorum utrumque dimittitur, & utrumque con-
fertur; & ideò neceſſè eſt, ut utriuſque Epiſcopi
intercedat auctoritas, *Azor. inſtit. mor. par. 2. lib. 7. cap.
29. qu. 8. latè Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 3. d. alleg. 69.*
7 *num. 9. ſeq.* ubi etiam obſervat, quod poteſt Epi-
ſcopus, quando beneficia permutata ſunt inæqua-
lia, ex officio mandare, ceſſante pacto, quod reci-
piens beneficium pinguius, ſolvat aliquam pen-
ſionem ad coæquandos fructus utriuſque beneficii
permutati, *ex trad. per Anchar. conſ. 279. Gonz. ad
reg. 8. Cancell. gloſ. 14. num. 38. Navar. conſ. 43. num.
4. de Simon. in nov. edit.* poteſt enim Epiſcopus non
ſolùm in hoc caſu, ſed etiam aliis ex juſta cauſa in
collatione beneficiorum per obitum vacantium, &
ad ipſius collationem ſpectantium, ſuper fructibus
eorumdem beneficiorum penſionem imponere, ut
pro bono pacis, vel ſtudio alicujus Scholaris pau-
peris, vel ex alia rationabili cauſa, *Rebuff. de privil.
Scholar. privil. 42. Navar. conſ. 15. num. 3. de Reb. Ec-
cleſ. & conſ. 4. nu. 2. de Simon. in noviſ. Gambar. de le-
gat. lib. 6. à num. 392. Rot. in Militen. Canonicatus 6.
Martii 1596. coram Card. Millino, & in Algarbien. Ca-
nonicatus 9. Junii 1579. coram Card. Lancellotto Sen. quæ
eſt in impreſſis 519. ſub num. 3. par. 1. Diverſ. Gavant.
in man. Epiſcop. ver. penſio, num. 4. & 15.* ubi dicit,
quod in his caſibus eſt neceſſarius conſenſus ejus,
cui Epiſcopus beneficium confert, *Jordan. elucubr.
diverſ. vol. 2. lib. 9. tit. 1. de Diſpenſat. num. 489.
& ſeq.*

Notandum tamèn eſt, quod hujuſmodi pen-
ſio debet cauſæ commenſurari, eique reſpondere,
ut non excedat; alioquin nulla eſſet pro ea parte,
quæ excedit ſuam cauſam, nec ſufficeret aſſertio
Epiſcopi dicentis, cauſam interveniſſe in penſio-
ne per eum reſervata: ſed aliundè de ea conſtare
debet, *Gratian. diſcept. for. cap. 617. num. 18. Barboſ.
d. par. 4. all. 85. num. 11.* ſubdens, quod Epiſcopus 8
poteſt reſervare penſionem uſque ad vitam onera-
ti, itaut ad talem penſionem teneatur tantùm pri-
mus oneratus, non autem ſucceſſor in illo benefi-
cio; quià Epiſcopus non Eccleſiam, ſeu benefici-
um, ſed tantùm perſonam onerare poteſt: & ideò 9
onus penſionis mortuo beneficiario, ſeu amoto à
beneficio extinguitur, *cap. niſi de Præb. Leo in The-
ſaur. for. Ecceſ. par. 2. cap. 7. num. 32. & communem
dicit Bonacin. in tract. de Simon. diſp. 1. quæſt. 4. §. 15.
num. 9. & reſolvit Rot. in Calaguritana beneficii 28.
Martii 1583. coràm Lancellotto, & in alia Calagurita-
na beneficii 18. Junii 1593. coràm Gipſio; contrà Gig. de
Penſ. quæſt. 6. Caccialup. eod. tract. quæſt. 5. Layman. in
Theol. moral. lib. 4. tract. 2. cap. 18. num. 3.* niſi pen- 10
ſio fuerit impoſita ex cauſa evidentis Eccleſiæ uti-
litatis; quia tunc Epiſcopus poteſt etiam perpe-
tuam reſervare penſionem, *ſecundum Jordan. d. lib.
9. tit. 1. de Diſpenſat. num.* 5c6. dummodò non exce-
dat medietatem veri valoris beneficii, *juxtà conſti-
tutionem Urbani VIII. edit. 24. Januarii 1624. quam
refert Gavant. in man. Epiſcop. ver. penſio, nu. 3. & ſeq.*

Dixi, *ſuper fructibus &c.* quià Epiſcopus non 11
poteſt ſupèr quotidianis diſtributionis penſionem
imponere, *ut d. Gavant. loco cit.*

Obſerva Quarto, quod licèt permutantes, 12
quando permutatio jam habuit effectum, amittant
omne jus in beneficiis à ſe dimiſſis, *Gonz. ad reg. 8.
Cancell. gloſ. 15. §. 2. num. 40. & ſeq. Barboſ. d. par. 3.
alleg. 69. num.* 52. tamèn decedente altero ex per-
mutantibus, antequàm ſuperſtes ſuum beneficium
reſignaret, poteſt ſuperſtes, ſi ei collatum jam fue- 13
rit beneficium à defuncto compermutante reſigna-
tum, utrumque retinere, cum per eum non ſtet,
quin permutatio adimpleatur; niſi utrumque be-
neficium eſſet incompatibile: quià tunc mortuo
compermutante vacaret beneficium ſuperſtitis,
tanquam priùs ab eo obtentum, aut certè dabitur
ei optio, ut dimittat quod voluerit, *Hojed. de In-
compatib. benefic. par. 1. cap. 13. num. 56. & 57. Leſſ. de
Juſtic. lib. 2. cap. 34. num. 197. Azor. inſtit. mor. par.
2. lib. 7. cap. 29. quæſt. 29.*

Obſerva Quinto, quod permutatio in tali ca- 14
ſu debet eſſe ſimplex, ſeù pura, ac ſinè conditio- 15
ne: & ideò excluditur permutatio triangularis uti
Simoniaca, quæ ſcilicèt inter tres fieri ſolet, ve-
luti ſi Petrus reſignet beneficium in favorem Pau-
li, ut Paulus reſignet ſuum beneficium non in fa-
vorem ipſius Petri, ſed in favorem alterius, *Gonz.
ad reg. 8. Cancell. gloſ. 14. num. 58. Molfeſ. in ſum. tr.
6. cap. 13. num. 33. Leſſ. de Juſtit. lib. 5. cap. 35. dub.
14. Bonacin. in tract. de Simon. diſp. 1. quæſt. 4. §. 14.
num. 4. Navar. conſ. 43. num. 3. de Simon.*

Obſerva Seſto, quod dum expeditur permu- 16
tatio, poſſunt permutantes in ſuis Eccleſiis, quas
renunciarunt, miniſtrare, cum retineant adhuc
poſſeſſionem, *Flamin. lib. 1. quæſt. 7. num. 9. Tru-
lench. in expoſit. Decalog. lib. 1. cap. 8. dub. 4. num. 3.
Barboſ. d. par. 3. alleg. 69. num. 51.* niſi ab Epiſcopo,
vel ab alio legitimo Superiore renunciatio admiſ- 17
ſa fuerit: quia in tali caſu dicitur amiſſa omnis poſ-
ſeſſio tàm naturalis, quàm civilis, *Rot. deciſ. 92.
par. 1. recent. Seraph. dec. 796. num. 4. Put. deciſ. 523.
num. 1. lib. 2. & deciſ. 158. num. 4. lib. 3. Mohed. dec.
6. aliàs 237. de locat. & cond. Creſcen. dec. 2. aliàs 64.
num. 1. de Cauſ. poſſeſ. & propr.*

Ob-

18 Obſerva Septimo, quod ubi agitur de recu-
perando beneficio Eccleſiaſtico, quod quis ſemel
obtinuit, incauteque dimiſit, aut permutavit, re-
ſtitutionis in integrum auxilium concedendum
eſt, licèt beneficium alteri ſit collatum; cum tra-
ctetur de damno evitando, *Covar. lib. 1. var. cap. 5.
num. 8. in fin. Ricc. in Prax. aur. reſ. 463. 465. & 480.
Gutier. pract. lib. 2. quæſt. 139. Flamin. de Reſign. lib.
3. quæſt. 7. num. 41.*

19 Obſerva Octavo, quod ſi beneficia permuta-
ta, vel aliquod eorum ſint de jure patronatus, per-
mutatio non debet expediri ſine Patronorum con-
ſenſu: quia Patronorum intereſt, nè beneficiis
præficiantur perſonæ eis incognitæ, aut non gra-
tæ; aliàs nulla, & invalida eſſet permutatio, præ-
ſertim ſi fuerit reſervatus patronum cōſenſus cum
clauſula, *non aliter, nec alio modo &c. ex reg. quod om-
nes, ubi DD. de reg. jur. in 6. & eſt communis Doctorum
ſententia teſte Proſp. de Auguſt. in Addit. ad Quarant.
in Sum. Bullar. ver. beneficiorum permutatio, verſ. fre-
quenter &c.*

20 Limita, quando patroni fuerunt peremptoriè
vocati data eis termino ad comparendum cum ex-
preſſione cauſæ, & ipſi intrà terminum præfixum
non comparuerunt, nec contradixerunt permuta-
tioni: tunc enim ſequuta inſtitutione Ordinarii,
ulterius non audientur, nec poterunt ſe opponere
etiàm intrà reſiduum temporis dati ad præſentan-
dum; ſi verò comparuerunt declarando, ſe permu-
tationi nolle conſentire, & velle alium præſenta-
re, eo caſu poterunt uti beneficio temporis ſibi a
jure ad præſentandum conceſſi, etiamſi non præ-
ſentaverint intrà terminum in citatione præfix-
um, *ex reg. indultum, de reg. jur. in 6. Add. ad Quaran.
loco cit. verſ. frequenter &c.*

21 Limita Secundo, quando Patronus poſt ſcien-
tiam permutationis permitteret, labi tempus ſibi
ad præſentandum a jure conceſſum non contradi-
cendo, nec alium præſentando, quià in tali caſu
cenſetur permutationi tacitè conſenſiſſe, *Covar.*
22 *pract. quæſt. cap. 36. num. 9. Add. ad Quaran. ubi ſu-
prà, verſ. ex quibus &c.* niſi beneficium juriſpatrona-
tus collatum fuerit cum clauſula, *dummodò accedat
patronorum conſenſus*; tunc enim non ſufficeret taci-
tus conſenſus inductus ex lapſu temporis a jure
23 præfixi ad præſentandum: quià per dictam clau-
ſulam inducitur forma, quæ non impletur per
conſenſum tacitum, quì dicitur fictus, *Add. ad
Quaran. loco cit. verſ. quos terminos &c.*

24 Limita Tertio, quando conſtaret, permuta-
tionem factam fuiſſe in magnam Eccleſiæ, quæ de
Jurepatronatus eſt, utilitatem; quia eo caſu per-
mutatio ſubſiſteret etiàm ſinè patronorum conſen-
ſu, & ipſis invitis, *Covar. pract. quæſt. cap. 36. num.
9. Rocch. de Curt. in tract. de Jurepatr. in ver. Honoriſi-
cum, quæſt. 3. & 51. Lambertin. eod. tract. par. 1. lib.
2. art. 9. quæſt. 6. & par. 3. lib. 2. art. 9. & 10. quæſt.
3. & lib. 3. art. 5. quæſt. 5. Flamin. de Reſign. lib. 2. quæſt.
4. Cravett. conſ. 153. num. 10. Bellamer. dec. 181.*

25 Notandum Secundo, quod beneficium liti-
gioſum, ſuper quo pendet lis non poteſt permu-
tari, aut reſignari, nec ab Epiſcopo conferri, ſe-
cus ſi lis eſſet ſuper privatione beneficii, quia hoc
caſu hujuſmodi lis non facit beneficium litigio-
ſum, *Rot. in Hiſpalen. attentatorum 16. Novembris
1553. coram Aquen. Put. deciſ. 66. lib. 2. Seraph. deciſ.
945. Barboſ. d. par. 3. alleg. 69. num. 19. Gavant. in
verb. benef. reſign. num. 7. & ſeq.*

26 Notandum Tertio, quod Ordinarii locorum
infrà menſem negotium univerſum admiſſionis,
vel rejectionis reſignationis hujuſmodi, & permu-
tationis, & ſi per eos facienda erit proviſio juxtà
Canonicas ſanctiones omnino abſoluere debent, 27
& proviſus intra tres menſes à die ſibi factæ provi-
ſionis debet illam publicare, & poſſeſſionem be-
neficii capere, alioquin illis elapſis nulla erit pro-
viſio, & beneficium cenſetur vacare eo ipſo, ejuſ-
que proviſio ad Sedem Apoſtolicam devolvitur *ex
Conſtit. Greg. XIII. de public. reſign. incipien. Humano vix
judicio &c.* quam refert *Quarant. in verb. benefic. reſign.
publicatio*, & ità reſolvit, *Rot. deciſ. 666. par. 4. di-
verſ. & coram Seraphin. deciſ. 1309. num. 1. & 4. Lotter.
de re benef. lib. 3. quæſt. 21. num. 9. Barboſ. de offic. &
pot. Epiſc. par. 3. alleg. 69. num. 47.*

Prædicta autem Conſtitutio Greg. XIII. quo- 28
ad collationem faciendam intrà menſem non pro-
cedit in Parocchialibus reſignatis, in his enim col-
latio intrà menſem fieri non poteſt, quià concur-
ſus proponendus eſt juxtà Concilium Tridenti- 29
num *Seſſ. 24. de reform. cap. 18.* & ad hujuſmodi con-
curſum proponendum per aliam Conſtitutionem
Pii V. incip. in conferendis &c. conceſſum eſt quadri-
meſtre, ut rectè obſervat *Maſſobr. in prax. haben. con-
curſ. requiſit. 7. dub. 1. Barboſ. d. par. 3. alleg. 69. num. 51.*

Idem dicendum quoad eos, qui religionem 30
ingrediuntur, eo enim caſu Epiſcopus, qui admi-
ſerit reſignationem, non poteſt conferre benefici-
um intra menſem, ſed poſt Annum Novitiatus,
ac poſt emiſſam profeſſionem, *Garc. de benef. par. 11.
cap. 9. num. 23. Maſſobr. d. requiſit. 7. dub. 32. num. 9.
Barboſ. d. alleg. 69. num. 45.* Quemadmodum non
poteſt Epiſcopus beneficium illius, qui matrimo- 31
nium eſſet contracturus, ſtatim conferre, niſi eo
contracto de præſenti, *Flamin. de reſign. lib. 5. quæſt.
6. num. 163. & ſeq. Barboſ. d. par. 3. alleg. 69. num. 43.*
ſubdens, quod valida eſſet collatio beneficii reſi- 32
gnati ab eo, qui matrimonium contraxit, etiamſi
matrimonium poſteà diſſolvatur.

Notandum Quarto, quod Epiſcopi in Roma- 33
na Curia commorantes in conferendo beneficia
exiſtentia in ſuis Diœceſibus in caſibus prædictis
non poſſunt ea conferre in Urbe *cap. 2. de Præben.
in 6. Covar. lib. 3. var. cap. 20. ſub num. 8. Flamin. lib.
7. quæſt. 14. nu. 23. Proſper. de Auguſtin. ad Quarant.
in verb. benef. reſign. verſ. At autem Ordinarii*, ubi di-
cit, quod communitèr Epiſcopi adhibent caute-
lam, ut ad hunc effectum exeant ab Urbe, *Vide
Maſſobr. d. requiſit. 7. dub. 39.*

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus poteſt Ordines Sacros conferre Clerico, qui in ſua Diœceſi poſſidet beneficium*, & num. 9.
2 *Dimiſſoriæ concedi poſſunt ab Ordinario beneficii.*
3 *Quid ſi Clericus poſſideret in diœceſi Cappellaniam ad nutum amovibilem*, & num 5.
4 *Cappellania ad nutum amovibilis erecta auctoritate Epiſcopi, eſt veri beneficium, & obligat ad horas Canonicas.*
5 *Clericus non poteſt ordinari ad titulum Capellaniæ ad nutum amovibilis, ſed illius ratione poteſt ad titulum ſufficientis patrimonii promoveri ab Epiſcopo talis Capellaniæ.*
6 *Clericus poſſidens in aliqua Diœceſi beneficium tenue, poteſt ab Epiſcopo illius diœceſis ordinari ratione beneficii adjuncto patrimonio ſufficienti:* limitat. n. 7.
8 *Epiſcopus Beneficii etiàm tenuis poteſt cum Clerico illius poſſeſſore diſpenſare in interſtitiis.*
9 *Clericus poſſidens in diverſis diœceſibus beneficia, poteſt à quolibet Epiſcopo illarum diœceſum ordinari.*

10 *An*

9 *An Capellanus ad nutum amovibilis poſſit ſine cauſa amoveri.*
11 *Et an poſſit amoveri propter crimen.*

An Clericus poſſit ad ordines promoveri ab Epiſcopo, in cujus Diœceſi poſſidet beneficium.

CAP. XXXII.

1 Reſp. quod non ſolùm poteſt ordinari ab Epiſcopo, in cujus Diœceſi habet beneficium, ſed etiam ab alio de ejus licentia: nàm
2 Dimiſſoriæ ritè, & rectè concedi poſſunt ab Ordinario beneficii, *cap. cum nullus, ubi DD. de tempor. or-*
3 *din. in* 6. quod procedit, etiamſi poſſideret in Diœ-
4 ceſi Capellaniam ad nutum amovibilem, dummodò inſtituta fuerit auctoritate Epiſcopi: quo caſu verè eſt beneficium, & obligat ad horas Canonicas, *Garc. de Benef. par. 1. cap. 2. num. 82. & par. 2. cap. 4. num. 1. & 3. Dian. par. 8. tract. 2. reſ. 19.*
5 Notandum tamen eſt, quod Clericus non poteſt ad titulum talis Capellaniæ ordinari; quia titulus ad hujuſmodi effectum debet eſſe perpetuus, *ex Tridentino ſeſſ. 21. de ref. cap. 2. latè Garc. d. par. 1. cap. 2. num. 83.* ſed illius ratione poterit promoveri
6 ad alium titulum, veluti ad titulum ſufficientis patrimonii: quemadmodùm ſi poſſideret in Diœceſi beneficium tenuè, licèt non poſſet ad illius titulum ordinari, cum ad decentem ſubſtentationem non ſufficiat, *ut ex Concilio Trident. loco cit.* poterit tamen ratione illius ceſſante fraude promoveri ab Epiſcopo talis beneficii adjuncto patrimonio ſufficienti; *d. cap. cum nullus, Henriq. in Sum. lib. 10. cap. 12. §. 1. Quarant. in verb. ordo, verſ. circà ſecundum &c. Piaſec. in Prax. Epiſcop. par. 1. cap. 1. nu. 10. Ugolin. de offic. Epiſc. cap. 26. §. 3. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 2. alleg. 4. num. 45. Zerol. in Prax. Epiſcop. par. 1. verſ. beneficia, §. 3. Squillan. de Privi-*
7 *leg. Clericor. cap. 4. num. 239. in fin.* ubi hoc limitant, quando beneficium eſſet tenuiſſimum, ut ſi ex eo perciperentur tantùm quatuor ducati in Anno; contrarium tamèn ſenſit *Diana reſol. moral. par. 4. tract. 4. reſol. 51.* ubi dicit, quod obtinens beneficium annui redditus duorum ducatorum, poteſt ordinari ad titulum hujuſmodi beneficii, ſi patrimonium ſufficiens ad victum adjungat.
8 Notandum Secundo, quod Epiſcopus beneficii non ſolùm poteſt Clericum illius poſſeſſorem ordinare, ſed etiam cum eo diſpenſare in interſtitiis: quià cum talis Clericus ratione beneficii ſit ſubditus illius Epiſcopi quoad ordines, eſt etiàm Subditus quoad omnia, quæ illis ſunt annexa, *Garc. loco cit. d. par. 2. cap. 4. num. 15. Dian. par. 8. tract. 2. reſol. 25.*
9 Notandum Tertio, quod ſi Clericus in diverſis Diœceſibus poſſideret beneficia, poterit etiã à pluribus Epiſcopis illarum Diœceſum ordinari præter Epiſcopum domicilii, & originis, *d. cap. cum nullus, Garc. d. par. 2. cap. 4. num. 1. Dian. par. 8. tract. 2. reſol. 25.*
10 Quæres, an Cappellanus, ſeu Beneficiatus ad nutum amovibilis poſſit amoveri abſque cauſa? Affirmant *Felin. in cap. per tuas de major. & obed. Menoch. de Arbit. lib. 1. quæſt. 7. num. 2. Ricc. var. reſol. tom. 1. reſol. 437. & alii apud Garc. de Benef. par. 1. cap. 2. num. 85. & ſeq.* quià id importat verbum, *ad nutum*; contrariam tamèn Sententiam tuentur *Card. Tuſc. concluſ. 55. num. 8. litt. B. Cevall. commun. contr. commun. quæſt. 425. in fin. ubi dicit, ſe ità pluries vidiſſe judicatum*; Undè Capellanus ad nutum amovibilis, ſi amotus fuerit abſque cauſa, reſtituitur, *Rot. coram Card. Cavaler. deciſ. 72. num. 4. Poſt. in tract. mandat. de manutenen. obſerv. 52. num. 24. & obſerv. 53. num. 26.* ubi dicit, quod Cappellano ad nutum amovibili, qui aliquo tempore conſiderabili poſſedit, datur manutentio; quod eo magis procederet, ſi adeſſet aliqua odii, vel malitiæ præſumptio, *Card. in clem. 1. §. præmiſſa, num. 4. de ſupplen. neglig. prælat. Dec. in cap. ad noſtram, num. 23. de Confirm. util. Rot. in Burgen. amotionis Magiſtri Capellæ 11. Decembris 1581. coram D. Blanchette, & deciſ. 778. num. 3. par. 1. Diverſ. Garc. d. par. 1. cap. 2. num. 88. Gratian. diſcept. 167. num. 22. Gonzal. de Menſib. gloſ. 5. §. 6. num. 42. & 47. Ricc. d. reſol. 437.* ubi addunt, quod talis Capellanus amoveri non debet, ſi ex ejus amotione læderetur Eccleſia.

An verò Capellanus ad nutum amovibilis 11
amoveri poſſit proptèr crimen? Reſp. affirmativè, dummodò crimen concernat malam adminiſtrationem ipſius Capellaniæ, ſeù beneficii, & de tali crimine conſtet per legitimas probationes antè amotionem: nam interim ſpoliari non debet; & ſi ſpolietur, datur reſtitutio, ut ſuprà, donèc contra eum fuerit legitimè probatum; *Rot. deciſ. 6. de Reſtit. ſpoliat. in antiq.*

SUMMARIUM.

1 *Clericus patronus non poteſt ſe ipſum præſentare.*
2 *Clericus patronus poteſt ab aliis compatronis, ſi adſint, præſentari, & admitti ad beneficium juriſpatronatus.*
2 *Clericus patronus à compatronis præſentatus, numeratur in numero præſentantium.*
4 *Si non adeſſent alii compatroni, poteſt Clericus patronus comparere coràm Ordinario, & petere, ſe ipſum ad beneficium juriſpatr. inſtitui.*
5 *An poſſit Epiſcopus, ad quem pertinet inſtitutio, motu proprio Clerico patrono tale beneficium conferre.*
6 *An Procurator à Clerico patrono conſtitutus cum poteſtate præſentandi, poſſit eumdem Clericum præſentare.*

An, & quando Clericus patronus admittatur ad beneficium juriſpatronatus.

CAP. XXXIII.

Reſp. quod licèt patronus non poſſit ſe ipſum
præſentare, tamèn ſi adſint alii compatro- 1
ni, poteſt à dictis compatronis præſentari, 2
& ita admitti ad beneficium juriſpatronatus, *cap. per noſtras, ubi gloſ. & DD. de Jurepatr. gloſ. fin. in cap. conſuluit, 15. de Jurepatr. Azor. Inſt. mor. par. 2. lib. 6. cap. 21. quæſt. 3. Vivian. de Jurepatr. par. 2. lib. 6. cap. 8. numer. 7. & ſeq.* ubi dicit, quod eo caſu præſentatio facienda eſt à ſolis patronis, & Clericus præſentatus electioni de ſe factæ, conſentire tantùm poteſt, *Flamin. de Reſignat. lib. 9. quæſt. 17. num. 112. Antonin. var. lib. 1. reſol. 51. num. 1. Tiraq. de Jur. Primog. quæſt. 33. num. 11. Reginal. in Prax. for. pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 222. Ciarlin. contr. for. lib. 1. cap. 69. num. 8. & alii apud Barboſ. de off. & pot.*
Epiſc. par. 3. alleg. 72. n. 85. & 91. ubi ſubdit, quod præ- 3
ſentatus numeratur in numero præſentantium.

Si

4 Si verò non adeſſent alii compatroni; poſſet
Clericus patronus comparere coram Ordinario, &
docto de Jurepatronatu, petere, ſe ipſum ad bene-
ficium jurisſpatronatus inſtitui; & ſi inſtituatur,
5 valida erit inſtitutio; vel poterit Prælatus, ad
quem pertinet inſtitutio, motu proprio vocare
Clericum patronum, eique conferre beneficium
vacans, & hoc caſu etiàm valebit collatio, *Abb.
in d. cap. per noſtras, num. 3. Vivian. loco cit. d. cap. 8.
num. 4. Ciarlin. d. cap. 69. num. 16. Barboſ. de offic. &
pot. Epiſc. par. 3. alleg. 72. num. 90.*
6 Item poteſt Clericus patronus conſtituere
procuratorem cum poteſtate præſentandi, & talis
procurator virtute præfati mandati poterit Cleri-
cum patronum ad beneficium patronatus præſen-
tare, *Lap. alleg. 8. Ricc. in Prax. for. Eccleſ. rer. quo-
tid. reſ.* 179. ubi, quod ità in praxi ſervatur, *Squil-
lan. de Privil. Cleric. cap. 2. nu. 29. ubi refert, ità fuiſ-
ſe in Rota deciſum*: quamvis in hoc contrarium ſen-
tiat, *Barboſ. d. alleg. 72. num. 87. & ſeq.*

S V M M A R I V M.

1 *Clericus compromittere poteſt cauſam ſui beneficii, qua-
tenus conſideratur ejus commodum, & præjudicium.*
2 *Clericus poteſt ſæcularem etiàm Judicem tamquàm ar-
bitrum eligere in cauſa tantùm temporali.*
3 *Arbitro obtemperatur non ratione juriſdictionis; ſed
ſolum metu pœnæ.*
4 *Inefficax eſt compromiſſum, cui pœna adjecta non eſt.*
5 *Judex Laicus, vel alius in arbitrum electus non poteſt
Clericum cogere, ſi nolit ſtare ſententiæ, ſed Ju-
dex Eccleſiaſticus adiri debet.*
6 *Exempti poſſunt compromittere in ſui met præjudici-
um, non autèm in præjudicium eximentis.*
7 *Vaſſallus circà feudum compromittere poteſt ſolùm quo-
ad ſui, non autèm Domini præjudicium.*
8 *Religioſi ſinè ſuperioris licentia compromittere prohi-
bentur.*
9 *Laicus non poteſt eſſe Judex, nec arbiter, quando agi-
tur de perpetuo præjudicio beneficii, vel de cauſa
ſpirituali.*
10 *Quid ſi fieret compromiſſum in Laicum, & Clericum
ſimul, de licentia Epiſcopi.*
11 *Laici ſimùl cum Clericis non habilitantur ad eligen-
dum.*
12 *Enumerantur alii caſus, in quibus non permittitur
compromiſſum.*
13 *Compromiſſum non operatur, niſi poſtquòm accepta-
tum fuerit ab arbitro, & à partibus*: limita-
tur num. 16.
14 *Tempus in compromiſſo appoſitum non currit, niſi à die
acceptationis.*
15 *Curſus fatalium non impeditur per compromiſſum antè
ſequutam acceptationem.*
16 *Quando tempus ſtatim currat.*
17 *Quid ſi in compromiſſo nullum adjectum fuerit tempus.*
18 *Si nec partes, nec Statutum de tempore diſponant, ar-
bitro conceditur triennium ad pronunciandum: ar-
bitratori verò durat facultas, quamdiù voluerit*:
limitatur num. ſeq.
19 *Arbitrator præſumitur nolle arbitrari, ſi intrà An-
num non pronunciaverit.*
20 *Quid ſi præfixo certo termino in compromiſſo, detur ar-
bitro, vel arbitratori facultas prorogandi.*
21 *Si electi fuerint duo arbitri, & non concordent, com-
pelli debent à Superiore ad aſſumendum tertium.*
22 *An tertius in tali caſu poſſit ſolus judicare*, & num.
ſeq.
23 *Quid ſi tertius electus fuerit de partium voluntate.*
24 *Tertius ab arbitris electus, ſivè datus à Prætore, com-
pellitur invitus ad ſuſcipiendum onus.*
25 *An, & quando reliqui arbitri, ſivè arbitratores com-
pelli poſſint ad ſuſcipiendum arbitrium.*
26 *An, & quandò compromiſſum ſuſpendat Judicis Or-
dinarii juriſdictionem.*
27 *An à Sententia arbitrorum detur appellatio.*
28 *Reductio ad arbitrium boni viri nulla cautela tolli
poteſt.*

An Clericus compromittere poſſit cau-ſam ſui beneficii in Laicum.

C A P. XXXIV.

RESp. quod compromittere poteſt, quatenùs 1
conſideretur ejus commodum, & præjudi-
cium, *Bonacin. in tr. de Legib. diſp. 10. quæſt.
2 pun. 1. §. 3. num. 5. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc.
par. 3. alleg.* 108. *num.* 8. ubi dicit, quod Clericus 2
poteſt Sæcularem etiàm Judicem tamquàm arbi-
trum eligere in cauſa tantùm temporali: & tunc
arbitro obtemperatur non ratione juriſdictionis, 3
cum partes poſſint eum verum Judicem eligere,
ſed ſolùm metu pœnæ appoſitæ *l. privatorum conſen-
ſus, C. de Juriſd. omn. Jud. Jordan. Elucubr. diverſ. lib.* 4
13. tit. 7. de Arbitr. num. 97. ubi dicit, quod ineffi-
cax eſt compromiſſum, cui pœna adjecta non eſt,
Car. de Graſſ. de Effect. Clericat. eff. 1. num. 933. non 5
poteſt tamèn Judex laicus, vel alius in arbitrium
electus Clericum in tali caſu per ſe cogere, ſi no-
lit ſtare ſententiæ, ſed Judex Eccleſiaſticus adiri
debet, *Leſſ. lib. 2. cap. 29. dub. 6. num. 52. Squillant.
de Privil. Cleric. cap. 7. num. 4. & ſeq. Dian. par. 1. tr.
2. reſol.* 107.
Hæc Concluſio probatur, quia etiàm exempti 6
poſſunt compromittere in ſuimet præjudicium,
non verò in præjudicium eximentis. *c. poſtea quàm* 7
25. quæſt. 2. quemadmodum Vaſſallus circa feudū
compromittere poteſt ſolùm quoad ſui, non autèm
Domini præjudicium, niſi acceſſerit Domini con-
ſenſus, *DD. in cap. cum dilectus, Quod met cauſ. cap.
cum dilecta, de confir. util. vel inutil. ſpec. tit. de Arbitr.
§. 3. num. 6. Jordan. d. tit. 7. de Arbitr. num. 49. 57. &
ſeq.* ſubdens, quod religioſi ſine Superioris licentia 8
compromittere prohibentur, cum non ſint ſui ju-
ris, ſed mortui mundo, & ſub poteſtate Superiorū,
*cap. cum ad monaſterium, de ſtat. Monach. cap. non dica-
tis, 12. quæſt. 1. cap. placuit, 16. quæſt. 1.*
Secùs ſi ageretur de perpetuò præjudicio ejuſ- 9
dem beneficii, aut de cauſa Spirituali: tunc enim
laicus non ſolum non poteſt eſſe Judex, ſed neque
arbiter, *cap. contingit de Arbitr. cap. 2. de Judic. cap.
ſuper eo, de Tranſact. Nald. in ver. arbitrium, num. 5.
Jordan. d. tit. 7. de Arbitr. num. 33. & ſeq. Barboſ. de
off. & poteſt. Epiſc. all. 108. num. 8. Laymon. in Theol.
mor. lib. 3. tr. 6. cap. 1. num. 3. Squillan. de Privil.
Cleric. cap. 7. num.* 4. ubi hoc limitant, quando fie- 10
ret compromiſſum in Laicum, & Clericum ſimùl
de licentia Epiſcopi, *per tex. & ibi gloſ. in cap. per
tuas, de Arbitr.* ſed contrarium etiàm in hoc caſu
tenuit *Dec. in cap. decernimus, num. 5. de Judic. quem
refert Rolan. conſ. 4. num. 4. lib. 1. Clar. qui commu-
nem dicit, in Pract. crim. quæſt. 41. verſ. quæro num-
quid &c.* quorum Sententia verior videtur, & con-
firmatur *ex Textu in cap. Sacroſancta, de elect.* ubi laici
ſimùl cum Clericis non habilitātur ad eligendum. 11
Sunt etiam alii caſus, in quibus non permit- 12
titur compromiſſum, nec poſſunt eligi Arbitri,

videlicèt quando agitur de cauſa cenſurarum, vel
aliis, in quibus periculum animæ verſatur. Se-
cundo quãdo agitur de cauſis, quæ majoribus Judi-
cibus reſervantur, qualis eſt cauſa matrimonialis,
cauſa reſtitutionis in integrum, quãdo de ea agitur
principalitèr: Item cauſa liberalis, ubi ſcilicet de
hominis libertate, vel ingenuitate tractatur, &
cauſa criminalis, ſive crimina ſint publica, ſivè
privata, dummodò de crimine agatur criminaliter,
ſecùs ſi civilitèr; idem dicendum de cauſa irrogan-
te infamiam, qualis eſt actio injuriarum &c. Ter-
tio quando agitur de cauſa mixti imperii. Quarto
quando agitur de actione publica, vel populari:
quia cum ſit popularis, & cuique competat jus
agendi, non debet particularium conventione cæ-
teris præjudicium generari, *vide Spec. tit. de Arbi-
tr. §. 3. nu. 1. & ſeq. Jo. Andr. in cap. peu. de In integr.
reſtit. Jordan. d. tit. 7. de Arbitr. num. 47. & ſeq. Clar.
Pract. crim. quæſt. 72.*

13 Obſerva tamen, quod compromiſſum non
operatur, nec dicitur compromiſſum, niſi poſt-
14 quam acceptatum fuerit ab Arbitro, & à partibus;
& ideò tempus in eo appoſitum, non currit niſi à
die acceptationis, *gloſ. in l. ſi cum dies, ff. de Arbitr.
Felin. in cap. venerabilis, de Judic. Dec. in cap. ex ratio-
ne, num. 7. de Appellat. Alex. conſ. 87. lib. 5. & conſ.
34. lib. 1. latè Gabr. comm. concluſ. lib. 2. tit. de Arbitr.*
15 *concluſ. 2.* ubi dicit, quod non impeditur curſus fa-
talium per compromiſſum antè ſecutam accepta-
tionem.

16 Limita, niſi dictum ſit, ut compromiſſum
duret per menſem ex nunc, vel ab hodie inchoan-
dum: quia in tali caſu tempus ſtatim currit, etiam
antè acceptationem; nam quando terminus ad-
jungitur numero dierum, vel menſium cum præ-
poſitione A, vel ab, vel ex, ſeu abhinc, & ſimili-
bus, tunc tempus ſtatim incipit currere, *Corn. conſ.
231. vol. 3. Alex. conſ. 56. vol. 6. Ang. conſ. 404. Cepol.
conſ. civ. 47. Ruin. conſ. 27. num. 6. vol. 4. Guid. Pap.
quæſt. 270. Gabr. d. concl. 2. num. 4. & ſeq.*

17 Si verò in compromiſſo nullum adjectum fue-
rit tempus, cenſentur partes ſe conformaſſe cum
ſtatuto loci, quatenùs de illo diſponat, quo elap-
ſo expirat compromiſſum, *Afflict. dec. 226. num. 1.
& ſeq. Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 14. num. 8. Cravet.
conſ. 325. num. 3. Jord. d. tit. 7. de Arbitr. num. 113. &*
18 132. Sed ſi nec partes, nec Statutum de tempore
diſponant, tunc arbitro conceditur triennium ad
pronunciandum; Arbitratori verò durat facultas,
19 quamdiù voluerit: ſed præſumitur nolle arbitra-
ri, ſi intra Annum non pronunciaverit, *Barr. in l.
ſi quis, ff. de Verb. oblig. & in l. multa ff. de Cond. & de-
mon. Jordan. loco cit. num. 114. & ſeq.* ubi ſubjicit,
20 quod quando præfixo certo termino in compro-
miſſo, datur arbitro, vel arbitratori facultas pro-
rogandi ſimplicitèr, tunc unica tantùm proroga-
tio permittitur: & ſi ſimplicitèr dictum ſit, quod
Arbiter, vel Arbitrator pluries prorogare valeat,
non poſſet ultrà duas vices prorogare, *ex trad. per
DD. in l. boves, §. hoc ſermone, ff. de Verb. ſignif. l. ubi
numerus, ff. de Teſt.*

21 Obſerva Secundo, quod ſi electi fuerint duo
Arbitri, & non concordent, compelli debent à
Superiore ad aſſumendum tertium, *cap. ſuſpicionis,*
22 *de off. deleg.* tertius verò, ſi aſſumptus fuerit ex diſ-
poſitione legis, vel ſtatuti, vel cogente Prætore,
poteſt ſolus judicare, etiàm diſſidendo ab utroque
Arbitro, *gloſ. in l. item ſi unus, §. fin. ff. de Arbitr.
Bald. in l. jubemus, C. de Appell. Fel. in cap. ſuſpicionis
de offic. deleg. Ang. conſ. 152. Soc. conſ. 54. vol. 1. Corn.
conſ. 120. vol. 2. Gabr. d. tit. de Arbitr. concl. 1. num. 2.*
Sed ſi tertius electus fuerit de partium voluntate, 23
non poteſt ſolus judicare, ſed neceſſe eſt, ut cum
altero ex Arbitris primò electis concordet, *Bart.
in l. ſi dominium, ff. de furt. Bald. in d. l. jubemus, Paul.
de Caſtr. in l. in offerendis, C. de Appell. Felin. in d. cap.
ſuſpicionis, Gabr. loco cit. d. concl. 1. num. 4. Jordan. d.
tit. 7. de Arbitr. num. 62. & ſeq.* ubi addit, quod ter- 24
tius ab Arbitris electus, ſive à Prætore datus, com-
pellitur invitus ad ſuſcipiendum onus.

An verò reliqui Arbitri, ſivè Arbitratores 25
compelli poſſint ad ſuſcipiendum arbitrium? Reſp.
quod à principio non compelluntur; ſed poſtquam
ſuſceperint, coguntur ſententiam ferre, niſi poſt
ſuſceptionem nova cauſa, vel impedimentum ſu-
pervenerit, veluti occupatio propriorum negotio-
rum, profectio urgens, munus aliquod Reip., ini-
micitia, vel etiam amicitia, aut affinitas intèr ar-
bitrum, & partes, & alia hujuſmodi, *l. 3. §. tamet-
ſi, l. licet, cum l. ſeq. ff. de Arbitr. latè Jordan. d. tit. 7.
num. 74. 141. & ſeq.* ubi dicit, quod de hujuſmodi
impedimentis conſtare debet alitèr, quàm per ip-
ſorum aſſertionem, *Menoch. de Arbitr. quæſt. 41.
Rot. deciſ. 498. par. 1. noviſſ.*

Obſerva Tertio, quod compromiſſum neceſ- 26
ſarium, factum vigore ſtatuti, ſuſpendit Judicis
Ordinarii juriſdictionem; compromiſſum verò vo-
luntarium illam non ſuſpendit: ſed altera ex par-
tibus poteſt redire ad Judicem ordinarium, *gloſ. &
DD. in Clem. quàmdiù, de Appell. Blanc. de comprom.
quæſt. 6. de effect. compromiſ. num. 17. Card. Mantic. de-
ciſ. 221. num. 10. & ſeq. Jord. d. tit. 7. de Arbitr. num.
113. & 148.*

Obſerva Quarto, quod à Sententia Arbitro- 27
rum appellatio regularitèr non datur, ſed illi metu
pœnæ parendum eſt: niſi ſententia eſſet injuſta,
vel iniqua, aut contineret errorem expreſſum; quia
tunc revocatur per Superiorem, *Menoch. de Arbitr.
cent. 1. caſ. 73. num. 1. Jordan. loco cit. num. 98.* ubi di- 28
cit, quod reductio ad arbitrium boni viri nulla cau-
tela tolli poteſt, *vid. Gabr. tit. de Arbitr. concl. 3. per tot.*

S V M M A R I V M

1 *Beneficiatus æquiparatur uſufructuario.*
2 *Fructus beneficii antè obitum Beneficiati collecti, & à
ſolo ſeparati pertineat ad hæredes ipſius Benefi-
ciati, pendentes verò ad Succeſſorem;* cotrarium
num. ſeq.
3 *Fructus inter Beneficiatum defunctum, ſeù etiàm renun-
ciantem, & ſucceſſorem dividendi ſunt pro rata
Anni:* limitatur num. 9. & ſeq.
4 *Beneficium datur propter officium, & ſervitium Eccle-
ſiæ ſicut dos propter onera Matrimonii.*
5 *Annus in tali caſu computatur à die Nativitatis Do-
mini.*
6 *Quid ſi fructus ex beneficio percipiantur certo Anni
tempore, & omnes fuerint percepti à Beneficiato
defuncto.*
7 *Ex quibus fructibus ſolvenda ſit congrua Vicario
parochiali vacante Eccleſia.*
8 *Salarium duorum aureorum pro ſingulis Menſibus
regularitèr cenſetur congrua portio.*
9 *Canon, qui ab emphiteuta ſolvitur, illi ſolùm debe-
tur, qui beneficium poſſidet ea tempore, quo ſolu-
tionis dies cadit.*
10 *Fructus beneficii etiam maturati tempore obitus Bene-
ficiati, ſed non exacti, ubi non ſpectant ad Came-
ram tamquàm ſpolia, ſpectant ad Succeſſorem, ex
conſtit. Julii III.*

11 *Præ-*

11 *Prædicta Constitutio Julii III. in multis locis non fuit usu recepta.*

12 *Ubi est facta concordia cum Camera, fructus maturati, & non exacti spectant ad hæredes beneficiati.*

13 *Distributiones quotidianæ non comprehenduntur sub dicta constitutione.*

14 *Dicta constitutio non habet locum intèr reſignantem, & reſignatarium.*

15 *Quomodò debent fieri diviſio fructuum inter reſignantem, & reſignatarium.*

Quomodo fructus beneficij dividantur intèr hæredes Beneficiati defuncti, & ſucceſſorem in beneficio.

C A P. XXXV.

1 RESp. quod in hoc puncto diſſentiunt Doctores: alii enim putant, quod cum Beneficiatus æquiparetur Uſufructuario, fru-
2 ctus antè obitum collecti, & à ſolo ſeparati pertinent ad hæredes Beneficiati defuncti, pendentes verò ad Succeſſorem, *l. defuncta, ff. de uſufruct. Hoſt. in cap. fin. num. 5. & ibi Zaburel. Imol. & Barbat. de Pecul. Cleric. Navar. de Redit. Eccleſiaſt. quæſt. 2. monit. 13. & conſ. 6. ſub tit. de Succeſ. ab inteſt. & conſ. 3. de Pecul. Cleric. Bellet. Diſquiſ. cleric. par. 1. tit. de Bonis Cleric. §. 15. Lotter. de Re benefic. lib. 1. quæſt. 44. num. 27. cum ſeq. Monet. de Diſtribut. quotid. par. 2. quæſt. 4. num. 21. & ſeq. & alii, quos refert, & ſequitur Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 117. num. 6.* quam ſententiam in puncto juris veriorem dicit *Garcia de Benefic. par. 2. cap. 1. num. 97. in fin. & num. ſeq.*

3 Alii verò ſentiunt, quod fructus intèr Beneficiatum defunctum, & ſucceſſorem dividendi ſunt pro rata Anni, *juxtà l. divortio, ff. ſolut. matrim.* quià
4 cum beneficium detur proptèr officium, & ſervitium Eccleſiæ, *cap. cum ſecundùm, de Præben. cap. fin. de Reſcript. in 6.* ſicùt dos proptèr onera matrimonii, *l. pro oneribus, C. de Jur. dot.* ideò diviſio fructuum facienda eſt juxtà *d. l. divortio, & ità ſenſerunt Covar. variar. lib. 1. cap. 15. num. 12. & ſeq. Molin. de Hyſpan. primog. lib. 3. cap. 11. num. 4. Gutier. Can. quæſt. lib. 1. cap. 33. Pariſ. de Reſign. benef. lib. 1. quæſt. 6. à num. 79. & de Confidentia, quæſt. 35. num. 49. Zerol. in Prax. Epiſcop. 1. par. verſ. beneficium, §. 6. & 2. par. verſ. Renunciatio, §. 2. Caſtil. de Uſufr. cap. 79. num. 1. & ſeq. Layman. in Theol. mor. lib. 4. tract. 2. cap. 3. num. 10. Gennenſ. in Prax. cap. 53. num. 11. Garc. d. par. 2. cap. 1. num. 96. & ſeq.* & licèt utraque Sententia probabilis ſit, hæc tamèn ultima receptior eſt, præſertìm in beneficiis curatis, & requirentibus reſidentiam proptèr curam, & miniſteria exhibita, *Pariſ. d. quæſt. 35. num. 49. Garcia loco cit. nu. 98. Gennenſ. d. cap. 53. num. 11.* ubi etiam
5 obſervat, quod Annus in tali caſu de jure computatur à die Nativitatis Domini, *juxtà tex. in extravag. 1. & extravag. quemadmodum, de Pœnit. gloſ. in extravag. unic. ver. datam, de Cenſib. Rot. deciſ. 37. de Judic. & deciſ. 2. de Verb. ſign. in antiq.*

6 Hinc infertur, quod ſi fructus ex beneficio percipiantur certo anni tempore, puta tempore meſſium, vel vindemiarum, & Beneficiatus eo anno vixerit v. g. decem menſibus, fructus prædicti, etiamſi omnes percepti jam fuerint à beneficiato defuncto, dividendi ſunt ità, ut pro rata decem menſium ſpectent ad hæredes Beneficiati, quià jam eo tempore ſubſtinuit onera beneficii, & pro rata aliorum duorum menſium ad Succeſſorem; idque magis procedit quoad fructus, qui percipiuntur ex locatione domorum, quià penſio in prædio urbano ſolvitur pro fructibus, qui quotidiè percipiuntur, ſcilicèt prò ejus uſu, & habitatione, *ut idem Barboſ. d. par. 3. alleg. 117. num. 6. Monet. de Diſtribut. d. par. 2. quæſt. 4. num. 24.*

Undè ex fructibus dictorum duorum men- 7
ſium in tali caſu ſolvenda eſt congrua Vicario parochiali, ſi Eccleſia adhuc vacet, nec de ſucceſſore fuit proviſa; & ſi fructus prædicti non ſufficerent ad congruam prædictam, non debent gravari hæredes beneficiati defuncti, qui per decem menſes jam onera Eccleſiæ ſubſtinuit, ſed congrua prædicta ſupplenda eſt ex fructibus ipſius Eccleſiæ percipiendis, *ut cenſuit Sac. Congregatio teſte Garc. de be-*
nefic. par. 9. cap. 2. num. 15. ubi addit, quod ſalarium 8
duorum aureorum pro ſingulis menſibus regulariter cenſetur congrua portio.

Limita ſupradictam ſententiam in canone, 9
qui ab emphitenta ſolvitur certo anni tempore in recognitionem dominii directi; nam canon hujuſmodi illi ſolùm debetur, qui beneficium poſſidet eo tempore, quo ſolutionis dies cadit: quia canon non ſolvitur loco fructuum, ſed ipſe eſt quidam fructus in recognitionem dominii ſolvendus: & ideò non dividitur intèr Anteceſſorem, & Succeſſorem, *Monet. de diſtribut. 3. par. quæſt. 4. num. 24. Surd. conſ. 84. num. 4. vol. 1. Bonacin. tr. de obligat. beneficiar. circa benefic. fruct. &c. pun. 3. num. 8.*

Hæc autem procedunt inſpecto jure commu- 10
ni: nam juxtà Conſtitutionem 7. Julii III. quam Urbanus VIII. confirmavit, *ut refert Gavant. in man. Epiſcopor. ver. Bona Eccleſiaſtica, num. 18.* fructus etiam maturati tempore obitus Beneficiati, & non exacti, ubi non ſpectant ad Cameram tanquam ſpolia, ſpectant ad Succeſſores, non autem ad hæredes Beneficiati defuncti.

Obſerva tamen, quod dicta conſtitutio Julii 11
III. in multis locis non fuit uſu recepta, illamque non ſervari in ſtatu Mediolanenſi, teſtatur *Mar. Antonin. var. reſol. lib. 1. reſ. 46. num. 4. Garc. de Benefic. par. 2. cap. 1. num. 104.* neque ſervari in Gallia & Hiſpania, refert *Nav. conſ. 4. de ſucceſſ. ab inteſt. & de redit. Eccl. quæſt. 2. mon. 26.* & ideo in his locis ſervandum eſt jus commune, ut ſupra.

Obſerva ſecundo quod ubi eſt facta concordia 12
cum Camera Apoſtolica, fructus maturati, & non exacti ſpectant ad hæredes Beneficiati, *Vivian. de Jurepatr. par. 3. lib. 14. cap. 8. num. 17. Gavant. in ver. Bona Eccleſiaſtica nu. 19.*

Obſerva tertio quod diſtributiones quotidia- 13
næ non compræhenduntur ſub dicta Conſtitutione Julii III. quia iſtæ dantur intuitu perſonæ proptèr diurnam operam, & laborem: & ideò Clericus eas facit proprias ita, ut de illis poſſit ad libitum diſponere, ac teſtari, *Pariſ. conſ. 33. num. 8. & ſeq. lib. 4. ubi de magis communi, Clar. in §. teſtamentum quæſt. 27. verſ. Quinto dixi &c.*

Obſerva quarto quod dicta conſtitutio Julii 14
III. non procedit, niſi in Beneficiato defuncto; & ideò non habet locum inter reſignantem, & reſignatarium, *Honded. conſ. 85. num. 19. 35. & ſeq. lib. 2. Dunozet. dec. 203. & dec. 881. num. 4.* ubi dicit, quod
in reſignatione facta ad favorem certæ perſonæ 15
non abdicatur jus à reſignante, nec inducitur vacatio, donec beneficium planè quæratur reſignatario, quia conſenſus reſignantis implicitam continet conditionem, quatenus reſignatarius ſit habi-

lis, eique beneficium plænè quæratur, & non aliter ſub qua cenſetur pariter Summus Pontifex reſignationem admittere, *Bichius deciſ. 556. num. 18. & ſeq.* ubi ſubdit, quod ſi reſignatarius nondùm cepit beneficii poſſeſſionem illa, aut ſaltem detentio, manet penès reſignantem, etiamſi litteræ reſignationis fuerint expeditæ.

S V M M A R I V M.

1 *Qui beneficium, aut officium eccleſiaſticum Symoniacè adeptus fuit, incurrit excommunicationem, & alias pænas.*

2 *Excommunicatio non habet locum in Simonia mentali, neque in ſola conventionali, ſed tantum in reali.*

3 *Pæna lata propter aliquem actum, & effectum, intelligitur de actu, & effectu completo.*

4 *Beneficia per Simoniam obtenta retineri non poſſunt.*

5 *Beneficia per Simoniam acquiſita antè Judicis ſententiam dimittenda ſunt.*

6 *Fructus percepti ex beneficio Simoniacè acquiſito reſtitui debent etiam antè Judicis ſententiam.*

7 *Reſtitutio hujuſmodi fructuum facienda eſt Eccleſiæ, contra quam ſimonia commiſſa fuit.*

8 *Ignorantia Juris dividitur in invincibilem, ſeu probabilem, & in vincibilem.*

9 *Ignorantia vincibilis dividitur in ignorantiam affectatam, craſſam, & ſupinam.*

10 *Quid ſit, vel quando datur inadvertentia, & oblivio.*

11 *Ignorantia probabilis, inadvertentia, & oblivio excuſant Clericum ab excommunicatione lata contrà Simoniacos.*

An ignorantia vincibilis à dicta excommunicatione excuſet, ibidem.

12 *Ignorantia affectata, craſſa, & ſupina non excuſat à dicta excommunicatione, nec à culpa mortali:* limitatur nu. 15. & 17.

13 *Quid ſi Clericus ſciverit, ſimoniam prohibitam eſſe jure naturæ, vel Divino, ſed invincibiliter ignoravit, illam prohibitam eſſe ab Eccleſia ſub cenſura.*

14 *Ignorans pænam legis quoad alia ſibi notæ, non incurrit eam in foro conſcientiæ.*

15 *Quando ignorantia etiam craſſa, & ſupina excuſet à cenſuris,* & nu. 17.

16 *Cenſura gravis non incurritur ob veniale peccatum.*

17 *Ignorantia craſſa, ſupina, & etiam affectata non ſufficit ad incurrendam cenſuram latam contrà eos, qui præſumpſerint, vel ſcienter fecerint.*

18 *Quid ſi adeſſet ingens temeritas.*

19 *Et quid ſi Clericus, qui anteà ignoravit, poſtea de ſimonia certior factus fuerit.*

20 *Epiſcopus cum ſimoniaco occulta diſpenſare poteſt vigore Concilii Tridentini:* limitatur num. ſeq.

21 *Epiſcopus non poteſt ſimoniacum occultum rehabilitare ad beneficia in poſterum obtinenda, nec ad ea retinenda, quæ per ſimoniam occultam obtinuit:* limitatur num. 26.

22 *Epiſcopus poteſt rehabilitare ſimoniacum occultum ad retinenda beneficia obtenta ante ſimoniam.*

23 *Qui obtinuit beneficium per ſimoniam ab altero commiſſam, ipſo ignorante, tenetur cognita ſimonia beneficium reſignare:* limitatur numer. 24. & ſequen.

24 *Quid ſi ſimonia commiſſa fuit à tertio in odium proviſi, ut collatio reddatur invalida.*

25 *Et quid ſi proviſus expreſsè contradixerit.*

26 *An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum proviſo, ſi eo ignorante ſimonia à tertio commiſſa fuerit.*

27 *An regula Cancellariæ de triennali, proſit ſimoniaco ignoranti.*

28 *Cui reſtitui debeat pecunia accepta pro collatione, aut electione, vel alia ſimili actione ordinata ad conſecutionem beneficii.*

An, & quando Clericus ignoranter committens Simoniam in conſecutione beneficii, excuſetur à pœnis contrà Simoniacos inflictis.

C A P. XXXVI.

PRæmittendum eſt primò, quod is, qui bene- 1
ficium, aut officium eccleſiaſticum ſimoniacè
adeptus fuit, non ſolùm incidit in excommu-
nicationem Papæ reſervatam, ſed etiam eſt ipſo ju-
re privatus beneficio, aut officio, & ad fructuum
omnium, quos percepit, reſtitutionem tenetur,
& perpetuò eſt inhabilis ad ea, & quæcunque alia
beneficia eccleſiaſtica obtinenda, *extravag. 2. de Si-
mon. & ſtatuit etiam Pius V. in conſtit. incip. cum pri-
mum &c. edita Kal. Aprilis 1567. quam refert Quarant.
in Summ. Bullar. ver. ſimonia S. Tho. 22. quæſt. 32. art.
7. & quæſt. 62. art. 5. Sylv. in ver. ſimonia num. 19. &
20. Navar. in Man. cap. 27. num. 106.* ubi dicit, quod 2
dicta excommunicatio non habet locum in ſimo-
nia mentali, neque etiam in ſola conventionali,
ſed in reali: quia pœna lata propter aliquem actum, 3
& effectum, intelligitur de actu, & effectu com-
pleto, *Bonacin. in tr. de Simonia diſp. 1. quæſt. 7. pun.
1. §. 2. & pun. 2. num. 25. & pun. 3. diff. 2. num. 3. &* 4
ſeq. ubi dicit, quod beneficia ſic obtenta retineri
non poſſunt, ſed ante Judicis ſententiam dimit- 5
tenda ſunt; quemadmodum etiam antè Judicis ſen- 6
tentiam fructus percepti ex beneficio ſimoniacè ac- 7
quiſito reſtitui debent Eccleſiæ, contrà quam ſimo-
nia commiſſa fuit, *S. Tho. 2. 2. quæſt. 100. art. 6. ad 4.
Navar. conſ. 62. de Simon. Leſſ. lib. 2. cap. 35. dub. 31.
num. 174.*

Præmittendum ſecundo, quod Ignorantia ju- 8
ris dividitur in invincibilem, quæ dicitur etiam
probabilis, & in vincibilem. Ignorantia probabilis, ſeu invincibilis dicitur quæ vinci non potuit: ut accidit, quando quis nunquam audivit, dubitavit, vel cogitavit de excommunicatione, ſeu cenſura: vel ſi dubitavit, adhibuit debitam diligentiam conſulendo doctos, & pios Viros. Ignorantia vincibilis eſt, quæ vinci potuit, ſed ignorans ſuborto dubio, non adhibuit ſufficientem diligentiam juxtà qualitatem negotii ad illam vincendam.

Hæc autem ignorantia vincibilis alia eſt, in
qua levis negligentia concurrit non ſufficiens ad 9
mortale: alia, in qua gravis negligentia intercedit, qualis eſt ignorantia affectata, craſſa, & ſupina, *vide Sanch. lib. 9. de matrim. diſp. 32. num. 33. Henriq. lib. 13. cap. 23. num. 2. Sot. diſt. 28. quæſt. nu. art. 2. Avil. 2. par. cap. 5. diſp. 1. quæſt. 2. pun. 1. nu. 1. & ſeq.*

Ignorantia autem affectata dicitur, quando quis eligit neſcire præceptum, ut liberiùs peccet; craſſa, & ſupina dicitur illa, quæ procedit ex lata culpa ignorantis, ut accidit, quando quis nullam, aut valde modicam adhibuit diligentiam ad cogno-

Digitized by Google

gnoſcendum id, quod ſcire tenetur, poſtquam de
illo habuit aliquod dubium, *Bonacin. loco cit. num. 4.*
Layman. in Theol. moral. lib. 1. tract. 2. cap. 4. num. 5.
& lib. 3. tract. 4. cap. 7. num. 2. ubi dicit, quod cul-
pa lata eſt omiſſio ejus diligentiæ, quam paſſim
omnes homines ejuſdem conditionis, profeſſionis,
ætatis &c. adhibere ſolent.

10 Inadvertentia verò, & oblivio contingit,
quando quis habuit cognitionem præcepti, ſed hic
& nunc ad illud non advertit, *Suar. de cenſur. diſp.*
4. ſect. 8. num. 5. & 11. Azor. 1. par. lib. 1. cap. 16. qu.
3. Sanch. in Sum. lib. 1. cap. 16. num. 8.

11 His præmiſſis dico primo quod ignorantia
probabilis, ſeù invincibilis, & etiam vincibilis,
primo modo, in qua videlicet levis negligentia
concurrit non ſufficiens ad mortale, nec non inad-
vertentia, & oblivio excuſant Clericum ab ex-
12 communicatione lata contra ſimoniacos: hoc enim
caſu deficit contumacia requiſita ad incurrendam
cenſuram; Ignorantia verò affectata, craſſa, & ſu-
pina non excuſat: quià tam ignorantia affectata,
quam craſſa, & ſupina regulariter non excuſat à
culpa mortali, & ideò neque excuſat ab incurren-
dis cenſuris, *cap. ut animarum, de conſtit. in 6. Sylv.*
in ver. excommun. 10. quæſt. 3. Navar. in man. cap. 27.
num. 16. Ugolin. tab. 1. cap. 9. §. 8. Molin. tract. 5. diſp.
71. num. 8. Reginald. lib. 9. num. 200. Sayr. lib. 1. cap.
18. Valent. tom. 4. diſp. 7. quæſt. 17. pun. 7. Salaſ. de
legibus diſp. 4. ſect. 11. Dian. par. 3. tract. 5. reſol. 13.

13 Prædicta concluſio quoad primam partem
procedit etiamſi Clericus ſciverit, ſimoniam pro-
hibitam eſſe jure naturæ, vel Divino, ſed invinci-
bilitèr ignoravit, illam prohibitam eſſe ab Eccle-
ſia: vel ſi ſciverit, prohibitam eſſe ab Eccleſia, in-
vincibiliter ignoravit, illam prohibitam eſſe ſub
cenſura, quià etiam in tali caſu excuſaretur à cen-
ſura impoſita contra committentes ſimoniam; ra-
tio eſt quia licèt delinquens in tali caſu peccet
contrà jus naturæ, vel Divinum, non tamen pec-
cat ſaltem totalitèr contra præceptum Eccleſiæ,
nec dicitur totaliter contumax contra Eccleſiam,
Nau. d. cap. 27. num. 16. in fin. ubi dicit, quod igno-
14 rans pœnam legis quoad alia ſibi notæ, non incur-
rit dictam pœnam in foro conſcientiæ, *Bonacin. in*
tract. de Cenſur. in commu. diſp. 1. quæſt. 2. pun. 1. nu. 5.
& ſeq. Dian. d. par. 3. tr. 5. reſ. 13.

15 Item ſi ignorantia etiam craſſa, & ſupina ità
levis eſſet, ut excuſet à culpa mortali, excuſaret
etiam à cenſuris: cum cenſura gravis non incur-
16 ratur ob veniale peccatum, *Bonacin. loco cit. pun. 1.*
num. 10. & 11. Sanch. in oper. moral. lib. 2. cap. 10. nu.
38. Ang. in ver. dolus, num. 1. Dian. d. par. 3. tr. 5. reſ.
17 *13.* ubi addunt, quod ignorantia craſſa, & ſupina,
vel etiam affectata non ſufficit ad incurrendam
cenſuram latam contra eos, qui præſumpſerint,
18 vel ſcienter fecerint, niſi eſſet ingens temeritas,
Pont. de matrim. lib. 10. cap. 6. num. 10. Henriq. lib. 13.
cap. 23. num. 3. Avil. de cenſur. par. 2. cap. 6. diſp. 10.
dub. 6. Molin. tr. 5. diſp. 7. num. 13.

19 Dico ſecundo quod ignorantia etiam invinci-
bilis, ſeu probabilis non excuſat Clericum, quo
minus teneatur ante Judicis ſententiam dimittere
beneficium per ſimoniam obtentum una cum fru-
ctibus perceptis, poſtquam de ſimonia certior fa-
ctus fuerit, *Dec. in cap. 2. num. 35. de Conſtit. Quarant.*
in Sum. bullar. ver. ſimonia, verſ. tertio amplia &c. Bo-
nacin. tr. de Simon. d. diſp. 1. quæſt. 7. pun. 3. diff. 2. nu.
3. & ſeq. ubi dicit, quod in hoc ſolus Papa diſpen-
20 ſat; quamvis enim Epiſcopus diſpenſare poſſit cum
ſimoniaco occulto juxtà Concilium Tridentinum
ſeſ. 24. de ref. cap. 6. non tamen poteſt illum rehabi-
litare ad beneficia in poſterum obtinenda, nec ad 21
ea retinenda, quæ per ſimoniam occultam obti-
nuit, ſed tantùm ad retinenda beneficia obtenta 22
antè ſimoniam, *ut declaravit Sacr. Congregatio teſte*
Suar. de Relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. cap. 61. num. 11.
Leſ. de Juſtit. lib. 2. cap. 35. num. 140. Garc. de Benefic.
par. 8. cap. 1. num. 74. Gavant. in man. Epiſcop. verſ.
cenſura num. 6. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. part. 2.
alleg. 39. num. 44. Jordan. Elucubr. diverſ. lib. 9. tit. 1.
de diſpenſat. num. 444.

Hæc concluſio probatur, quià etiam is, qui 23
obtinuit beneficium per ſimoniam ab altero com-
miſſam, ipſo ignorante, tenetur cognita ſimonia
beneficium reſignare, ut potè ſimoniacè acquiſi-
tum, licèt in tali caſu excommunicationem non
incurrerit *cap. ſicut tuis, de ſimon. Suar. de cenſur. diſp.*
22. ſect. 5. num. 26. Covar. reg. peccatum 2. par. §. 8. nu.
7. Navar. in man. cap. 25. num. 68. Henriq. lib. 13. cap.
37. num. 4. Sayr. lib. 4. cap. 14. num. 6. Leſ. lib. 2. cap.
35. dub. 24. num. 136. exceptis duobus caſibus, vi- 24
delicet, quando ſimonia commiſſa fuit à tertio in
odium proviſi, ſeu beneficiarii, ut collatio redde-
retur invalida: vel ſi proviſus expreſsè contradixe- 25
rit: quia tunc collatio valida eſſet, nec teneretur
proviſus reſignare, *S. Tho. 2. 2. quæſt. 100. art. 6. gloſ.*
in d. cap. ſicut tuis, Ugolin. de Simon. lib. 4. cap. 6. num.
3. & de Irregul. cap. 8. num. 3. Tolet. lib. 5. cap. 90. verſ.
dico 4. Sum. Coron. de Simon. num. 30. Reginald. lib. 23.
num. 178. Layman. lib. 4. tract. 10. cap. 8. §. 7. num. 73.
Bonacin. de ſimon. diſp. 1. quæſt. 7. pun. 1. §. 2. num. 11.
& ſeq. & pun. 2. num. 17.

Obſerva tamen, quod quando ſimonia à ter- 26
tio committitur ignorante proviſo, poteſt Epiſco-
pus diſpenſare, ut eidem conferatur de novo idem
beneficium, poſtquam illud ſimpliciter, ac purè
renunciaverit: talis enim non cenſetur propriè ſi-
moniacus, *ut d. Jordan. lib. 9. tit. de diſpenſat. nu-*
mer. 445.

Obſerva ſecundo quod regula Cancellariæ, de 27
Triennali, licèt non proſit doloſo ſimoniaco, pro-
deſt tamen ignoranti ignorantia probabili, vel
etiam vincibili primo modo, *ſecundum Pilujam tom.*
2. lib. 3. decif. 4. de ſimon. num. 14. Nicol. eluc. civil. tom.
1. lib. 4. tit. 18.

Obſerva tertio quod ſecundum aliquos pecu- 28
nia, ſivè res temporalis accepta pro collatione, aut
electione, aut alia ſimili actione ordinata ad con-
ſecutionem beneficii, antè ſententiam reſtituenda
eſt ei, qui dedit, tradens enim pecuniam retinet
illius dominium, licèt à Judice poſſit ea per ſenten-
tiam juſtè privari, quia contrà juſtitiam dedit, *ied*
Sot. lib. 9. de Juſtit. quæſt. 8. art. 1. Bann. 2. 2. quæſt.
32. art. 7. dub. 2. quorum ſententiam probabilem putat.
Layman. in Theol. mor. lib. 4. tract. 10. cap. ult. §. 9. nu.
84. alii verò ſentiunt, pecuniam, vel aliam rem
temporalem, acceptam in tali caſu reſtituendam
eſſe Eccleſiæ, contra quam ſimonia commiſſa fuit,
cap. de hoc, de Simon. S. Thom. 2. 2. quæſt. 32. art. 7. &
quæſt. 62. art. 5. Abb. in d. cap. de hoc, num. 5. Covar.
reg. peccatum par. 2. §. 2. num. 6. Bonacin. in tract. de
ſimon. diſp. 1. quæſt. 7. pun. 3. diff. 1. num. 19. & hæc eſt
verior, & communis ſententia.

S U M M A R I U M.

1 *Frater ex parte Patris de jure tenetur dotare Sororem inopem.*

2 *Clericus de bonis patrimonialibus tenetur in tali caſu dotare.*

3 An

3 *An, & quando Clericus de bonis eccleſiaſticis Sororem pauperem poſſit, ac teneatur dotare*, & nu. 4.

4 *Elemoſina in caſu neceſſitatis eſt de præcepto.*

5 *Quid ſi filia à Patre fuerit exhæredata.*

6 *Filia dicitur non poſſe nubere, ſi congruè, & ex dignitate non nubit.*

7 *Frater dives tenetur alere fratrem pauperem, etiam naturalem.*

8 *Debitor tradens creditori alimenta, videtur habere animum compenſandi.*

An Clericus poſſit dotare Sororem inopem de redditibus Eccleſiaſticis.

CAP. XXXVII.

1 PRæmittendum eſt, quod licet frater uterinus de jure non teneatur dotare Sororem inopem, ad id tamen tenetur frater ex parte Patris, *Bart. in l. cum plures, §. cum tutor, ff. de Administrat. tut. quem alii communiter ſequuntur, Soccin. jun. in l. 1. num. 199. ff. ſolut. matrim. Bald. & Ang. in l. qui filium, ff. ubi pupill. educ. deb. Guidopap. deciſ.* 439. *Honded. conſ.* 1. *num.* 11. *vol.* 2. *& conſ.* 93. *num.* 28. *& conſ.* 18. *num.* 32. *vol.* 1. ubi dicit, quod frater tenetur dotare ſororem, quando eſt valdè dives, & non aliter; quod procedit, etiam ſi frater non ſit hæres Patris, *Cancer. var. par.* 1. *cap.* 16. *de Aliment. nu.* 31. *verſ. fratrem etiam &c.* ſubdens, quod frater ſororem uterinam tenetur tantum alere, *vide Boer. deciſ.* 129.

2 *num.* 9. *Theſaur. deciſ.* 192. *num.* 7. *Afflict. deciſ.* 371. *num.* 3. undè etiam Clericus de bonis patrimonialibus tenetur dotare ſororem inopem, *ut d. Mart. de*

3 *juriſd. par.* 4. *caſ.* 163. *num.* 7.

Ad quæſitum verò Reſp. quod Clericus carens patrimonialibus, poteſt de redditibus Eccleſiaſticis dotare ſororem pauperem, *S. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 185. *art.* 7. *ad ſecundum, & quæſt.* 31. *art.* 3. *Anchar. conſ.* 437. *Abb. in cap. inquirendum, de peccul. Cleric.*

An verò poſſit cogi ad dotem in tali caſu præ-

4 ſtandam? affirmant *Archid. in cap. ſicut, num.* 10. *diſt.* 47. *Dec. in cap. paſtoralis, §. verum de Appell. Rip. in tract. de Peſte, tit. de remed. præſervat. con. peſt. num.* 196. *& ſeq. Roger. in tract. de Legis potent. §. videamus, num.* 20. *Mart. d. part.* 4. *caſ.* 163. *Boer. d. deciſ.* 129.

5 *num.* 8. *& ſeq.* quod eo magis procederet in locis, ubi viget ſtatutum, quod filiæ fœminæ non ſuccedant ſtantibus maſculis: tunc enim maſculi, ſive Laici, ſive Clerici, qui hoc commodum à ſtatuto conſequuntur, debent de congrua dote mulieri providere; immò etiamſi filia juſtè fuerit à patre exhæredata ita, ut non poſſit aliquid petere, & habere ex bonis paternis, tamen frater teneretur dotare, & alia ſubminiſtrare, quæ ultra dotem tradi conſueverunt, ut veſtes, & jocalia &c. *latè Theſaur. d. deciſ.* 192. *num.* 7. *& ſeq.* ubi etiam obſervat,

6 quod filia dicitur non poſſe nubere, ſi congruè, & ex dignitate non nubit.

7 Quod autem dicitur de ſorore inope, locum habet in fratre paupere etiam naturali, quem frater dives, ſive ſit Laicus, ſivè Clericus, alere tenetur, *Mareſcot. var. lib.* 2. *cap.* 83. *num.* 40. *&* 41. *Surd. de Alim. tit.* 1. *quæſt.* 25. *num.* 3. 5. *&* 6. *Add. ad Theſ. d. deciſ.* 192. *litt. A.*

8 Addit *Cancer. loco cit. d. par.* 1. *cap.* 16. *num.* 31. *verſ. ſi tamen &c.* quod ſi frater præſtiterit alteri fratri alimenta, cui ipſe debitor erat ex legato paterno, non cenſetur fratri alimenta præſtitiſſe animo donandi; quia debitor tradens alimenta, in dubio cenſetur habere animum compenſandi, & debitum extinguendi, *ex trad. per Cravett. conſ.* 86. *num.* 3. *Mantic. de Tacit. & ambig. convent. lib.* 13. *tit.* 12. *num.* 16. *& ſeq. & tit. ſeq. & tit.* 11. *num.* 9. *& ſeq. & tit.* 19. *num.* 8. *Surd. de aliment. tit.* 6. *quæſt.* 12. *numer.* 19. *&* 26.

SUMMARIUM.

1 *Locatio rerum Eccleſiæ facta ad plures annos, valida eſt quoad triennium:* contrarium num. 4.

2 *Emphiteuſis conceſſa in quartam, vel quintam generationem, valida eſt quoad tertiam permiſſam.*

3 *Donatio facta abſque inſinuatione ultra* 500. *aureos, firma remanet in ſumma permiſſa, & vitiatur ſolum in exceſſu.*

4 *Locatio rerum Eccleſiæ facta ultrà triennium, vitiatur in totum:* limitantur num. 7. 9. & ſeq.

5 *Forma eſt individua.*

6 *Dictio, omninò, omni ex parte contractum irritat.*

7 *Quid ſi locatio rerum Eccleſiæ facta ultra triennium, utilis eſſet Eccleſiæ.*

8 *Triennium prædictum poteſt per ſtatuta Epiſcoporum limitari ad unum, vel duos annos.*

9 *Conductor, qui rem Eccleſiæ detinuit, non poteſt evitare ſolutionem penſionis, etiamſi locatio facta fuerit ultra triennium.*

10 *Valida eſſet locatio facta ultra triennium, ſi in loco adeſſet talis conſuetudo.*

11 *In locatione rerum Eccleſiæ non numeratur annus, quatenus conſtat ex* 12. *Menſibus, ſed ex recollectione.*

12 *Quando locatio rerum Eccleſiæ fieri poſſit ad novennium.*

An locatio bonorum Eccleſiæ facta ad plures Annos, valida ſit quoad triennium.

CAP. XXXVIII.

AFfirmat *Bald. in auth. ſi quas, C. de Sacroſ. Eccleſ. Sylv. Aldobrand. conſ.* 79. *num.* 3. *lib.* 1. *Tiraquell. de Retract. ligń. §.* 23. *gloſ.* 1. *num.* 12. *Clar. in §. Emphiteuſis, quæſt.* 6. *& in §. feudum, quæſt.* 13. *& in §. donatio, quæſt.* 17. *Quarant. in ver. alienatio rerum Eccleſiæ, num.* 18. *ubi de magis communi teſtatur Molin. de Juſt. tract.* 2. *diſp.* 467. *col.* 2. *Gram. deciſ.* 390. *& alii apud Covar. lib.* 2. *var. cap.* 16. *num.* 5. 1

Probatur hæc concluſio primò, quià emphiteuſis conceſſa in quartam, & quintam generationem, eſt valida quoad tertiam permiſſam, *Auth. de non alienna. §. quod autem, collat.* 2. *Covar. d. cap.* 16. *num.* 5. *Molin. de Primogen. lib.* 1. *cap.* 21. *nu.* 34. *Gram. deciſ.* 72. *num.* 2. *Ricc. in Prax. for. Eccleſ. reſ.* 102. *nu.* 2. *in* 2. *edit.* 2

Probatur ſecundo quià donatio facta abſque inſinuatione ultra 500. aureos, firmà adhuc remanet in ſumma permiſſa, & vitiatur ſolùm in exceſſu, *per tex. in l. ſancimus, C. de Probat.* 3

Contrariam tamen ſententiam, quod ſcilicet locatio rerum Eccleſiæ facta ultrà triennium, vitietur in totum, nec valida ſit quoad triennium, *tenuit Bart. in auth. qui rem, C. de Sacroſ. Eccleſ. Afflict. deciſ.* 107. *num.* 2. *Purpur conſ.* 340. *num.* 7. *Pinell. in l.* 1. *par.* 3. *num.* 75. *C. de Bon. matern. Valaſc. de jur. emphit. quæſt.* 29. *num.* 15. Rector enim Eccleſiæ, ſeu Bene- 4

Beneficiatus non poteſt conſtituere jus in re, ſeu
concedere uſumfructum rei Eccleſiæ ultrà trien-
nium, quià talis conceſſio eſt ſpecies alienationis,
Mantic. de Tacit. & ambig. convent. tom. 1. lib. 5. tit. 5.
in princ. Borell. in Sum. omnium deciſion. tom. 1. tit. 19.
num. 5. Rot. in Brixien. locationis 5. Octobris 1594. coram
Penia.

5 Et hæc quidem ſententia in puncto juris ve-
rior eſt: quia à jure videtur præſcripta forma, nè
ultrà præſcriptum tempus res Eccleſiæ ab ejus Re-
ctore locentur: forma autem eſt individua, idque
colligitur ex *extravaganti ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non*
alien. ibi, *nullius omninò ſint roboris, & momenti*, pon-
derando dictionem illam, *omninò*, quæ indiſtinctè
6 omnes annos compræhendit, ac omni ex parte lo-
cationem irritat, *Pilaja tom. 1. lib. 2. deciſ. 6. de Reb.*
Eccleſ. non alien. nu. 9. in fin. Barboſ. de Diction. & clau-
ſul. dict. 206. Squillan. de obligat. Cleric. par. 2. num. 35.
Rot. deciſ. 471. num. 9. par. 1. Diverſ.

Prior tamen opinio tuta eſſet in praxi, quan-
do locatio utilis eſſet Eccleſiæ: quià contractus in
7 tali caſu validus eſt, etiamſi fiat ſine ſolemnitate,
Gabr. commun. concluſ. tit. de Rerum alienat. concl. 1. Ma-
ſcard. de probat. concl. 75. ubi de veriore, ac magis com-
muni teſtatur, Rebuff. in Compend. alien. num. 34. Emm.
quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 27. art. 9. Barboſ. de offic. &
pot. Epiſc. part. 3. alleg. 95. num. 26. Quaran. in ver.
alienatio rerum Eccleſiæ num. 34. ubi dicit, quod eſt in
electione Eccleſiæ in tali caſu, ſi vult, ſtare con-
tractui, & procurare expeditionem ſolemnitatum,
etiam invito contrahente, *Squillant. loco cit. d. par. 2.*
num. 37.

8 Obſerva tamen, quod triennium hujuſmodi
poteſt per ſtatuta Epiſcoporum limitari ad unum,
vel duos annos: quia Summus Pontifex *in d. extra-*
vag. non jubet, locationes fieri uſque ad dictum
tempus, ſed prohibet, nè ultra fiant, *Anchar. conſ.*
116. num. 5. Alex. conſ. 160. à num. 6. vol. 6. Barboſ.
de offic. & pot. Epiſc. par. 3. alleg. 95. num. 18.

9 Obſerva ſecundo quod etiamſi locatio facta
fuerit ultra triennium, non poterit conductor, qui
rem Eccleſiæ detinuit, evitare ſolutionem penſio-
nis ſub prætextu nullitatis contractus, *Garc. de Be-*
neſ. par. 2. cap. 1. num. 82. Ricc. in Prax. for. Eccleſ.
par. 1. reſ. 126.

Obſerva tertio quod ſi in loco adeſſet conſue-
10 tudo locandi ultrà triennium, tunc valida eſſet
locatio facta juxtà conſuetudinem, *Pariſ. conſ. 98.*
lib. 4. Maceraten. var. lib. 2. cap. 17. num. 16. & ſeq.
Gram. deciſ. 388. Ricc. in Prax. par. 1. reſ. 109. quod
intellige, dummodò locatio eſſet utilis Eccleſiæ,
ut ſupra diximus num. 7.

11 Obſerva quarto quod in locatione rerum Ec-
cleſiæ non numeratur annus, quatenùs conſtat ex
duodecim menſibus, ſed ex recollectione, ita ut ſi
ex quolibet triennio ſemel tantùm fructus ex bo-
nis Eccleſiæ percipiantur, tunc triennium pro uno
anno computari debeat; quo caſu locatio fieri po-
terit uſque ad novennium, *Quarant. in ver. Aliena-*
tio, num. 18. Mantic. de Tacit. & ambig. convent. tom. 1.
lib. 5. tit. 3. num. 22. Genuenſ. in Prax. cap. 60. nu. 10.
Filiuc. tom. 3. tract. 44. cap. 2. quæſt. 3. Barboſ. de off.
& poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 95. num. 4. Pilaja tom. 1.
lib. 2. deciſ. 6. de Reb. Eccleſ. non alien. num. 9.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus ſucceſſor regulariter non tenetur ſtare locatio-*
ni factæ à prædeceſſore: limitatur numer. 3.
& ſeq.

2 *Conductor non tenetur ſtare conductioni, etiamſi Cleri-*
cus ſucceſſor vellet ſtare locationi.

3 *Succeſſor tenetur ſtare locationi factæ in perpetuum, vel*
ad longum tempus.

4 *Longum tempus dicitur, ſi excedat decennium.*

5 *An, & quando ſucceſſor teneatur ſtare locationi factæ*
pro neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ.

6 *Quid ſi à conductore factæ fuerint expenſæ in arando,*
& ſerendo.

7 *Et quid ſi expenſæ factæ fuiſſent contrà formam pacti*
adiecti in Inſtrumento prædeceſſoris.

8 *An, & quando Maritus teneatur ſtare locationi factæ*
ab Uxore, vel à Socero antè dotis conſtitutionem.

An, & quando Beneficiatus Succeſſor teneatur ſtare locationi factæ à prædeceſſore.

C A P. XXXIX.

Reſp. quod Beneficiatus ſucceſſor regulari- 1
tèr non tenetur ſtare locationi factæ a ſuo
prædeceſſore: quià prædeceſſor temporale
dumtaxat jus habebat in fructibus, donec viveret,
nec ſucceſſor habet ab eo cauſam, *Bald. in l. empto-*
rem, num. 8. C. locat. & conduct. Bellet. Diſquiſ. cleric.
par. 1. tit. de Cleric. debit. §. 4. num. 1. & ſeq. latè Bich.
deciſ. 452. num. 1. & ſeq. ubi dicit, quod in perſona
ſucceſſoris non continuat præcedens contractus,
cum per extinctionem juris Anteceſſoris ipſo jure
expiraverit, ſed novus ipſius ſucceſſoris conſenſu
interveniente præſumitur mediante tacita ratifica-
tione, quæ reſultat ex perceptione affictus, *Covar.*
var. lib. 2. cap. 15. ſub num. 6. Gratian. diſcept. 606. nu.
13. & ſeq. Surd. deciſ. 52. num. 9. & ſeq. ubi addunt, 2
quod nec conductor tenetur in tali caſu ſtare con-
ductioni, etiamſi ſucceſſor vellet ſtare locationi.

Limitatur prædicta concluſio, ut procedat in 3
locatione ad breve tempus; ſecus eſſet, ubi locatio
facta fuerit in perpetuum, vel ad longum tempus
cum debitis ſolemnitatibus; quia tunc ſucceſſor
tenetur ſtare locationi, *Jo: Andr. in cap. 1. de Pact.*
in 6. Alex. conſ. 150. num. 4. vol. 4. Natt. conſ. 517. num.
1. & 5. vol. 3. Bero. conſ. 83. num. 10. vol. 1. Bellett. lo-
co cit. num. 6. 16. & ſeq. ubi etiam obſervat, quod 4
longum tempus dicitur, ſi excedat decennium.

Limitatur ſecundo in locatione facta pro ne- 5
ceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ, quia tunc etiam
ſucceſſor tenetur ſtare locationi, *Anchar. conſ. 122.*
Gratian. deciſ. March. 99. num. 17. Card. Seraphin. dec.
1125. ſub num. 3. Gemin. conſ. 17. ſub num. 10. debet
autem conductor in tali caſu probare, pecuniam
fuiſſe verſam in neceſſitatem, vel utilitatem Ec-
cleſiæ, *Mantic. deciſ. 186. num. 1. Redoan. de Reb. Ec-*
cleſ. non alien. quæſt. 57. num. 26. & 88. Bich. d. deciſ.
452. num. 6. & ſeq.

Limitatur tertio ſi antè contradictionem ſuc-
ceſſoris factæ fuerint à conductore expenſæ ſaltem 6
pro majori parte in arando, & ſerendo; quia tunc
ſucceſſor tenetur ſtare locationi pro eo anno, pro
quo jam facta eſt impenſa, ità in hoc caſu dictan-
te æquitate, præſertim ſi expenſæ factæ fuerint an-
tè vacationem Eccleſiæ, vel ea vacante, non ta-
men tenetur ſucceſſor ſtare locationi pro alijs an-
nis, *Bald. in l. emptorem, num. 11. C. locat. Gratian.*
diſcept. 606. num. 9. & 17. Oſaſc. deciſ. 82. num. 10. Ca-
valcan. deciſ. 44. num. 32. & ſeq. par. 1. Bellett. d. tit. de
Cleric. debit. §. 4. num. 13. Surd. deciſ. 52. num. 11. &
ſeq.

ſeq. Bich. d. deciſ. 452. *num.* 14. ſubdens *num.* 15. *cum*
7 *ſeq.* quod ſi expenſæ factæ fuiſſent contrà formam
pacti adiecti in Inſtrumento prædeceſſoris, retor-
queretur æquitas adverſus contravenientem pacto
per tex. in l. juriſgentium, *§. ſed ſi fraudandi*, *verſ. ini-*
quum, *ff. de Pact. l.* 1. *ff. de Conſtit. pec.*

8 An verò maritus teneatur ſtare locationi fa-
ctæ ab Uxore, aut Socero antè dotis conſtitutio-
nem? Reſp. negativè, niſi maritus paciſcens do-
tem ſciverit, rem ſibi promiſſam dotis titulo, lo-
catam eſſe: quia tunc videtur conſentire locatio-
ni: & ideo non poteſt expellere colonum, *vide Co-*
var. d. lib. 2. *cap.* 15. *num.* 5. *in fin.*

S V M M A R I V M.

1 *An Clericus, qui fuit ordinatus ad titulum patrimo-*
nii, poſſit illud abſque licentia Epiſcopi alie-
nare.

2 *An valeat renunciatio beneficii, ad cujus titulum Cle-*
ricus fuit ordinatus, nulla facta de hoc men-
tione.

3 *An ordinatus ad titulum patrimonii ſibi donati cum*
conditione de illo reſtituendo poſt ordinationem, di-
catur ordinatus ſine titulo.

4 *An donans patrimonium alieni, poſſit apponere pactum*
de eo reddendo, cum ordinatus obtinuerit ſufficiens
beneficium.

5 *An patrimonium Clerici à Patre donatum, ut poſſit*
ad Sacros ordines promoveri, debeat imputari in
legitimam.

6 *Donata ob cauſam præſumuntur tradita in compenſa-*
tionem legitimæ, niſi aliter conſtet de mente do-
nantis.

An Clericus ſine licentia Epiſcopi poſſit validè alienare patrimonium, ad cujus titulum fuit ordinatus.

C A P. XL.

1 AFfirmant nonnulli DD. ſi tunc Clericus ha-
beat beneficium, vel alia bona, ex quibus
congruè vivere poſſit: quià Concilium Tri-
dentinum *ſeſſ.* 21. *de ref. cap.* 2. ſolùm prohibuit, nè
patrimonium alienetur ſinè licentia Epiſcopi, do-
nec Clericus aliundè habeat, unde vivere poſſit;
& ideò ſi Clericus acquirat poſteà beneficium, vel
alia bona ad victum ſufficientia, alienatio abſque
alia licentia videtur permiſſa, *juxtà textum in l. cum*
Prætor, *ff. de Judic.* præſertim quià hujuſmodi pa-
trimonium de jure communi poterat alienari abſ-
que licentia Epiſcopi, *gloſ. Abb. & Imol. in cap. tuæ*
de Preb. Feliu. in cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſtit. Gu-
tier. lib. 2. *pract. quæſt.* 65. *num.* 10. *&* 11. *Henriq. lib.*
13. *cap.* 37. *§.* 2. *in gloſ. fin. Cevall. quæſt.* 527. *num.* 8.
& quæſt. 561. *num.* 22. *Valenz. conſ.* 32. *num.* 21. *&*
ſeq. tom. 1. *Molſeſ. in Sum. tr.* 2. *cap.* 18. *Pariſ. de Re-*
ſignat. lib. 2. *quæſt.* 6. *num.* 16. *Gratian. diſcept. forenſ.*
cap. 159. *num.* 14. *Azor.* 2. *par. lib.* 3. *cap.* 4. *quæſt.* 3.
Garc. de benefic. part. 2. *cap.* 5. *num.* 186. *&* 161. *cum*
ſeq.

Contraria tamen ſententia, quod requiratur
Epiſcopi licentia in alienatione patrimonii, etiam
ſi Clericus aliundè habeat, undè vivat, videtur
verior, & menti Sacri Concilii Tridentini magis
conformis: quia ad Epiſcopum ſpectat cognoſce-
re, an talis Clericus beneficium ſufficiens adeptus
fuerit, vel aliundè habeat, unde vivere poſſit,
Burſat. conſ. 178. *num.* 55. *lib.* 2. *Cened. Pract. & ca-*
non. quæſt. lib. 1. *quæſt.* 11. *num.* 9. *Campan. rub.* 8.
cap. ult. num. 9. *& alii apud Barboſ. de offic. & pot. Epiſ.*
par. 2. *alleg.* 19. *nu.* 90.

Item nec valeret renunciatio beneficii, ad cu-
jus titulum Clericus fuit ordinatus, nulla facta 2
mentione, quod ad illius titulum promotus fuit,
etiamſi talis renunciatio facta fuerit cum penſione
ſufficienti ad congruam ſubſtentationem: quià
mentio hujuſmodi a Concilio *d. ſeſſ.* 21. *de ref. cap.* 2.
requiritur pro forma, nec poteſt adimpleri per æ-
quipollens, *ut cenſuit Sac. Congregatio teſte Garc. de*
Beneſ. par. 2. *cap.* 5. *num.* 193. *&* 214. *cum ſeq. Ugolin.*
de offic. Epiſc. cap. 14. *§.* 3. *& cap.* 16. *§.* 8. *num.* 4. *&*
ità pluries reſolvit Rota, ut teſtatur idem Garc. loco cit. d.
numer. 193. *& ſeq. Barboſ. d. part.* 2. *alleg.* 19. *nu-*
mer. 42.

Quæres, an ordinatus ad titulum patrimonii 3
ſibi donati cum pacto, ſeu conditione de illo red-
dendo, ſeu reſtituendo, poſt ordinationem dica-
tur ordinatus ſine titulo? Reſp. negativè: quià ta-
lis revera eſt ordinatus cum patrimonio vero, &
non ficto; & ideo non incurrit in aliquam pœnam,
ſeu ſuſpenſionem; nec obſtat pactum, vel condi-
tio de reſtituendo poſt ordinationem: quià hujuſ-
modi pactum, ſeu conditio non valet uti contrà
diſpoſitionem Concilii *d. cap.* 2. prohibentis, patri-
monium alienari, aut remitti ſine licentia Epiſco-
pi, *Ugolin. de offic. Epiſc. cap.* 26. *§.* 13. *num.* 6. *Molin.*
de Juſtit. 1. *tom. tract.* 2. *diſp.* 169. *Henriq. lib.* 13. *cap.*
37. *§.* 2. *Tolet. lib.* 1. *cap.* 48. *Barboſ. de offic. & poteſt.*
Epiſc. par. 2. *alleg.* 21. *num.* 30. ubi ſubdit, quod
donans patrimonium alicui, poteſt apponere pa- 4
ctum, & conditionem de eo reddendo, cum ordi-
natus obtinuerit beneficium ſufficiens, vel alia bo-
na, ex quibus vivere poſſit.

Quæres ſecundo an patrimonium Clerici à
Patre donatum, ut poſſit ad Sacros ordines pro- 5
moveri, debeat conferri, ſeu imputari in legiti-
mam? Affirmant *Gonzal. var. cap.* 12. *num.* 25. *Mo-*
lin. de Juſtit. 1. *tom. tract.* 2. *diſp.* 238. *&* 241. *Ugolin.*
de offic. Epiſc. cap. 26. *§.* 9. *num.* 4. *& alii, quos refert,*
& ſequitur Garc. de Beneſ. d. part. 2. *cap.* 5. *num.* 159.
Bonacin. de contract. diſp. 2. *quæſt.* 6. *pun.* 7. *§. un. num.*
5. quia hæc non eſt donatio ſimplex, ſeu omni- 6
nò liberalis, ſed ob cauſam, donata verò ob cau-
ſam ex ſua natura conferri debent, cum præſu-
mantur tradita in compenſationem legitimæ, niſi
aliter conſtet de mente donantis; contrariam ta-
men ſententiam ſequuntur *Ducn. reg.* 222. *num.* 3.
Polidor. Ripa obſervat 234. *Rojas de ſucceſſion. cap.* 7. *à*
num. 46. *Spin. in ſpecul. teſtamen, gloſ.* 18. *à num.* 66.
Parlad. tom. 3. *quotid. differ.* 150. *§.* 4. *num.* 6. *Lotter.*
de Re beneſ. lib. 1. *quæſt.* 2. *num.* 43. *Cevall. commun.*
contrà commun. quæſt. 682. *Gratian. diſcept. for. cap.* 159.
à num. 32. *Campan. in Diverſ. juris Canonic. rub.* 8. *cap.*
6. *num.* 11. *Merlin. de legitim. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 23.
latè Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 2. *alleg.* 19. *num.*
64. *& ſeq.* ubi ſolidis fundamentis, ac rationibus
eam defendit, & contrariis reſpondet.

S V M M R I V M.

1 *Clericis cur vetitum ſit officia Secularia cum juriſditio-*
ne exercere, alias quam pœnam incurrant, &
num. 2.

3 *Ad Incurrendam pœnam requiritur præcedens admoni-*
tio, & ſubſequens Sententia declaratoria, &
quando, ſecus num. 5.

4 Sa-

4 *Sacerdos talia munera exercens incurrit excommunicationem.*
6 *Clericus per modum proviſionis poteſt ſæcularia exercere.*
7 *Lex pœnalis non obligat ante Judicii condemnationem, & quando ſecus* num. 8.
9 *Ad incurrendam excommunicationem quæ conditiones requirantur, &* num. 10.
11 *Clericus, ut dicatur irregularitatem incurriſſe, quæ requirantur.*
12 *Quando valeant Sententiæ, & actus judiciales facti per Judicem Sacerdotem exercentem juriſdictionem Laicam.*

Clerici beneficiati, & Penſionarii militiam, vel Officium Judicis Secularis cum juriſdictione ordinaria exercentes quam pœnam incurrant.

CAP. XXXXI.

1 CLericis etiam in minoribus Ordinibus con-
ſtitutis vetitum eſt, ne hujuſmodi officia
exerceant, tum quia nemo militans Deo im-
plicare ſe debet negotiis Secularibus; Tùm etiam
quia Clerici in tali caſu exercerent munus contra-
rium lenitati, quæ ſervari debet à Miniſtris Ec-
cleſiæ, *Molin. de juſt. & jur. tract. 3. diſp. 108. Squillan. de*
oblig. Cleric. par. 2. num. 106. & tradunt Canoniſtæ
communitèr *in cap. ſed nec procurationes ne Cleric. vel*
2 *Monach.* Alioquin ſubjacent pœnæ privationis non
tamen ipſo facto ex ſola præſumptione deſertionis
ſtatus Clericalis, ſed poſt trinam præmiſſam legi-
3 timam monitionem, vel unam pro tribus, ut mi-
litiam, vel ſtatum ſecularem deſerant, & ad ſta-
tum Clericalem redeant, ac etiam poſt ſubſecutam
deſuper Judicis ſententiam declaratoriam ſi in mi-
4 noribus ordinibus, vel ſubdiaconatu, vel Diaco-
natu ſint conſtituti; Sacerdotes verò ſi contrà hoc
venire præſumpſerint, ſubjacent excommunica-
tioni, *cap. Clericus eod. tit. ne Cleric. vel Monach. cap.*
quicumque ex Clero 23. quæſt. 8. Azor. 2. par. lib. 8. cap.
10. quæſt. 4. Gig. de penſ. quæſt. 55. Vide Pignatell. tom.
2. conſult. 2. per tot. Ubi etiam advertit quod excom-
5 municatio non eſt reſervata, ſecùs eſſet, ſi Cleri-
cus matrimonium contraxerit, quià tunc eo ipſo,
& ante omnem monitionem, & ſententiam incur-
rit pœnam prædictam; Magna eſt enim differentia
inter matrimonium, & militiam, ſivè officium ſe-
culare, quià matrimonium affert ſtatum firmum,
quem non afferunt militia, aliaque officia ſecu-
laria, quæ aliquando exercentur ad breve tempus,
vel durante aliqua brevi neceſſitate cum animo re-
6 deundi ſtatim ad priorem ſtatum, ut ſi Princeps
urgente neceſſitate committeret cuſtodiam Arcis
alicui Clerico, quià non haberet alium, cui confi-
deret, tunc enim Clericus excuſaretur, ſi per mo-
dum proviſionis munus ſuſciperet, *Bald. in l. Divus*
Pius, ff. de petit. hered. Felin. in cap. querelam num. 19.
de injur. Card. de Lugo Præceptor meus lib. 1. reſponſ.
moral. dub. 22. num. 8. Pignatell. d. conſult. 2. num.
11. & ſeq.
7 Obſerva hic, quod Lex pœnalis, quæ non po-
teſt executioni demandari abſque hominis actio-
ne, non obligat antè Judicis condemnationem,
etiamſi in lege dicatur *abſque alia Judicis declaratio-*
ne, exceptis cenſuris ipſo Jure latis, *ut Navar. in*
comment. de dat. & promiſſ. not. 31. num. 44. Avil. par.
1. de Cenſur. dub. 7. Sanch. lib. 2. moral. cap. 26. Leſſ.
cap. 35. dub. 26. in princip. Sà in ver. pœna nu. 1. Suar.
tom. 1. de Relig. tr. 3. lib. 4. de Simon. cap. 43. num. 13.
& alii apud Layman. in Theol. moral. lib. 1. tract. 4. cap.
15. de leg. pœnal. num. 6. & eſt communis Theologorum,
& Juriſperitorum ſententia teſte Dian. reſol. moral. par.
1. tract. 17. reſol. 67. contra *Abb. in repet. cap. extir-*
pandæ, §. qui verò num. 24. de Præben. Felin. in cap. in
noſtra de reſcript. & in cap. inquiſitionis de accuſat; &
alios, quos ſequitur Garc. de benef. par. 11. cap. 10.
num. 18. & ſeq.
Dixi, *quæ non poteſt executioni demandari abſque* 8
hominis actione, quia pœnæ ipſo Jure latæ, quæ ad
ſui executionem nullam hominis actionem requi-
runt, ſed in abſtinentia ab aliqua actione conſi-
ſtunt, qualis ſunt privatio vocis activæ inhabili-
tans ad beneficium, vel officium, & aliæ hujuſ-
modi ante Judicis ſententiam ligant delinquen-
tem, cum hujuſmodi pœnæ comparentur cenſuris,
Sot. 1. de juſt. quæſt. 6. art. 6. concl. 2. Navar. in man.
cap. 23. num. 67. Valent. tom. 2. diſp. 7. quæſt. 5. pun. 6.
Azor. lib. 5. cap. 7. quæſt. 4. Suar. lib. 5. de legib. cap.
8. & 9. Reginald. lib. 13. num. 279. & alii apud Bonac.
in tract. de legib. diſp. 1. quæſt. 1. pun. 7. §. 2. num. 9.
& ſeq. Ubi ſubiicit, quod is, qui in has pœnas ipſo
facto incidit, non tenetur ſe privare officio, aut
voce activa, vel paſſiva, quoties hoc nequit face-
re ſine infamia, tenetur tamen eo caſu petere diſ-
penſationem, ne interim officium inique retineat,
vide Dian. reſol. mor. par. 1. tract. 10. reſol. 24. & tract.
17. d. reſol. 67.
Obſerva Secundo, quod ad incurrendam ex- 9
communicationem prædictam duæ conditiones
requiruntur: Prima eſt quod Sacerdos officium
Judicis ſecularis exercere præſumpſerit, & ideò
ignorantia etiam craſſa, ſupina, & affectata excu-
ſat ab hujuſmodi cenſura propter illud verbum
præſumpſerit, quod importat dolum, & temerita-
tem, *cap. ut animarum de conſtit. in 6. Bonacin. de*
cenſur. in commun. diſp. 1. quæſt. 2. pun. 1. num. 10. &
ſeq. & in Bull. Cœn. tom. 3. diſp. 1. quæſt. 2. punct. 4.
num. 8. Dian. reſol. moral. par. 3. tract. 6. reſol. 7. &
par. 5. tract. 9. reſol. 17.
Secunda eſt, quod commonitus ſe ſe emen-
dare noluerit, & ideò ad dictam excommunica-
tionem incurrendam requiritur, ut ſupradictum
eſt, antecedens monitio Canonica, ideſt trina, vel
unica pro tribus cum intimatione prædictæ Cen-
ſuræ Incurrendæ, *cap. conſtitutionem, de ſent. excom.*
in 6. Suar. de Cenſur. diſp. 23. ſect. 3. num. 23. Layman.
lib. 1. tract. de Cenſur. cap. 6. num. 4. Barboſ. in d. cap.
Clericis, num. 6. Sayr. lib. 3. cap. 32. num. 6. Pigna-
tell. loc. cit. dict. conſ. 2. num. 12. Subdens, *num. 13.*
quod Sacerdotes non prohibentur eſſe Principum
Conſiliarii, neque prohibentur in Cauſa civili ſibi
ſemel, aut iterum delegata a ſeculari poteſtate ju-
dicare.
Obſerva Tertio, quod Clericus exercens mu- 11
nus judicis Secularis non incurrit irregularitatem
ex defectu lenitatis, neque aliam ſi neminem ad
mortem, aut ad membri mutilationem condemna-
verit, vel ſi condemnavit, Sententia non fuit exe-
cutioni demandata, vel non habuit effectum,
utrumque enim ad incurrendam irregularitatem
requiritur, videlicet Sententia, & effectus ſubſe-
cutus *cap. ex litteris, ubi gloſ. & DD. communiter de ex-*
ceſſ. Prælat. latè Pignatell. tom. 2. d. conſ. 2. num. 11.
15. & ſeq. ubi addit, quod ſuper irregularitate ex
defectu lenitatis poteſt Epiſcopus diſpenſare quo-
ad minores ordines, & beneficium ſimplex, *vide*

K *Garc.*

Garc. de benef. par. 7. cap. 11. num. 34. Mujol. lib. 5. cap. 51. num. 4. Tolet. lib. 1. cap. 88.

12 Obſerva Quarto, quod textus *in d. cap. Clericis* non irritat acta, & ideò valent proceſſus, ac Sententiæ latæ per Sacerdotes, qui Laicam juriſdictionem exercerent niſi fuerint denunciati excommunicati ob eam Cauſam, vel niſi Pars excipiendo proteſtata fuerit, eos uti excommunicatos judicare non poſſe, *Abb. in cap. decernimus, num. 7. de re judic. ubi etiam Dec. num. 78. Navar. in man. cap. 27. num. 21. Gutier. Canon. quæſt. lib. 1. cap. 1. num. 82. Leſſ. lib. 2. de juſt. cap. 29. num. 57. Pignatell. d. conſult. 2. num. 14.*

S V M M A R I V M.

1 *Viſitatores recipientes munera tenentur ea reſtituere infrà menſem, alias incurrunt ſuſpenſionem ab officio, & beneficio*: declaratur num. 10.

2 *Suſpenſus à beneficio non poteſt percipere fructus ipſius beneficii, ſed illi in utilitatem Eccleſiæ converti debent.*

3 *Suſpenſus ab officio non poteſt miſſam celebrare, nec alias Sacrorum ordinum functiones exercere, aliàs irregularitatem incurrit.*

4 *Suſpenſus ab officio intelligitur ſuſpenſus ab officio ordinis, & juriſdictionis.*

5 *Viſitatores nihil recipere poſſunt, niſi moderatam procurationem.*

6 *Hæc prohibitio extenditur etiàm ad familiam ipſorum Viſitatorum*: declaratur num. 8.

7 *An Viſitatores loco procurationis ſibi debitæ in victualibus poſſint recipere pecuniam.*

8 *Viſitatores non tenentur in defectum familiæ non reſtituentis.*

9 *Innocens pro alterius culpa non debet pœnam luere.*

10 *Viſitatores à prædictis pœnis excuſantur, ſi alio titulo, quàm ratione Viſitationis munus aliquod accipiunt.*

11 *Item excuſantur, ſi munus modicæ ſummæ recipiant.*

12 *Summa aureorum duorum in jure pro modica habetur.*

13 *Ignorantia etiàm craſſa, ſupina, & affectata excuſat à prædicta pœna ſuſpenſionis.*

14 *Præſumptio importat dolum, & temeritatem.*

15 *Actualis inconſideratio inculpata excuſat à Cenſuris.*

Quam pœnam incurrant Clerici ad Viſitationis munus aſſumpti, qui munera ratione Viſitationis recipere preſumunt.

CAP. XXXXII.

1 RESp. quod tenentur de duplo gravatis Eccleſiis infrà menſem plenariam ſatisfactionem impendere; alioquin, ſi ultrà prædictum tempus duplum reſtituère differant, ab offi-
2 cio, & beneficio ſunt ipſo facto ſuſpenſi: & ideò
non ſolùm ſuſpenſi ſunt à beneficii fructibus, qui
interim in utilitatem Eccleſiæ convertendi ſunt,
ſed nec poſſunt Miſſam celebrare, nec alias Sacro- 3
rum ordinum functiones exercere, & contrafacien-
tes irregularitatem incurrunt; quià iſta ſuſpenſio 4
ab officio ſuſpendit ab officio tàm juriſdictionis,
quàm ordinis, *cap. exigit, ubi DD. de Cenſib. in 6. Bonacin. de Cenſur. in commun. diſp. 3. pun. 2. num. 9. 12. & ſeq. & de Cenſur. in partic. diſp. 3. quæſt. 4. pun. 15. num. 8. & ſeq.* Viſitatores enim tàm Ordinarii, qua- 5
les ſunt Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Patriarchæ,
quàm alii Clerici ab ipſis ad id munus delegati,
nihil, prætèr moderatam procurationem, recipere
poſſunt, ità ut nec eorum famulis, aut officialibus
aliquid recipere *liceat, cap. 1. §. procurationes, & d. cap. exigit, de Cenſib. in 6.* 6

Obſerva tamen, quod Viſitatores loco procu- 7
rationis ſibi debitæ in victualibus poſſunt accipere pecuniam: ità tamèn, ut liberum ſit iis, qui viſitantur, tradere pecuniam, aut ipſemet victualia præſtare, *cap. Felicis cod. tit. de Cenſibus in 6.* ubi quoad hoc expreſsè corrigitur textus *in d. cap. exigit, eod. tit. & notat etiam Bonacin. d. diſp. 3. quæſt. 5. pun. 4. num. 3.*

Obſerva Secundo, quod prædicti Viſitatores 8
non tenentur in defectum familiæ non reſtituentis, ſi ipſi culpæ participes non fuerint: par enim
non eſt, ut innocens pro alteriùs culpa pœnam
luat, *Bonacin. de Cenſur. in partic. d. diſp. 3. quæſt. 5. pun. 4. num. 18. quidquid in contrarium ſenſerit gloſ. in d. cap. exigit, verſ. tentantur, de Cenſib. in 6.* 9

Obſerva Tertio, quod Viſitatores prædictam 10
pœnam non incurrerent, ſi munus aliquod acciperent alio titulo, quàm ratione Viſitationis, *Bonacin. d. diſp. 3. quæſt. 5. pun. 4. num. 2. in fin. ubi refert decretum Sac. Congregationis.*

Obſerva Quarto, quod non ligantur prædicta 11
pœna, ſi munus, quod accipiunt, modicæ ſit ſummæ, ut ſi non excederet valorem duorum aureo- 12
rum: hæc enim ſumma in jure pro modica reputatur, *l. ſi oleum, & l. ſeq. ff. de Dol. & in terminis munerum largitionis regularibus interdictæ per Bullam Clementis VIII. relatam per Quarant. in ver. munerum largitio, dicit Molſeſ. in ſumm. tom. 1. tract. 7. cap. 20. nu. 86. Filliuc. tom. 2. tract. 34. quæſt. 9. num. 65. Homobon. de Bon. in Exam. Eccl. par. 1. tract. 7. cap. 30. quæſt. 123. Scortia in Bull. Pont. epitom. 158. theor. 396. Dian. reſol. mor. par. 1. tract. 6. de Paupert. religioſ. reſol. 5. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par 3. alleg. 73. nu. 54.*

Obſerva Quinto, quod ignorantia etiam craſ- 13
ſa, ſupina, & affectata excuſaret à prædicta pœna
ſuſpenſionis propter verbum, *præſumpſerint*, quod
continetur in *d. cap. exigit, & in d. cap. 1. §. procurationes, de Cenſib. in 6.* ratio eſt, quia ignorans non 14
dicitur præſumere: cum præſumptio importet dolum, & temeritatem, *cap. ut Animarum, de Conſtit. in 6. Bonacin. de Cenſur. in commun. diſp. 1. quæſt. 2. punct. 1. num. 10. & ſeq. Dian. reſol. moral. par. 5. tract.* 15
9. de excommun. reſol. 17.

JO:

Digitized by Google

JOANNIS CAROLI
ANTONELLI
PARS IIII.
DE DISPENSATIONIBUS.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus ex juſta cauſa jus habet ad petendam diſpenſationem.*
2 *Superior quandoque tenetur ad diſpenſandum cum ſuis Subditis.*
3 *In quibus caſibus diſpenſatio dicatur debita.*
4 *Quando teneatur Epiſcopus diſpenſare cum Clerico, nè reſideat, vel in denunciationibus Matrimonii, & in interſtitiis.*
5 *Quando jus ſolùm concedit, ut poſſit diſpenſari, non eſt debita in tali caſu diſpenſatio, ſed eſt quædam gratia pendens ab Epiſcopi arbitrio.*

An Clericus jus habeat ad petendam diſpenſationem.

CAP. XXXXIII.

1 REſp. quod aliquandò diſpenſatio ità eſt Clericis debita, ut habeant veluti quoddã jus ad illam petendam, licèt nullo modo actio detur ad illam extorquendam: idque accidit, quotieſcunque occurrit iuxta cauſa diſpenſandi, nimirum qualitas perſonæ, ætas, locus, tempus, pietas, neceſſitas, religio, utilitas Eccleſiæ, majus bonum, & his ſimilia, *ut obſervat Jordan. Elu-*
2 *cubr. diverſ. vol. 2. lib. 9. tit. 1. de Diſpenſat. num. 9.* ubi ex his deducit, quod Superior quandoque tenetur ad diſpenſandum, cum teneatur indigentiis Eccleſiarum, & Subditorum opportunè occurrere, ac providere.

3 Diſpenſatio autèm videtur debita in quatuor caſibus, videlicèt quando jus diſponit, ac præcipit, ut concurrente tali cauſa concedatur diſpenſatio, ſeù debeat Prælatus diſpenſare: idemque dicendum, quando intervenit juſſus Superioris, ut in diſpenſationibus, quas concedit Summus Pontifex remittens cauſas Ordinariis, vel diſcreto Confeſſario, ac mandans, ut diſpenſent, ſi preces veritate nitantur. Secundo, quando eſt neceſſaria ad commune bonum, vel vitandum publicum ſcandalum. Tertio, quando eſt neceſſatia ad ſpirituale bonum poſtulantis, vel ad vitandum grave periculum Animæ. Quarto ſi Subditus gravitèr ea diſpenſatione indigeat ad vitandum aliquod grave damnum in perſona, vel aliis rebus temporalibus, *gloſ. & DD. in cap. cum conſtitueretur, diſt. 50. Sancius in Select. diſp. 43. num. 8. Suar. de legib. lib. 6. c. 18. num. 20. Salas, diſp. 20. ſect. 7. num. 70. Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 10. num. 6. Dian. par. 8. tract. 3. reſol. 27.*

Undè tenetur Epiſcopus diſpenſare cum Clerico, nè reſideat ratione Studii, niſi aliud obſtet, *cap. cum ex eo, de elect. in 6.* item tenetur diſpenſare in denunciationibus Matrimonij, ſi adſit ſuſpicio malitioſi impedimenti, & in interſtitiis, ſi id utilitati Eccleſiæ viderit expedire, *Dian. d. par. 4. tract. 3.* 4
reſol. 27. ſubdens, quod quando jus ſolum concedit, ut poſſit diſpenſari, non eſt debita in tali caſu diſpenſatio, ſed eſt quædam gratia pendens à prudenti Epiſcopi arbitrio, *latè Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 10. num. 6.* 5

S V M M A R I V M.

1 *In diſpenſatione ſuper jure juſta poſitivo requiritur cauſa.*
2 *Cauſa, quæ diſpenſationem licitam reddit, duplex eſt, intrinſeca, & extrinſeca.*
3 *Omnis diſpenſatio redundare debet in incrementum Cultus Divini.*
4 *An, & quando Epiſcopus poſſit diſpenſare in lege ſui Superioris.*
5 *Et an talis diſpenſatio nulla ſit, ſi fiat abſque cauſa.*
6 *Diſpenſatus ab Epiſcopo, vel alio inferiore ſinè juſta cauſa, toties peccat, quoties dicta diſpenſatione utitur.*
7 *Diſpenſatio Epiſcopi, vel alterius inferioris facta abſque juſta cauſa in propriis legibus, valet.*
8 *Epiſcopus diſpenſare poteſt in lege Superioris, ut in jejunio, feſtis celebrandis, & aliis, quæ frequenter occurrunt.*
9 *Epiſcopus diſpenſare poteſt in lege Superioris, quando agitur de materiâ levi.*
10 *Item diſpenſare poteſt in lege Superioris, quando agitur de iis, quæ ità propria ſunt unius communitatis, ut nullo modo conveniant aliis.*
11 *Epiſcopus diſpenſare poteſt in lege Superioris, quando recurſus ad Superiorem eſſet valdè difficilis, vel ſi concurret magna neceſſitas, & eſſet periculum in mora.*
12 *Item poteſt diſpenſare in iis caſibus, in quibus conſuetudine inductum eſt, ut inferiori in lege Superioris diſpenſet.*
13 *Epiſcopi de conſuetudine habent poteſtatem diſpenſandi in legibus Concilii provincialis pro ſua Diœceſi.*
14 *Poteſtas, quam Epiſcopus habet, diſpenſandi in prædictis caſibus, cenſetur ordinaria non autem delegata.*

15 *Valida eſt diſpenſatio, ſi Prælatus bona fide judicaverit, cauſam diſpenſandi eſſe probabilitèr juſtam, licèt re vera non ſit.*
16 *Superior ſervans regulas prudentiæ validè diſpenſat.*
17 *Superior diſpenſare poteſt, etiamſi dubitet, an cauſa juſta ſit.*
18 *In dubio ad clementiorem partem declinandum eſt*: limitatur num. ſeq.
19 *Prælatus diſpenſare non poteſt, quando dubium eſt non quidem circa cauſæ ſufficientiam, ſed an cauſa aliqua diſpenſandi exiſtat.*
20 *Illegitimus, vel irregularis diſpenſatus ad ordines minores, non cenſetur diſpenſatus ad beneficia*: limitatur num. 23. & 25.
21 *Diſpenſatio eſt ſtricti Juris.*
22 *Diſpenſatio extenditur ad ea, quæ illi ſunt neceſſariò annexa, & ſinè quibus effectum habere non poteſt.*
23 *Diſpenſatus ad ordines Sacros, cenſetur etiàm diſpenſatus ad ſimplex beneficium.*
24 *Non poteſt Clericus ad Sacros ordines promoveri ſinè titulo.*
25 *Diſpenſatus ad ordines minores eſt capax penſionis ità, ut nulla alia indigeat diſpenſatione, excepta penſione ſuper beneficio parcatum.*
26 *An poteſtas delegata ad diſpenſandum, vèl commutandum vota, extendatur ad diſpenſationem, vel commutationem juramentorum.*
27 *Facultas delegata ad commutandum, vel diſpenſandum ſuper votis virtute Jubilei, extenditur etiam ad vota emiſſa poſt ejuſdem Jubilei publicationem.*
28 *Verba indefinitè, & generalitèr expreſſa in privilegio, extenduntur etiàm ad futura.*
29 *Si æquè dubium ſit, an caſus indigeat, vel non indigeat diſpenſatione, reputandum eſt, non indigere.*
30 *Summo Pontifici non reſervantur caſus dubii, ſed certi.*
31 *Poteſtas diſpenſandi eſt latè interpetranda.*

An requiratur juſta cauſa in diſpenſatione ſuper jure poſitiuo.

C A P. XXXXIV.

1 RESp. affirmativè, *ut eſt communis omnium Theo-*
2 *logorum, & Canoniſtarum ſenſus*: cauſa verò,
quæ diſpenſationem licitam reddit, duplex
eſt: Altera intrinſeca, quæ fundatur in aliqua op-
poſitione ad ipſam obſervantiam legis, reddens il-
lam, aut difficilem, & onerosam, aut moralitèr
impoſſibilem. Altera verò extrinſeca: & hæc de-
ſumitur ex variis circumſtantiis tum perſonæ, cum
qua diſpenſatur, velut ex ejus neceſſitate, utilita-
te, &c. tùm perſonæ diſpenſantis, ad oſtendendam
3 videlicet ſuam ergà ſubditos clementiam, tùm
Reip. Cultuſque Divini, in cujus incrementum
omnis diſpenſatio redundare debet, *ut colligitur ex*
Concilio Tridentino ſeſſ. 25. de ref. cap. 18. & docet Gra-
nad. in par. 2. controverſ. 7. tract. 3. ſect. 3. num. 23. Sa-
las de legib. diſp. 20. ſect. 8. num. 75. Amicus tom. 5. diſp.
6. ſect. 6. num. 78. & 79. Dian. par. 8. tract. 3. reſ. 7.
Obſervant autèm Doctores, quod ſi Epiſco-
4 pus, vel alii inferiores diſpenſarent ſinè iuſta cau-
ſa circà legem Superioris in caſibus ſibi permiſſis,
mortalitèr peccarent, *Innoc. in cap. veniens. num. 2. de*
fil. Presbyt. Abb. in cap. de multa, num. 9. de Præb. &
5 *in cap. à nobis, de Jurep. Cajet. 1. 2. quæſt. 96. art. 5.*
in ultim. annot. Covar. lib. 1. var. cap. 17. num. 9. & diſ-
penſatio aliter facta, eſt nulla, *ex Concilio Tridenti-*
no ſeſſ. 25. cap. 18. Navar. in man. cap. 25. num. 74.
6 *Dian. par. 8. tract. 3. reſ. 6. &* 19. ubi addit, quod
diſpenſatus ſinè juſta cauſa peccat toties, quoties
dicta diſpenſatione utitur, quià illa diſpenſatio
cum ſit nulla, in foro conſcientiæ eum non ex-
cuſat.
Notandum tamèn eſt, quod valida eſſet diſ- 7
penſatio Epiſcopi, vel alterius inferioris in pro-
priis legibus, facta abſque iuſta cauſa, tunc enim
non diſpenſat in voluntate aliena, ſed in propria,
à qua ſola vim habent leges illæ, *Panorm. in cap. at*
ſi Clerici, §. de adulteriis, num. 10. de Judic. ubi etiàm
Felin. num. 6. Alexan. de Nevo, num. 16. Sylv. in ver.
Diſpenſatio, quæſt. 13. num. 19. Navar. in man. cap. 25.
num. 74. Azor. lib. 5. inſtit. moral. cap. 15. quæſt. 3.
Salaſ. de legib. diſp. 20. ſect. 4. num. 47. Sanch. lib. 8.
de Matrim. diſp. 17. num. 27. & alii apud Dian. par. 8.
tract. 3. reſ. 26.
In multis verò caſibus poteſt Epiſcopus diſ- 8
penſare in lege ſuperioris: quorum primus eſt,
quando agitur de diſpenſatione in jejunio, feſtis
celebrandis, & aliis, quæ frequentèr occurrunt;
quamvis enim Summus Pontifex ſuis legibus ad
hæc obligaverit, poteſt tamèn Epiſcopus in his
cum ſuis Subditis ex juſta cauſa diſpenſare, quià
eſſet intolerabile recurrere ad Papam, *Sotus, 1. de*
Juſt. quæſt. 7. art. 3. Valentia diſp. 7. quæſt. 5. pun. 9.
Medina tom. 1. quæſt. regular. quæſt. 22. art. 9.
Secundus caſus eſt, quando agitur de mate- 9
ria levi: cum non ſit rationi conſonum, nec juxtà
Principis voluntatem, aut rectam, & ſuavem gu-
bernationem, ut pro levibus ad Superiorem recur-
ratur, etiamſi ad eum facilis ſit recurſus, *ut d. Amic.*
tom. 5. diſp. 6. ſect. 4. num. 57. Dian. par. 8. tract. 3.
reſ. 12.
Tertius caſus eſt, quando agitur de iis, quæ 10
ità propria ſunt unius Communitatis, ut nullo mo-
do conveniant aliis: quia cum hæc concernant
commodum, & vtilitatem particularem talium
Subditorum, videtur Summus Pontifex eorum
cognitionem tacitè relinquere inferiori Prælato,
cui ſunt hæc magis nota, & perſpecta: ac proinde
melius ipſe, quam ſuperior de iis judicare poterit,
Azor. lib. 5. cap. 15. quæſt. 7. Valent. tom. 2. diſp. 7.
quæſt. 5. punct. 9. Amic. & Dian. locis cit.
Quartus caſus eſt, quando recurſus ad Supe- 11
riorem eſſet valdè difficilis, ſeu quando concurre-
ret magna neceſſitas, & eſſet periculum in mora:
tùnc enim ex præſumpta voluntate Summi Ponti-
ficis poſſet Epiſcopus diſpenſare in lege illius,
Granad. in par. 2. S. Thom. contr. 7. tract. 3. par. 2. diſp.
17. ſect. 1. num. 5. Sylv. in ver. diſpenſatio, num. 15. Na-
var. in man. cap. 22. num. 75. Salas, de Legib. diſp. 20.
ſect. 3. num. 22. Gordon. in ſum. lib. 3. quæſt. 13. cap. 3.
num. 2. Palaus tom. 1. tract. 3. diſp. 6. pun. 5. Sanch. de
matrim. lib. 2. diſp. 40. num. 3. & ſeq. Gutier. eod tract.
cap. 49. num. 6. & ſeq. Ugolin. de poteſt. Epiſc. cap. 60.
§. 1. Barboſ. eod. tract. par. 2. alleg. 35. num. 3. & ſeq.
Suar. de legib. lib. 6. cap. 14. num. 10. Pontius lib. 8.
cap. 6. num. 7. Dian. par. 8. tract. 3. reſol. 71. ubi aſ-
ſerunt, quod ex prædictis, vel aliis urgentibus
cauſis poteſt Epiſcopus in voto, irregularitate, &
cenſuris Papæ reſervatis diſpenſare.
Quintus caſus eſt, ſi conſuetudine legitimè 12
præſcriptum ſit, ut inferior in lege Superioris diſ-
penſet, quia conſuetudo legitimè præſcripta juriſ-
dictionem tribuit, *cap. cum contingat, de for. compet.*
Sylv. in ver. diſpenſatio, num. 15. Palaus tom. 1. tract.
3. diſp. 6. punct. 5. Dian. d. par. 8. tract. 3. reſol. 12. ubi 13
dicit, quod ſinguli Epiſcopi de conſuetudine ha-
bent poteſtatem diſpenſandi pro ſua Diœceſi in le-
gibus Concilii Provincialis, *Suar. lib. 6. cap. 15. n.*
7. Bo-

Digitized by Google

7. Bonac. in tract. de Legib. diſp. 1. quæſt. 2. pun. 1. num.
14. verſ. quando verò &c. ſubdens, quod ſi diſpenſa-
tio non ſit reſervata in Concilio Provinciali, ſicùt
ordinariè non ſolet reſervari, præſumitur ex uſu
data facultas unicuique Epiſcopo diſpenſandi pro
ſua Diœceſi.

14 Notandum eſt autèm, quod hæc poteſtas,
quam Epiſcopus habet diſpenſandi in ſupradictis
caſibus, cenſetur ordinaria non autèm delegata,
tùm quià conceditur ratione muneris, & officii,
tùm etiàm quià eſt perpetua; & ideò poteſt ab eo-
dem Epiſcopo alteri delegari, *gloſ. in cap. fin. de offic.*
ordin. Felin. in cap. licèt, eod. tit. Covar. 3. var. cap. 20.
num. 6. & 10. Sanch. lib. 2. de matrim. diſp. 40. numer.
14. & alii apud Dian. d. par. 8. tract. 3. reſol. 12. in fin.

15 Obſervant Secundo, validam eſſe diſpenſatio-
nem, ſi Prælatus bona fide judicaverit, cauſam
diſpenſandi eſſe probabiliter juſtam, etiamſi re ve-
16 ra non ſit; ſufficit enim, ut ſecundum regulas pru-
dentiæ humanæ cauſa judicetur proportionata,
cum non ſit humanum in his rebus ſemper attin-
gere punctum æqualitatis, & ideò non eſt veriſi-
mile, Chriſtum Dominum, vel Summum Ponti-
ficem conceſſiſſe hanc poteſtatem cum tanta limi-
tatione, ut ſi re ipſa non attingat veram æqualita-
tem, invalida ſit diſpenſatio, *Sylv. in ver. diſpenſa-*
17 *tio, quæſt. 14. n. 20. in fin.* ubi dicit, quod Superiores
18 diſpenſare poſſunt, etiamſi dubitent, an cauſa jux-
ta ſit, quià in eo dubio ad clementiorem partem
declinandum eſt, *Reginald. tom. 2. lib. 31. cap. 26.*
19 *num. 195. Dian. par. 8. tract. 3. reſol. 20. & 29.* ubi
ſubdit, quod ſi dubium eſſet non quidem circà
cauſæ ſufficientiam, ſed an cauſa aliqua diſpenſan-
di exiſteret: eo caſu non poſſet Prælatus diſpen-
ſare.

20 Obſervant Tertio, quod illegitimus, vel ir-
regularis diſpenſatus ad ordines minores, non cen-
ſetur diſpenſatus ad beneficia ètiàm ſimplicia: quia
21 diſpenſatio eſt ſtricti juris: & ideò irregularitas,
vel inhabilitas illa cenſetur auferri ſolùm quoad
expreſſa, *Azor. tom. 2. lib. 6. cap. 3. quæſt. 4. & 5.*
Avil. par. 7. diſp. 3. dub. 6. §. Quarto notandum &c.
Garc. de benef. par. 1. cap. 6. num. 71. & par. 7. cap. 2.
num. 68. Dian. par. 8. tract. 3. reſol. 37. & 38.

22 Notandum tamèn eſt, quod diſpenſatio, licèt
ſtricti juris ſit, nihilominus extendi debet ad ea,
quæ illi ſunt neceſſariò annexa, & ſinè quibus ef-
23 fectum habere non poteſt, undè diſpenſatus ad or-
dines Sacros, cenſetur etiàm diſpenſatus ad ſim-
plex beneficium, quo poſſit talibus ordinibus in-
24 ſigniri: quia ſinè hujuſmodi titulo nequit ad Sa-
cros promoveri, *ex Tridentino ſeſſ. 21. de reſ. cap. 2.*

25 Diſpenſatum verò ad ordines minores eſſe ca-
pacem penſionis, ita ut nulla alia indigeat diſpen-
ſatione, reſolvit, *Rota coràm Card. Seraphin. deciſ.*
1264. num. 2. excepta tamèn penſione ſupèr benefi-
cio parentum, *Buratt. deciſ. 53. num. 2. & 4.*

26 Obſervant Quarto, quod poteſtas delegata
ad diſpenſandum, vel communtandum ſupèr vo-
tis, extenditur ad diſpenſationem, & commuta-
tionem juramentorum, quæ ſoli Deo fiunt; &
èċontra facultas data ad diſpenſandum, ſeu com-
mutandum in juramentis ſoli Deo factis, extendi-
tur etiam ad vota: quia juramenta hujuſmodi, &
vota æquiparantur quoad diſpenſationem, & com-
mutationem, cum in eis privilegiis concedatur fa-
cultas remittendi, aut commutandi obligationem
ex virtute Religionis ſoli Deo tamquàm creditori
acquiſitam, & ideò diſpoſitum in uno, cenſetur
diſpoſitum in altero, *gloſ. in cap. ſi poſtquam, de elect.*
in 6. Cajet. 2. 2. quæſt. 89. art. 9. Henriq. lib. 7. de Indul-
gen. cap. 30. num. 5. Emmanuel. Sà verb. juramentum nu.
32. & ver. votum, ubi de voti irrit. & diſpenſat. numer.
16. Sayr. in Clavi reg. lib. 5. cap. 8. num. 9. verſ. Dixi
&c. Sorb. in Compen. privil. mendic. ver. votum, notab. 5.
Suar. tom. 2. de Relig. tract. de Voto, lib. 6. cap. 14.
num. 6. & ſeq. Sanch. lib. 8. de matrim. diſp. 2. num.
18. Dian. par. 8. tract. 3. reſ. 44.

Dixi, *quæ ſoli Deo fiunt*, ut excluderem jura-
menta adjecta contractibus: quià hæc non fiunt
ſoli Deo, nec intuitu pietatis, ſed intuitu contra-
hentium ad magis firmandum contractum; & ideò
nomine votorum non veniunt, *Sanch. lib. 1. de ma-*
trim. diſp. 32. num. 17. Suar. tom. 2. de Relig. tract. de
Juram. lib. 2. cap. 41. num. 13. & tract. de Voto, cap.
14. num. 13. Dian. d. reſol. 44. verſ. ſed contrarium &c.

An verò facultas delegata ad commutan- 27
dum, vel diſpenſandum ſuper votis virtute Jubi-
lei, attendenda ſit ad vota emiſſa poſt ejuſdem Ju-
bilei publicationem? Reſp. affirmativè, quià ver- 28
ba indefinitè, & generalitèr expreſſa in privilegio,
extenduntur etiàm ad futura, *gloſ. in cap. quià cir-*
cà, de Privil. Sanch. in ſum. tom. 1. lib. 4. cap. 53. num.
26. Dian. d. par. 8. tract. 3. reſ. 46. in fin.

Obſervant Quinto, quod ſi æquè dubium ſit, 29
an caſus indigeat, vel non indigeat diſpenſatione,
reputandum eſt, non indigere: quià tunc eſt præ-
ſumptio pro libertate: neque alicui morali pericu-
lo faciendi contrà legem is, qui dubitat, exponi-
tur, etiamſi inclinet, ſe indigere diſpenſatione:
quia non debet cenſeri lege aſtrictus, niſi de lege
ſibi certò moralitèr conſtet, *Palanſ. tom. 1. tract. 3.* 30
diſp. 6. pun. 5. num. 10. ubi dicit, quod in tali du-
bio ſufficeret diſpenſatio Epiſcopi, tùm quià non
videtur Summo Pontifici reſervatus caſus dubius,
ſed certus, tùm etiàm quià poteſtas diſpenſandi la- 31
tè eſt interpretanda, *ut ſenſit etiàm Salas de Legib. diſp.*
20. ſect. 3. num. 28. Diana d. par. 8. tract. 3. reſ. 72.

S V M M A R I V M.

1 *Quando poſſit Epiſcopus in irregularitatibus, & ſu-*
ſpenſionibus diſpenſare, & num. 13.
2 *In quo differat poteſtas diſpenſandi in irregularitati-*
bus, vel ſuſpenſionibus, à poteſtate abſolvendi in
caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, & numer.
ſeq.
3 *An Epiſcopus poſſit cum exteris diſpenſare ſuper votis,*
& juramentis.
4 *Advenæ, & peregrini poſſunt ab Epiſcopo Diœceſis,*
in qua reperiuntur abſolvi a caſibus occultis Sedi
Apoſtolici reſervatis.
5 *Clerici etiam abſentes poſſunt à proprio Epiſcopo di-*
ſpenſari in irregularitatibus occultis.
6 *Poteſtas diſpenſandi in irregularitatibus, & ſuſpen-*
ſionibus non poteſt ab Epiſcopo alteri delegari:
contrarium num. 9.
7 *Poteſtas abſolvendi à caſibus occultis Sedi Apoſtolicæ*
reſervatis extenditur etiam ad Vicarium ſpeciali-
tèr ab Epiſcopo delegandum, & num. 10.
8 *Abſolutio eſt magis neceſſaria ad ſalutem Animarum*
quàm diſpenſatio.
9 *Facultas diſpenſandi in irregularitatibus, & ſuſpen-*
ſionibus eſt annexa jure ordinario jurisdictioni Epi-
ſcopali.
10 *An Epiſcopus facultatem abſolvendi à cenſuris Sedi*
Apoſtolicæ reſervatis poſſit alteri generalitèr dele-
gare.
11 *An Epiſcopus poſſit ſuos ſubditos ab hæreſi occulta ab-*
ſolvere, & num ſeq.

12 *An*

12 *An Epiſcopus poſſit eos, qui adire nequeunt Summum Pontificem abſolvere à cenſuris in Bulla Cenæ contentis.*

13 *Quando Epiſcopus poſſit diſpenſare in irregularitate proveniente ex delicto deducto ad forum contentioſum*, & num. 14. & ſeq.

14 *Delictum, quod plenè fuit probatum in judicio, non dicitur amplius occultum.*

15 *Quid ſi Reus non fuit abſolutus, neque condemnatus, ſed dimiſſus cum promiſſione de ſe repræſentando.*

16 *Occultum dicitur quod non eſt publicum, etiamſi ab aliquibus ſciatur.*

17 *Epiſcopus poteſt diſpenſare, quando actus eſt materialiter publicus, non verò formaliter in quantum delictum.*

18 *An delictum dicatur occultum, quando publicum eſt in eo loco, ubi fuit commiſſum, ſed in eo loco, ubi abſolutio petitur, eſt occultum.*

19 *Homicidium voluntarium dicitur quod eſt prohibitum, & illicitum, intentum, & volitum in ſe.*

20 *Epiſcopus poteſt ſuper irregularitate diſpenſare cum ſuo ſubdito, qui aliquem occidit in bello juſto, vel caſualiter, aut ex repentina rixa, vel ex cauſa defenſionis*, & num. 21. & ſeq.

21 *Quid ſi mandavit, aliquem tantùm verberari, ſed mandatarius occidit.*

22 *Qui mortem aliter vitare non valens, occidit invaſorem nullam contrahit irregularitatem.*

23 *Quid ſi ſervato moderamine inculpatæ tutelæ occidat injuſtum Reip. vel innocentis invaſorem.*

24 *Qui injuſtum aggreſſorem mutilat, aut occidit ob defenſionem famæ, aut honoris, vel bonorum, irregularitatem incurrit.*

25 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in mutilatione membri etiam voluntaria, ſi eſt occulta.*

26 *Epiſcopus diſpenſare poteſt ſuper irregularitate proveniente ex homicidio caſuali etiam publico, ſeu notorio*, & num. 28.

27 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum homicida voluntario ad ordines etiam minores, neque ad beneficium ſimplex.*

28 *An Epiſcopus diſpenſare poſſit in homicidio caſuali indirectè voluntario*, & num. ſeq.

De poteſtate diſpenſandi, & abſolvendi Epiſcopo conceſſa à Sacro Concilio Tridentino.

C A P. XXXXV.

1 POſſunt Epiſcopi ex facultate ſibi tradita à Sacr. Concilio Tridentino in irregularitatibus omnibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentioſum, diſpenſare: & à quibuſcunque caſibus occultis etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, delinquentes quoſcunque ſibi ſubditos in Diœceſi ſua per ſe ipſos, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandum in foro conſcientiæ gratis abſolvere impoſita pœnitentia ſalutari; idem & in hæreſis crimine in eodem foro conſcientiæ eis tantùm, non eorum Vicariis, eſt permiſſum, *ut in ſeſſ. 24. de ref. cap. 6.*

In multis verò differt poteſtas diſpenſandi in
2 irregularitatibus Epiſcopo, ut ſuprà à d. Sacr.
Concilio conceſſa in prima parte *d. cap.* 6. à poteſtate abſolvendi in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis conceſſa in ſecunda parte ejuſdem capitis.

Et primò differt, quià in obtinenda diſpenſatione ſuper irregularitatibus requiritur, ut Clerici ſubditi ſint juriſdictioni Epiſcopi diſpenſantis, ita ut habeant domicilium in ejus Diœceſi, *Garc. de Benefic. par. 11. cap. 10. num. 139. Barbaſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 39. num. 6.* vel ſaltem, ut illùc confluant animo ibi habitandi aliquo tempore diuturno, ut pro majore parte anni, vel ad expediendum aliquod negotium, quod brevi tempore expediri non ſolet, *ſecundùm Henriq. lib. 6. cap. 14. num. 8. Leſſ. lib. 2. cap. 40. dub. 18. num. 121. Sanch. in Summ. tom. 1. lib. 4. cap. 37. num. 27. Pontium de ma-
trim. lib. 8. cap. 7. num. 7.* ubi dicit, quod Epiſco- 3
pus in tali caſu poteſt ex juſtis cauſis cum exteris
diſpenſare etiam ſuper votis, & juramentis. In
obtinenda verò abſolutione à caſibus Sedi Apoſto- 4
licæ reſervatis ſatis eſt, ut quis ſit ſubditus Epiſcopo quoad ſolùm pœnitentiæ forum; & ideo Epiſcopus poteſt eos etiam abſolvere, qui in ejus Diœceſi reperiuntur, ſeu commorantur tamquàm advenæ, & peregrini ex generali conſuetudine Eccleſiæ, *Suar. de pœnit. tom. 4. diſp. 30. ſect. 2. num. 3. Sanch. lib. 3. de matrim. diſp. 23. num. 12. Bonacin. de cenſur. diſp. 1. quæſt. 3. pun. 2. num. 5. Nald. in Summ. ver. Abſolutio a peccatis, num. 9. Henriq. in Summ. lib. 14. cap. 20. §. 5. & alii communiter*: ratio eſt, quia ſicut Advenæ, & peregrini poſſunt in Diœceſi, in qua reperiuntur, Sacramenta Confeſſionis, & Euchariſtiæ recipere, ita poſſunt ab Epiſcopo illius Diœceſis abſolvi a caſibus occultis Sedi Apoſtolicæ reſervatis, quia horum abſolutio præexigitur ad hæc Sacramenta recipienda, *vide Suar. 4. tom. in 3. par. diſp. 30. ſect. 2. num. 3. Garc. de Beneſ. par. 11. cap. 10. num. 139. Henriq. lib. 3. de pœnit. cap. 14. §. 1. Leſſ. lib. 2. de Juſtit. cap. 40. dub. 13. num. 103 Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 39. num. 6. & 7.*

Secundo differt poteſtas diſpenſandi a poteſtate 5
abſolvendi, quia Clerici etiam abſentes, ſeu commorantes extrà Diœceſim poſſunt à proprio Epiſcopo diſpenſari in irregularitatibus, ut ſuprà: certum enim eſt, quod juriſdictio diſpenſandi exerceri poteſt etiam in abſentes; abſolutio verò à reſervatis non poteſt fieri per nuntium, vel per litteras, ſed requiritur, ut ab Epiſcopo fiat præſente pœnitente intrà Diœceſim commorante, cum talis abſolutio debeat eſſe Sacramentalis, *ut colligitur ex illis verbis Concilii d. cap. 6. in foro conſcientiæ gratis abſolvere &c. Suar. de Cenſur. tom. 5. diſp. 41. ſect. 2. num. 10. & 12. Sanch. in præcept. decalog. lib. 2. cap. 11. num. 12. Dian. par. 4. tract. 4. reſ. 96. Barbaſ. d. par. 2. alleg. 39. num. 7.* ubi obſervat, quod illa verba *Concilii d. cap. 6. in Diœceſi ſua*, referuntur ad poſteriorem *d. cap.* 6. partem, in qua conceditur Epiſcopo facultas abſolvendi à reſervatis.

Tertio differt poteſtas diſpenſandi, à poteſtate 6
abſolvendi, quia poteſtas diſpenſandi in irregularitatibus ità eſt conceſſa Epiſcopo, ut per ſe ipſum illam exerceat, nec poſſit aliis delegare: hanc enim poteſtatem diſpenſandi Concilium voluit ſoli Epiſcopo indulgere, & videtur elegiſſe miniſterium perſonale ipſius Epiſcopi, quia in prima parte *d. cap.* 6. facultatem diſpenſandi ſimpliciter concedit Epiſcopo ſinè ulla extenſione; poteſtas verò ab-
ſolvendi à caſibus reſervatis extenditur etiam ad 7
Vicarium ſpecialitèr ab Epiſcopo deputandum, ut
in ſecunda parte *d. cap.* 6. exprimitur, hujus rei ra-
tio eſſe poteſt, quià abſolutio eſt magis neceſſaria 8
ad ſalutem Animarum, quam diſpenſatio: & ideò expedit, ut poteſtas abſolvendi pluribus concedatur, *ità Suar. tom. 5. de Cenſur. diſp. 41. ſect. 2. num.*

8. *Gu-*

8. Gutier. canon. lib. 1. cap. 13. num. 29. Ricc. de Jure perſon. lib. 5. cap. 16. num. 3. quos refert Barboſ. d. alleg. 39. num. 14.

9 Alii tamen ſentiunt, poſſe Epiſcopum committere etiam facultatem diſpenſandi, quià Concilium ibi non declarat, hanc poteſtatem Epiſcopo convenire tamquam Sedis Apoſtolicæ delegato prout aliquando id exprimit: & ideò videtur hæc poteſtas annexa jure ordinario juriſdictioni Epiſcopali, *ità Nau. conſ. 11. de Privil. Sanch. de matrim. lib. 2. diſp. 40. num. 17. verſ. ſed dicendum &c. & in præcept. Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 23. Azor. inſtit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 10. quæſt. 11. Duar. in Bull. Cœnæ lib. 3. §. 2. quæſt. 11. num. 34. Layman. in Theol. mor. lib. 1. tract. 5. par. 2. cap. 5. num. 2.*

10 Addunt non nulli DD. Epiſcopum eadem ratione poſſe facultatem abſolvendi a cenſuris, ſeu caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis alteri etiam generaliter delegare, excepta abſolutione ab hæreſi, *ità Sanch. in Summ. tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 23. Suar. de Pœnit. diſp. 30. ſect. 2. num. 9. Layman. loco cit. d. cap. 5. num. 2. Dian. par. 7. tract. 2. reſ. 13.* ubi ſubdit,
11 quod licèt Epiſcopus non poſſit alicui dare facultatem generalem, ut ab hæreſi abſolvat, poteſt tamen deputare certum confeſſarium ad ſpecialem caſum hæreſis.

Notandum tamen eſt, quod hodiè Epiſcopus
12 non poteſt ſuos ſubditos ab hæreſi occulta exterius manifeſtata vigore Concilii *d. ſeſſ. 24. cap. 6.* ab aliis caſibus in Bulla Cœnæ contentis, quantumvis occultis, quia talis facultas eſt revocata per dictam Bullam, ibi, *& cujuſvis Concilii &c. ut d. Bonacin. de cenſur. in partic. diſp. 1. quæſt. 2. pun. 2. num. 11.* exceptis iis, qui ob aliquod legitimum impedimentum Sedem Apoſtolicam adire nequeunt, *c. mulieres, cap. ea noſcitur, de ſent. excom. Trullen. in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 20. Machad. de Perfect. Confeſſ. tom. 2. lib. 4. tract. 12. docum. 2. num. 3. Dian. part. 7. tract. 2. reſ. 13. verſ. Objicies ſecundò &c.*

Dixi, *ab hæreſi occulta exterius manifeſtata &c.* quià hæreticus purè mentalis, non ſolùm ab Epiſcopo, ſed etiam à quolibet approbato confeſſario poteſt abſolvi, cum hæreſis ſit tantum reſervata ratione excommunicationis, quæ non incurritur ab hæretico purè mentali, *Arragon. 2. 2. quæſt. 11. art. 3. Bonacin. de cenſur. in partic. diſp. 1. quæſt. 2. punct. 2. num. 3. & alii communitèr.*

13 Notandum ſecundo quod Epiſcopus poteſt aliquando diſpenſare in irregularitate proveniente ex delicto deducto ad forum contentioſum, quando reus accuſatus fuit in judicio de aliquo delicto, & poſt accuſationem non fuit convictus, ſed abſolutus fuit ex defectu probationis: quià tunc perindè eſt, ac ſi delictum non fuiſſet deductum ad forum contentioſum, cum reducatur ad priorem ſtatum, *Bonacin. de Cenſur. diſp. 7. quæſt. 5. pun. 1. nu. 3. & ſeq. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 39. num. 33. Dian. par. 7. tract. 2. reſ. 18.* ubi dicit, quod finito judicio, & lata ſententia abſolutoria, poteſt Epiſcopus vigore Concilii *d. cap. 6.* diſpenſare, quia tale delictum adhuc manet occultum, & non poteſt dici deductum ad forum contentioſum cum effectu, eo quià probatum non fuit; quod procedit etiamſi judicium non fuerit ſententia finitum, eo quod accuſator per annum tacuerit: quia hoc etiam caſu reus poteſt ab Epiſcopo elapſo anno diſpenſari, & ordinari, *Sanctarel. tract. de Hæreſ. cap. 5. dub. 6. num. 28. Campan. in diverſ. jur. can. rubr. 7. cap. 5. num. 7. & rubr. 11. cap. 23. num. 144. & alii apud Dian. d. reſ. 18.* ubi addit, quòd ſi duo ſint conſortes ejuſdem criminis, & unus tantùm in judicium deferatur, alter abſolvi poteſt: quia ejus delictum, quatenus ab ipſo proceſſit, ad forum contentioſum non eſt deductum.

Secus eſſet, quando delictum plenè probatum 14
fuit in judicio: quia ex plena probatione oritur infamia, ex qua delictum non dicitur amplius occultum; & ideò Epiſcopus non poteſt in tali caſu diſpenſare, etiamſi reus liberatus fuerit per alias probationes, *Suar. diſp. 51. ſect. 2. num. 6. Bonacin. d. diſp. 7. quæſt. 5. pun. 1. num. 5. Squillan. de privil.*
Cleric. cap. 4. num. 165. ubi ſubiicit, quod nec illi 15
poſſunt dicti Canonis beneficio uti, qui ratione alicujus delicti non fuerunt abſoluti, neque condemnati, ſed dimiſſi cum promiſſione de ſe repreſentando: quia delictum ad forum contentioſum jam deductum fuit.

Notandum tertio quod occultum in hoc caſu 16
dicitur, quod non eſt publicum, etiamſi ab aliquibus ſciatur, & aliqua poteſt tergiverſatione celari, *Navar. in man. cap. 27. num. 254. verſ. undecimo &c. Vega in Summ. par. 1. cap. 49. caſu 16. Tolet. lib. 1. cap. 89. num. 5. Azor. inſtit. mor. par. 1. lib. 8. cap. 10. qu. 9. Comitol. reſponſ. mor. lib. 6. quæſt. 44. num. 2. Ricc. in prax. for. Eccleſ. reſ. 450. & alii apud Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 39. num. 21. & ſeq.* ubi reſolvit, quod Epiſcopus virtute Concilii *d. cap. 6.* poteſt diſpenſare, quando delictum non eſt publicum, vel notorium, licèt notum ſit tribus, vel quatuor, nec de illo eſt fama in majori parte viciniæ, vel Collegii, *Bonacin. de Cenſur. diſp. 7. quæſt. 5. pun. 1. nu. 4.* ubi dicit, quod poteſt Epiſcopus diſpenſare,
quando actus eſt materialitèr publicus, non verò 17
formalitèr, in quantum delictum, ut ſi excommunicatus irregularitatem contraxerit publicè celebrando, ſed illius excommunicatio erat ignota adſtantibus, *Avil. de cenſur. par. 2. cap. 7. diſp. 1. dub.*
11. concl. 3. ſubdens, quod occultum etiam dicitur 18
delictum, ſi alicubi, ubi ſcilicet commiſſum fuit, publicum eſt, ſed in eo loco, in quo abſolutio petitur, eſt occultum: dummodò locus commiſſi delicti ita diſtet, ut timor non ſubſit, fore, ut ad eum locum, ubi abſolutio petitur, deferatur, *unde Duar. in Bull. Cœnæ Domini, lib. 3. §. 2. quæſt. 11. nu. 10. Sanch. in præcept. Decal. lib. 2. cap. 11. num. 20. Gavant. in man. Epiſcop. ver. irregularitas, num. 6. & ſequen.*

Notandum quarto quod homicidium volun- 19
tarium, cujus irregularitas Summo Pontifici reſervatur in Concilio *d. cap. 6.* dicitur hoc reſpectu illud tantùm, quod eſt prohibitum, & illicitum intentum, & volitum in ſe, *Navar. in man. cap. 27. num. 240. Medin. in Summ. par. 1. cap. 12. §. 12. Majol. de irregul. lib. 5. cap. 48. §. 6. Bann. 2. 2. quæſt. 40.*
art. 2. dub. 4. & alii; Undè poteſt Epiſcopus ſuper 20
hac irregularitate diſpenſare cum ſuo ſubdito, qui aliquem occidit in bello juſto, aut ex repentina ira, ſeu rixa, vel ex cauſa defenſionis etiam non ſervato moderamine inculpatæ tutelæ, dummodò delictum ſit occultum, *Garc. de Benef. par. 7. cap. 11. num. 27. Avil. par. 7. diſp. 6. ſect. 2. dub. 1. & ſect. 5. dub. 5. concl. 2.* idèmque dicendum, ſi alterum inique verberari mandavit, prohibens, nè occideretur: mandatarius verò mandati fines egreſſus occidit, vel ſi ad rixam provocatus, percutiendi tantùm animo acceſſit: poſteà verò occidit, nè ab auctore rixæ occideretur; ratio eſt, quia hujuſmodi homicidia, cum non ſint ex propoſito directo, ac formali, non ſunt ſimpliciter, & perfectè voluntaria,

taria, ſed veluti mixta ex voluntario, & caſuali, *ſecundùm doctrinam S. Thomæ 2. 2. quæſt. 64. art. 8. Navar. d. cap. 27. num. 240. Henriq. lib. 14. cap. 19. num. 2. Laymon. in Theol. mor. lib. 3. tract. 3. par. 3. cap. 12. num. 2.*

22 Obſerva tamen, quod is, qui mortem aliter
vitare non valens, ſuum occidit invaſorem, nullam incurrit irregularitatem, *clem. unic. de homicid.*
quemadmodum nec irregularitatem contrahit qui
in tali caſu injuſtum Reip. vel innocentis invaſo-
23 rem mutilat, vel occidit ſervato moderamine in-
culpatæ tutelæ, quando ex lege naturali, aut Di-
vina ad ejuſmodi neceſſariam defenſionem obliga-
tus eſt, ut ſi cogente præcepto charitatis, aut pie-
tatis id faciat, *Sylv. in ver. bellum 3. quæſt. 2. Molin.*
tom. 1. tract. 2. diſp. 109. Layman. in Theol. moral. lib.
3. tract. 3. par. 3. cap. 9. num. 2. qui verò iniquum
24 aggreſſorem mutilat, aut occidit ob defenſionem
famæ, aut honoris, vel bonorum, irregularitatem
incurrit ex defectu perfectæ lenitatis, *vide Navar.*
in man. cap. 27. num. 213. Gutier. canon. lib. 2. cap. 6.
25 Obſerva ſecundo quod poteſt Epiſcopus di-
ſpenſare in mutilatione membri etiam voluntaria,
ſi eſſet occulta: in hac enim nihil innovavit Con-
cilium *d. cap. 6.* cum ſolùm exceperit homicidium
voluntarium, *Navar. in man. cap. 27. num. 194. Sd*
in ver. Irregularitas in fin. Genuenſ. in prax. cap. 66. nu.
9. Pinſec. in Prax. Epiſc. par. 1. cap. 1. num. 57. Molin.
de Juſtit. tom. 4. diſp. 79. ſub num. 8. Reginald. in prax.
for. pænit. lib. 30. tract. 2. num. 91. Bonacin. de Cenſur.
diſp. 7. quæſt. 4. pun. ult. num. 11. Dian. par. 7. tract. 2.
reſ. 28. & part. 4. tr. 2. reſ. 71. & alii apud Barboſ. d.
alleg. 39. num. 49.
26 Obſerva tertio quod Epiſcopus poteſt diſpen-
ſare ſuper irregularitate proveniente ex homicidio
caſuali etiam publico, ſeu notorio, quia antè Con-
cilium Tridcutinum poterat Epiſcopus in hujuſ-
modi irregularitate diſpenſare, *juxta textum in cap.*
continebatur, & cap. ad audientiam, de homicid. Con-
cilium verò prædictum, quantum ad homicidium
caſuale, nihil innovavit, *Avil. de Cenſur. par. 7. diſp.*
6. ſect. 5. dub. 2. concl. 3. Henriq. lib. 4. cap. 19. num. 2.
in gloſ. litt. R. Marchin. de Sacram. ordin. tract. 1. par.
9. cap. 1. diffic. 3. num. 9. Caſpen. in Curſ. Theol. tom. 2.
tract. 25. diſp. 5. ſect. 17. num. 119. Dian. par. 7. tract.
2. reſ. 31. Layman. d. lib. 3. tract. 3. part. 3. cap. 10.
num. 1.
27 Obſerva quarto quod licèt Epiſcopus cum
homicida voluntario etiam occulto non poſſit ullo
modo diſpenſare ad ordines etiam minores, neque
ad beneficium ſimplex, *juxtà Concilium Tridentinum*
ſeſſ. 14. de ref. cap. 7. ibi, *omni ordine, ac beneficio, &*
28 *officio eccleſiaſtico perpetuò* careat: tamen in homicidio
caſuali indirectè voluntario, etiam notorio, Epi-
ſcopus diſpenſare poteſt quoad ordines minores,
& beneficium ſimplex, *cap. 2. ubi DD. de Cleric. pugn.*
in duel. cap. ad audientiam de Homicid. quæ jura per
Tridentinum Concilium nullatenus mutata ſunt,
quod attinet ad homicidium indirectè volunta-
rium, *Nav. d. cap. 27. num. 240.* ubi dicit, quod
Epiſcopus poteſt diſpenſare cum hujuſmodi homi-
cida ad retinendum beneficium etiam curatum an-
teà obtentum, *Henriq. lib. 14. cap. 19. num. 2. Sylv.*
in ver. homicidium 3. quæſt. 8. Layman. d. lib. 3. tract. 3.
par. 3. cap. 12. num. 3. ubi obſervat, quod homici-
29 dium indirectè voluntarium dicitur illud, quod
non eſt ſimpliciter, & perfectè voluntarium, ſed
ſecundùm quid, & in ſua cauſa, ut ſi quis mulie-
rem gravidam incautè percuſſit, ex quo abortus
ſequutus eſt..

S V M M A R I V M.

1 *Hæretici, Apoſtatæ à fide, & eorum defenſores etiam occulti ſunt irregulares: declatur ibidem.*

2 *An, & quando filii hæreticorum ſint irregulares.*

3 *An Epiſcopus poſſit diſpenſare in tali irregularitate.*

4 *Qui exterius hæreſim profert, ſed interiùs rectè ſentit non eſt irregularis, nec excommunicatus.*

5 *Qui Exteriùs eſt Apoſtata à fide, eſt irregularis, etiamſi Idolum animo non adoret.*

6 *Quando filii hæreticorum ad ordines promoveri poſſint.*

7 *An hæreticus reconciliatus admitti poſſit ad audiendas fidelium confeſſiones.*

8 *Epiſcopus poteſt in foro externo hæreticos ad fidem redeuntes Eccleſiæ reconciliare, præmiſſa abiuratione.*

9 *Clericus recipiens ordines ab Epiſcopo hæretico, vel alias excommunicato vitando, incurrit ſuſpenſionem ab executione ordinum ſuſceptorum; ſicùt ſi talis Epiſcopus non fuerit declaratus excommunicatus.*

10 *Poſt Concilium Conſtantienſe ſublata eſt prohibitio Eccleſiaſtica evitandi excommunicatos toleratos.*

11 *Qui per ignorantiam invincibilem recepit ordines ab Epiſcopo excommunicato vitando non excuſatur a dicta ſuſpenſione.*

12 *An Epiſcopus poſſit diſpenſare cùm ſuo ſubdito, qui ignoranter ordinatus fuit ab Epiſcopo excommunicato vitando.*

An Epiſcopus diſpenſare poſſit in irregularitate proueniente ex crimine hæreſis.

CAP. XXXXVI.

PRæmittendum eſt, quod Hæretici, Apoſtatæ
a fide, eorum fautores, & defenſores ſunt
irregulares, etiamſi ſint occulti, *cap. Presby- 1
teros, diſt. 50. cap. 2. de hæretic. in 6. Suar. diſput. 43.
ſect. 1. Sylv. in ver. Irregularitas, quæſt. 5. Tolet. lib. 1.
cap. 64. Felliuc. tract. 20. cap. 9. num. 117. Coninch. diſp.
18. dub. 7. Sanch. in Sum. lib. 2. cap. 25. num. 2. & alii
communiter.* quod intelligendum eſt de iis, qui hæ-
reſim ſuàm ſigno aliquo ſufficienter illam indi-
cante, exterius manifeſtarunt: actus enim merè
internus non ſubiacet pœnis eccleſiaſticis, *ut eſt
communis Doctor. ſenſus, Bonacin. de cenſur. diſp. 7. quæſt.
3. punct. 7. num. 1. & 3.*
Præmittendum 2. quod hæc irregularitas ex- 2
tenditur etiam ad filios hæreticorum uſque ad ſe-
cundam generationem per lineam virilem pater-
nam, & uſque ad primam per lineam maternam
dummodò eorum parentes mortui ſint in delicto
hæreſis, & non fuerint converſi, *cap. ſtatutum de
Hæretic. in 6. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 2.
alleg. 10. num. 4. Bonacin. loco cit. dict. puncti. 7. nu. 9.
& 11.* ubi ſubdit, quod hac irregularitate non li-
gantur deſcendentes ex Judeis, vel Paganis.
Ad quæſitum Reſp. quod alii ſentiunt, ſo- 3
lum Papam poſſe diſpenſare in irregularitate ob
hæreſim contracta, etiamſi hæreſis ſit occulta, *arg.
cap. cum illorum, de ſent. excom.* ubi cavetur, Epiſcopos
nõ poſſe in iis caſibus diſpenſare, in quibus eſt illis
prohibita abſolutio: ſed abſolutio ab hæreſi hoc
tempore reſervata eſt Summo Pontifici, ergo eſt
etiam

etiam illi reſervata diſpenſatio ſuper irregularitate inde proveniente, *ita Suar. de cenſur. diſp. 43. ſect. 12 Tolet. cap. 46. num 7. Ricciull. de jur. patron. lib. 5. cap. 16. & alii apud Bonacin. loco cit. dict. quæſt. 3. punct. 7. num. 12.*

3 Alii verò cenſet Epiſcopum poſſe in hac irregularitate diſpenſare non ſolum circà uſum ordinum ſuſceptorum, ſed etiàm circa ſuſceptionem ipſorum ordinum, quamdiù delictum eſt occultum: quia in Tridentino *ſeſſ. 24. de ref. cap. 6.* generaliter conceſſum eſt Epiſcopis privilegium diſpenſandi in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto provenientibus; neque videtur reſtrictum hoc privilegium in bulla cœnæ, cum in ea mentio ſolùm fiat de revocatione facultatis abſolvendi, non verò de diſpenſatione, quæ circa irregularitates exercetur, *ità Sanch. in oper. moral. lib. 2. cap. 25. num. 16. Garc. de benef. par. 11. cap. 10. nu. 86. Farin. de hæreſ. quæſt. 192. Ugolin. de irregul. cap. 36. num. 5. Dian. reſolut. moral. par. 1. tract. 15. reſol. 24. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 2. alleg. 39. num. 44. verſ. duodecimo &c. Marchin. de Sacram. ord. tract. 1. par. 8. cap. 2. num. 11. Caren. de offic. Sanct. Inquiſit. par. 2. tit. 1. de hæreſ. §. 26. num. 141. & ſeq.* quorum ſententiam probabilem dicit *idem Bonacin. loco cit. dict. diſp. 7. quæſt. 3. punct. 7. num. 14.*

4 Obſerva tamen, quod is, qui exterius hæreſim profert, ſed interiùs rectè ſentit, non eſt irregularis: quià re vera non eſt Hæreticus, nec excommunicatus, *Suar. dict. diſp. 43. ſect. 2. Sanch. in ſum. lib. 2. cap. 25. num. 5, Bonacin. loc. cit. dict. punct.*
5 *7. num. 2.* è contra is, qui exteriùs eſt Apoſtata à fidè, hoc eſt qui exterius adorat Idolum in tormentis per metum, èſt irregularis, etiamſi animo non adoret, *cap. Presbyteros, dict. 50. cap. non poteſt. 2. quæſt. 7. cap. contrà Chriſtianos de Hæret. in 6. Suar. dict. quæſt. 43. ſect. 2. Bonaccin. loco cit. d. pun. 7. nu. 2.*

6 Obſerva 2. quod filii, & Nepotes hæreticorum ad ordines promoveri poſſunt, quando Parentes ipſorum antè mortem fuerunt Eccleſiæ reconciliati, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 10. num. 6. Sayr. lib. 6. cap. 10. num. 4. Bonacin. dict. diſp. 7. quæſt. 3. pun. 7. num. 9. & 10.* quemadmodum poteſt abſque diſpenſatione ad ordines admitti filius hæretici, ſi natus fuerit antè lapſum parentis in hæreſim; quià ſicut filius rei criminis leſæ maieſtatis humanæ natus antè delictum, non ſubiacet pœnis, quibus ſubiacent nati poſt delictum, ità filius rei læſæ majeſtatis Divinæ natus antè lapſum parentis in hæreſim, non ſubiacet pęnæ irregularitatis, licèt illi ſubiaceant filii nati poſt hæreſim, *Henriq. lib. 14. cap. 5. num. 4. Simanch. de Cathol. juſtit. tit. 23. Navar. conſ. 27. de Hæret. Gavan. in man. Epiſ. ver. irregularitas, num. 64. & ſeq.*

7 Obſerva 3. quod hæreticus reconciliatus numquam admittitur ad audiendam fidelium confeſſiones, niſi fuerit habilitatus à Papa, excepto mortis articulo, *Genuenſ. in Prax. cap. 45. num. 1. Marchin. de Sacram. ordin. tract. 1. par. 8. cap. 2. num. 11. Caren. de offic. Sanct. Inquiſit. par. 2. tit. 1. de Hæreſ. §. 26. nu. 143. Lup. in Edict. S. Inquiſit. par. 2. lib. 13. diffic. 8.*

8 Obſerva 4. quod licet Epiſcopus non poſſit hoc tempore ab excommunicatione ob hæreſim contracta in foro conſcientiæ directè abſolvere, *ut ſupra diximus cap. 46. num. 12.* poteſt tamen in foro externo in ſua Diœceſi hæreticos inquiſitos, & pęnitentes ad fidem redeuntes recipere, & Eccleſiæ reconciliare præmiſſa per pœnitentes abjuratione, *cap. ut officium, de Hæret. in 6. Farinac. de Hæreſ. quæſt. 92. §. 4. num. 52. & ſeq.* idemque dicendum eſt de fautoribus, & defenſoribus Hæreticorum, *Sanch. in oper. moral. lib. 2. cap. 12. num. 1. & ſeq Bonacin. de Cenſur. diſp. 2. quæſt. 5. punct. 2. num. 11.*

Quæres, quam pœnam incurrat Clericus reci-
piens ordines ab Epiſcopo hæretico, vel ſchiſmati- 9
co, vel alia ratione excommunicato, vel ſuſpenſo? Reſp. quod incurrit ſuſpenſionẽ ab executione ordinum ſuſceptorum, dummodò ordines receperit, ab Epiſpopo excommunicato, ſeu ſuſpenſo vitando *cap. 1. ubi gloſ. & DD. 9. quæſt. 1.* quià cum hujuſmodi Epiſcopus privetur uſu, ſeu executione ſui ordinis ità, ut licitè nequeat Pontificalia exercere, ideò qui ordines à tali Epiſcopo recepit ſuſpenditur ab illorum executione, *Panorm. in cap. 1. de Ordinat. ab Epiſc. qui renunc. &c. Sylv. in ver. irregularitas, §. 9. verſ. 7. Dian. in pract. canon. cap. 28. Eman. Sà in ver. ſuſpenſio, num. 7. Sayr. lib. 4. cap. 14. num. 1. Filiuc. tract. 20. cap. 7. quæſt. 6. num. 199. & alii*
communiter. 10

Nullam tamen incurreret ſuſpenſionem recipiens ordines ab Epiſcopo hæretico, vel aliter excommunicato, ſeu ſuſpenſo etiàm manifeſto, & notorio, niſi per ſententiam aliis Epiſcopus nominatim fuerit declaratus Excommunicatus, vel ſuſpenſus: quià poſt Concilium Conſtantienſe ſublata eſt prohibitio eccleſiaſtica evitandi excommunicatos toleratos: & ipſimet tolerati uſu juriſdictionis non ſunt ampljus privati, *Navar. conſ. 10. num. 2. de Hæret. Sot. in 4. diſt. 25. quæſt. 1. art. 1. concluſ. 3. Bonacin. de Cenſur. in partic. diſp. 3. quæſt.*
1. punct. 10. num. 1. & ſeq. ubi addit. quod recipiens or- 11
dines ab Epiſcopo excommunicato vitando etiam per ignorantiam probabilem, & invincibilem,
non excuſatur à dicta ſuſpenſione. 12

An verò Epiſcopus poſſit vigore Concilii Trident. r *dict. ſeſſ. 24. cap. 6.* diſpenſare cum tali ignorante ordinato ab Epiſcopo excommunicato vitando? Negat *Bonac. loc. proximè cit. d. ſ. pun. 10. n. 8.* etiamſi ignorantia fuerit invincibilis: ſeù inculpabilis: quia hæc non eſt ſuſpenſio, vel irregularitas conſurgens ex proprio delicto, de qua ſermo eſt *in Concilio loco cit.* ſed eſt quoddam impedimentum conſurgens ex defectu conferentis ordines, etiamſi recipiens nullam culpam committat; alii tamen Doctores communiter aſſerunt, poſſe Epiſcopum diſpenſare cum ſuo ſubdito ignorantèr ordinato ab Epiſcopo excommunicato vitàndo, dummodò ignorantia non fuerit craſſa, vel ſupina, ità *Comitol. reſponſ. moral. lib. 6. quæſt. 58. num. 11. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 28. quæſt. 10. Henriq. in Sum. lib. 14. cap. 6. §. 6. Reginald. lib. 30. num. 190. Barboſ. de offic. & poteſtàte Epiſcop. par. 2. alleg. 48. num. 2. & ſeq.*

SUMMARIUM.

1 *An Epiſcopus poſſit cum Clerico diſpenſare in irregularitate proveniente ex defectu corporis, & nu. 2.*
3 *An Epiſcopus poſſit cum illis diſpenſare, qui ſe caſtraverunt, vel permiſerunt ſponte ſe caſtrari.*
4 *An Epiſcopus poſſit ſupèr defectu corporis diſpenſare cum eo, qui dedit cauſam rei illicitæ.*
5 *An cum ſecto ob ægritudinem, vel ità nato poſſit Epiſcopus diſpenſare.*
6 *An Epiſcopus poſſit cum eo diſpenſare, qui caret digito manus ſiniſtræ, vel dexteræ.*
7 *Qui ſenos digitos habet in manibus, non eſt irregularis.*
8 *An Epiſcopus poſſit diſpenſare ſuper defectu Capillorum.*

9 *An Epiſcopus poſſit cum eo, qui viſiva virtute caret, diſpenſare.*

10 *An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum eo, qui caret auris cartilagine.*

11 *Et an poſſit diſpenſare cum ſurdo, vel ſurdaſtro.*

12 *An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum Claudo.*

13 *Diſpenſatio in ſupradictis caſibus requiritur tam pro ſuſcipiendis ordinibus ſacris, quam pro minoribus, & prima tonſura.*

14 *Epiſcopi arbitrio remittitur, quodnam dicatur modicum vitium, aut notabilis deformitas, vel defectus, etiàm quoad regulares.*

15 *Quando Epiſcopus ad ordines admittens corpore vitiatum, cenſeatur cum eo diſpenſaſſe.*

An cum Clerico diſpenſare poſſit Epiſcopus in irregularitate proveniente ex vitio, aut defectu corporis.

CAP. XXXXVII.

1 RESp. quod ſi vitium, vel defectus ſit talis, ut impediat executionem ordinum, non poteſt Epiſcopus diſpenſare, ſivè evenerit caſus, ſivè ex culpa; quemadmodum nec Epiſcopus diſpenſat, quando talis defectus magnam inducere t deformitatem, *ut eſt communis Doctorum ſenſus*, in reli-
2 quis autem vitiis, vel defectibus, qui ordinum executionem non impediunt, nec inducunt notabilem deformitatem, Epiſcopus diſpenſat etiam ad Ordines Sacros, ſi tales defectus evènerint caſu, vel abſque culpa, ſecùs ſi ex propria culpa, etiam minima; *cap. 1. de corpor. vit. gloſ. in cap. vit. eod. tit. latè Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 42. num. 10. & ſeq. Layman. in Theolog. mor. lib. 1. tract. 5. par. 5. cap. 7. num. 5. Jordan. Elucubr. diverſ. vol. 2. lib. 9. tit. 1. de diſpenſat. num. 20.*

3 Hinc infertur primo eos, qui ſe caſtraverunt, vel permiſerunt ſponte ſe caſtrari, non poſſe ab Epiſcopo diſpenſari quoad primam tonſuram, neque quoad minores ordines, etiamſi id fecerint, ut caſtè vivant, quia quaſi homicidæ judicantur, *cap. ſi quis abſcidit, & cap. ſi quis pro ægritudine, 55. diſt. cap. ex parte 1. ubi gloſ. in ver. abſciderint, de corpor. vitiat. Bellet. tit. de Diſciplin. cler. §. 7. num. 12. Garc. de Benef. par. 7. cap. 12. num. 7. & ſeq. Layman. loco citat. num. 16. Molfeſ. in Sum. tract. 2. cap. 16. num. 16. & alii.* nam illud *Matth. 19. ibi ſunt, Eunuchi, qui ſe caſtraverunt proptèr regnum Cælorum*, intelligendum eſt de Eunuchis ſpiritualitèr, id eſt de hiis, qui ſe perpetuo abſtinent ab illicito concubitu, ut interpretatur *S. Auguſtinus, & alij apud Bellet. loco cit. num. 13. Sot. lib. 5. de Juſtit. quæſt. 2. art. 1. Barboſ. d. alleg. 42. num. 13.*

4 Infertur 2. non poſſe Epiſcopum diſpenſare cum illis, qui in hujuſmodi defectum devenerunt ex eo quod dederint operam rei illicitæ, *Rebuff. in Prax. benef. tit. de Diſpenſat. cum corp. vit. num. 16. Vivald. in Candelab. aur. tit. de irregularit. ex vitio corp. num. 174. & ſeq. Henriq. in Sum. par. 2. lib. 14. cap. 8. §. 1. Garc. loco cit. cap. 12. num. 8. Cened. ad Decretal. collect. 69. num. 1. Dian. par. 4. tract. 2. reſ. 60.*

5 Infertur 3. quod cum Secto, vel Caſtrato ob ægritudinem de conſilio Medicorum, vel cum eo, qui ità natus fuit, poteſt Epiſcopus diſpenſare, ut ad Ordines etiàm Sacros promoveatur, *cap. ſi quis à Medicis, cap. Eunuchus, cap. ſi quis pro ægritudine, cap. ſi quis in infirmitate, cap. lator, cap. præterea, 55. diſt. cap. ult. de corpor. vit. Garc. dict. cap. 12. num. 7. Bellett. dict. tit. de diſciplin. cleric. §. 7. num. 16. Navar. conſ. 2. de corpore vit. in novis.*

6 Infertur 4. quod cum eo, qui digito manus ſiniſtræ, vel dexteræ ſine ſua culpa caret, poteſt Epiſcopus diſpenſare dummodò illius carentia magnam non inducat deformitatem, nec ſit neceſſarius ad conſecrationem, ſicut pollex, aut index, *Sero. de Benef. par. 3. quæſt. 6. poſt num. 44. Salon. in 2. 2. S. Thomæ quæſt. 65. art. 1. contr. 4. concl. 2. Sayr. de Cenſur. lib. 6. cap. 15. poſt num. 12. Tolet. lib. 1. inſtruct. Sacerd. cap. 25. num. 13. Barboſ. dict. par. 2. all. 42. num. 18. & ſeq.* ſubdens, quod ſi pars pollicis deſit abſque culpa, poterit Clericus ab Epiſcopo diſpenſari, ceſſante notabili diſformitate, *Jordan. loco cit. dict. lib. 9. tit. 2. num. 200.*

7 An verò ſit irregularis, qui ſenos digitos habet in manibus? Reſp. negativè, *gloſ. in cap. qui partem, 15. diſt. Henriq. in Sum. lib. 14. cap. 8. §. 3. Barboſ. dict. par. 2. al. 42. num. 22. & ſeq.* ubi addit, quod talis poteſt ſibi ſuperfluos digitos amputare ſeu, ut amputentur, permittere, dummodò nullum indè vitæ periculum ſibi immancat, aut major deformitas non ſuboriatur. 8

Infertur 5. ſupèr defectu capillorum, ſi provenerit ex propria culpa ob morbum gallicum, aut ſimilem, non poſſe Epiſcopum diſpenſare; ſecùs ſi acciderit abſque culpa ob infirmitatem, ætatem, &c. *Campan. in Diverſ. jur. canon. rub. 11. cap. 17. num. 36. Barboſ. dict. all. 42. num. 24.* 9

Infertur 6. eum, qui abſque culpa caret virtute viſiva, etiàm in oculo ſiniſtro, ſivè Canonis, ſi tanta polleat virtute in dextero, ut ſinè deformi faciei converſione valeat legere Canonem, poſſe ab Epiſcopo diſpenſari, *Navar. in man. cap. 27. nu. 199. Filliuc. tract. 19. num. 168. Layma. in Theol. mor. lib. 1. tract. 5. par. 5. cap. 7. num. 2. Dian. part. 4. tract. 2. reſ. 73. Barboſ. loco cit. dict. alleg. 42. num. 31.*

Infertur 7. carentem auris cartilagine in tam 10 modica quantitate, quæ poteſt ità tegi, ut valeat ſine ſcandalo miniſtrare, poſſe ſimilitèr ab Epiſcopo diſpenſari, dummodò talis carentia ex propria culpa non acciderit, *Navar. conſ. 5. de corp. vit. in nov. Avil. de Cenſur. par. 7. diſp. 3. dub. 1. Comitol. reſp. moral. lib. 6. quæſt. 55. Reginald. lib. 30. cap. 5. num. 50. Filliuc. tract. 19. cap. 6. quæſt. 4. num. 169. Barboſ. dict. par. 2. all. 42. num. 39.* ubi etiam obſervat, 11 quod ſurdaſtri poſſunt quidem ad ordines promoveri, non tamen ſi eſſent omninò ſurdi.

Infertur 8. quod Epiſcopus poteſt etiàm diſ- 12 penſare cum claudo, qui in talem defectum incidit ſine ſua culpa, niſi magna ſit greſſus deformitas, vel niſi baculo, vel pede ligneo niti debeat, *Sylv. in ver. corpore vitiatus, quæſt. 5. Layman. dict. lib. 1. tract. 5. par. 5. cap. 7. num. 4. verſ. porrò &c.*

Notandum eſt autem, quod Epiſcopi diſpen- 13 ſatio in ſupradictis caſibus non ſolum requiritur pro ſuſcipiendis ordinibus ſacris, ſed etiam minoribus, & prima tonſura, *Campan. loco cit. dict. cap 17. num. 204. Barboſ. dict. alleg. 42. num. 39.*

Notandum 2. quod Epiſcopi arbitrio remitti- 14 tur quodnam dicatur modicum vitium, aut notabilis deformitas, vel defectus, qui ordinis executionem impediat, vel ſcandalum gignat, *DD. in cap. 2. de corp. vit. Menoch. de Arbit. Jud. caſ. 226. n. 7. 15. & ſeq. Card. Seraph. in decis. 625. n. 4. Layman. d. lib. 1. tract. 5. par. 5. cap. 7. num. 6. Jordan. Elucubr. diverſ. vol. 2. lib. 9. tit. 1. de Diſpenſat. num. 200.* ubi dicit, quod omnes corpore vitiati judicium Epiſcopi require-

quirere tenentur, & perſonalitèr coram eodem comparere, ut arbitrari poſſit, *Barboſ. d. par. 2. alleg. 42. num. 60. & ſeq.* ubi addit, quod reſpectu regularium ad eumdem Epiſcopum, qui collaturus eſt ordines, ſpectat talis cognitio, non autem ad Superiores regulares, niſi eiſdem expreſsè à Sede Apoſtolica delegetur, *Gavant. in man. Epiſcop. ver. Irregularitas, num. 16.*

15 Notandum tertio quod Epiſcopus eo ipſo, quod aliquem admittit ad ordines, vel ei concedit litteras dimiſſorias, cenſetur cum eo diſpenſare, ſi ſciat, illum, qui ordinandus eſt, habere aliquod vitium, ſeu defectum, ſuper quo poteſt diſpenſare, *Suar. de cenſur. diſp. 41. ſect. 3. num. 4. Sayr. eod. tract. lib. 7. cap. 14. num. 10. Avil. par. 7. diſp. 6. ſect. 5. dub. 6. Pont. de matrim. lib. 8. cap. 15. num. 7. 15. & 16. Majol. de Irregul. cap. 51. num. 8. & aliis apud Barboſ. d. par. 2. alleg. 39. num. 9. & alleg. 43. num. 31.* quod procedit, quando præceſſit legitima cauſæ cognitio, *ex deduëtis per Sperell. dec. 115. num. 27.*

S V M M A R I V M.

1 *In bigamia vera, vel interpretativa ſolus Papa diſpenſat.*
Quæ ſit bigamia vera, vel interpretativa, ibidem.
2 *In bigamia ſimilitudinaria poteſt Epiſcopus diſpenſare, dummodò Clericus matrimonium contraxerit cum Virgine, & unica.*
3 *Quando Epiſcopus poſſit in bigamia ſimilitudinaria diſpenſare cum eo, qui viduam in matrimonium duxit.*
4 *An Epiſcopus poſſit cum religioſo exempto in bigamia ſimilitudinaria diſpenſare.*
5 *An oriatur bigamia, vel irregularitas ex copula abſque ſeminis virilis emiſſione.*
6 *Multiplicatas matrimonii rati non dum conſummati, non inducit bigamiam.*
7 *Multiplicata ſponſalia non inducunt bigamiam, etiam ſi ſubſequuta ſit copula.*
8 *Bigamus, qui abſque diſpenſatione ſuſcepit primam tonſuram, aut minores ordines, privatur privilegio Clericali, ſecus ſi fuerit initiatus ordine ſacro.*
Bigamus eſt irregularis, ibidem.

An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum Bigamo ad ordines, & beneficia.

C A P. XXXXVIII.

1 NOn loquimur hic de Bigamo bigamia vera, vel interpretativa, qui ſcilicet duas Uxores legitimè duxit, eaſque carnali copula cognovit, vel qui viduam a priori viro cognitam, ſivè per fornicationem corruptam duxit, & cum ea conſummavit matrimonium: quia in his caſibus ſolus Papa diſpenſat, itàut Epiſcopus nec quoad primam tonſuram, & minores ordines, nec quoad beneficium etiam ſimplex poſſit diſpenſare, *ut d. Navar. qui de communi teſtatur, in man. cap. 27. num. 197. verſ. ſexto dico &c. Garc. de benef. part. 7. cap. 6. num. 2. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 2. alleg. 49. num. 25. & cenſuit Sac. Congregatio teſte Piaſec. in prax. par. 1. cap. 1. art. 10. num. 11. Dian. par. 4. tract. 2. reſ. 61. & 62.*

2 Sed loquimur de bigamia ſimilitudinaria, quæ contingit, quando quis poſt votum ſolemne caſtitatis emiſſum in profeſſione religionis, vel in ſuſceptione Sacrorum ordinum, matrimonium licèt invalidè contrahit cum aliqua, eamque carnaliter cognovit: & in hac bigamia poteſt Epiſcopus diſpenſare non ſolum quoad ordines, ſed etiam quoad beneficia, dummodò Clericus contraxerit cum virgine, & unica, *Nav. d. cap. 27. num. 197. verſ. ſeptimo &c. Garc. d. par. 7. cap. 6. num. 15. Ricc. in prax. reſ. 220. Ugolin. de offic. Epiſc. par. 2. cap. 57. §. 4. num. 3. & alii apud Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 2. alleg. 49. num. 26. Bonacin. de cenſur. diſp. 7. qu. 2. pun. 5. num. 15. Layman. in Theol. moral. lib. 1. tract. 5. part. 5. cap. 6. num. 6. Dian. part. 4. tract. 2. reſol. 62.*

Obſerva tamen, quod ſi irregularitas hæc ſimilitudinariæ bigamiæ oriatur ex delicto occulto, 3
poterit Epiſcopus diſpenſare, etiamſi Clericus viduam duxerit poſt factum ordinem, *Ricc. d. reſ. 220. Barboſ. d. alleg. 49. num. 27.* ubi addit, quod poteſt 4
Epiſcopus diſpenſare etiam cum Religioſo exempto, qui contraxit matrimonium poſt profeſſionem, ſi de licentia ſui Superioris ſe ſubiiciat eidem Epiſcopo.

Obſerva ſecundo quod non oritur bigamia, 5
nec irregularitas in foro conſcientiæ ex copula abſque ſeminis virilis emiſſione intrà vas fœmineum, ſed in ſolo foro externo ob præſumptio- 6
nem perfectæ copulæ: undè multiplicitas matrimonii rati non conſummati non inducit bigamiam, *Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 83. num. 5. & 6. Bonacin. de cenſur. diſp. 7. quæſt. 2. pun. 5. nu. 4. & ſeq.* ſubdens, quod multiplicata ſponſalia non indu- 7
cunt bigamiam, etiamſi ſubſequuta ſit copula, *Barboſ. loco cit. d. par. 2. alleg. 49. num. 12. & 13.*

Obſerva tertio quod Bigamus bigamia vera, 8
vel interpretativa, qui abſque diſpenſatione ſuſcepit primam tonſuram, aut ordines minores, privatur omni privilegio Clericali: Bigamus enim eſt irregularis, & conſequenter inhabilis ad ordines, & beneficia, *cap. 1. 2. & 3. de Bigam. Concil. Trident. ſeſſ. 23. de ref. cap. 17.* ſecùs ſi fuerit initiatus ordine ſacro; quia cum tali caſu non poſſit vivere ut Laicus, debet vivere ut Clericus; & ideò gaudere debet privilegiis Clericorum prævia tamen diſpenſatione à Superiore obtinenda, *Bonacin. d. diſp. 7. qu. 2. punct. 5. num. 16. Barboſ. d. part. 2. alleg. 49. numer. 18.*

S V M M A R I V M.

1 *Omninò illitterati, ſeu imperiti non poſſunt ab Epiſcopo ad ordines habilitari.*
2 *Omninò illitterati ſunt irregulares.*
3 *Illitteratus, ſi de facto ordinetur, recipit characterem.*
4 *Scientia in ordinandis requiritur non ex neceſſitate Sacramenti, ſed ex neceſſitate præcepti.*
5 *Collatio beneficii etiam ſimplicis facta penitùs illitterato eſt nulla ipſo jure.*
6 *Quinam dicatur penitùs illitteratus,* & num. ſeq.
7 *Minor ſcientia ſufficit, quando adeſt ſpes addiſcendi in futurum.*
8 *Regulares benè legentes, licèt in lingua latina aliqualiter deficiant, tuta conſcientia poſſunt ab Epiſcopo ordinari.*
9 *Quid ſi illitteratus ordines jam ſuſceperit, & beneficium adeptus fuerit.*

An imperiti poſſint ab Epiſcopo ad ordines habilitari.

C A P. X L I X.

RESp. quod omninò illitterati, ſeu imperiti
1 non poſſunt ab Epiſcopo habilitari non ſolùm ad ordines, ſed nec etiam ad primam
2 tonſuram: iſti enim ſunt irregulares, *c. præcipimus, 36. diſt. cap. uit. de ætat. & qualit. Avil. de cenſur. part. 7. diſp. 4. dub. 1. Garc. de Beneſ. par. 7. cap. 7. num. 19. Vivald. in Candelab. aur. par. 2. tit. de irregul. §. 1. Tolet. in Summ. cap. 58. ver. irregulares ex defect. anim. Jac. de Graff. in aur. deciſ. part. 2. lib. 1. cap. 11. num. 22. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 2. alleg. 46.* ſi verò de
3 facto illitteratus ordinetur, reciperet characterem,
4 quià in ordinandis ſcientia requiritur non ex neceſſitate Sacramenti, ſed ex neceſſitate præcepti, *d. Sanch. in Opuſc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 45. num. 1.*
5 Collatio tamen Beneficii etiam ſimplicis facta penitus illitterato, eſſet nulla ipſo jure, *Garc. de Beneſ. par. 7. cap. 7. num. 15. & ſeq.*

Dicitur verò penitùs illitteratus quoad pri-
6 mam tonſuram qui neſcit legere, & ſcribere: quoad minores ordines qui latinam linguam non intelligit: quoad Subdiaconatum, & Diaconatum qui contenta in Miſſali Romano ſaltem mediocriter non intelligit: & quoad Presbyteratum qui non ſolùm contenta in Miſſali mediocriter non intelligit, ſed nec idoneus eſt ad populum docendum ea, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, & ad miniſtranda Sacramenta, *ut colligitur ex Tridentino ſeſſ. 23. de ref. cap. 4. 11. & 14. Navar. in man. cap. 27. nu. 205. Cur. de Graſſ. de effect. Cleric. in prælud. num. 237. & ſeq. Sanch. loco cit. d. lib. 7. cap. 1. dub. 45. num. 3. & ſeq. Garc. de Beneſ. par. 7. cap. 7. num. 15. & ſeq.*

7 Secus eſſet, ſi ordinandus aliquod grammaticæ principium habeat, aut modicum quid ſciat, & oſtendat ſpem addiſcendi in futurum; tunc enim poſſet ab Epiſcopo ad ordines habilitari, quia minor ſcientia ſufficit, quando adeſt ſpes addiſcendi in futurum, *Menoch. de Arbitr. caſ. 425. num. 58. Sanch. d. lib. 7. cap. 1. dub. 45. num. 13. & alii, quos refert, & ſequitur Barboſ. loco cit. d. part. 2. alleg. 46. num. 13. & ſeq.* ubi dicit, quod Religioſi benè le-
8 gentes, licèt in lingua latina aliqualiter deficiant, tuta, & ſecura conſcientia poſſunt ab Epiſcopis ordinari, & a Prælatis regularibus præſentari, ut ordinentur: quia in iſtis remanet ſpes de comparanda ſcientia, & cognitione neceſſaria ad eorum munus ob continuam inſtructionem, quæ hiſce de rebus habetur in omnibus Regularium conventibus *ut ſenſit etiam Sylv. in ver. Clericus 2. nu. 1. Jac. de Graff. par. 1. lib. 3. cap. 2. Majol. de Irregul. lib. 1. cap. 31. num. 5. Henriq. in Summ. lib. 10. de Sacram. ordin. cap. 16. in fin. Mirand. in man. Prælat. tom. 2. quæſt. 8. art. 7. concl. 1. Dian. par. 2. tract. 16. reſ. 29. Lezan. in Summ. quæſt. regul. cap. 14. num. 24. Jordan. elucubr. diverſ. lib. 9. tit. 1. de Diſpenſat. num. 454. vol. 2.* ſubdens, quod etiamſi ordinari non debeat, qui ſcien-
9 tia neceſſaria caret, tamen ſi jam promotus fuerit, & non ſit penitùs illitteratus, diſpenſativè poterit Epiſcopus eum tolerare; nec debet eum illicò beneficiis privare, ſed potius cogere ad diſcendum, *juxta textum in cap. ſeduló, diſt. 38.* ſi verò addiſcere quamprimum non curaverit, tunc poterit beneficio privari, *ex Concil. Trident. ſeſſ. 7. de ref. cap. 3.*

S V M M A R I V M.

1 *Cum illegitimis ſuper defectu natalium Epiſcopus diſpenſare non poteſt.*
2 *Illegitimi poſſunt ab Epiſcopo habilitari quoad minores ordines, & beneficium ſimplex*: limitatur nu. 5. 10. & ſeq.
3 *Epiſcopus promovendo illegitimum ad minores ordines, non cenſetur cum illo diſpenſare quoad beneficium ſimplex.*
4 *Diſpenſatio eſt ſtrictè interpretanda.*
5 *Epiſcopus non poteſt cum illegitimis diſpenſare ad beneficium curatum, neque ad dignitates, & perſonatus etiam ſine cura, neque ad Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis*: limitatur num. 7. & ſeq.
6 *Canonicatus Cathedralium hodiè annexum habent ordinem ſacrum.*
7 *Epiſcopus poteſt cum illegitimo diſpenſare ad Canonicatum Cathedralis, ſi talis illegitimus à Papa diſpenſationem ad ſacros ordines obtinuerit.*
8 *Epiſcopus poteſt cum illegitimo diſpenſare ad Canonicatum Eccleſiæ Collegiatæ.*
9 *Epiſcopus poteſt illegitimos habilitare ad obtinendas dimidias portiones, & inferiora beneficia Eccleſiæ Cathedralis.*
10 *Illegitimi non poſſunt beneficium obtinere, neque miniſtrare in Eccleſia, in qua eorum parentes beneficium habent, vel habuerunt* & num. 20. & 24.
11 *Penſio ad favorem illegitimorum non poteſt reſervari ſuper fructibus beneficii, quod eorum parentes obtinent, vel olim obtinuerunt.*
12 *Filius illegitimus non poteſt ſuccedere in Cappellania amovibili eretta auctoritate Ordinarii, quam ejus Pater obtinebat*: limitatur num 31.
13 *Quid in filiis naturalibus natis tempore, quo parentes eorum non dum erant Clerici.*
14 *Nepotes legitimi Presbyterorum ex filio illegitimo non ſubjiciuntur prædictis pœnis*, & num. 16.
15 *Filiorum appellatione in materia odioſa, & pœnali non veniunt Nepotes.*
16 *Filii legitimi Clericorum poſſunt diverſum beneficium obtinere in Eccleſia, ubi eorum Pater habet beneficium.*
17 *An poſſint Patri in eodem beneficio immediatè ſuccedere.*
18 *An Nepos obtinere poſſit immediatè Eccleſiam, quam Avus ejus habuit.*
19 *Pater abſque ulla diſpenſatione poteſt obtinere etiam immediatè beneficium filii ſivè legitimi, ſivè illegitimi.*
20 *Filii illegitimi nullo unquam tempore, neque immediatè, neque mediatè obtinere poſſunt beneficia Parentum.*
21 *Filius illegitimus non prohibetur beneficia obtinere in aliis Eccleſiis.*
22 *Filii illegitimi Epiſcoporum non prohibentur habere beneficia in Diœceſi, ſed ſolùm in ipſa Cathedrali.*
23 *Pater, & filius illegitimus poſſunt ſimul proceſſionalitèr incedere, ſi in diverſis Eccleſiis ſint beneficiati.*
24 *Filius illegitimus proceſſionaliter accedens ad Eccleſiam in qua Pater obtinuit beneficium, non poteſt in ea miniſtrare.*
25 *Pater, & filius illegitimus non prohibentur Miſſam celebrare in eadem Eccleſia, dummodo in ea neuter habet beneficium.*
26 *Filii illegitimi Clericorum non prohibentur cum ſuis Parentibus cohabitare.*
27 *Epiſcopus Clerico legitimo habenti beneficium non ſuffi-*

citus

cient, poteſt aliud conſerre, non autem illegitimo.

18 *Duplex diſpenſatio eſt ſacris canonibus odioſa.*

29 *Filius illegitimus non excluditur, ſi Pater obtinuit beneficium, ſed literas non expedivit, neque poſſeſſionem adeptus fuit.*

30 *Pater facultatem habens transferendi penſionem, poteſt illam transferre in filium illegitimum.*

31 *Filius illegitimus non prohibetur ſuccedere in Cappellania, quæ fundari ſolet abſque Epiſcopi autoritate.*

32 *Epiſcopus diſpenſare poteſt cum expoſitis, quorum parentes ignorantur, etiam ad ordines ſacros, & ad beneficia curata.*

33 *Epiſcopus diſpenſare poteſt in caſu dubio.*

34 *Expoſiti non cenſentur illegitimi.*

35 *In dubio benigniora ſunt præferenda.*

36 *Quid ſi expoſitus ad ſacros ordines ſine diſpenſatione admiſſus fuerit.*

37 *An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum illegitimo, qui bona fide ad Sacros ordines admiſſus fuit, ut in ſuſceptis miniſtret.*

38 *Filii naturales per ſubſequens matrimonium quoad omnia, præter Cardinalatum, efficiuntur legitimi.*

39 *Filii habiti ex inceſtu efficiuntur legitimi per ſubſequens matrimonium ex diſpenſatione Papæ, ſicut naturales.*

40 *Cum filio illegitimo etiam occulto non poteſt Epiſcopus quoad Sacros ordines vigore Concilii Tridentini diſpenſare.*

41 *Filius illegitimus inſpecto jure communi non poteſt Patri in bonis temporalibus ſuccedere:* limitatur num. 42.

42 *Filius illegitimus per Clericatum, vel ingreſſum in Religionem legitimatur.*

43 *An valeat inſtitutio filii illegitimi ſub conditione, ſi filius ipſe à Principe legitimetur, vel ſi fiat Clericus, aut Monachus.*

An, & quando Epiſcopus poſſit cum illegitimis quoad ordines, & beneficia diſpenſare.

C A P. L.

1 RESp. quod licèt cum illegitimis ex quocun-
que coitu damnato ſuper defectu natalium
Epiſcopus abſolutè diſpenſare nequeat, at-
2 men poteſt eos habilitare quoad minores ordines
tantùm, & quoad unum beneficium ſimplex, dum-
modò illud ex privilegio, conſuetudine, vel ſta-
tuto Sacrum ordinem non requirat, *cap. 1. ubi gloſ.
& DD. de fil. Presbyter. Hyeron. Vener. in Exam. Epiſc.
lib. 1. cap. 20. num. 28. Ugolin. de Irregul. cap. 44. §. 2.
num. 3. Sayr. de Cenſur. lib. 6. cap. 11. num. 8. Gig. de
Penſion. quæſt. 17. in princ. Azor. inſtit. moral. par. 2.
lib. 3. cap. 50. quæſt. 8. Garc. de Beneſ. part. 7. cap. 2.
num. 48. & 66. Car. de Graſſ. de effect. cleric. effect. 1. nu.
530. Lotter. de Re Beneſ. lib. 2. quæſt. 48. num. 140. cum
ſeq. Nav. conſ. 45. num. 2. de Homicid. Campan. in Di-
verſ. rub. 11. cap. 13. num. 81. Bellett. par. 1. tit. de Di-
ſcipl. cler. §. 3. num. 25. Lambert. de Jurepatr. 1. par. 2.
lib. quæſt. 7. ar. 11. num. 12. Barboſ. de offic. & pot. Epi-
ſcop. par. 2. alleg. 45. num. 19. & ſeq.* ubi dicit, quod
3 Epiſcopus promovendo illegitimos ad minores or-
dines, non cenſetur cum illis diſpenſaſſe quoad be-
4 neficium ſimplex, cum diſpenſatio ſit ſtrictè inter-
pretanda, *Squillan. de Privil. Cleric. cap. 4. num. 48. &
alii communiter.*

Undè Epiſcopus non poteſt cum illegitimis 5
diſpenſare ad beneficium curatum, neque ad di-
gnitates, & perſonatus etiam ſinè cura, *cap. fin. de
fil. Presbyt. Gavant. in man. Epiſc. ver. illegitimi, nu. 8.* 6
10. & ſeq. neque ad Canonicatum Eccleſiæ Cathe-
dralis: quià cum hodie omnes Canonicatus Cathe-
dralium annexum habeant ordinem Sacrum, *ex de-
creto Concilii Tridentini ſeſſ. 24. de ref. cap. 12.* ideò ſi-
cut Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum illegiti-
mo ad Sacrum ordinem, ità neque poterit cum eo
diſpenſare ad Canonicatum Cathedralis, *Sayr. d.
lib. 6. cap. 11. num. 13. Leſſ. lib. 2. cap. 34. num. 86.
Layman. in Theol. moral. lib. 5. tract. 10. par. 3. cap. 5.
num. 19. & lib. 4. tract. 2. cap. 14. num. 4. Avil. de cen-
ſur. par. 7. diſp. 3. dub. 6. notab. 3. Henriq. lib. 14. cap.
8. §. 10. ad fin. Jordan. elucubr. diverſ. vol. 2. lib. 9. tit.
1. de Diſpenſat. num. 143. & ſeq. Garc. de Beneſ. par. 7.* 7
cap. 2. num. 68. niſi fortè talis illegitimus diſpenſa-
tionem obtinuerit a Papa ad Sacros ordines: quià
eo caſu poſſet Epiſcopus cum eodem diſpenſare ad
Canonicatum Cathedralis: tunc enim cum ſit ha-
bilis ad Sacros ordines, ceſſat ratio, de qua ſuprà,
Leſſ. & Garc. loci. cit. Squillan. d. cap. 4. num. 53. & ſeq.
poteſt verò Epiſcopus cum illegitimo diſpenſare 8
ad Canonicatum Eccleſiæ Collegiatæ, cum talis
Canonicatus non habeat annexum ordinem Sa-
crum, *Bellett. loco cit. d. §. 3. num. 27. Barboſ. d. par. 2.
alleg. 45. num. 25. Garc. loco cit. d. cap. 2. num. 53. &
69. Zerol. in Prax. Epiſc. par. 1. ver. Canonici, §. 3.
Gratian. diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 591. num. 16. Squil-
lant. de obligat. Cleric. par. 2. num. 87. Gonz. ad reg. 8.
Cancell. gloſ. 5. num. 98. & ſeq.* ubi dicit, quod ille-
gitimi habilitari poſſunt ab Epiſcopo ad obtinen- 9
das etiam dimidias portiones, & inferiora beneficia
Eccleſiæ Cathedralis; quia dimidiæ portiones hu-
juſmodi non habent annexum ordinem Sacrum,
nec illius ætatem requirunt, *Garc. de beneſ. d. par. 7.
cap. 4. nu. 38. Barboſ. d. par. 2. alleg. 45. nu. 20. & ſeq.*

Obſerva tamen, quod Epiſcopus non poteſt 10
diſpenſare cum illegitimis, ut in Eccleſiis, in qui-
bus eorum Patres beneficium aliquod eccleſiaſti-
cum habent, aut habuerunt, quodcunque etiam
diſſimile beneficium obtineant, neque in dictis Ec-
cleſiis quoquo modo miniſtrent, *ut ex Concilio Tri-
dentino ſeſſ. 25. de ref. cap. 15.* ubi etiam prohibetur,
nè ad favorem dictorum illegitimorum reſerven- 11
tur penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ
parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt,
Gavan. in man. Epiſc. ver. filii Clericorum illegitimi, nu. 12
1. & ſeq. ubi dicit, quod filius illegitimus non po-
teſt ſervire tamquam amovibilis Cappellanus in
Eccleſia, in qua ejus Pater tamquam Cappellanus
amovibilis ſervivit; Dummodo Cappellania hu-
juſmodi erecta fuerit auctoritate Ordinarii, & hæc 13
procedunt etiam in filiis naturalibus natis tempo-
re, quo parentes eorum nondùm erant Clerici, *ut
cenſuit Sac. Congregatio teſte Garc. d. par. 7. cap. 3. num.
15. 22. & 23.* ubi ſubdit, quod ſub dicto decreto 14
Concilii *ſeſſ. 25. cap. 15.* non compræhenduntur Ne-
potes legitimi ex filio illegitimo reſpectu beneficii
Aui, quià in materia odioſa, & pœnali appellatio- 15
ne filiorum non veniunt Nepotes, *Bart. communi-
tèr receptus in l. liberorum, num. 6. ff. de verb. ſignif. Co-
var. lib. 2. var. cap. 8. num. 2. Gabr. de verb. ſign. con-
cluſ. 1. à num. 54. Surd. de Alim. tit. 9. quæſt. 38. Na-
var. conſ. 9. de fil. Presbyt. Barboſ. de offic. & poteſt Epi-
ſcop. par. 3. alleg. 65. num. 18.*

Notandum eſt autem, quod filii legitimi Cle- 16
rico-

Digitized by Google

ricorum, licet poſſint diverſum beneficium ob-
tinere in Eccleſia, ubi eorum Pater habet be-
17 neficium, *cap. ad hæc, de fil. Presbyt.* non ta-
men poſſunt Patri in eodem beneficio immediatè
ſuccedere, nè beneficia in Eccleſia Dei videantur
eſſe hæreditaria, *cap. conſtitutum, cap. ex tranſmiſſa,*
cap. dilectus, eod. tit. Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. de ref. cap.
7. Layman. in Theol. moral. lib. 4. tract. 2. cap. 14. num.
6. Barboſ. de offic. & poteſt. Episc. par. 3. alleg. 65. nu.
17. Squillan. de Privil. Cleric. cap. 4. num. 58. Sylv. in
ver. beneficium 3. quæſt. 6. num. 10. ubi ſubdit, quod
18 Nepos obtinere poteſt immediatè Eccleſiam, quam
Avus ejus habuit, Patre vivente: ſed eo mortuo
non poteſt, quià in primo caſu ceſſat ſucceſſionis
ratio, non in ſecundo, *Emman. quæſt. regul. tom. 1.*
quæſt. 13. art. 7. Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. num.
33. Seraphin. deciſ. 1442. num. 6. Squillan. de obligat.
Cler. par. 2. num. 90.

19 Econtrà verò Pater abſque ulla diſpenſatione
poteſt obtinere etiam immediatè beneficium filii ſi-
vè legitimi, ſivè illegitimi, *ut cenſuit Sac. Congregatio*
Concilii, prout teſtantur Garc. de Beneſic. part. 7. cap. 3. n.
28. & ſeq. Barboſ. d. alleg. 65. n. 17. & communem dicit Gig.
de Penſion. quæſt. 86. num. 1. Vulp. in Prax. judic. for.
Eccleſ. cap. 47. num. 28. Seraphin. d. deciſ. 1442. Squill.
de obligat. Cler. par. 2. num. 58.

20 Notandum Secundo, quod licèt filius illegi-
timus non poſſit beneficium, quod Pater habuit,
obtinere: tamèn ſi alius idem beneficium obtinu-
erit, & intercedat lapſus 30. Annorum, poſſet be-
neficium Patris obtinere: quia tùnc ex lapſu tanti
temporis memoria paternæ incontinentiæ ſublata
videtur, *ſecundùm Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5.*
num. 33. Barboſ. d. par. 3. alleg. 65. num. 19. ſed in
contrarium eſt conſtitutio 30. Clementis VIII. ubi
prohibetur, nè filii illegitimi ullo unquam tem-
pore ſive immediatè, ſive mediatè obtinere poſſint
beneficia parentum.

21 Notandum Tertio, quod filius illegitimus nõ
prohibetur beneficia obtinere in aliis Eccleſiis,
gloſ. in cap. ad abolendam in ver. non valere, de filiis Preſ-
biter. ubi dicit, quod Epiſcopi poſſunt diſpenſare
cum illegitimis in ſimplici beneficio in aliis Eccle-
22 ſiis non paternis, *Garc. d. par. 7. cap. 3. num. 74.*
ubi obſervat, quod filii illegitimi Epiſcoporũ non
prohibentur alibi habere beneficia, ſed ſolùm in
ipſa Cathedrali.

23 Notandum Quarto, quod ſi Pater, & filius
illegitimus eſſent beneficiati in diverſis Eccleſiis,
poſſunt ſimùl proceſſionalitèr incedere, *Squillan.*
de obligat. Cleric. par. 2. num. 98. Garc. loco cit. d. cap.
3. num. 68. Barboſ. d. par. 3. alleg. 65. num. 22. ſub-
24 dens, quod ſi filius illegitimus proceſſionalitèr ac-
cederet ad Eccleſiam, in qua Pater obtinet bene-
ficium, non poſſet in ea aliquo modo miniſtrare.

25 Item Pater, & filius illegitimus non prohi-
bentur Miſſam celebrare in eadem Eccleſia, dum-
modò in ea neuter habeat beneficium, *ut cenſuit*
Sac. Congregatio teſte Garc. d. par. 7. cap. 3. num. 73.
Barboſ. loco cit. par. 3. alleg. 65. num. 23. Gavant. in
man. Epiſcop. ver. filii Clericorum illegitimi, num. 19.
Squillan. de obligat. Cleric. par. 2. num. 92.

26 Notandum Quinto, quod filii illegitimi Cle-
ricorum non prohibentur cum ſuis Parentibus
cohabitare, *ut reſpondit Sac. Congregatio Epiſcopo Ca-*
lagurritana, prout refert Garc. de Beneſic. d. par. 7. cap. 3.
num. 74. ubi dicit, quod nec à Concilio Tridenti-
no, nec à Jure communi hujuſmodi cohabitatio
prohibetur.

27 Notandum Sexto, quod licèt poſſit Epiſco-
pus Clerico legitimo habenti beneficium non ſuf-
ficiens ad congruam ſubſtentationem, aliud con-
ferre, secùs tamèn eſt quoad Clericum illegiti-
mum; non enim poteſt Epiſcopus illegitimo ſe-
cundum beneficium conferre, etiamſi primum ad
congruam ſubſtentationem non ſufficiat; quià in 28
tali caſu concurreret duplex diſpenſatio, altera
natalium, altera pluralitatis beneficiorum Sacris
canonibus odioſa; & idèo non fit extenſio, *Azor.*
par. 2. lib. 6. cap. 3. quæſt. 12. quem refert Jordan. Elu-
cubr. diverſ. vol. 2. lib. 9. tit. 1. de Diſpenſat. num. 141.
& ſeq. Gavant. ver. Illegitimi, num. 7. & 16. Squillan. de
obligat. Cleric. par. 2. num. 86.

Notandum Septimo, quod non excluditur 29
filius illegitimus, ſi Pater obtinuit quidem Bene-
ficium, ſed literas non expedivit, nequè unquàm
poſſeſſionem adeptus eſt, *Garc. de Benef. par. 7. cap.*
3. num. 55. & ſeq. Gavant. in man. Epiſcop. ver. filii
Clericorum illegitimi, num. 13.

Notandum Octavo, quod Pater habens fa- 30
cultatem transferendi penſionem, poteſt illam eti-
am trasferre in filium illegitimum, niſi illa penſio
eſſet conſtituta ſuper beneficio, quod Pater habuit,
Gig. de Penſion. quæſt. 86. Gavant. loco cit. ver. filii 31
Clericorum illegitimi, num. 17. & 22. ubi etiàm re-
ſolvit, quod filius illegitimus non prohibetur
ſuccedere in Cappellania, quæ fundari ſolet abſ-
que Epiſcopi auctoritate, ut in ea ſuccedant Cle-
rici de parentela, *Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. nu. 33.*
Garc. de Beneſic. par. 7. cap. 3. num. 34. Squillan. de ob-
ligat. Cleric. par. 2. num. 95. & ſeq.

Notandum nono, quod Epiſcopus diſpenſare 32
poteſt cum expoſitis, quorum parentes ignoran-
tur, etiam ad ordines Sacros, & ad beneficia cura-
ta; quia licet Epiſcopus non poſſit diſpenſare in
irregularitate notoria, poteſt tamen diſpenſare in 33
caſu dubio, qualis eſt iſte; nam ſecundùm proba-
bilem DD. ſententiam expoſiti non cenſentur ille- 34
gitimi, tum quia in dubio benigniora ſunt præfe- 35
renda, tum quia contingit interdum, ut proptèr
paupertatem, vel ſimilem cauſam filii etiam legiti-
mi exponantur, *Henriq. lib. 11. cap. 20. num. 2. litt.*
L. Paleot. de Nothis, & Spuriis cap. 63. num. 3. Me-
noch. de Præſumpt. lib. 6. quæſt. 54. num. 40. Barboſ. de
offic. & pot. Epiſc. part. 3. alleg. 52. num. 150. Bellett.
diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. de Diſcipl. Cleric. §. 2. num. 24.
Dian. par. 2. tr. 15. reſ. 22. & par. 4. tract. 2. reſ. 58.
quamvis contrarium ſentiant, *Toler. lib. 1. cap. 52.*
Rebell. de obligat. juſt. par. 2. lib. 1. quæſt. 2. num. 15.
Sayr. de cenſur. lib. 7. cap. 10. num. 39. Vaſq. in 1. 2.
diſp. 66. num. 48. Caſtill. Quotid. quæſt. lib. 2. cap. 19.
num. 51. Garc. de Beneſ. par. 7. cap. 2. num. 8. Bonacin.
de cenſur. diſp. 7. quæſt. 2. pun. 3. num. 20. ubi aſſerunt,
expoſitos numerandos eſſe inter illegitimos, quià
frequentius ex turpi conceptione naſcuntur; ſed
non eſt recedendum à priori ſententia, quæ beni-
gnior eſt, præſertim quià Gregorius XIV. declara-
vit, expoſitos habendos eſſe pro legitimis *prout re-*
fert. Dian. d. par. 4. tract. 2. reſ. 58. Layman. in Theol. 36
moral. lib. 1. tract. 5. par. 5. cap. 5. num. 4. ubi ſubii-
cit, quod ſi expoſitus ad Sacros ordines ſine di-
ſpenſatione admiſſus fuit, ſecurè in ſuſceptis mini-
ſtrare poteſt, *ad trad. per DD. in cap. ex litteris, de*
Probat.

Notandum decimo, quod ſi illegitimus bona 37
fide ordinatus fuerit ad Sacros ordines, cognito
deinde natalium defectu poterit ab Epiſcopo di-
ſpenſari, ut in ſuſceptis miniſtret, *Henriq. lib. 14.*
cap. 8. num. 10. litt. H. Avil. par. 7. diſp. 3. dub. 6. Lay-
man. loco cit. d. lib. 1. tract. 5. par. cap. 5. num. 2.

No-

Digitized by Google

38 Notandum undecimo, quod filii naturales per
ſubſequens matrimonium quoad omnia (præter
Cardinalatum) efficiuntur legitimi, *gloſ. & DD. in
cap. tanta , Qui fil. ſint legitim. Ugolin. de Irregul. cap.
44. §. 3. Sayr. de Cenſur. lib. 6. cap. 10. num. 13. Squil-
lan. de Privil. Cleric. cap. 4. num, 40. ubi refert. Conſti-
tutionem Sixt. V.* idem dicendum de filiis habitis ex
39 inceſtu; nam iſti etiàm ex diſpenſatione Papæ cum
illa clauſula, *prolem ſuſceptam , ſi quæ ſit , & ſuſci-
piendam exindè legitimam decernendo ,* per ſubſequens
matrimonium legitimi efficiuntur , ſicùt natura-
les , *Henriqu. in Sum. lib. 7. cap. 13. §. 5. in fin. Sanch.
de matrim. lib. 8. diſp. 6. num. 26. & diſp. 7. num. 15.
& dixit Rota in Pampilonèn. illegitimitatis 5. Decem-
bris. 1608. coram. Juſto, quam refert Garc. de Benef.
par. 7. cap. 2. num. 40.*

40 Notandum 12. quod cum filio illegitimo
etiàm occulto non poteſt Epiſcopus diſpenſare,
quoad ſacros ordines vigore Concil. Trid. *ſeſſ. 24.
de ref. c. 6.* quia Concilium loco cit. tribuit Epiſ-
copo auctoritatem diſpenſandi in irregularitate
contracta ex delicto occulto proprio : hæc autem
irregularitas non provenit ex delicto proprio, ſed
ex alieno, ſcilicèt parentum ; Undè dicitur pro-
venire ex defectu natalium , *Piaſec. in Prax.
Epiſcop. par. 1. cap. 1. num. 56. & 60. Sayr. de cenſur.
lib. 6. cap. 11. num. 8. Bonacin. eod. tract. diſp. 7. quæſt.
2. punct. 3. num. 15. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par.
2. alleg. 39. num. 44. verſ. undecimo , &c.* contra *Avil.
in tract. de Cenſur. par. 7. diſp. 3. dub. 7. Layman. in
Theolog. moral. lib. 1. tract. 5. par. 5. cap. 5. num. 2.
Coninch. de Sacram. diſp. 18. dub. 14. num. 117. Dian.
par. 1. tract. 15. reſ. 21. & par. 4. tract. 2. reſ. 64. &
par. 7. tract. 2. reſ. 24.* aſſerèntes, poſſe Epiſcopum
in tali caſu diſpenſare, etiamſi hæc irregularitas
proveniat ex delicto alieno ; ſed prior ſententia
videtur probabilior.

41 His adde, quod licet filius illegitimus regu-
laritèr non poſſit Patri in bonis temporalibus ſuc-
cedere, nec intèr vivos, nec per ultimam volun-
tatem , *Auth. Quibus mod. natural. effic. ſui , §. fin.
42 auth. ex complexu , C. de Inceſt. nupt.* tamen ſi fiat
Clericus, vel ingrediatur Religionem bonorum
capacem , ſuccedit Patri : quià per Clericatum, vel
ingreſſum in Religionem legitimatur , *Bald. in L.
1. col. 4. C. de Sacroſ. Eccl. Dum. reg. 366. in. 3. limit.
Marſil. in rub. ff. de fidejuſ. num. 143. Everard. conſ.
239. num. 6. Tiraq. de Pia Cauſa privil. 29. Paleot. de
Not. & Spur. cap. 45. num. 6. latè Car. de Graſſ. de
effect. Cleric. eff. 57. num. 1. & ſeq.* ubi dicit, quod
43 ſicut valet inſtitutio filii ſpurii, vel aliter illegi-
timi ſub conditione, ſi filius ipſe à Principe le-
gitimetur, quià tunc diſpoſitio in tempus habile
confertur , *L. in tempus , ff. de Hæred. inſtit.* ità
etiàm valebit ſub conditione, ſi fiat Clericus, vel
Monachus, ſive Religioſus, *ex trad. per Bald. in
L. 1. num. 3. C. de Sacroſ. Eccleſ. Dum. dict. reg. 366.
in 3. limit.*

S V M M A R I V M

1 *Quando quis dicatur ſuſcipere ordines per ſaltum.*
2. *Suſcipiens ordines per ſaltum , ſuſpenſionem incurrit.*
3 *Suſcipiens ordines per ſaltum , incurrit irregularita-
tem , ſi functionem Ordinis Sacri per ſaltum ſu-
ſcepti , vel prætermiſſi exerceat.*
4. *Suſcipiens ordines per ſaltum non remanet ſuſpenſus
ab ordinibus anteà ritè ſuſceptis*
5. *An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum promoto per ſaltū.
Diſpenſatus ad ſuſcipiendum ordinem prætermiſſum ,
cenſetur etiàm diſpenſatus ad exercendum ordinem
ſuſceptum per ſaltum , & ad reci piendum ordi-
nem ſuperiorem ibidem.*
6 *An Epiſcopus poſſit diſpenſare in irregularitate contra-
cta ab eo, qui ad Sacro. Ordines ſinè litteris dimiſ-
ſorialibus , vel antè legitimam ætatem , aut extrà
tempora ordinatus celebravit.*
7. *Ordinatus antè legitimam ætatem , obtenta diſpen-
ſatione non poteſt in Sacris Ordinibus miniſtrare ,
niſi poſt implementum ætatis.*
8. *An , & quando ordinatus ante legitimam ætatem
ſuſpenſionem incurrat.*

An promotus per ſaltum poſſit ab Epiſcopo diſpenſari.

C A P. LI.

PRæmittendum eſt, quod ille dicitur ſuſcipere 1
ordines per ſaltum, qui non gradatìm pro-
movetur, ſed ad Superiorem aſcendit inter-
miſſo inferiore, ut ſi ſuſcipiat Diaconatum inter-
miſſo Subdiaconatu , aut alio ordine minore,
*Vulp. in Prax. judic. for. Eccleſ. cap. 8. num. 15. Molfeſ.
in Sum. Theol. mor. tract 2. cap. 3. num. 25. & cap. 18.
num. 16. Dian. par. 5. tract. 10. reſol. 29. Barboſ. de
offic. & pot. Epiſc. par. 2. alleg. 47. num. 7. Sperell. dec.
114. num. 19. & ſeq.* ubi amplius dicit, quod cen-
ſetur quis per ſaltum, ac præpoſterè ordinatus , ſi
omiſerit ſuſcipere primam tonſuram, quia prima
tonſura ſecundùm Canoniſtas eſt ordo ; contra-
riam tamèn ſententiam tuentur Theologi com-
munitèr aſſerentes , primam tonſuram non eſſe
propriè ordinem, ſed diſpoſitionem ad ordines,
quorum ſententiæ ſtandum eſt , quandò agitur
de materia pœnali , *S. Thom. 3. par. quæſt. 40. art.
2. Vaſq. tom. 3. diſp. 236. cap. 1. num. 9. & diſp. 273.
cap. 2. Palud. in 4. diſt. 24. art. 1. num. 6. Sot. de Juſt.
& jur. lib. 9. quæſt. 5. num. 2. Sylveſt. in ver. Ordo 1.
num. 2. Navar. in man. cap. 12. num. 17. Bonacin. de
Sacram. diſp. 8. quæſt. un. punct. 1. num. 6.*

Præmittendum 2. quod ſuſcipiens ordines 2
per ſaltum , licet illos validè recipiat , incurrit ta-
men ſuſpenſionem , ita ut non poſſit ſine diſpen-
ſatione prætermiſſum ordinem ſuſcipere , nec in
ſuſcepto per ſaltum miniſtrare , nec ad Superio-
rem aſcendere , *cap. un. ubi DD. de Cleric. per ſalt
promot.* undè incurreret irregularitatem, ſi functio- 3
nem ordinis ſacri per ſaltum ſuſcepti , vel præter-
miſſi exerceret , *Sot. in 4. diſt. 25. quæſt. 1. art. 3.
Nava. in man. cap. 27. num. 242. Rodriq. in Sum. 2.
par. cap. 17. num. 7. Suar. de Cenſur. diſp. 31. ſect. 1.
num. 35. & ſeq. Alter. tom. 2. diſp. 10. cap. 5. Filliuc.
tract. 17. cap. 5. quæſt. 8. num. 32. Barboſ. de offic. &
pot. Epiſc. par. 2. all. 47. num. 1. & 10. Bonacin. de
Cenſur. in partic. diſp. 3. quæſt. 1. punct. 2. num. 1. & ſeq.*
non tamèn remanet ſuſpenſus ab ordinibus anteà 4
ritè ſuſceptis , & per conſequens eos exercendo
non fieret irregularis , *Henriq. in Sum. lib. 14. cap.
6. §. 3. Avil. de Cenſur. par. 7. diſp. 9. ſect. 9. dub. 2.
concluſ. 2. Dian. par. 5. tract. 10. reſ. 28.*

His præmiſſis ad quæſitum reſp. quod pro- 5
motus per ſaltum , ſi in ordine prætermiſſo , vel
malè ſuſcepto non miniſtravit : poterit diſpenſari
ab Epiſcopo , ut ordinem prætermiſſum ſuſcipiat,
& poſteà utroque utatur , & ad Superiorem aſcen-
dat , etiamſi delictum ſit publicum , *ex Concilio
Tridentino ſeſſ. 23. de ref. cap. 14. in fin. & docet Nav
in man. cap. 27. num. 242. Bonacin. de Cenſur. in partic.*
dict.

Digitized by Google

dict. diſp. 3. quæſt. 1. punct. 2. num. 12. & ſeq. ubi etiam obſervat, quod diſpenſatus ad ſuſcipiendum ordinem prætermiſſum, cenſetur etiam diſpenſatus ad exercendum ordinem ſuſceptum per ſaltum, & ad recipiendum ordinem Superiorem, *ut ſentiunt etiam alii Doctores apud Dian. par. 5. tract. 10. reſ. 27.* idemque dicendum, ſi promotus per ſaltum cum ignorantia excuſante à culpa mortali miniſtravit in ordine malè, ſeu per ſaltum ſuſcepto, aut prætermiſſo: quià tùnc poſſet etiàm ab Epiſcopo diſpenſari: nàm cum ceſſet culpa, ceſſare etiàm videtur reſervatio, *ſecundum Navar. dict. cap. 27. num. 242. Suar. loco cit. dict. diſp. 31. ſect. 1. num. 25. Bonacin. de Cenſur. in partic. dict. diſp. 3. quæſt. 1. punct. 2. num. 12. Dian. dict. par. 5. tract. 10. reſ. 27.* secùs ſi ſcientèr, aut cùm culpa mortali; quià in tali caſu ſolus Papa diſpenſat, *ut ex dict. Concilio loco cit. Navar. dict. cap. 27. num. 242. Bonacin. dict. diſp. 3. quæſt. 1. pun. 2. num. 12. & 14.* niſi delictum ſit occultum, tùnc enim poſſet Epiſcopus diſpenſare, etiàm poſtquàm miniſtraverit in ordine prætermiſſo, vel malè ſuſcepto, *vigore dict. Concilij ſeſſ. 24. de ref. cap. 6. ut dict. Henriq. lib. 14. cap. 6. nu. 5. Ugol. de Cenſur. cap. 39. num. 3. & alij apud Barboſ. dict. par. 2. alleg. 47. num. 5.* quemadmodum poteſt diſpenſare vigore ejuſdem Concilij ſupèr irregularitàte contracta ab

6 ijs, qui ad ſacros ordines ſine litteris dimiſſorialibus, vel antè legitimam ætatem, aut extrà tempora ordinati celebrarunt antè obtentam diſpenſationem, *Bonacin. de Sacram. diſp. 8. quæſt. un. punct. 5. num. 15. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 2. all. 16. num. 23. Jordan. Elucubr. diverſ. tom. 2. lib. 9. tit. 1. de Diſpenſat. num. 152. & ſeq.* ubi advertit, quod

7 ordinati antè legitimam ætatem obtenta diſpenſatione, non poſſunt in ſacris ordinibus miniſtrare, niſi poſt implementum ætatis, *Portel. in 3. par. tract. 4. reſ. 192. Præpoſ. in 3. par. quæſt. un. de Sacrament. ordin. dub. 17. num. 167. Dian. par. 5. tract. 10. reſ. 32.* ſubdens, quod ordinatus ad ordinem ſacrum antè ætatem bona fide, vel etiàm ex igno-

8 rantia craſſa, poteſt, poſtquàm ad legitimam ætatem pervenerit, eo ordine uti abſque alia diſpenſatione; quià ordinatus antè legitimam ætatem tùnc manet ſuſpenſus ab ordine sic ſuſcepto, quando ſcientèr, aut ex ignorantia affectata idegit, *ut conſtat ex extravag. Pii II. incip. Cum ex Sacrorum, &c. quam refert Navar. in man. cap. 27. num. 155.* & ideò ſi ordinatus fuit bona fide, vel ex ignorantia etiam craſſa, nullam incurrit ſuſpenſionem, nequè celebrando irregularitatem, *ut tradunt DD. citati, Bonacin. de Cenſur. in partic. diſp. 3. quæſt. 1. punct. 2. num. 15. & ſeq.*

S V M M A R I V M.

1 *Infames infamia tàm juris, quam facti ſunt irregulares.*
2 *Infamia juris dicitur, quæ ab ipſo jure Canonico, vel civili imponitur.*
3 *Infames ſecundùm leges, regulariter ſunt infames etiam ſecundùm canones.*
4 *Infamia facti dicitur, cum quis notatur de aliquo crimine apud bonos, & graves viros.*
5 *Infamia Juris de æquitate canonica non incurritur ex delicto occulto.*
6 *Nullum crimen quantumvis enorme inducit irregularitatem, ſi non ſit notorium, excepto homicidio,* & num. 39.
7 *Collatio beneficii facta infami, vel criminoſo occulto crimine non inducente irregularitatem, ſeu inhabilitatem ad beneficia, valida eſt.*
8 *An Epiſcopus diſpenſare poſſit in infamia facti.*
9 *Et an poſſit diſpenſare in infamia Juris.*
10 *In infamia Juris procedente ex delictis majoribus adulterio, ſolus Papa diſpenſat,* limitatur numer. 18.
11 *Antequàm Epiſcopus diſpenſet, conſtare debet de emendatione ſui ſubditi.*
12 *Ad probandum, aliquem eſſe emendatum, exterior ſatisfactio requiritur.*
13 *Criminoſus præſumitur emendatus, ſi trium annorum intervallo ab improbè factis abſtinuerit, & in honeſtis actionibus ſeſe exercuerit:* limitatur numer. 14.
14 *Infamia proveniens ex delicto perjurii, non tollitur per emendationem.*
15 *Infamia Juris, vel facti non inducit privationem beneficii jam quæſiti.*
16 *Nulla irregularitas inducit privationem beneficii ipſo jure.*
17 *Qui ob delictum privatur beneficiis jam obtentis, non eſt inhabilis ad alia obtinenda.*
18 *An, & quando Epiſcopus diſpenſare poſſit in infamia juris procedente ex delictis adulterio majoribus.*
19 *Qui ob aliquod crimen eſt ipſo jure privatus beneficio, non tenetur in foro conſcientiæ cedere beneficio, aut reſtituere fructus antè Judicis ſententiam.*
20 *Conſtitutio B. Pii V. edita contrà Sodomitas, non eſt recepta quantum ad forum interius, ſed ſolùm quantùm ad forum exterius.*
21 *Dicta Conſtitutio procedit tantùm contrà committentes copulam ſodomiticam intrà vas ex uſu quaſi connaturato.*
22 *Clerici non incurrunt pœnas dictæ conſtitutionis, ſi aliquoties hoc crimen commiſerint.*

An, & quando Infames diſpenſari poſſint ab Epiſcopo quoad ordines, & beneficia.

C A P. LII.

PRæmittendum eſt, quod infames infamia tàm juris, quàm facti, ſunt irregulares, & arcentur ab ordinibus, & beneficiis, *Navar. in man. cap. 27. num. 204. Henriq. in Summ. lib. 14. cap. 5. §. 3. Garc. de Benef. par. 7. cap. 8. num. 44.* 1 2 Infamia juris dicitur, quando ab ipſo jure Canonico, aut civili imponitur pœna infamiæ, ut in crimine duelli, adulterii, uſuræ, & in aliis caſibus enumeratis *per Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 2. alleg. 43. num. 1. & ſeq. Garc. de Benef. d. part. 7. cap. 8. num. 1. & ſeq.* ubi obſervant, quod infames ſecundùm leges, regulariter ſunt etiam infames ſecundùm Canones. 3 4 Infamia facti dicitur, cum quis ex ſuſpicione probabili communitèr notatur de aliquo crimine apud bonos, & graves viros, *Felin. in cap. teſtimonium, nu. 14. de Teſtib. Henriq. loco cit. d. cap. 5. §. 3. Ugolin. de Irregul. cap. 60. num. 4. Sanch. in Opuſc. moral. lib. 6. cap. 3. dub. 4. Barboſ. & Garc. locis cit.*

Præmittendum ſecundo, quod de æquitate Canonica infamia juris non incurritur, quando delictum, propter quod ipſo facto irrogatur infamia, eſt occultum; undè is, qui tale delictum commiſit, non cenſetur irregularis, nec arcetur ab ordinibus, vel beneficiis niſi delictum hujuſmodi detectum fuerit per ſententiam Judicis, *Suar. tom. 5. diſp. 48. ſect. 1. num. 8. & 9. Sayr. de cenſur. lib. 7. cap.* 5

11. nu.

Digitized by Google

*11. num. 3. Bonacin. de cenſur. diſp. 7. quæſt. 3. pun. 1.
num. 2. Molfeſ. in Summ. tract. 6. cap. 8. num. 12. Ca-
pataq. dec. 90. par. 2. Laufranch. in cap. quoniam, num.
72. de probat. Garc. de benef. par. 7. cap. 8. num. 10. Co-
var. lib. 3. var. cap. 3. num. 2. verſ. ſcribit tamen &c.
Dian. par. 4. tract. 2. reſ. 93.* ubi dicit, quod nullum
6 crimen, quantumvis enorme inducit hanc irregu-
laritatem, ſi non ſit notorium, excepto homicidio,
per textum in cap. ex tenore de tempor. ordin. Unde col-
7 latio beneficii facta infami, vel criminoſo occulto,
crimine non inducente irregularitatem, ſeu inha-
bilitatem ad beneficia, valida eſt, *ut latè probat Garc.
d. par. 7. cap. 8. num. 47. & ſeq. Squillan. de Privil. Cle-
ric. cap. 4. num. 127. Navar. in man. cap. 27. num. 251.*
quidquid in contrarium aſſerat *Barboſ. de offic. & pot.
Epiſc. par. 2. alleg. 43. num. 18. & alii per eum citati.*

8 His præmiſſis dico, quod Epiſcopus diſpenſa-
re poteſt cum ſuo ſubdito criminoſo in infamia fa-
cti, & etiam in infamia juris procedente ex adul-
9 terio, & ex aliis criminibus adulterio minoribus;
in infamia verò juris procedente ex delictis majo-
10 ribus adulterio, ſolus Papa diſpenſat, *DD. in cap.
ult. de Bigam. Nav. loco cit. cap. 27. num. 204. Mirand.
in man. Prælat. tom. 2. quæſt. 8. art. 5. concl. 1. Jo. à
Cruce de Stat. Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 17. concl. 2. Avil.
de Cenſur. par. 5. diſp. 4. dub. 6. Bonaciu. eod. tract. diſp.
7. quæſt. 3. pun. 1. num. 6. verſ. tertio &c. Henriq. in
Summ. lib. 13. cap. 5. §. 3. latè Barboſ. loco cit. d. par. 2.
alleg. 43. num. 30. & ſeq. Squillan. de Privil. Cleric. cap.
4. num. 129.*

11 Notandum tamen eſt, quod antequàm Epi-
ſcopus diſpenſet, conſtare debet de emendatione
ſui ſubditi, *Bonacin. loco cit. quæſt. 3. pun. 1. num. 5. &
12 ſeq. Barboſ. d. alleg. 43. num. 22.* ubi dicit, quod ad
probandum, aliquem eſſe emendatum, non ſatis
eſt, illum eſſe contritum, & confeſſum, ſed exte-
rior ſatisfactio requiritur, *Maſcard. de probat. concl.
465. num. 10.* præſumitur verò quis emendatus, ſi
13 trium annorum intervallo ab improbè factis abſti-
nuerit, & ſeſe in honeſtis actionibus exercuerit:
14 excepto reo perjurii, cujus emendatio non detra-
hit infamiam indè conſurgentem, *cap. teſtimonium,
de Teſtib. Viv. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 10. num.
133. Rebuff. de Reprob. teſt. num. 399. Barboſ. d. alleg.
43. num. 24.* quamvis contrarium ſentiat *Layman. in
Theol. mor. lib. 1. tract. 5. cap. 4. num. 11.* ubi dicit,
quod tempus, quo emendatio præſumitur, Judicis
arbitrio remittitur.

Notandum ſecundo, quod licet infamia juris,
15 vel facti reddat hominem inhabilem ad beneficia,
ut ſuprà diximus, non tamen inducit privationem
16 beneficii jam quæſiti, *Navar. in man. cap. 27. num.
231.* ubi dicit, quod nulla irregularitas inducit
privationem beneficii ipſo jure, *Garc. de Benef. par.
7. cap. 8. num. 35. & ſeq.* ubi, quod inhabilitas ad
obtinenda, non privat obtentis, *Barboſ. d. par. 2.
alleg. 43. num. 3. & 4. Covar. lib. 2. var. cap. 8. num.
4.* quemadmodum nec is, qui ob delictum privatur
17 obtentis, eſt inhabilis ad alia obtinenda, *gloſ. com-
muniter recepta in clem. 2. de Pœn.*

Notandum tertio, quod ſuperveniente juris
18 infamia procedente etiam ex delictis adulterio ma-
joribus, Epiſcopus cum criminoſo poſt manifeſtam
vitæ emendationem diſpenſare poteſt, ut retineat
uſum ordinis jam ſuſcepti; niſi crimen tale ſit, ut
impediat etiam exercitium ordinis ſuſcepti, & in-
ducat peculiarem irregularitatem, quale eſt homi-
cidium, ac violatio cenſuræ, *Azor. 2. part. lib. 6.
cap. 7. quæſt. 3. Tolet. lib. 1. cap. 69. Bonaciu. d. diſp. 7.
quæſt. 3. pun. 1. num. 5. verſ. Dixi ad recipiendos ordines
&c. Squillant. de Privil. Cleric. cap. 4. nu. 129.* quam-
vis in tali caſu non eſſe neceſſariam Epiſcopi di-
ſpenſationem, teneat *Layman. loco cit. d. cap. 4. num.
11.* ubi aſſerit, quod Sacerdos publicus concubi-
narius, vel adulter poſt peractam pœnitentiam, &
vitæ emendationem publicam, interpoſito ſaltem
aliquo temporis ſpatio, ſinè diſpenſatione celebra-
re poteſt: & hæc quidem ſententia mihi probabilis
videtur, quià licèt contrà Concubinarios notorios
inflicta ſit ſuſpenſio ab officio *in cap. præter, diſtinct.
32. cap. ſi qui ſunt, diſtinct. 81. & cap. ult. de Cohabit.
Cleric. & mulier.* tamen hæc ſuſpenſio conſuetudine
ſublata eſt, *ut d. Medin. lib. 1. Inſtruct. cap. 11. §. 8.
Sotus in 4. diſt. 1. quæſt. 5. art. 6. Henriq. lib. 13. art.
36. Suar. de Cenſ. diſp. 31. ſect. 4. Sayr. lib. 4. cap. 15.
num. 24.*

Notandum quarto, quod licet quis ob ali- 19
quod crimen ſit ipſo jure privatus beneficio vigore
alicuius legis, prout hac pœna plectitur ſodomita
vigore Conſtitutionis 20. B. Pii V. tamen non tenetur
in foro conſcientjæ cedere beneficio, aut dignita-
ti, aut reſtituere fructus antè Judicis ſententiam,
*Bonaciu. de matrim. quæſt. 4. pun. 11. num. 2. verſ. ad-
vertendum eſt tertio &c. Garc. de Benef. par. 11. cap. 10.
num. 8. Quaran. in ver. Sodomia, ad fin. Cherubin. ad d.
Conſtit. B. Pii V. Schol. 1. Campan. in Diver. reſol. juris
canon. rub. 11. cap. 22. num. 10. & alii permulti apud
Barboſ. d. par. 2. alleg. 44. num. 26. & ſeq.* ubi dicit,
quod dicta Conſtitutio B. Pii V. edita contrà So-
domitas, non omnem illud ſcelus exercentem ob- 20
ligat, ſed notorium tantùm, non autem occultum;
quià non fuit recepta quantum ad forum interius,
ſed ſolùm quantum ad forum exterius, *Ugolin. de
Irregul. cap. 43. §. 2. num. 4. Henriq. lib. 13. cap. 36.
in fin. & lib. 14. cap. 5. num. 1. Avil. de cenſur. part. 7.
diſp. 4. dub. 7. concl. 7. Floron. de caſib. reſer. par. 2. caſ.
7. §. 1. num. 7. Dian. par. 2. tr. 17. alias 3. Miſcell. reſ.
69.* quibus adde *Suar. tom. 5. diſp. 31. ſect. 4. num. 21.
Piacl. de caſ. reſer. caſ. 9. nu. 6. Zecch. in reſp. caſ. conſc.
caſ. 1. cit. de Irregul. §. de irregul. provea. ex delicti qua-
lit. Marchin. de Sacram. ordin. tr. 1. par. 8. cap. 4. nu. 24.*
ubi aſſerunt, quod dicta Conſtitutio B. Pii V. non 21
comprehendit committentes pollutionem extraor-
dinariam, ſeu extrà vas, ſed ſolùm committentes
copulam ſodomiticam, ſeu coitum intrà vas ordi-
narium hujus delicti ex uſu quaſi continuato, pon-
derando illud verbum, *exercentes*, poſitum in dicta
Conſtitutione, quod iteratas requirit vices, ac
frequentiam, factumque ex uſu continuato, &
quaſi ex conſuetudine; undè Clerici pœnas dictæ 22
Conſtitutionis non incurrunt, ſi aliquoties hoc
crimen commiſerint, *Nav. in man. cap. 27. nu. 249.
Majol. lib. 5. cap. 43. num. 3. Emman. in Sum. part. 1.
cap. 209. & quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 30. art. 19. Sayr.
de cenſur. lib. 7. cap. 12. num. 23. Marc. de Juriſd. par.
2. cap. 16. Garc. loco cit. d. par. 11. cap. 10. num. 198.
Azor. inſtit. mor. par. 3. lib. 3. cap. 19. quæſt. 2. Ledeſm.
in Sum. par. 2. tract. 27. cap. 15. concl. 4. Bonacin. d. qu.
4. pun. 11. nu. 2. verſ. Advertendum eſt primo &c. He-
nob. de caſ. reſer. par. 2. cap. 4. ſect. 5. caſ. 5. Barboſ. d.
alleg. 44. num. 24. & ſeq.*

SUMMARIUM.

1 *Qui ex lege judaica, Mahumetica, vel ethnica nuper, & in adulta ætate converſus eſt ad fidem Chriſtianam, eſt irregularis.*

2 *Non dicitur Neophitus, qui decem ab hinc annis, vel eo amplius baptiſmum ſuſcepit: contrarium,* nu. ſeq.

3 *Jura certum tempus non præſcribunt, in quo aliquis dicendus ſit Neophitus, & in quo ad ordines nequeat promoveri.*
4 *Non dicitur Neophitus qui ab infantia baptiſmum ſuſcepit.*
5 *Neophitus poteſt admitti ad minores ordines.*

An, & quando Neophitus ad ordines admitti poſſit.

CAP. LIII.

1 Reſp. quod is, qui ex lege judaica, mahumetica, vel ethnica nuper, & in adulta ætate converſus eſt ad fidem Chriſtianam, non eſt admittendus ad ordines Sacros, cum ſit irregularis, *cap. 1. & 2. diſt.* 48. hæc autem irregularitas ab Eccleſia inducta eſt, nè talis in ſuperbiam elatus incidat in laqueum diaboli, *1. Thimot. 3. Tolet. lib. 1. cap. 59. Regnald. lib. 30. num. 43. Henriq. lib. 14. cap. 4. Nav. in man. cap. 27. num. 205. & alii apud Bonacin. de cenſur. diſp. 7. quæſt. 2. pun. 1. num. 4. & ſeq.*

2 Dixi, *nuper*, quia non dicitur Neophitus, qui
decem ab hinc annis, vel eo amplius baptiſmi Sa-
cramento inſignitus eſt: non enim dicitur in tali
3 caſu nuper converſus ad fidem, *ſecundùm Navar. d.*
cap. 27. num. 205. ſed vide *Bonacin. loco cit. d. quæſt. 2.*
pun. 1. num. 5. ubi rectè obſervat, jura certum tem-
pus non præſcribere, in quo aliquis dicendus ſit
Neophitus, & in quo nequeat ad ordines promo-
veri: quià non ſufficit diuturnitas temporis, ſi non
adſint alia neceſſaria; & ex oppoſito tot ſigna fidei,
charitatis, prudentiæ, & aliarum virtutum adeſſe
poſſunt, ut quis poſt aliquam temporis dilationem
ordinari poſſit arbitrio Epiſcopi: quo caſu Epiſco-
pus non diſpenſat in irregularitate, ſed declarat,
irregularitatem ceſſaſſe, *ut ſenſit etiam Barboſ. de offic.*
& pot. Epiſc. par. 2. alleg. 10. num. 8.

4 Dixi, *in adulta ætate*, quia non dicitur Neophitus, qui ab infantia baptiſmum ſuſcepit, quamvis deſcendat ab Avo, vel Patre Neophito, vel Judeo, aut Saraceno, *Bonacin. d. diſp. 7. quæſt. 2. pun. 1. num. 5. & quæſt. 3. pun. 7. num. 11.*

5 Dixi, *ad ordines Sacros*, quia Neophitus poteſt admitti ad minores ordines, cum Sacri canones loquantur ſolùm de majoribus ordinibus, *Dec. in cap. cum te, num. 32. de Reſcript. Felin. in cap. cum ſit, de Jud. Bellett. Diſquiſ. Cleric. par. 1. §. 12. num. 9. & alii apud Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. part. 2. alleg. 10. num. 8.*

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus poteſt cum Clericis diſpenſare in interſtitiis propter neceſſitatem, vel utilitatem Eccleſiæ.*
2 *Quando requiratur utilitas ſimul, & neceſſitas.*
3 *Quid ſi concurrat favor ſtudii, ætas ordinandi provecta, vel arctatio ad recipiendum ordinem ratione beneficii.*
4 *Vicarius Epiſcopi, vel Capituli Sede vacante poteſt in interſtitiis diſpenſare.*
5 *Ad quem ſpectet diſpenſare ſuper interſtitiis cum Regularibus.*

An, & quando Clerici diſpenſari poſſint ab Epiſcopo in interſtitiis.

CAP. LIV.

Reſp. quod regulariter diſpenſari poſſunt 1
propter neceſſitatem, vel utilitatem Eccle-
ſiæ excepta diſpenſatione interſtitiorum à 2
Diaconatu ad Presbyteratum, in qua requiritur
utilitas ſimul, & neceſſitas, *Concil. Tridentin. ſeſſ. 23*
de ref. cap. 11. 13. & 14. Sorb. in compend. privil. §. or-
dines Sacri, ad fin. Emman. quæſt. regul. tom. 3. quæſt. 24.
art. 6. & 7. Menoch. de Arbitr. caſ. 427. num. 30. Car.
de Graß. de effect. Cleric. in Prælud. num. 334. & ſeq. Ho-
mobon. de Exam. Eccleſ. tract. 2. cap. 2. quæſt. 14. &
15. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 2. alleg. 18. nu. 5.
ubi dicit, quod in hoc non requiritur cauſa neceſ-
ſitatis, vel utilitatis extraordinaria, aut publica;
quia Concilium hoc negotium videtur remittere
arbitrio, & prudentiæ Epiſcopi poſita utilitate, &
neceſſitate Eccleſiæ, quam Epiſcopus juxtà cir-
cumſtantias loci, & temporis, aut conditionem
perſonæ, ſufficientem judicaverit.

Inter dictas cauſas numeratur alia favore ſtu- 3
dii in aliqua univerſitate, & ætas ordinandi prove-
cta, juncta cum ejuſdem integritate: nec non ar-
ctatio ad recipiendum Diaconatum, vel Presby-
teratum ratione beneficii recepti, vel recipiendi,
vide Barboſ. loco cit. d. alleg. 18. num. 5.

An verò poſſit etiam Vicarius Epiſcopi, vel 4
Capituli Sede vacante diſpenſare in hujuſmodi in-
terſtitiis? Rèſp. affirmativè: quià licèt Concilium
ſolùm loquatur de Epiſcopo, tamen non videtur
electa induſtria perſonæ, aut gradus dignitatis
Epiſcopalis, *Sbrozz. de offic. Vicar. lib. 2. quæſt. 43.*
num. 28. & 29. & quæſt. 111. num. 16. Midin. de Sacr.
ordin. cap. 9. num. 12. Piaſec. in Prax. Epiſc. part. 1.
cap. 1. num. 50. Quarant. in Sum. bullar. ver. Capitu-
lum, verſ. quæro 12. &c. Valenz. tom. 2. conſ. 107. num.
11. & ſeq. Mart. de Juriſd. par. 2. cap. 9. num. 13. &
alii apud Barboſ. loco cit. d. par. 2. alleg. 18. nu. 6. qui-
bus adde *Sorb. in Compend. privil. mendic. ver. ordines*
Sacri, verſ. quoad ſecundum &c. Lezaa. in Sum. quæſt. reg.
tom. 3. verſ. interſtitia, num. 1. ubi reſolvunt, quod
ſuper interſtitiis cum Regularibus, non Prælatus 5
regularis, ſed Epiſcopus ordinans diſpenſat, qui
tamen quoad cauſam diſpenſationis judicium for-
mare debet ex atteſtatione Prælati Regularis, *prout*
cenſuit Sacr. Congr. teſte Diana par. 5. tract. 2. reſ. 112.
Vulp. in Prax. judic. cap. 7. num. 12. Bonacin. de cenſur.
in part. diſp. 3. quæſt. 1. punct. 4. §. 2. num. 8.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus non poteſt ordinare familiarem ſuum non ſubditum, niſi per triennium ſecum fuerit commoratus, & beneficium ſtatim re ipſa illi conferat juxtà Concilium Tridentinum*, & num. 3. & 5.
2 *Diſpoſitio Concilii locum habet in proprio Epiſcopo, non autem in Epiſcopo titulari.*
3 *Familiaris quoad hunc effectum cenſetur qui præſens per triennium continuum Epiſcopo inſervivit.*
4 *Epiſcopus familiari ſuo in tali caſu intrà decem dies ad ſummum debet beneficium conferre, etiamſi minores ordines illi conferat.*
5 *An aliæ conditiones requirantur, ut quis efficiatur familiaris Epiſcopi.*

6 *A quo*

6 A quo tempore triennium computari poſſit.
7 An triennium hujuſmodi debeat eſſe completum.
8 Famuli familiarium Epiſcopi, qui expenſis ejuſdem Epiſcopi aluntur, gaudent eodem privilegio.
9 Familiaris ordinatus ab Epiſcopo, non remanet ſuſpenſus ab ordinis executione, ſi Epiſcopus beneficium ei ſtatim non contulerit, dummodò bona fide ordinatus fuerit.
10 Ubi culpa non eſt, par eſt, ut neque ſit pœna.
11 Epiſcopus familiarem ſuum triennalem poteſt ordinare etiam ad titulum patrimonii, vel penſionis, & tunc non tenetur beneficium ei conferre.
12 Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum ſuo familiari non ſubdito ſuper interſtitiis, nec ſuper illegitimitate etiam ad minores, limitatur num. 14.
13 Facultas ad unum conceſſa, non trahitur ad diverſa.
14 Epiſcopus poſt collatum familiari beneficium, poteſt cum eo in interſtitiis diſpenſare.
15 Qui in aliqua Diœceſi poſſidet beneficium, fit ſubditus Epiſcopo illius Diœceſis.
16 Conſanguineus Epiſcopi convivens expenſis Epiſcopi in ejus domo, dicitur familiaris ad effectum, ut ab eodem Epiſcopo poſſit ordinari.
17 Magiſter actorum ad hunc effectum dicitur familiaris Epiſcopi.

Quando Clericus familiaris Epiſcopi poſſit ab eodem Epiſcopo ordinari.

C A P. L V.

1 SAcrum Concilium Tridentinum ſtatuit, Epiſcopum ordinare non poſſe familiarem ſuum non ſubditum, niſi per triennium ſecum fuerit commoratus, & beneficium, quacunque fraude ceſſante, ſtatim re ipſa illi conferat, *ut in ſeſſ.23. de ref. cap.9.* cujus diſpoſitio locum habet in
2 proprio Epiſcopo, non autem in Epiſcopo titulari, *ut ex eodem Concilio ſeſſ. 14. de ref. cap. 2.*

3 Ex dicto autem textu ſupra *cit. ſeſſ. 23. cap. 9.* colligitur, non quemcunque familiarem poſſe ab Epiſcopo ad ordines promoveri, ſed eum tantum, qui præſens per triennium continuum ei inſervivit: non autem qui in alio loco commoratus fuit, etiamſi ſumptibus Epiſcopi vixerit: hujus enim mores non poſſunt Epiſcopo innoteſcere, ſicut præſentis, *Majol. de Irregul. lib. 4. cap. 2. num. 5. Piaſec. in Prax. Epiſc. par. 1. cap. 1. num. 15. Eman. in Sum. par. 2. cap. 14. num. 10. Bonacin. de Sacram. diſp. 8. qu. un. pun. 4. num. 18. Beltram. ad Greg. deciſ. 66. Proſp. de Auguſtin. ad Quaran. in Sum. bullar. ver. Ordo, verſ. limita in eo &c. Henriq. in Sum. lib. 10. cap. 22. num. 2. Suar. de Cenſur. tom. 5. diſp. 31. ſect. 1. num. 15. Dian. par. 8. tr. 2. reſ. 31. latè Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc.*
4 *par. 2. alleg. 5. nu. 1. & ſeq.* ubi dicit, quod ad ſummum intra decem dies debet Epiſcopus familiari ſuo beneficium, ut ſupra, conferre, ſivè majores, ſivè minores ordines illi conferat, ſic enim DD. interpretantur dictionem illam, *ſtatim, vide Ricc. dec. 291. par. 2. Pariſ. de Reſignat. lib. 4. quæſt. 2. num. 92. Molfeſ. in Sum. Theol. mor. tract. 2. cap. 2. num. 9. Dian. par. 8. tract. 2. reſ. 33. Squillan. de Privil. Cleric. cap. 7. num. 52.* ubi ſubjicit, quod ut aliquis ad hunc effe-
5 ctum efficiatur familiaris, quatuor conditiones requiruntur: videlicet ut Clericus ipſe ſine fraude ſit ab Epiſcopo receptus: ſecundo, ut ſit commenſalis, hoc eſt, ut recipiat victum ex ædibus ipſius Epiſcopi: tertio, ut inſerviat eidem Epiſcopo: quarto, ut ſervitii præſtatio, & commenſalitas ſit continua, *Campan. in Div. rub. 9. c. 9. n. 12. Ricc. dec. 282. par. 2. & deciſ. 70. par. 3. Barboſ. par. 2. alleg. 5. nu. 9.*

Sed obſerva, quod triennium, quo familiares 6
cum Epiſcopo ad hunc effectum debent commorari, ſatis eſt, ſi inceperint, antèquam ille eſſet Epiſcopus, *ut declaravit Sacr. Congregatio teſte Squillan. de privil. Cleric. cap. 7. num. 53. Bonacin. de Cenſur. in partic. diſp. 3. quæſt. 1. pun. 11. num. 9. Ricc. deciſ. 596. par. 3. Garc. de Beneſ. par. 1. cap. 5. num. 83. Vulp. in Prax. judic. fur. Eccleſ. cap. 7. num. 19. Campan. d. rub. 9. cap. 9. nu. 12. Molfeſ. d. tract. 2. cap. 2. nu. 8. Marchin. de Sacram. Ordin. tract. 1. par. 5. cap. 9. num. 2.* debet tamen eſſe completum, *Præpoſ. in 3. par. de Sa-* 7
cram. ord. quæſt. un. dub. 14. nu. 142. Dian. part. 8. tr. 2. reſ. 29. Marchin. loco cit.

Obſerva ſecundo quod etiam famuli familia- 8
rium Epiſcopi, qui expenſis ejuſdem Epiſcopi aluntur, dicuntur familiares Epiſcopi, & gaudent privilegio Tridentini *d. ſeſſ. 23. cap. 9.* dummodò tales famuli inſervierint familiaribus Epiſcopi per triennium, cum non debeant habere majus privilegium, quam familiares ipſi, quibus deſerviunt, *Sanch. in Opuſc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 24. Dian. par. 4. tr. 4. reſ. 145. & par. 8. tr. 2. reſ. 32. & 34. Barboſ. d. par. 2. alleg. 5. num. 7.*

Obſerva tertio, quod familiaris ordinatus ab 9
Epiſcopo, non remanet ſuſpenſus ab ordinis executione, ſi Epiſcopus beneficium ei ſtatim non contulerit, aut ſi Epiſcopus moriatur nondùm collato beneficio, dummodò bona fide cum ſpe beneficii
ſtatim obtinendi ordinatus fuerit, *Bonacin. de Cen-* 10
ſur. in partic. diſp. 3. quæſt. 1. pun. 11. num. 12. Barboſ. d. par. 2. alleg. 5. nu. 16.

Obſerva quarto, quod Epiſcopus poteſt fami- 11
liarem ſuum triennalem ordinare etiam ad titulum patrimonii, vel penſionis, ſi ità expedire judicaverit pro neceſſitate, vel commoditate ſuæ Eccleſiæ: quo caſu non tenetur beneficium conferre, cum habeat reditus, quibus ſe alere poteſt, *Pariſ. lib. 4. quæſt. 2. Genueuſ. in Prax. cap. 81. num. 3. Garc. de Beneſ. par. 2. cap. 5. num. 80. Bonacin. loco cit. d. diſp. 3. qu. 1. pun. 11. Barboſ. d. alleg. 5. num. 12.*

Obſerva quinto, quod non poteſt Epiſcopus 12
diſpenſare cum ſuo familiari triennali alias non ſubdito ſuper interſtitiis, nec ſuper illegitimitate
etiam ad minores ordines: quia facultas ad unum 13
conceſſa, non trahitur ad diverſa, *ut cenſuit Sacr. Congr. apud Garc. loco cit. par. 2. cap. 5. nu. 86. Bonacin. d. pun. 11. nu. 13. Cened. Pract. & Canon. quæſt. lib. 1. qu. 38. nu. 31. Galet. in Margarit. caſ. conſcien. ver. ordo, Samb. in Opuſc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 27. nu. 3. Piaſec. loco cit. d. cap. 1. nu. 15. Campan. d. rub. 9. cap. 9. nu. 3. & 4. Antonin. var. reſol. lib. 1. reſ. 112. caſ. 28. Barboſ. d. par. 2. alleg. 5. numer. 16:* ubi ſubdit, quod Epiſcopus
poſt collatum familiari beneficium, poterit ſta- 14
tim illum ordinare, & cum eo quoad interſtitia di-
ſpenſare pro Eccleſiæ ſuæ utilitate, quia ratione 15
beneficii fit ſubditus eidem Epiſcopo, *Garc. loco cit. d. cap. 5. num. 87. Gavant. in man. Epiſc. ver. familiaris Epiſcopi, nu. 15. Dian. par. 8. tr. 2. reſ. 35. & ſeq. Squill. de obligat. Cleric. par. 2. nu. 141.*

Obſerva ſexto quod etiam Conſanguineus E- 16
piſcopi convivens expenſis ipſius Epiſcopi in ejus domo, dicitur familiaris ad effectum, ut ab eodem Epiſcopo poſſit ordinari, *Ricc. par. 3. deciſ. 70. Squil-*
lan. de Privil. Cleric. cap. 7. num. 53. & 54. ubi addit, 17
quod ad hunc effectum dicitur quoque familiaris Epiſcopi Magiſter actorum.

S V M M A R I V M.

1 *An Clericus poſſit abſque metu irregularitatis delinquentem accuſare, in cauſa Sanguinis.*

2 *Quando Advocatus accuſatoris, & teſtes examinati in cauſa Sanguinis excuſentur ab irregularitate,* & num. 8.

3 *An excuſetur ab irregularitate is, qui accuſat ad evitandum grave damnum innocentis, vel Reip.*

4 *Quid ſi accuſator in accuſatione peteret vindictam, vel accuſaret aliquem de injuria perſonis extraneis illata.*

5 *Clericus, & laicus ſine nota irregularitatis poſſunt accuſare reum apud Judicem Eccleſiaſticum, & apud Inquiſitores.*

6 *Advocatus, qui reum defendit, nullam incurrit irregularitatem, etiamſi ex ſuo patrocinio per accidens ſequatur pœna mortis accuſatoris.*

7 *Quid ſi Advocatus accuſatori objecit crimen, & ob id ſequatur mors ejuſdem accuſatoris.*

9 *Ad incurrendam irregularitatem opus eſt, ut adſit cauſa proxima ad mortem, & ut dictum, vel factum ex ſui natura ſit ad illum directum.*

10 *Clericus de licentia ſui Epiſcopi poteſt eſſe teſtis in favorem rei.*

11 *Clerici habentes temporalem juriſdictionem poſſunt abſque periculo irregularitatis Judici laico committere cauſas ſanguinis.*

12 *Clericus habens temporalem juriſdictionem poteſt ſententiam ſanguinis à Judice latam moderari in aliam pœnam capitalem miniorem.*

Quid ſi Clericus habens temporalem juriſdictionem, exibeat ſuam præſentiam in loca, ubi executioni mandatur pœna mortis ibidem.

13 *Prelati Eccleſiaſtici ab irregularitate excuſantur, dum reum veluti incorrigibilem ſæculari poteſtati tradunt.*

14 *Irregularis poteſt retinere beneficium, quod antè irregularitatem obtinuerat.*

15 *Collatio beneficii facta irregulari irrita eſt ipſo jure etiàm antè Judicis Sententiam.*

16 *Confeſſarius, qui obligat pœnitentem ad confitendum delictum morte dignum, ſi juridicè interrogetur, non incurrit irregularitatem.*

17 *Quid ſi Confeſſarius pœnitenti conſulat, ut conſentiat ſententiæ mortis juſtæ.*

18 *Confeſſarius irregularitatem incurrit, ſi conſulat reo, ut omittat appellationem jure conceſſam.*

19 *An irregularis ex homicidio occulto, poſſit ab Epiſcopo diſpenſari, ut miniſtret in ordinibus ſuſceptis.*

20 *An Epiſcopus vigore Concilii Tridentini poſſit diſpenſare in irregularitate, quæ dicitur ex defectu lenitatis.*

21 *Clericus, qui in bello juſto offenſivo hortatus eſt milites in generali ad hoſtes occidendos, non eſt irregularis:* limitatur num. 25.

22 *Quid ſi in particulari aliquem occidi ſuaſerit, aut juſſerit.*

23 *Clericus, qui ſuis manibus arma movet, aut alia ratione concurrit realitèr ad mortem, irregularitatem incurrit.*

24 *Irregularitas ex defectu lenitatis ab illis tantùm incurritur, qui concurrunt aliquo modo ad mortem, ut juſtitiæ miniſtri.*

25 *Clerici, & alii, qui qualecunque auxilium attulerunt in bello injuſto, contrahunt irregularitatem.*

26 *Epiſcopus an, & quando poſſit diſpenſare cum Clerico in irregularitate contracta ex abortu animato occulta.*

27 *Quid ſi abortum directè intenderit.*

28 *Quando abortus cenſentur animatus.*

29 *Qui homicidium ſuo nomine patratum, poſteà ratum habet, non incurrit irregularitatem, nec tenetur ad damnorum reſtitutionem.*

30 *Nemo dicitur ratificare quod ſuo nomine geſtum non eſt.*

31 *An incurrat excommunicationem qui ratam habet percuſſionem ſuo nomine Clerico illatam.*

32 *An quis in dubio debeat ſe reputare irregularem in foro conſcientiæ.*

33 *An, & quando Clericus, vel Monachus artem Chirurgiæ cum adustione, & inciſione exercens, fiat irregularis.*

Quando Clerici ab irregularitate excuſentur.

C A P. L V I.

QVæritur Primo, An, & quando Clericus 1
abſque metu irregularitatis poſſit delinquentem accuſare in cauſa Sanguinis? Reſp. quod Clericus, & quilibet alius poteſt abſque metu irregularitatis accuſare delinquentem pro injuria ſibi, vel parentibus, aut fratribus, vel domeſticis illata coràm Judice Sæculari petendo ſatisfactionem ſibi debitam, dummodò antè prolationem Sententiæ proteſtetur expreſſè, ſe non intendere pœnam ſanguinis, aut mutilationis membrorum, *cap. prælatis, de Homicid. in 6. Hurtad. diſp. 2. de Irregular. diff. 11. num. 41. Villalob. tom. 1. tract. 21. diff. 26. num. 6. & 7. Avil. par. 7. diſp. 5. ſect. 2. dub. 11. Candid. tom. 4. diſquiſ. 4. art. 13. num 45.* ubi dicit, quod injuria illata parentibus, filiis, fratribus, & domeſticis cenſetur redundare in propriam perſonam, non verò in aliis gradibus, *Henriq. lib. 14. cap. 11. num. 4. Bonacin. in tract. de Irregul. diſp. 7. quæſt. 4. pun. 2. num. 1. & ſeq.* ubi in tali caſu ab irregularitate excuſat accuſatorem ſequuta morte delinquentis, etiamſi in mente ſua in- 2
tenderit illius mortem, *Dian. par. 4. tract. 2. reſ. 32. 33. & 75.* ubi dicit, quod, nec teſtes, nec Advocati tunc incurrent in irregularitatem, ſi eadem proteſtatione utantur, *Præpoſ. in 3. par. quæſt. 5. de Irreg. dub. 13. num. 104. Conineb. de Sacram. diſp. 18. dub. 6. concluſ. 5. Candid. tom. 4. diſquiſ. 4. art. 3. dub. 44.* 3

Idem dicendum eſt, quando quis accuſat ad evitandum grave damnum innocentis, vel Reip. ſi alitèr impediri nequeat, *Avil. loco cit. Præpoſ. d. dub. 13. num. 102. Molin. tom. 4. tract. 3. diſp. 74. num. 10. Dian. d. par. 4. tract. 2. reſ. 33. in fin.* 4

Secus eſſet, ſi accuſator in accuſatione peteret vindictam, quia tunc fieret irregularis ſequuta morte, vel mutilatione, etiamſi proteſtetur, ſe non intendere pœnam ſanguinis, ſeù mortis: ratio eſt, quia eo ipſo quod in cauſa criminali petit vindictam, vult, reum puniri pœna ſanguinis, quæ proptèr illius delictum à lege imponitur: conſequentèr cenſetur petere effuſionem ſanguinis, *Molin. tom. 1. tract. 3. diſp. 8. num. 3. & tom. 4. tract. 3. diſp. 74. Filliuc. tract. 19. cap. 9. num. 248. & alii apud Bonacin. d. diſp. 7. quæſt. 4. pun. 2. num. 2.* quod etiam procedit, ſi Clericus accuſaret aliquem de injuria perſonis extraneis illata, quià tunc præmiſſa etiàm proteſtatione fieret irregularis, morte, vel mutilatione ſequuta, *Navar. in ſum. cap. 27. num. 213. in fin. Candid. tom. 4. Diſquiſ. 4. art. 13. dub. 45.*

No-

5 Notandum tamèn eſt, quod Clericus, ſivè
laicus ſine nota irregularitatis, etiàm non præmiſ-
ſa proteſtatione, poteſt reum accuſare apud Judi-
cem Eccleſiaſticum, vel Inquiſitores, etiàmſi
poſtea reus convictus de crimine tradatur curiæ
ſæculari, & occidatur, vel mutiletur: quià In-
quiſitores, & Judices Eccleſiaſtici per ſe ipſos non
imponunt pœnam Sanguinis, nec procedunt ad
occidendum, *Felin. in cap. poſtulaſti, de Homic. Hen-
riq. lib. 14. cap. 11. §. 5. Candid. d. Diſquiſ. 4. art. 13.
dub. 55.*
6 Notandū Secundo, quod Advocatus, qui reum
defendit, nullam incurrit irregularitatem, etiam
ſi ex ſuo patrocinio per accidens ſequatur pœna
mortis accuſatoris, *Turrian. de Cenſur. lib. 9. diſp. 66.*
7 *dub. 3. Præpoſ. in 3. par. de Irreg. dub. 13. num.* 104.
Idem dicendum, ſi accuſatori objecerit crimen
pro defenſione rei graviter alioquin periclitantis,
ex quo ſequuta ſimilitèr fuerit mors accuſatoris,
dummodò in tali caſu præmiſerit proteſtationem,
8 *Dian. par. 4. tract. 2. reſ. 34. & 96.* ubi etiàm reſol-
vit, quod neque teſtis incurreret irregularitatem,
qui teſtimonium tulit in favorem rei, ſi ob id ſe-
quatur mors accuſatoris; ratio eſt, quià mors
accuſatoris in tali caſu cenſetur ſequi per accidens:
dictum enim teſtis per ſe, & ex natura ſua ordina-
9 tur ad manifeſtandam rei innocentiam, & ad illius
defenſionem; ad incurrendam verò irregularita-
tem opus eſt, ut adſit cauſa proxima ad mortem,
& ut dictum, vel factum ex ſui natura ad illam
dirigatur, *Sayr. de Cenſur. lib. 6. cap. 18. num. 11. Suar.
diſp. 47. ſect. 4. num. 9. Filliuc. tom. 1. tract. 19. cap. 9.
num. 257. Ugolin. de Irregul. cap. 7. num. 7.*
10 An verò Clericus poſſit eſſe teſtis in favorem
rei? Reſp. poſſe de licentia ſui Epiſcopi, vel Vica-
rii, quià in tali caſu nullo jure prohibetur, *Dian.
d. par. 4. tract. 2. reſ. 96. in fin.*
11 Quæritur Secundo, an Clerici habentes tempo-
ralem juriſdictionem, poſſint abſque periculo ir-
regularitatis committere Judici laico cauſas ſan-
guinis? Reſp. affirmativè; & ideò ſequuta morte
non efficiuntur irregulares, etiam ſi committant
in particulari caſum dignum morte, *cap. ult. Nè
Cler. vel Monach. in 6. Petrus Cornejò in 3. par. S. Thom.
tract. 5. de Irregul. diſp. 11. dub. 1. quæſt. 1. Hurtad.
eod. tract. diſp. 2. diff. 11. num 42. Dian. par. 4. tract. 2.*
12 *reſ. 78. latè Layman. in Theol. mor. lib. 3. de Juſt. tract.
3. par. 3. cap. 7. num. 4.* ubi addit, quod Clericus ha-
bens temporalem juriſdictionem poteſt ſententiam
Sanguinis à Judice latam moderari in aliam pœ-
nam ſanguinis mitiorem, ut ſi damnatus fuit ad
pœnam ignis, mitiori pœna puniatur: tunc enim
non cenſetur cauſa mortis, ſed potiùs ut pars ſup-
plicii dematur, *Candid. tom. 4. Diſquiſ. 4. art. 13. dub. 30.*
non poteſt tamèn dicere Judici, qui condemna-
vit reum ad mortem, ut manè illum occidat, nec
ſuam præſentiam in loco, ubi exequutioni man-
datur pœna mortis, exhibere, quia tùnc præſen-
tia ſua opem, & auctoritatem præſtare videretur,
*Sylv. in ver. homicidium, 3. quæſt. 5. verſ. tertium &c.
Thabien. ver. Irregularitas §. Quinto, Sayr. lib. 6. cap.
18. num. 20. Candid. loco cit. dub. 30. & 58.*
13 Item Prælati Eccleſiaſtici, eorumque officia-
les ab irregularitate excuſantur, ſi reum veluti
incorrigibilem ſæculari poteſtati tradunt: quia
ipſi ſententiam ſanguinis nec pronunciant, nec
exequuntur: ſed ſæculari poteſtati id munus re-
linquunt, ad quod exequendum ſæcularem Judi-
cem generatim adhortari poſſunt abſque irregula-
ritatis periculo, *Med. in Sum. lib. 1. cap. 11. §. 10.
Henriq. lib. 14. cap. 12. num. 5. in comm. litt. O: Lay-
man. lib. 3. tract. 3. par. 3. cap. 7. num. 3.*
Quæritur Tertio, an irregularis poſſit reti- 14
nere beneficium, quod antè irregularitatem obti-
nuerat? Affirmant *Abb. in cap. 1. ubi etiam Dec. de
Judic. Rom. ſing. 303. Ang. in ver. excommunicatio,
num. 17. Garc. de Beneſ. par. 7. cap. 13. num. 90. Dian.
par. 4. tract. 2. reſ. 79.* ubi addit, quod etiàm col- 15
latio beneficii facta irregulari valida eſt, ita ut ta-
lis irregularis ſolum indigeat diſpenſatione ſupèr
irregularitate, non tamèn nova collatione benefi-
cii; & ideò poteſt fructus ſuos facere in conſcien-
tia; verior tamèn eſt Sententia aliorum, qui aſſe-
runt, collationem beneficii factam irregulari, eſſe
irritam, & invalidam ipſo jure antè Judicis Sen-
tentiam, *Suar. de Cenſur. diſp. 40. ſect. 2. num. 30. 36.
& 41. Sayr. lib. 6. cap. 2. num. 21. Avil. par. 7. diſp.
2. dub. 6. Turrian. de Cenſur. lib. 8. diſp. 58. dub. 2.*
Quæritur Quarto, an irregularitatem incur- 16
rat Confeſſarius, qui obligat pœnitentem ad con-
fitendum delictum morte dignum, ſi juridicè in-
terrogetur? Reſp. negativè: tùm quià confeſſarius
in tali caſu intendit conſulere animæ pœnitentis,
& ſi ſequatur mors, per accidens ſequitur: tùm
etiàm quia hoc non eſt concurrere ex parte infe-
rentis mortem, ſed ex parte ſubſtinentis: idemque 17
dicendum eſt; ſi illi conſulat, ut conſentiat ſen-
tentiæ mortis juſtæ, quam differre non poteſt, niſi
per injuſtam appellationem, *ità Corn. in 3. par. S.
Thomæ tract. 5. de Irregul. diſp. 11. dub. 1. quæſt. 4.
quem refert, & ſequitur Dian. par. 4. tract. 2. reſ. 99.*
ſubdens, quod Confeſſarius eſſet irregularis, ſi 18
conſulat reo, ut omittat appellationem jure con-
ceſſam, quià eſſet cauſa accelerationis mortis.
Quæritur Quinto, an Clericus irregularis ex 19
homicidio occulto, poſſit in aliquo caſu diſpenſari
ab Epiſcopo, ut miniſtret in ordinibus ſuſceptis?
affirmativè reſpondent infraſcripti Doctores ur-
gente magna neceſſitate, & difficili exiſtente re-
curſu ad Papam, proptèr inopiam, vel magnam di-
ſtantiam; quià in tali caſu cenſetur adeſſe Summi
Pontificis commiſſio: non enim credendum eſt,
Papam ſibi diſpenſationem reſervaſſe in tali caſu,
*ità Sanch. lib. 2. diſp. 4. num. 7. Petrus Cornejo in 3. par.
S. Thom. tract. 5. de Irregul. diſp. 1. dub. 4. quæſt. 4. Avil.
de Cenſur. par. 7. diſp. 6. ſect. 5. dub. 3. Dian. par. 4. tract.
2. reſ. 100.*
Quæritur Sexto, an Clerici, vel alii, qui uti Judi- 20
ces, ſeù miniſtri juſtitiæ propriū officiū juſtè exe-
quentes, reum ad mortem damnarunt, poſſint vi-
gore Concilii Tridentini *ſeſſ. 24. de ref. cap. 6.* ab
Epiſcopo diſpenſari ſuper hac irregularitate, quæ
dicitur ex defectu lenitatis? Affirmat *Navar. in
man. cap. 27. num. 240.* quià homicidium volunta-
rium, cujus irregularitas ſoli Papæ reſervatur in
Concilio *d. cap. 6.* dicitur hoc reſpectu illud tan-
tùm, quod eſt prohibitum, & illicitum, intentum,
& volitum in ſe, *& ità ſentiunt etiàm Navar. de Jur.
nov. Pontiſ. concl. 81. num. 3. Campan. in Diverſ. jur.
Canon. rub. 11. cap. 23. num. 138. Vivald. in Candelab.
aur. par. 1. tit. de Irregul. §. de Diſpenſ. quoad fratres,
num. 326. & ſeq. Medin. in ſum. par. 1. cap. 12. §. 12.
Majol. de Irregul. lib. 5. cap. 48. §. 6. Bann. 2. 2. quæſt.
40. art. 2. dub. 4. latè Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par.
2. all. 39. num. 47. & ſeq. Dian. par. 7. tract. 2. reſol.
26. & ſeq. & par. 4. tract. 2. reſol. 69.*
Quæritur Septimo, an Clericus, qui in bello 21
juſto offenſivo hortatus eſt milites in generali ad
hoſtes occidendos, ſit irregularis? Reſp. negativè, 22
dummodò in particulari neminem occidi ſuaſerit,
aut

aut juſſerit: quià talis irregularitas non eſt in jure expreſſa; & ideò Clericus non ligatur irregulari-
23 tate, niſi ipſe ſuis manibus arma movens, aut alia ratione concurrat realiter ad necem, *Torrian. in 2. 2. tom. 1. diſp. 93. dub. 2. Hurtad. de Mendoza in 2. 2. tom. 2. diſp. 169. ſect. 2. §. 137. & 145. Dian. par. 6. tract. 4. reſ. 39. & par. 5. tract. 14. reſol.* 98. ubi ob-
24 ſervat, quod irregularitas ex defectu lenitatis non incurritur ab occidentibus, vel mutilantibus in bello juſto, ſed ab illis tantùm, qui concurrunt aliquo modo ad mortem, ut juſtitiæ miniſtri: quamvis in hoc contrarium teneat *Layman. in Theol. mor. lib. 3. tract. 3. par. 3. cap. 8. num. 1. & alii communiter.*

25 Secùs eſſet, ſi bellum ſit injuſtum: quià tunc non ſolùm Clerici, ſed etiam alii, qui qualecunque auxilium attulerunt, ſecuta etiàm unius hominis occiſione, aut mutilatione, irregularitatem contrahunt, *cap. ſicut dignum, §. ult. de homicid. cap. quod in dubiis, de Pœn. Sylv. in ver. bellum, 3. quæſt. 3. Nav. in man. cap. 27. num.* 216. & 234. *Layman. d. lib. 3. tract. 3. par. 3. cap. 8. num. 2. aſsert. 3.*

26 Quæritur Octavo, an Clericus vigore Tridentini *d. ſeſſ. 24. de ref. cap.* 6. poſſit ab Epiſcopo diſpenſari in irregularitate contracta ex abortu animato occulto? affirmat *Novar. in Sum. bullar. tom. 2. tit. de Abortu, num. 21. ubi refert, ità Sacram Congregationem declaraſse*: quod intelligendum eſt
27 de eo, qui abortum fœtus animati directè non intendit, ſed ſolùm indirectè, & in cauſa, ut ſi quis mulierèm gravidam incautè percuſſit, ex quo abortus ſequutus eſt; ſecùs ſi ex propoſito directo, ac formali, *Layman. d. lib. 3. tr. 3. par. 3. cap. 12.*
28 *num. 2. Dian. par. 7. tract. 5. reſ.* 21. fœtus verò cenſetur animatus poſt dies 40. à conceptu, ſeù a fœminis conceptione, ſi ſit maſculus; ſi verò ſit fœmina, poſt dies 80. in dubio autèm non conſtito an ſit Maſculus, vel fœmina, cenſetur eſſe Maſculus, *Layman. loco cit. d. par. 4. num. 3. Marchin. de Sacram. ordin. tr. 1. par. 9. cap. 3. num. 7. Trullench. in Decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 1. dub. 4. num. 2. Molin. de Juſt. tom. 3. tract. 3. diſp. 27. num. 1. Megal. in Prompt. tom. 1. ver. abortus, num. 1. Coriolan. de Caſ. reſer. par. 2. caſ. 6. num. 4. Quaran. in ver. Abortus, nu. 5. Scort. in Bull. Pontific. Theorem. 376. Nald. in Sum. ver. Abortus, num. 2. Machad. de Perfect. Confeſ. tom. 1. lib. 2. par. 3. tract. 17. docum. 8. num. 2. Bordon. in conſ. regul. tom. 1. reſ. 45. quæſt. 2. num.* 2. undè non eſt cenſendus irregularis qui antè 40. dies procuravit abortum, *Dian. par. 7. tract. 5. reſol.* 6.

29 Quæritur Nono, an is, qui homicidium ſuo nomine jàm commiſſum, poſteà ratificat, incurrat irregularitatem? Reſp. negativè, quià nemo per ratificationem efficitur cauſa homicidij ipſo inſcio anteà commiſſi, nec tenetur ad damnorum reſtitutionem, *Suar. tom. 1. diſp. 44. ſect. 3. num. 24. & alii, quos refert, & ſequitur Layman. d. lib. 3. tract. 3. par. 3. cap. 4. num.* 6. Incurrit tamèn in tali caſu alias juris pœnas, *Bald. in l. obſervare, §. proficiſci, num. 9. ff. de offic. proconſ. Auguſt. ad Angel. de maleſic. in ver. & Sempronium, num. 36. Layman. loco cit.* ubi dicit, quod incurrit excommunicationis cenſuram, ſi Clericus occiſus ſit, *Clar. in Pract. crim. lib. 5. §. fin. quæſt. 87. verſ. Quæro nunquid &c.* ut autem ratificatio delicti obliget ad pœnam, duo requiruntur, primum, quod delictum fuerit commiſſum meo nomine: Secundum, quod ego ſciens, illud commiſſum fuiſſe meo nomine, idem tanquàm meo nomine factum ratificem, *gloſ. in clem. 1. de Pœn. Aretin. conſ. 163. poſt num. 3. verſ. circà primum &c. ubi de communi teſtatur*; unde is, qui homicidium non ſuo nomine commiſſum poſteà ap- 30
probat, non cenſetur ratificare ita, ut ex eo in pœnam aliquam incidat: quià nemo ratificare poteſt quod ſuo nomine geſtum non eſt, *cap. cum quis de Sent. excom. in 6. Layman. loco cit d. cap. 4. num.* 6.

Obſerva tamen, quod is, qui ratam habet
percuſſionem Clerico ſuo nomine illatam, non in- 31
currit excommunicationem, ſi ſolo interiori Cordis conſenſu dictam percuſſionem ratam habuerit: quià lex Eccleſiaſtica non poteſt delictum merè internum aliqua cenſura punire, niſi per aliqua ſigna exteriora hanc ratihabitionem oſtenderit, *ita Armill. ver. Ratihabitio, num. 6. Candid. tom. 4. Diſquiſ. 4. art. 17. dub. 31. Layman. d. cap. 4. num.* 6.

Quæritur Decimo, an quis in dubio debeat ſe
reputare irregularem in foro conſcientiæ? Reſp. 32
affirmativè, quando agitur de homicidio dubio, *cap. ad audientiam 12. & cap. ſignificaſti 18. de Homicid.* ſed extrà hunc caſum nemo cogitur, nec obligandus eſt in conſcientia ad ſe credendum irregularem ſub prætextu quod id ſpeculativè ſit tutius, *Suar. tom. 5. de Cenſur. diſp. 40. ſect. 6. num. 8. & ſeq. Filliuc. tract. 13. cap. 6. quæſt. 11. num. 130. Bonacin. de Cenſur. diſp. 2. quæſt. 2. pun. 6. §. 2. num. 49. Layman. in Theol. moral. lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 4. num. 39. & alii apud Sperell. deciſ. 175. num. 50. & ſeq.*

Quæritur XI. an Clericus in minoribus artem
Chirurgiæ cum aduſtione, & inciſione exercens, 33
fiat irregularis, ſi obſervatis illius artis præceptis mors ſequatur? Reſp. negativè, tùm quià nullo jure eſt illi prohibitum, ne talem artem exerceat, tùm etiàm quià in tali caſu mors per accidens, ſequitur, cum ſervaverit præcepta illius artis, ut ſupponitur; ſecùs ſi Clericus eſſet in Sacris conſtitutus, vel ſi in minoribus beneficium aliquod poſſideret; tunc enim ſi mors ſequatur, efficitur irregularis, etiamſi artis præcepta ſervaverit: quià Clericis prædictis talis artis exercitium prohibetur, etiamſi in ea periti ſint, *cap. ſententiam ſanguinis, Ne Cleric. vel. Monach. cap. tua nos, de Homicid. Sylv. in in ver. homicidium 2. quæſt. 12. & 13. & in ver. Medicus, quæſt. 2. Sayr. lib. 7. de Cenſur. cap. 6. num. 7. Suar. tom. 5. de Cenſur. diſp. 45. ſect. 6. num. 10. Candid. tom. 4. Diſquiſ. 4. art. 15. dub. 47. & 48.* niſi hujuſmodi artem exercerent urgente neceſſitate; eo enim caſu non efficerentur irregulares; quià tunc obligat jus naturæ; & ideò ceſſat prohibitio juris poſitivi, *Henriq. lib. 14. cap. 11. §. 1. Sayr. lib. 7. de Cenſ. cap. 6. num. 10. Bonacin. eod. tract. de Cenſur. diſp. 7. q. 4. pun. 5. num.* 4. quemadmodùm ab irregularitate excuſantur, ſi ſecundùm regulas artis jubeant inciſionem, vel aduſtionem, etiamſi indè mors ſequatur: ratio eſt quia jura prohibent inciſionem, vel aduſtionem; cenſura autèm lata contra facientes non ligat mandantes, vel conſulentes, niſi exprimantur, *Rodriq. in ſum. 1. par. cap. 177. num. 9. Candid. loco cit. dub. 52. Bonacin. d. diſp. 7. quæſt. 4. pun. 5. num. 4. & ſeq.*

JOANNIS CAROLI ANTONELLI

PARS V.

DE JURIBUS PARTICULARIBUS PAROCHO ET ALIIS CLERICIS COMPETENTIBUS.

SUMMARIUM.

1 *Proviſus de Eccleſia parochiali ex vi ſuæ proviſionis poteſt confeſſiones audire tantùm in ea Civitate, vel Oppido, ubi ſita eſt parochia.*

2 *An Parochus, & alii Confeſſarii approbati poſſint audire confeſſiones ſuorum ſubditorum extrà diœceſim.*

3 *Licentia delegata audiendi confeſſiones ſimpliciter conceſſa non expirat mortuo delegante; ſecùs ſi conceſſa fuerit ad beneplacitum.*

4 *Parochus, qui actu beneficium parochiale poſſidet in Civitate, vel Oppido, intrà camdem Diœceſim eſt ubique eligibilis virtute Jubilei.*

5 *An proprius Parochus alicujus ex contrahentibus poſſit aſſiſtere Matrimonio in aliena Parochia, vel Diœceſi*, & num. 9.

6 *Juriſdictio voluntaria etiàm delegata poteſt extrà territorium exerceri.*

7 *Epiſcopus, vel ejus Vicarius habens ſpeciale mandatum poteſt conferre beneficia etiàm extrà diœceſim, non tamèn in Curia præſente Papa.*

8 *Epiſcopus, vel ejus Vicarius habens facultatem poteſt concedere dimiſſorias in aliena Diœceſi.*

9 *Proprius Parochus extrà ſuam Diœceſim eſt perſona privata.*

10 *Proprius Parochus ſivè viri, ſivè fœminæ poteſt aſſiſtere Matrimonio, quod contrahitur cum alio etiàm non ſubdito.*

11 *Quando Confeſſarius approbatus in una Diœceſi poſſit abſolvere extraneos, & peregrinos etiàm à caſibus reſervatis Epiſcopo dictarum pœnitentium.*

12 *An, & quando Confeſſarius non habens facultatem abſolvendi à reſervatis, poſſit ab illis abſolvere defuncto Epiſcopo.*

13 *Reſervatio facta per legem non expirat morte reſervantis.*

14 *Parochus tenetur Sacramenta peſte infectis miniſtrare per alios, non autèm per ſeipſum.*

15 *Quando Parochus poſſit aſſiſtere Matrimonio omiſſis denunciationibus.*

16 *Matrimonium ſinè denunciationibus eſt validum tàm de jure antiquo, quàm novo.*

An proviſus de Eccleſia parochiali in certo loco Diœceſis cenſeatur approbatus ad audiendas confeſſiones per totam Diœceſim.

CAP. LVII.

RESP. Parochum, ſeù proviſum de Eccleſia Parochiali, ex vi ſuæ proviſionis poſſe fidelium confeſſiones audire dumtaxat in ea Civitate, vel Oppido, ubi ſita eſt Parochia, non autem paſſim per totam Diœceſim, & ità declaraſſe Sacram Congregationem Concilii, referunt *Piaſec. in Prax. Epiſcop. par. 2. cap. 1. num. 10. Homob. de Bon. in Examin. Eccleſiaſt. tract. 5. cap. 3. quæſt. 15. Fernand. in Examin. Theol. moral. par. 3. cap. 9. §. 8. num. 1. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 2. alleg. 25. num.* 18. quod intellige dummodò actu parochiale beneficium poſſideat: non enim ſufficeret ſola collatio; quemadmodùm nec ſufficeret illud iam habuiſſe, *Vivald. in Candelab. aur. de confeſſ. un. 17. concl. 2. Suar. tom. 4. de Pœnit. cap. 6. §. 3. in fin.* quidquid in contrarium aſſerat *Zerol. in Prax. pœnit. cap. 16. quæſt. 4.* 1

Obſerva tamèn, quod Parochus poteſt audire confeſſiones ſuorum Subditorum non ſolùm in Civitate, vel Oppido, ubi ſita eſt Parochia, ut ſuprà, ſed etiàm in Diœceſi, & extra Diœceſim, ſeù in Diœceſi aliena, eoſque abſolvere, *ſecundùm Henriq. lib. 6. cap. 7. §. 1. Tolet. in Inſtruct. lib. 3. cap. 13. in fin. Fr. Emman. in Bull. Cruc. §. 9. num. 7. Valer. de Differ. inter utrumque forum, ver. abſolutio, differ. 1. num. 4. Floron. de Caſib. reſer. par. 1. cap. 4. §. 12. num. 3. Zerol. d. cap. 16. quæſt. 5. verſ. dico quarto &c. Victor. de Confeſſ. num. 152. Sanch. de Matrim. lib. 3. diſp. 34. num. 2. & ſeq. & diſp. 19. num. 8. Molfeſ. in Sum. Theol. moral. tract. 7. cap. 15. num. 89. Piaſec. in Prax. Epiſcop. par. 2. cap. 1. num. 10. Ganz. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 62. num.* 9. immò non ſolùm Parochos, ſed alios etiàm Sacerdotes approbatos ad audiendas confeſſiones in certo Epiſcopatu poſſe Subditos illius Epiſcopi in aliena Diœceſi abſolvere, ſenſerunt *Henriq. lib. 6. cap. 7. §. 1. litt. D. Sanch. d. diſp. 34. num. 2. Suar. tom. 4. diſp. 28. ſect. 6. num. 4. Monet. de Commut. ultim. volun. cap. 5. num. 232. Homob. de Bon. de Examin. Eccleſ. par. 1. tract. 5. cap. 3. quæſt. 16. Valer. d. ver. abſolutio, differ.* 2

Digitized by Google

differ. 1. num. 8. 10. & 13. Floron. de Caſib. reſerv. par. 1. cap. 4. §. 3. numer. unic. Lezan. in Summ. quæſt. regul. cap. 19. num. 5. Dian. par. 3. reſol. moral. tract. 4. reſ. 144. & alii apud Barboſ. dict. par. 2. alleg. 25. nu. 38. ea moti ratione, quia juriſdictio voluntaria poteſt exerceri in proprios ſubditos etiam extrà territorium, *L. 2. ff. de offic. Proconſ. cap. fin. de offic. Deleg.*

Addit *Squillan. de Privil. Cleric. cap. 1. num. 93.* quod tales Confeſſarii poſſunt ſuos ſubditos etiàm à caſibus in aliena Diæceſi reſervatis abſolvere, dummodò reſervati non ſint in propria Diæceſi.

Contrariam tamèn Sententiam tenent, *Navar in man. cap. 27. poſt num. 266. Vivald. in Candelab. aur. par. 2. rub. de Abſolut. num. 90. Zerol. in Prax. pœnit. cap. 16. Guttier. quæſt. canon. 1. cap. 27* & ità cenſuit Sacra Congregatio, *prout refert Garc. de Beneſ. par. 5. cap. 8. num. 132.* undè requiritur in tali caſu approbatio, ſeu licentia Epiſcopi illius Diœceſis, ubi audiuntur confeſſiones, ita ut non ſufficiat approbatio alterius Epiſcopi, *Layman. in Theolog. mor. lib. 5. tract. 6. cap. 10. num. 9.* ubi ſubdit. quod peregrini, ſeu à ſua parochia abſentes ex tacita voluntate Ordinariorum per conſuetudinem confirmata poſſunt à quocumque expoſito ſacerdote pœnitentiæ, & Sacræ Encariſtiæ Sacramenta, etiàm tempore Paſchali ſuſcipere, ſi ad propriam Parochiam facilè accedere non poſſint.

An verò licentia delegata audiendi confeſſio-
3 nes expiret mortuo, vel amoto delegante? Reſp. quod, ſi fuerit ſimpliciter conceſſa, non expirat, quia eſt quædam gratia; ſecùs ſi Epiſcopus ad tempus vitæ ſuæ: vel ad ſuum beneplacitum approbaſſet, *Sot. in 4. diſt. 18. quæſt. 4. art. 3. Graſſ. in deciſ. aur. lib. 1. cap. 13. num. 49. Sanch. de matrim. lib. 8. diſp. 28. num. 74. & 80. Cened. canon. quæſt. lib. 1. quæſt. 38. num. 20. & ſeq. Lezan. in Sum. quæſt. regul. cap. 18. num. 10. Henriq. lib. 6. cap. 6. §. 7. in fin. Barboſ. dict. alleg. 25. num. 43. & ſeq.* ubi addit, quod Religioſus, qui ſemel fuit ſimpliciter ab Epiſcopo approbatus, ſi recedat à Diœceſi, in qua fuit ità approbatus, & poſteà iterum redeat, non tenetur novam petere licentiam, ſeu approbationem, etiamſi interim mutati fuerint Epiſcopi in illa Diœceſi; quod intelligè, dummodo Epiſcopus, qui approbavit, aut ejus ſucceſſor facultatem hujuſmodi non revocaverit, *vide Reginald. lib. 1. num. 201.*

Obſerva 2. quod Parochus, qui actu benefi-
4 cium parochiale poſſidet in Civitate, vel Oppido, eſt ubique intrà eandem Diœceſim eligibilis virtute Jubilei *Guttier. lib. 1. canon. cap. 27 num. 21. fr. Emman. in Bull. Cruc. §. 9. num. 4. dub. 1. Homob. dict. par. 1. tract. 5. cap. 3. quæſt. 15. Floron. de Caſib. reſer. par. 1. cap. 4. §. 12. num. 2. & alii, quos refert, & ſequitur Barboſ. loco cit. dict. par. 2. alleg. 25. num. 19.* ſecus eſſet ſi beneficium parochiale iam dimiſerit, *Piaſec. in Prax. Epiſc. par. 2. cap. 1. num. 10. Barboſ. dict. alleg. 25. num. 38.*

Obſerva 3. quod proprius Parochus alicujus
5 ex contrahentibus, vel alius Sacerdos de licentia ejuſdem Parochi poteſt aſſiſtere Matrimonio validè, & licitè in aliena Parochia, vel Diœceſi, *ſecundùm Sanch. de Matrim. lib. 3. diſp. 34. num. 3. & alios apud Garc. de Beneſ. par. 5. cap. 8. numer. 136. & ſeq. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 32. num. 95. & ſeq. Bonacin. de Matrim. quæſt. 2. punct. 8.*
6 *num. 17.* ratio eſt, quia hæc aſſiſtentia ad voluntariam juriſdictionem reducitur, licet non ſit propriè actus juriſdictionis, *ut dict. Squillan. de Privil. Cleric. cap. 2.* ubi ſubdit, quod eadem ratione Epiſcopus, vel ejus Vicarius habens ſpeciale manda- 7
tum poteſt conſerre beneficia etiàm extrà diœceſim, præterquàm in Curia præſente Papa; quemadmodùm tàm Epiſcopus, quàm ejus Vicarius 8
habens facultatem poſſunt concedere dimiſſorias in aliena diœceſi: licèt non poſſit Epiſcopus ordines conferre etiam propriis ſubditis extrà territorium abſque conſenſu Ordinarii illius loci, *Concil. Trident. ſeſſ. 6. de ref. cap. 5. Covar. lib. 3. var. cap. 20. num. 8. Sbrozz. de Vicar. Epiſc. quæſt. 101. Garc. de Beneſ. par. 5. cap. 8. num. 126. Ricc. in Collect. deciſ. par. 1. dec. 143. & par. 5. deciſ. 1159. Boer. deciſ. 30. Ugolin. de poteſt. Epiſc. cap. 4. §. 14. num. 4. Barboſ. eod. tract. par. 2. alleg. 6. num. 16. Gratian. diſcept. for. cap. 127. num. 6.*

Verùm hanc Sententiam, quoad eam partem, 9
ut proprius Parochus, vel alius Sacerdos de ejus licentia, poſſit aſſiſtere Matrimonio ſui ſubditi extrà diœceſim, ego non approbo: tùm quià, cum Matrimonium regulariter in Eccleſia celebrandum ſit, vel ſaltem maximè deceat, ut in Eccleſia celebretur, facilè oriri poſſunt diſſenſiones intèr proprium Parochum, & alium alterius diœceſis: tùm etiàm quià proprius Parochus extrà ſuam diœceſim eſt perſona privata, & non poſſet ea auctoritate publica, quam in celebrandis conjugiis exigere videtur Concilium, *ut advertit Navar. conſ. 92. de Sponſal. in 1. edit. Sanch. lib. 3. diſp. 15. num. 20. Reginald. lib. 31. num. 242. Vulp. in Prax. judic. cap. 14. num. 15.*

Immò nec poſſet proprius Parochus licitè aſſiſtere Matrimonio ſui ſubditi in aliena Parochia, etiàm intrà diœceſim, abſque licentia illius Parochi, præſertim ſi timor ſubeſſet alicuius ſcandali, *ut dict. Barboſ. dict. par. 2. alleg. 32. num. 97. Sanch. dict. lib. 3. diſp. 34. num. 18.*

Poteſt tamen proprius Parochus, ſivè ſit Paro- 10
chus Viri, ſivè Fœminæ validè, & licitè aſſiſtere Matrimonio, quod contrahitur cum alio etiàm non ſubdito: tùm quià Concilium Tridentinum diſpoſuit, Matrimonium Contrahendum eſſe coram Parocho, & non magis expreſſit Parochum Viri, quàm Fœminæ; tùm quià, cum quilibet Parochus habeat ordinariam poteſtatem aſſiſtendi Matrimonio ſui ſubditi, poteſt illum etiam Matrimonio coniungere, qui contrahit cum ſuo ſubdito; *ut declaravit Sacra Congregatio teſte Bonacin. de Matrim. quæſt. 2. punct. 8. num. 10.*

Obſerva 4. quod Confeſſarius approbatus in 11
una diœceſi poteſt ibidem abſolvere extraneos itèr agentes, àut peregrinos etiam à caſibus reſervatis Epiſcopo dictorum pœnitentium, dummodo in ea diæceſi, ubi audit confeſſiones, dicti caſus non ſint reſervati, *Reginald. lib. 8. num. 68. Suar. 4. tom. diſp. 30. ſect. 1. num. 4. Barboſ. de offic. & pot. Epiſ. par. 3. alleg. 52. num. 15. & alii, quos refert, & ſequitur Squillan. de Privileg. Cleric. cap. 1. num. 94. & ſeq. Bonacin. de Sacram. diſp. 5. quæſt. 7. punct. 1. num. 7.* ubi ſubiicit; quod Sacerdos generaliter approbatus ad audiendas confeſſiones in aliqua diæceſi, poteſt omnes illius diæceſis ad ſe concurrentes abſolvere, etiamſi ad ipſum accederent animo vitandi proprium Parochum.

Obſerva 5. quod quilibet Sacerdos ad audien- 12
das confeſſiones approbatus defuncto Epiſcopo poteſt abſolvere à peccatis reſervatis, dummodo reſervatio ſit perſonalis quià tùnc expirat morte reſervantis; ſecùs ſi caſuum reſervatio facta fuit

per

per legem, ſeu ſtatutum Synodale: tunc enim Confeſſarius non poteſt abſolvere à caſibus reſervatis, quia reſervatio facta per legem non expirat morte reſervantis, *Fagund. par. 2. lib. 8. cap. 1. Sanch. de Matrim. lib. 8. diſp. 28. num. 63. Dian. reſol. mor. par. 6. tract. 6. reſ. 41.*

Obſerva 6. quod Parochus tenetur Sacramen-
14 ta peſte infectis miniſtrare per alios, non autem per ſe ipſum; & ità conſulitur indemnitati eorum, qui ſani ſunt: iſti enim veriſimilitèr nollent converſari cum Parocho viſitante peſte infectos, *ut cenſuit Sac. Congregatio approbante Gregor. XIII. prout refert Dian. par. 5. tr. 3. reſ. 53.*

15 Addunt infraſcripti Doctores, quod Parochus ex juſta cauſa poteſt in articulo mortis aſſiſtere Matrimonio etiàm omiſſis denunciationibus, ut ſi moribundus velit concubinam ducere, vel ad prolem legitimandam, vel ad majorem ſuæ conſcientiæ tranquillitatem, & Ordinarius commodè adiri nequeat, ità *Zambran. de Sacram. matrim. cap. 7. dub. 3. num. 1. & 2. Sanch. de Matrim. tom. 1. lib. 3. diſp. 17. Marchin. de Peſt. par. 6. cap. 4. num. 5. Dian. par. 5. tract. 3. reſ. 98. Bonacin. de Matrim. quæſt. 2. punct. 6. num. 6.* ubi dicit, quod Matrimonium ſine de-
16 nunciationibus eſt validum tam de jure antiquo quàm novo.

S V M M A R I V M.

1 *Sacerdos ab Ordinario non approbatus poteſt abſolvere pœnitentem à peccatis venialibus, & etiàm à mortalibus, quæ Sacerdoti approbato aliàs confeſſus fuit.*

2. *Simplex Sacerdos non poteſt abſolvere ab excommunicatione etiàm minori.*

3. *Simplex Sacerdos etiam excommunicatus vitandus in articulo mortis poteſt à peccatis mortalibus, & à cenſuris etiam Papæ reſervatis abſolvere*: limitatur. num. 9.

4. *Articulus mortis quoad hunc effectum ſumitur etiàm pro periculo.*

Quando cenſeatur adeſſe periculum mortis: ibidem, & num. ſeq.

5. *Qui ſponte prælium, aut periculoſam navigationem, vel periculoſum iter aggreditur non dicitur conſtitutus in mortis periculo.*

6. *Quid ſi morbus alioquin periculoſus diù ſit daturus ex Medicorum judicio.*

7. *In periculo mortis quilibet Sacerdos poteſt, ut ſupra, abſolvere etiàm præſente Parocho, vel alio Confeſſario approbato.*

8 *Pœnitens in tali caſu abſolutus à cenſuris reſervatis, tenetur ſi convaluerit, ſe præſentare coram Superiore, ut obediat ejus mandatis.*

9. *Simplex Sacerdos poteſt abſolvere ab illis tantùm Cenſuris, quæ Sacramentis ab infirmo recipiendis, & ſepulturæ Eccleſiaſticæ obſtant.*

10. *An infirmo, qui non potuit petere abſolutionem à peccatis, poſſit abſolutio Cenſurarum impendi.*

11. *Sacerdos non jejunus poteſt in articulo mortis celebrare, ut ſe communicet pro viatico, ſi aliundè Sacram Eucharistiam habere nequeat.*

12 *Quilibet in articulo mortis poteſt etiàm non jejunus communionem ſumere.*

13 *An Sacerdos non jejunus poſſit Miſſã celebrari, ut conſacret particulam ad communicandũ moribundum.*

14 *Moribundus, qui non habet copiam Sacramenti, excuſatur.*

15. *An Sacerdos jejunus poſſit bis Miſſam celebrare eadem die ad communicandum moribundum.*

16. *Non jejunus dicitur, etiamſi nihil præter ſolitam Calicis purificationem ſumpſerit.*

17. *An Sacerdos pro audienda confeſſione moribundi poſſit relinquere Miſſam inchoatam.*

18. *In caſu neceſſitatis, ſi Parochus abſit, vel nolit Sacram Eucharistiam deferre, quilibet Sacerdos, etiàm Regularis illam deferre poteſt.*

19. *An Sacerdos poſſit aliquando abſque prævia confeſſione cum ſola Contritione celebrare.*

20. *An, & quando valeat abſolutio data ab excommunicato vitando extrà mortis articulum.*

An, & quando ſimplex Sacerdos poſſit pœnitentes à peccatis abſolvere, & alia Sacramenta miniſtrare.

C A P. LVIII.

Quamvis Sacerdos ab Ordinario non appro- 1
batus nequeat ex vi ſuæ ordinationis pœnitentes a peccatis abſolvere, cum ultrà poteſtatem ordinis requiratur etiam poteſtas juriſdictionis, *ex Concilio Tridentino ſeſſ. 14. cap. 7.* poteſt tamen abſolvere à peccatis venialibus, & etiam ab illis mortalibus, quæ pœnitens Sacerdoti approbato aliàs confeſſus fuit, dummodò non ſit excommunicatus vitandus, *Navar. in man. cap. 4. Suar. 4. tom. diſp. 26. ſect. 4. num. 5. Vaſq. de pœnit. quæſt. 93. art. 1. dub. 3. Bonacin. de Sacram. diſp. 5. quæſt. 7. punct. 1. num. 9. Coninch. diſp. 8. dub. 2. num. 17. Emman. Sà in ver. Abſolutio, num. 5. Graff. lib. 1. cap. 17. num. 6. Valent. 4. tom. diſp. 7. quæſt. 10.* 2
punct. 3. non tamen poteſt abſolvere ab excommunicatione etiàm minori, *Squillan. de Privil. Cleric. cap. 1. num. 17. & ſeq.*

Item ſimplex Sacerdos etiàm irregularis, de- 3
gradatus, & excommunicatus vitandus poteſt in articulo mortis à peccatis mortalibus, & a cenſuris etjam Summo Pontifici reſervatis abſolvere, quià in articulo mortis ex conceſſione Eccleſiæ habet juriſdictionem delegatam, *ut conſtat ex Tridentino dict. ſeſſ. 14. cap. 7. ibi, verum tamen piè admodum, ne hac ipſa occaſione aliquis pereat, in eadem Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, ut nulla ſit reſervatio in articulo mortis; atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuſvis peccatis, & cenſuris abſolvere poſſunt.*

Articulus verò mortis quoad hunc effectum 4
ſumitur etiam pro periculo, quod tunc continget, non ſolùm quandò mors eſt proxima, & moralitèr certa, ac ferè inevitabilis, ſed etiàm quando eſt probabile dubium de morte, & frequentèr in eo caſu evenire ſolet, ut quando in mari gravis exoritur tempeſtas, vel cum fœmina primo partui appropinquat, vel experta eſt antecedenti partu periculum vitæ, vel ejus eſt complexionis, ut indè periculum veriſimilitèr timeatur, vel ſi eo Anno parientes, ut plurimum periclitentur.

Item cum quis in morbum incidit periculo- 5
ſum, ex quo frequentius, & brevi tempore ſequitur mors; vel ſi ex cauſa urgenti prælium, aut periculoſam navigationem, vel periculoſum iter aggreditur: nam ſi id faceret ſponte, non diceretur conſtitutus in mortis periculo, *Cordub. in Sum. quæſt. 18. punct. 2. Vaſq. de Pœnit. quæſt. 93. art. 1. dub. 5. Sanch. in Sum. 1. tom. lib. 2. cap. 13. num. 1. & ſeq. Bonacin. de Cenſur. diſp. 1. quæſt. 3. punct. 3. num. 4. Bellett. Diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. de Diſciplin. Cleric. §. 1. num. 48. Car. de Graſſ. de effect. Cleric. eff. 9. num.*

193. *Squillan. de Privileg. Cleric. cap. 1. num. 21. & ſeq.*

6 Notandum tamèn eſt, quod ſi morbus alio-
quin periculoſus diu eſſet duraturus ex judicio
Medicorum, tunc differri poteſt abſolutio: dum-
modo eo tempore poſſit occurrere opportunitas
Confeſſarii habentis facultatem legitimè abſol-
vendi, *Cordub. loco cit. Zambran. in deciſ. caſ. conſc.
tempore mortis prælud. 1. num. 8. Squillan. loco cit. d. cap.
1. num. 28.*

7 Notandum ſecundo, quod in tali periculo,
ſeu articulo mortis quilibet Sacerdos etiam præ-
ſente Parocho, aut alio Confeſſario approbato, &
Confeſſarius approbatus etiam præſente alio Supe-
riore, cui caſus, & Cenſuræ ſunt reſervatæ, vel
per privilegium conceſſa eſt facultas ab illis abſol-
vendi, poſſunt abſolvere pœnitentem ab omnibus
caſibus, & cenſuris etiam in Bulla Cœnæ reſerva-
tis: quia Concilium abſolutè, & indiſtinctè decla-
rat, omnes Sacerdotes eam poteſtatem habere in eo
articulo, nè hac ipſa occaſione aliquis pereat, *latè
Barbaſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 2. alleg. 25. num. 78.
& ſeq.* ſubdens, quod talis pœnitens ita abſolutus
8 à cenſuris reſervatis, tenetur, ſi convaluerit, ſe
coram Superiore exhibere ſub pœna reincidentiæ
in eaſdem Cenſuras, non ut iterum abſolvatur,
quia jam eſt abſolutus, ſed ut obediat ejus manda-
tis, *Coriolan. de caſ. reſer. par. 1. ſect. 2. art. 16. num. 7.
& 8. Conrad. in reſponſ. caſ. conſcien. part. 1. quæſt. 12.
Valer. in Differen. utriuſque for. ver. excommunicatio,
differ. 13. num. 1. Zerola in Prax. de Pœnit. cap. 15. nu.
4. Finell. de caſ. reſer. cap. 7. in fin. Comitol. in reſp. mo-
ral. lib. 1. quæſt. 22. nu. 2. Ledeſm. in Sum. tom. 1. tr.
de Sacram. pœnit. cap. 14. diff. 2. Dian. reſol. moral. par.
1. tr. 5. reſ. 5.* quidquid in contrarium aſſerant alii,
apud Squillan. de Privil. cleric. cap. 1. nu. 31. & ſeq.

9 Notandum tertio, quod ſimplex ſacerdos in
articulo mortis poteſt abſolvere ab illis tantum
Cenſuris, quæ Sacramentis ab infirmo recipien-
dis, & ſepulturæ Eccleſiaſticæ obſtant, quales ſunt
excommunicatio, interdictum perſonale, ſuſpen-
ſio a Sacramentorum receptione, & ab eccleſiaſti-
ca ſepultura; non tamen poſſet abſolvere a ſuſpen-
ſione ab ordine, officio, vel beneficio, vel diſpen-
ſare ſuper irregularitate, *Zambran. de caſib. artic. mor.
cap. 4. dub. 4. num. 17. Sanch. in Sum. lib. 2. cap. 13. nu.
12. Bonacin. de Cenſur. diſp. 1. quæſt. 3. pun. 3. num. 8.*
10 *Squillan. de privil. Cleric. cap. 1. num. 47.* ubi etiam
obſervat, quod infirmo, qui non potuit petere ab-
ſolutionem a peccatis, poteſt abſolutio cenſurarum
impendi, ut recipere poſſit reliqua Sacramenta,
quatenùs ſit capax, ac ſepulturam eccleſiaſticam,
*vide Nav. in man. cap. 27. nu. 271. Reginald. lib. 9. nu.
9. Bonacin. loco cit. num. 10.*

11 Notandum quarto, quod Sacerdos non jeju-
nus poteſt in articulo mortis ſivè naturalis, ſivè
violentæ celebrare, ut ſe communicet pro viatico,
12 ſi aliundè Sacram Euchariſtiam habere nequeat:
quia ſicut in tali caſu poſſet non jejunus commu-
nionem ſuſcipere, ita etiam poteſt non jejunus ce-
lebrare, *cap. Sacramenta, de conſecr. diſt. 2. Ledeſm. de
Sacram. Euchar. cap. 13. Filliuc. tract. 4. cap. 8. quæſt.
11. num. 238. Card. Jo: de Lugo de Sacram. Euchar. diſp.
15. ſect. 4. num. 69. Layman. lib. 5. tract. 4. cap. 6. nu.
20. Zambran. de Sacram. Euchar. cap. 3. dub. 6. num. 1.
Dian. reſol. moral. par. 5. tract. 3. reſol. 36.*

13 An verò ſimplex Sacerdos, ſivè Parochus poſ-
ſit non jejunus Miſſam celebrare, ut conſecret par-
ticulam ad communicandum moribundum? negat
Nuga. tom. 1. in 3. par. quæſt. 8. art. 8. quia Sacra-
mentum communionis, ſeu Euchariſtiæ miniſtrari
non poteſt, niſi juxta ritum, & ordinem Eccleſiæ: 14
nec moribundus tenetur eo caſu communionem
ſuſcipere, cum non habeat copiam Sacramenti; &
ideò excuſatur, quia per ipſum non ſtat, nè com-
munionem ſumat, *& ità ſentiunt etiam Marchant.
de Sacram. in reſol. quæſt. paſtor. de Euchar. tract. 4. cap.
2. quæſt. 4. caſ. 5. Tanner. tom. 4. diſp. 5. quæſt. 8. dub.
4. num. 87. Hurtad. de Sacram. Euchar. diſp. 9. diffic. 17.
Præpoſ. in 3. par. quæſt. 80. art. 8. dub. 2. num. 47. Bo-
nacin. de Sacram. diſp. 4. quæſt. 6. pun. 2. num. 24. Gra-
nad. de Sacram. in 3. par. contr. 6. tract. 10. diſp. 8. nu. 12.*
ubi tamen ſubdit, quod poſſet Sacerdos jejunus 15
Miſſam bis celebrare eadem die ad communican-
dum moribundum, dummodo non adſit alius Sa-
cerdos, qui poſſit, & velit illam Miſſam neceſſa-
riam celebrare, *Navar. in man. cap. 25. num. 88.* ubi,
quod non jejunus dicitur etiamſi nihil, præter ſoli- 16
tam Calicis purificationem ſumpſerit, *Dian. par. 5.
tract. 3. reſol. 35.*

Notandum quinto, quod Sacerdos pro au- 17
dienda confeſſione moribundi poſſet relinquere
Miſſam inchoatam etiam poſt conſecrationem,
quando non adeſſet alius, qui moribundo hoc Sa-
cramentum miniſtret, *Zambran. de Sacram. pœnit. cap.
4. dub. 6. num. 5. Dian. par. 5. tract. 3. reſol. 70.*

Notandum ſexto, quod in caſu neceſſitatis, 18
quo infirmus in mortis articulo conſtitutus com-
municandus eſt, ſi Parochus abſit, vel præſens non
poſſit, aut nolit communionem deferre, tunc qui-
libet Sacerdos ſæcularis, & etiam Regularis, & eo
abſente, etiam Diaconus illam deferre poteſt ex ta-
cita Sacrorum Canonum licentia, & præſumpta
Superiorum voluntate, *Chapeavil. de modo miniſtr.
tempor. peſt. cap. 4. quæſt. 5. & alii apud Layman. in
Theol. moral. lib. 5. tract. 4. cap. 7. num. 2.*

Addunt Doctores, quod Sacerdos poteſt ali- 19
quando abſque prævia confeſſione cum ſola con-
tritione celebrare, ſi deſit copia Confeſſarii, & ur-
geat neceſſitas, ut ſi Miſſa celebranda ſit ad com-
municandum aliquem exiſtentem in periculo mor-
tis, vel ſi ſequeretur infamia, vel ſcandalum ex
Miſſæ omiſſione; tenetur tamen Sacerdos, qui in
dictis caſibus cum ſola contritione celebravit,
quamprimum confiteri, *Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 7.
Fagund. de Præcept. Eccleſ. tract. 3. lib. 3. cap. 8. num. 9.
Molfeſ. in Sum. tom. 1. tract. 3. cap. 10. num. 28. Bin-
ſeld. in Enchir. Theol. paſtoral. cap. 5. Dian. par. 1. tract.
14. reſol. 60. Squillan. de obligat. Cleric. par. 1. nu. 115.
& ſeq.*

Addunt ſecundo, quod valeret abſolutio da- 20
ta ab excommunicato declarato, ſeu vitando etiam
extra articulum, ſeu periculum mortis, ſi in eo lo-
co talis excommunicatus communi errore habeba-
tur pro vero Confeſſario, nec credebatur excom-
municatus vitandus, nec pœnitens ſciebat, illum
eſſe excommunicatum: quia eo caſu Eccleſia ſup-
plet juriſdictionem, *ità Reginald. lib. 1. nu. 117. Bo-
nacin. de Matrim. quæſt. 2. pun. 8. nu. 31. & de Sacram.
diſp. 5. quæſt. 7. pun. 4. §. 1. num. 8.* ſecùs ſi pœnitens
ſciebat, talem Confeſſarium eſſe excommunica-
tum vitandum, quia tunc non eſſet validè abſolu-
tus ratione participationis in Divinis cum excom-
municato vitando; participans enim in Divinis
cum tali excommunicato peccat mortaliter, niſi
excuſetur ratione neceſſitatis, vel alio juſto titulo,
Squillan. de Privil. Cleric. cap. 1. num. 82. & ſeq. idem
dicendum ſi abſolutio detur ab eo, qui non eſt Sa-
cerdos: tunc enim invalida eſſet talis abſolutio
propter impedimentum juris Divini, quod ab Ec-

cleſia

Digitized by Google

cleſia ſuppleri non poteſt ; cum poteſtas abſol-
vendi à peccatis jure Divino competat tantùm
Sacerdotibus, *Bonacin. de matrim. d. quæſt. 2. pun.
8. nu. 38. Squillan. loco cit. cap. 1. num. 15. & alii com-
muniter.*

S V M M A R I V M.

1 *Benedictio matrimonialis fieri debet à proprio Parocho.*

2 *Benedictio hujuſmodi fieri debet ab eo Parocho, in cujus parochia matrimonium celebratur.*

3 *Benedictio matrimonialis non poteſt fieri niſi intèr Miſſarum ſolemnia.*

4 *Parochus proprius debet recipere eleemoſinam ratione benedictionis, & non alius.*

5 *Sacerdos ſivè Sæcularis, ſivè Regularis, qui auſus fuit Sponſos benedicere ſinè licentia Parochi, vel Ordinarii, incurrit ipſo facto ſuſpenſionem ab officio.*

6 *Levior pœna legis novæ corrigit duriorem antiquæ.*

7 *Ab hac ſuſpenſione non ſolùm Epiſcopus, ſed etiam Vicarius poteſt abſolvere.*

8 *Primæ nuptiæ ſunt benedicendæ, non autem ſecundæ:* limitatur num. 10. & 13.

9 *Quid ſi primæ nuptiæ declaratæ fuerint irritæ, & invalidæ.*

10 *An conſuetudo contraria in tali caſu ſit ſervanda,* & num. 13.

11 *An conjuges petentes, aut reddentes debitum antè hujuſmodi benedictionem, peccent.*

12 *Sponſi, qui non fuerunt alias benedicti, poſſunt in ſecundis nuptiis benedici, etiamſi omnes eſſent vidui.*

13 *Conſuetudine receptum eſt, ut in ſecundis nuptiis conferantur benedictiones, quando alter Conjux benedictionem non ſuſcepit.*

14 *Benedictiones hujuſmodi ab Eccleſia prohibeantur eo tempore, quo ſolemnes nuptiæ vetitæ ſunt.*

15 *Contravenientes ultrà peccatum mortale, arbitrio Ordinarii puniuntur.*

16 *Matrimonium quovis tempore celebrari poteſt.*

17 *Matrimonium ab Eccleſia prohibetur in Adventu, & Quadrageſima quoad benedictionem, & quoad alias extrinſecas ſolemnitates.*

18 *Matrimonium contrahi poteſt etiam tempore interdicti, & à perſonis ſpecialitèr interdictis, etiam in Eccleſia.*

19 *Tempore interdicti non eſt licita benedictio nuptiarum.*

A quo Parocho fieri debeat benedictio Matrimonialis.

C A P. LIX.

1 PRæmittendum eſt, quod Sacra Tridentina
Synodus *ſeſſ. 24. de ref. matrim. cap. 1.* horta-
tur, ut conjuges ante benedictionem Sacer-
dotalem in templo ſuſcipiendam in eadem domo
non cohabitent: ſtatuitque, benedictionem hujuſ-
modi à proprio Parocho fieri, neque à quoquam,
niſi ab ipſo Parocho, vel ab Ordinario licentiam
ad prædictam benedictionem faciendam alteri Sa-
cerdoti concedi poſſe, quacunque conſuetudine
etiam immemorabili, vel privilegio non obſtante,
his præmiſſis.

2 Ad quæſitum reſp. quod ſecundùm aliquos
talis benedictio facienda eſt à Parocho Mulieris,
*ità Fuſc. de viſit. lib. 2. cap. 3. num. 21. Cavalcan. par.
2. deciſ. 12. à num. 21. Ceval. commun. con. commun. qu.
604. num. 148.* alii verò aſſerunt, ſufficere Paro-
chum utriuſvis contrahentis: quia ſicut ad matri-
monium ſufficit Parochus mulieris, quando Ma-
trimonium contrahitur in Parochia Mulieris, &
ſufficit etiam Parocus Viri, quando contrahitur in
Parochia Viri: ità dicendum eſt de hujuſmodi be-
nedictione, ut ſcilicet fiat ab eo Parocho, in cu-
jus Parochia Matrimonium celebratur, *Navar. in
man. cap. 25. num. 144. Cened. ad Decretal. collect. 81. nu.
8. Guttier. de matrim. cap. 106. num. 8. & 9. Sanch. lib.* 3
*7. diſp. 82. num. 4. Bonacin. eod. tract. de Matrim. quæſt.
4. pun. 6. num. 3. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 2. al-
leg. 32. num. 65. & 185.* ubi dicit, quod benedictio- 4
nes conjugales non poſſunt niſi inter Miſſarum ſo-
lemnia fieri, & Parochus proprius debet recipere
eleemoſinam ratione benedictionis, & non alius,
*ut cenſuit Sacra Congregatio Concilii in Piſauren. 13. Ju-
lii 1630. & Sacra Congregatio Rituum in Acherontin. 25.
Januarii 1602.*

Si verò alius Sacerdos, ſivè Regularis, ſivè 5
Sæcularis, Sponſos benedicere auſus fuerit, abſ-
que licentia Parochi, vel Ordinarii, incurrit ipſo
facto ſuſpenſionem ab officio donec ab Ordinario
Parochi, a quo benedictio ſuſcipienda erat, abſol-
vatur, *ex decreto ejuſdem Concilii d. ſeſſ. 24. cap. 1. verſ.
Quod ſi quis &c. vide Bonacin. d. tract. de matrim. quæſt.* 6
4. punct. 6. numer. 3. ubi obſervat, quod Religio-
ſus benedicendo abſque licentia, excepta ſuſpen-
ſione prædicta; non incurrit excommunicationem
latam *in clem. 1. de Privil.* quia levior pœna legis no-
væ, corrigit duriorem antiquæ, *ex trad. per Dec. in
cap. de cauſis, de offic. deleg. Henriq. lib. 13. cap. 38. num.* 7
*2. Suar. de Cenſur. diſp. 12. ſect. 4. num. 13. Sayr. lib. 4.
cap. 15. num. 2. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 2. alleg.
32. num. 189. & ſeq.* ubi ſubdit, quod ab hac ſuſpen-
ſione non ſolùm Epiſcopus, ſed etiam ejus Vica-
rius poteſt abſolvere.

Notandum tamen eſt, quod licet primæ nu- 8
ptiæ benedici debeant, *cap. noſtrates, & cap. ſponſus,
30. quæſt. 5.* ſecundæ tamen, nunquam ſunt bene-
dicendæ, *cap. 1. & cap. vir, de ſecund. nupt. latè Squil-
lan. de obligat. Cleric. par. 2. num. 127. & ſeq.* ubi di-
cit, quod benedictiones hujuſmodi non ſunt repe- 9
tendæ, etiamſi priores nuptiæ, in quibus Conju-
ges benedictionem acceperunt, declaratæ fuerint
irritæ, & invalidæ ob aliquod impedimentum di-
rimens: ratio eſt, quià Eccleſia vetuit, nè benedi-
ctio hujuſmodi reiteretur, niſi in loco adeſſet par- 10
ticularis conſuetudo, *Nav. in man. cap. 22. num. 83.
Sanch. lib. 7. diſp. 82. num. 24. Henriq. lib. 11. cap. 26.
num. 2. Bonacin. d. quæſt. 4. pun. 6. num. 4.*

Notandum ſecundo, quod Conjuges peten- 11
tes, aut reddentes debitum antè benedictionem,
non peccant ſaltem gravitèr, quia Concilium *loco
cit.* hortatur Conjuges, nè cohabitent antè bene-
dictionem, non verò aſtringi *Sanch. lib. 3. diſp. 22.
num. 4. Reginald. lib. 31. num. 238. & alii apud Bonac.
d. quæſt. 4. pun. 6. num. 4.*

Notandum tertio quod ſi Sponſi non fuerunt 12
aliàs benedicti, poſſunt in ſecundis nuptiis bene-
dici, etiamſi omnes eſſent vidui, *Ganneaſ. in Prax.
cap. 59. num. 3. Bonacin. d. quæſt. 4. pun. 6. num. 4.* ubi 13
teſtatur, conſuetudine receptum eſſe, ut in ſecun-
dis nuptiis conferantur benedictiones, quando al-
ter conjux benedictionem non ſuſcepit.

Notandum quarto, quod eo tempore, quo 14
ſolemnes nuptiæ vetitæ ſunt, hoc eſt à prima die

Adventus uſque in diem Epiphaniæ, & à feria
quarta Cinerum uſque ad octavam Paſchatis, hu-
juſmodi benedictiones ab Eccleſia prohibentur;
15 undè Sacerdos tunc temporis benedicens, & ſpon-
ſi, qui benedictionem accipere præſumpſerint,
pœna Judici eccleſiaſtico arbitraria puniuntur,
Barboſ. d. par. 2. alleg. 32. num. 194. latè Bonacia. de
Matrim. quæſt. 3. pun. 14. num. 4. ubi dicit, quod
matrimonium præfatis temporibus celebrari qui-
dem poteſt, ſed ſinè ſolemnitate, *juxtà textum in*
cap. Capellanus, de fer. ubi decernitur, matrimo-
16 nium quovis tempore celebrari poſſe: matrimo-
17 nium enim ab Eccleſia prohibetur in Adventu, &
Quadrageſima quoad benedictionem, & alias ex-
trinſecas ſolemnitates, quæ fieri ſolent in tradu-
ctione ſponſæ ad domum ſponſi &c. *Concil. Trident.*
ſeſſ. 24. de reform. matrim. cap. 10. Galet. in Margarit.
caſ. conſcien. ver. matrimonium, Leo in Theſaur. for. Ec-
cleſ. par. 2. cap. 9. num. 57. Sanch. de matrim. lib. 7. diſp.
7. num. 12. Reginald. in Praxi fori pœnit. lib. 31. num.
188. Coninch. de Sacram. diſp. 30. de matrim. dub. 3. nu.
36. Ricc. in deciſ. Cur. Archiep. Neapol. deciſ. 8. par. 4.
Eman. Sà, in ver. matrimonii impedimenta non dirimentia
num. 12. Barboſ. d. par. 2. alleg. 32. num. 194. Bonacin.
eco proximè cit. num. 4.

18 Notandum quinto, quod licèt matrimonium
contrahi poſſit etiam tempore interdicti, & a per-
ſonis ſpecialitèr interdictis, etiam in Eccleſia, non
19 tamen licita eſt benedictio nuptiarum eo tempore,
Abb. in cap. non eſt, num. 8. de ſponſal. Henriq. in Sum.
lib. 13. cap. 45. §. 3. Tolet. lib. 1. cap. 53. num. 3. Em-
man. quæſt. regal. tom. 2. quæſt. 109. art. 3. Sanch. de
matrim. lib. 7. diſp. 8. à num. 2. Alter. de Cenſur. tom. 2.
diſp. 4. cap. 7. Avil. eod. tract. par. 5. diſp. 4. ſect. 1. dub.
6. Zerol. in Prax. Epiſc. part. 1. ver. interdictum, §. 4.
Navar. in man. cap. 27. num. 179. Squillant. de obligat.
Cleric. par. 5. num. 43. ubi dicit, quod Sacerdos eo
tempore nuptias ſolemniter benedicens ultrà pec-
catum mortale irregularitatem incurrit, *vide Sylv.*
in ver. Interdictum 5. quæſt. 7. num. 9. Armil. eod. ver. nu.
53. Ugolin. de Cenſur. tab. 5. de Interdict. cap. 7. §. 3. nu.
4. Henriq. lib. 11. de matrim. cap. 16. num. 2. comment.
lit. S. & lib. 13. de Excom. cap. 44. num. 1. lit. D. Graff.
2. par. deciſ. lib. 1. cap. 1. num. 25. ab hac tamen irre-
gularitate excuſatur Parochus, ſeu alius Sacerdos
benedicens ſponſos in illis feſtivitatibus, in quibus
licitum eſt tempore interdicti Divinis officiis in-
tereſſe, *juxtà cap. Alma mater, de ſent. excom. in 6.* vel
ſi Conjuges privilegium habeant eo tempore aſſi-
ſtendi Divinis, *ex trad. per Sanch. de matrim. lib. 7.*
diſp. 8. num. 11. in fin.

SUMMARIUM.

1 *An, & quando ſimplex Sacerdos poſſit benedicere Sacerdotalia indumenta, & linteamina Altaris.*

2 *An Epiſcopus poſſit ſimplici Sacerdoti committere benedictionem hujuſmodi indumentorum, corporalium, & Calicis.*

3 *An ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, poſſint præſcribi.*

An ſimplex Sacerdos poſſit benedicere indumenta Sacerdotalia, Altaris linteamina, & alia pro Miſſis celebrandis.

CAP. LX.

AFfirmat *Angel. in ver. benedictio, numer. 1.* 1
quia Presbyter omnes ordinis actus exerceet, qui ordinis Epiſcopalis proprii non ſunt, & in jure prohibiti non reperiuntur: hujuſmodi autem indumenta, & linteamina benedicere non eſt proprium ordinis Epiſcopalis, cum etiam Abbatibus id de conſuetudine competat; & canones cum prohibent, nè actus quidem ordinis à Presbyteris exerceantur, non meminerunt benedictionis paramentorum, & veſtium, *ut conſtat ex cap. conſulto, de conſecrat. diſt. 1. & cap. quamvis, diſt. 68.* Contrarium tamen alii Doctores docent aſſerentes, Sacerdotibus ſimplicibus talem facultatem non competere, niſi Apoſtolicæ Sedis privilegio muniti ſint, & horum ſententiam Eccleſiarum conſuetudo approbavit, *ità Sylveſt. in ver. benedictio, quæſt. 3. Azor. tom. 1. lib. 10. cap. 28. §. Porrò &c. Scortia, de Sacrif. lib. 2. cap. 14. num. 8. Layman. in Theol. moral. lib. 5. tract. 9. cap. 13. de Sacris Benediction. num. 10.* ſubdens *num. 11.* quod reliquæ benedictiones, quæ ſolemni ritu ex conſtitutione Eccleſiæ fiunt, & Epiſcopo neque jure, neque conſuetudine reſervatæ ſunt, a Presbyteris fieri poſſunt, *ut conſtat ex Praxi Eccleſiæ, & ex cap. perlectis, diſt. 25.* ubi quod ad Presbyterum pertinet benedicere dona Dei, *Sylv. in ver. Aqua benedicta, Suar. tom. 1. de Religion. tract. 3. lib. 4. cap. 15.*
num. 2. 2

An verò Epiſcopus poſſit ſimplici Sacerdoti committere benedictionem hujuſmodi indumentorum, & linteaminum? Reſp. quod in hoc diverſæ ſunt ſententiæ Doctorum: alii enim aſſerunt hujuſmodi benedictiones eſſe ordinis Epiſcopalis, & ideò non poſſe inferioris gradus Clericis demandari, ſed tantùm alteri Epiſcopo, *per textum in cap. pen. de conſacrat. Eccleſ. vel Altar.* Alii verò contrarium aſſerunt, videlicet quod hujuſmodi benedictiones non ſunt ordinis, ſed juriſdictionis, vel dignitatis Epiſcopalis, & ideò committi poſſunt etiam ſimplici Sacerdoti, *per textum in d. cap. pen.* ubi quod Epiſcopus committere poteſt ea, quæ ſunt juriſdictionis; probatur hæc ſententia, quià ſicut Epiſcopus poteſt ſimplici Sacerdoti committere benedictionem Eccleſiæ, & Cæmeterii; ita videtur poſſe committere etiam benedictionem indumentorum Sacerdotalium, & linteaminum, excepta tamen benedictione Calicis, & Patenæ: hæc enim committi non poteſt ſimplici Sacerdoti: quià in ea requiritur unctio, *ex deductis per Sylv. in ver. Benedictio, verſ. Secundò utrum benedictio Calicis &c. & ità reſolvit Sacr. Rituum Congregatio in Brixien. 9. Octobr. 1610. in Imolen. 14. Novembris 1615. in Januen. 12 Maii 1616. in Tridentian 7. Auguſti 1621. in Caputaquen. 20. Julii 1630. & in aliis paſſim, vide Jordan. de Re Sacra, lib. 5. tit. 11. de Cæmeter. benedict. num. 9. & 16.*

S V M M A R I V M.

1 *Quarta funeralis Parochiali Eccleſiæ perſolvenda eſt non obſtantibus privilegiis in contrarium.*
2 *Religioſi mendicantes, & alii, qui eorum privilegia participant, à tali onere ſunt immunes:* declaratur num. 3.
3 *De interſtitiis, quæ circa cadaver deferuntur, ſeu apponuntur, debetur Parocho quarta funeralis etiam à Regularibus*, & num. 6.
4 *Quoad quartam hujuſmodi ſervanda eſt conſuetudo locorum.*
5 *An validæ ſint compoſitiones ſuper juribus parochialibus factæ inter Priores, ſeu Guardianos Conventuales, & Parochos.*
6 *Quarta funeralis debetur Parocho etiam ex funeralibus ſequentium dierum poſt funus.*
7 *Quæ ſint, ſeu dicantur funeralia.*
8 *Quarta cereorum Confraternitatum funera aſſociantium, non debetur Parocho.*
9 *Quarta funeralis non habet locum in funeribus ex Charitate piorum locorum.*
10 *Parochus tenetur mortuos ſuæ Parochiæ gratis ſepelire, niſi in loco adſit contraria conſuetudo.*

De Quarta funerali Parochis debita.

C A P. LXI.

1 DEcernit Sacra Tridentina Synodus, ut quibuſcumque in locis iàm antè Annos 40. quarta, quæ funeralium dicitur, Cathedrali, aut Parochiali Eccleſiæ ſolita eſſet perſolvi, ac poſteà fuerit ex quocumque privilegio Monaſteriis, Hoſpitalibus, aut aliis Locis piis conceſſa, eadem integro jure, & eadem portione, quæ antea ſolebat, Cathedrali, ſeù Parochiali Eccleſiæ perſolvatur, non obſtantibus conceſſionibus, gratiis, privilegiis etiam mari magno nuncupatis, aut aliis quibuſcumque, *ut in ſeſſ. 25. de refor. cap. 13.*

2 Obſervant autem DD. quod decretum Concilii *loco cit.* non procedit in Monaſteriis Regularium antè Annos 40. ædificatis, nec in aliis Monaſteriis à 40. Annis citrà conſtructis, aut quæ in dies ædificantur, vel in futurum ædificabuntur, ſi ejus ſint Religionis, cui Sedes Apoſtolica antè Annos 40. indulſit, ut non teneantur ad hujuſmodi quartam, *ut declaravit Paulus V. conſtit. 4. Incip. Decet Romanum Pontificem &c. & Sacr. Congregatio Concilii apud Quarant. in Sum. Bullar. ver. privilegia Regularium fol.* 409. *&* 410. Undè Religioſi mendicantes, & alii, qui eorum privilegia participant, à tali onere immunes ſunt per Conſtitutiones Nicolai V. & Sixti IV. *quas refert Sorbus in compend. privileg. mendicant. &c. ver. Canonica portio, §. 5. & 9.*

3 Hoc tamèn intelligendum eſt de legatis, ſeù relictis, quæ ipſi Regularibus, ſeù Religioſis ſiunt pro fabrica Eccleſiarum, & Conventuum, ornamentis, luminaribus, anniverſariis, vel pro emendis veſtibus, & aliis neceſſariis, aùt pro iis, quæ ad cultum Divinum ſpectant, de quibus ſermo eſt in dictis Conſtitutionibus Nicolai V. & Sixti IV. *ut obſervat etiàm Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 25. num. 47. & 52.* & ideò dicta privilegia non extenduntur ad ceram, & interſtitia, quæ circà cadaver deferuntur de his enim Parocho debetur quarta funeralis etiàm à Regularibus; *Vbald. de Portion. canon. cap. 4. num. 100. Caracc. de Quart. fun. cap. 3. verſ. præfata tamèn &c. Federic. de Senis conſ. 4. num. 8. Joan. de Cruz in tract. de Stat. Relig. lib. 2. cap. 9. dub. 5. § tertia concluſio &c.* & ità in facti contingentia nullo habito reſpectu, an monaſteria eſſent fundata 40. Annis antè Concilium Tridentinum, cenſuit Sac. Congregatio Rituum *Anno 1624. in una Senarum contrà Dominicanos teſte Lavor. in ſuis lucubrat. tit. 2. cap. 3. nu. 179. & ſeq.* idemque reſolvit *Anno 1637. in una nullius Terræ Carrariæ contrà Carmelitas, & etiàm in aliis Cauſis.*

Item quod interſtitia, & Candelæ, quæ in Eccleſiis Regularium circà funera pro celebrandis Divinis officiis accenduntur, finito officio ſint extinguenda, & Parocho medietas ſit conſignanda, deciſum fuit in Congregatione RR. Præfectorum Urbis *ſub die 22. Martii 1629. & deciſionem hujuſmodi Urbanus VIII. approbavit, prout refert Sell. in Select. canon. cap. 91. nu. 15. Barboſ. de offic. Paroch. cap. 25.* tenoris ſequentis, interſtitia, Cerei, & Candelæ, quæ per viam deferuntur circà cadavera in quibuſcumque privatis Eccleſiis, dividenda ſunt pro æquali portione intèr Parochos, & Miniſtros aliarum Eccleſiarum quarumcunque etiàm Regularium, & Nationalium, in quibus ſepeliuntur: ac propterea quando hujuſmodi interſtitia, ſeù Cerei, & Candelæ in præfatis Eccleſiis pro celebrandis Divinis Officiis præſente corpore accenduntur, finito officio extingui debent, & cuique medietas conſignanda eſt.

Hoc autem decretum non ſolùm in Urbe, ſed in aliis etiam locis ſervandum eſt: tùm quià ejus diſpoſitio eſt generalis, & generalitèr etiàm debet intelligi; tùm etiam quià cum Urbanus VIII. hoc juſſerit ſervari in Alma Urbe omnium Civitatum Magiſtra, utique debet id ab omnibus ubique ſervari, *ut in ſimili fuit reſolutum in Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium 26. Auguſti 1593. teſte Quaran. in Sum. Bullar. ver. Præcedentia §. 2.*

Notandum tamèn eſt, quod licèt in Urbe quarta funeralis ſit medietas cereorum, & candelarum, 4
ut ſupradiximus, extrà Vrbem tamèn ſervanda eſt conſuetudo locorum quoad quartam hujuſmodi; & ideò ſi minor ſit dimidia, ad illam tantùm præſtandam, & non ultrà Regulares tenentur, *Jo. de Cruz d. lib. 2. cap. 9. dub. 5. verſ. Nota quod Canonica portio &c. Card. Cavaler. dec. 247. num. 2.*

Notandum Secundo, quod compoſitiones ſu- 5
per juribus Parochialibus factæ intèr Priores, ſeù Guardianos conventuales, & Parochos, validæ ſunt, etiamſi fiant abſque licentia Superiorum Provincialium, vel Generalium, dummodò licitæ ſint, & fiant cum conſenſu Conventus, nec irritentur per ſequens Capitulum generale, vel Provinciale, *Sylv. in ver. Canonica portio, quæſt. 2. Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 25. num. 34. ubi id probat ex decreto Leonis X. in Concilio Lateranen.*

Notandum Tertio, quod quarta funeralis de- 6
betur Parocho non ſolùm de Cereis, & Candelis delatis, ſivè accenſis in die funeris circà Cadavera, ſed etiàm ex funeralibus ſequentium dierum poſt funus, *ut reſolvit Sac. Congregatio Epiſcop. & Regular.*
3. Auguſti. 1621. teſte Barboſ. d. cap. 25. nu. 37. & ſeq. 7
ubi ſubdit, quod funeralia dicuntur, quæ occaſione funeris obveniunt, ſivè antequam Cadaver ſit in terra reconditum, ſivè poſt etiàm uſque ad 30. dies, & quandiù ſit memoria de funere, *Clem. 2. §. verum, ubi gloſ. & DD. de ſepult. Roderic. quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 39. art. 2.*

Notandum Quarto, quod quarta funeralis non 8
debetur Parocho ex Cereis Confraternitatum funera

ra

9 ra aſſociantium : nec habet locum in funeribus ex charitate piorum locorum, *ut ſenſuit Sac. Congregatio Epiſcop. 27. Novembris 1588. & 15. Martii 1616. prout refert Gavant. in man. Epiſcop. ver. Quarta Epiſcopalis, num. 3. & 13.*

10 Notandum Quinto, quod Parochus tenetur gratis ſepelire mortuos ſuæ Parochiæ, *cap. in Eccleſiaſtico, 13. quæſt. 2.* niſi in loco adſit conſuetudo aliquid contribuendi pro funere; quo caſu peti non poteſt conſueta largitio, niſi poſt mortuum liberè ſepultum, *Poſſevin. de offic. Curat. cap. 14. num. 3. & alii apud Barboſ. eod. tract. cap. 26. num. 18. & 37. vide quæ diximus in tract. de Regim. Eccleſ. lib. 1. cap. 12. nu. 50.*

S V M M A R I V M

1 *Decima eſt quota bonorum debita Eccleſiæ miniſtris in ipſorum ſubſidium, & ſubſtentationem.*
2 *Decima reſpectu hujus congruæ ſubſtentationis ad legis Divinæ debitum refertur: reſpectu verò quotæ ad præceptum Eccleſiæ, vel conſuetudinem.*
3 *Decima triplex eſt, prædialis, perſonalis, & mixta.*
4 *Omnes etiam infideles, qui prædia titulo non ſpirituali poſſident, tenentur ſolvere decimas prædiales Eccleſiæ prædiali, niſi obſtet conſuetudo.*
5 *Decima prædialis eſt onus reale.*
6 *Quid ſi quis poſſideret prædia extrà territorium ſuæ parochiæ.*
7 *Decimæ perſonales debentur Eccleſiæ parochiali, in qua quis recepit Sacramenta*: limitatur num. 9. & ſeq.
8 *Decimæ perſonalis ſolvuntur de lucro propriæ perſonæ.*
9 *Qui in duabus Eccleſiis Sacramenta recipit, debet decimas perſonales dividere pro rata temporis.*
10 *Clerici non tenentur de lucris acquiſitis titulo ſpirituali, & de conſuetudine, neque tenentur de aliis lucris.*
11 *Infideles nondum baptizati non tenentur ad ſolvendas decimas perſonales.*
12 *Hæretici tenentur ſolvere decimas perſonales.*
13 *Prædia parochialia deſtinata ad Parochi ſubſtentationem, decimis non ſubjacent*: limitatur nu. 14.
14 *Quid ſi hujuſmodi prædia in alium transferantur.*
15 *Monaſteria de poſſeſſionibus acquiſitis, vel acquirendis tenentur ſolvere decimas.*
16 *Res tranſit cum onere ſuo.*
17 *Parochus, cujus prædia ſunt intrà terminos alterius parochiæ, tenetur ſolvere decimas.*
18 *Decimæ prædiales ſolvi debent ex integris fructibus ſine aliqua diminutione.*
19 *Ex decimis, quæ ſolvuntur de negociatione, expenſæ deducuntur.*
20 *In lucro id ſolùm cenſetur quod remanet deductis expenſis.*
21 *Decimæ perſonales ſecundum jus ſolvendæ ſunt in fine Anni.*
22 *Decimæ prædiales tradi debent ſtatim fructibus perceptis.*
23 *Decimæ mixtæ ſequuntur naturam prædialium*: limitatur num. ſeq.
24 *Decimæ, quæ ſolvuntur de agnis, & vitulis, dari debent, quando lacte non indigent materno.*
25 *Decimæ mixtæ debentur illi Eccleſiæ parochiali, in qua animalia morantur, & paſcunt*: limitatur num. ſeq.
26 *Quid ſi hieme paſcant in uno loco, & æſtate in alio.*
29 *Si pecora ob hoſtium incurſiones fugata ſunt in alienam parochiam, decimæ adhuc debentur parochiæ, ex qua fugata ſunt.*
28 *Qui eſt in fuga, videtur eſſe in loco, à quò recepit. Hodie ſolùm decimæ prædiales ex prædiis ruſticis, & quædam mixtæ in uſu ſunt*, ibidem.
29 *Decimæ prædiales, & mixtæ in eo loco ſolvi debeat, ubi fructus naſcuntur, ſeu colliguntur.*
30 *In decimis conſuetudo ſpatio decem Annorum inducitur, & vim legis habet.*
31 *Tuti ſunt in conſcientia qui decimas non ſolvunt in iis locis, in quibus Eccleſia non petit.*
32 *An obligatio ſolvendi decimas, quatenus refertur ad eam partem, quæ eſt neceſſaria ad ſubſtentationem miniſtrorum Eccleſiæ, poſſit tolli auctoritate Papæ, vel conſuetudine.*
33 *Parochus non poteſt Sacramenta denegare iis, qui decimas non ſolvunt*: limitatur num. ſeq.
34 *Parochus poteſt pœnitenti abſolutionem denegare, ſi cognoſcat, eum animo paratum eſſe ad non ſolvendum decimas data opportunitate.*
35 *Parochus non poteſt aliquem eccleſiaſtica ſepultura privare ob decimas non ſolutas.*
36 *An, & quando valeat compoſitio facta cum perſonis eccleſiaſticis ſuper decimis.*
37 *An parochiani teneantur ex præcepto naturali, & Divino oblationes Parocho exhibere.*
38 *Valet conſuetudo, ut oblationes præſtentur Parocho, vel aliis miniſtrantibus Sacramenta, etiamſi iſti non indigeant.*
39 *Talis conſuetudo ſpatio decem Annorum inducitur.*
40 *Oblationes, quæ fiunt in Eccleſia, debentur Rectori ejuſdem Eccleſiæ*: limitatur num. 42. & ſeq.
41 *Oblationes in dubio præſumuntur factæ intuitu Eccleſiæ*, & num. 43.
42 *Quid ſi appareat de contraria intentione offerentis.*
43 *Quando oblationes debeantur Beneficiato Altaris, ſeu Capellæ.*
44 *Oblationes factæ imagini depictæ in pariete domus privatæ perſonæ, debentur Eccleſiæ parochiali.*
45 *Legatum factum Capellæ, in qua erecta eſt Confraternitas, debetur Eccleſiæ, ſeu ejus Rectori*: limitatur num. ſeq.
46 *Quid ſi confratres tradant matrimonio puellas, vel faciant aliqua opera pietatis.*
47 *An oblationes, quæ Sacræ Imagini fiunt, poſſint alienari.*
48 *Oblationes, quæ fiunt à peccatoribus publicis, & ab excommunicatis denunciatis, recipiendæ non ſunt in odium peccati, niſi publicè conſtet de emendatione.*
49 *In quo differat oblatio à decima.*
50 *Primitiæ eodem jure cenſeantur cum oblationibus.*

An, & quando Parochiani teneantur ſolvere decimas, & oblationes.

CAP. LXII.

PRæmittendum eſt, quod decima eſt quota bonorum debita Eccleſiæ miniſtris in ipſorum 1
ſubſidium, & ſubſtentationem, ſicùt enim Miniſtri Eccleſiæ nobis ſpiritualia præbent, & pro nobis præſtant operam, laborem, & induſtriam, ità par eſt, ut nos illis temporalia conferamus, quibus ſubſtentari poſſint, *ut inquit Monet. de Decim. cap. 2. Azo. par. 1. lib. 7. cap. 34. quæſt. 1.* reſpectu hujus 2
congruæ ſubſtentationis ad legis Divinæ debitum refertur; reſpectu verò quotæ, ſeu certæ quantitatis ad præceptum Eccleſiæ, vel conſuetudinem: quia nullum extat præceptum Divinum in lege evangelica de certa quantitate ſolvenda, *Covar. lib. 1. var. cap. 17. nu. 2. Gutier. canon. lib. 1. cap. 21. nu. 9. & alii apud Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 2. tit. 1. cap. 6. n. 26.*

Præ-

3 Præmittendum 2. quod decima triplex eſt,
prædialis, perſonalis, & mixta. Prædialis, ſeu
realis eſt decima pars, ſeù quota fructuum, qui
percipiuntur ex prædiis tàm ruſticis, quàm urba-
nis, ut frumentum, vinum, oleum, penſiones do-
morum, quæ locantur, proventus molendinorum,
&c.perſonalis eſt decima pars fructuum provenien-
tium ex induſtria, & opera perſonæ, ut ex merca-
tura, negotiatione, venatione, piſcatione, ex
ſcientia, famulatu, & ex omni alio hominis arti-
ficio. Mixta eſt, quæ partim ex hominis induſtria,
partim ex prædiis provenit, ut ſunt foetus anima-
lium, qui partim ex paſcuis, partim ex animalibus
proveniunt interveniente hominum induſtria in
illis alendis, & cuſtodiendis: talis etiàm eſt lana,
lac, & caſeus, quæ ex animalibus percipiuntur,
ac mel, & cera, quæ colliguntur ex apibus, *vide
Monet. de Decim. cap. 4. Sylv. in ver. Decima, Tolet.lib.6.
cap. 20. num. 4. Reginald. lib. 19. num. 83. Molſeſ. in
Sum. tract. 6. cap. 4. Filliuc. tract. 27. cap. 8. & 9. Bo-
nacin. de legib. diſp. ult. quæſt. 5. punct. 2. & 3.*

His præmiſſis ad quæſitum Reſp. primò, quod
4 omnes tam Clerici, quàm laici, etiàm Judei, Pa-
gani, & Hæretici, qui prædia titulo non ſpirituali
poſſident, tenentur ſolvere decimas prædiales Ec-
cleſiæ parochiali, cui videlicet prædia illa ſubjacent,
niſi alteri Eccleſiæ ſolvi debeant ex conſuetudine;
ratio eſt, quia decima hujuſmodi eſt onus reale,
cap. novum genus, & cap. de terris, de Decim. & ibidem
5 *DD. Monet. de Decim. cap. 5. num. 26. & 36. Leſſ. de Juſt.
lib. 2. cap. 39. dub. 5. num. 22. Bonacin. de legib. dict. diſp
ult. quæſt. 5. punct. 3. Ricc. in Prax. for. eccleſ. reſol. 517.
num. 6. & par. 4. deciſ. 380.* quod intelligendum eſt
de fructibus collectis ex prædiis: non enim tenen-
tur de fructibus, quos percepiſſent, ſi agros coluiſ-
ſent, vel ab eluvione defendiſſent, *Bonacin. loco cit.
dict. diſp. ult. quæſt. 5. punct. 3. num. 11. Squillan. de*
6 *Privil. cleric. cap. 3. num. 21. 22. & 27.* ubi dicit,
quod ſi quis poſſideret prædia extrà territorium
ſuæ Parochiæ, tenetur de fructibus, quos ex illis
percepit, ſolvere decimas proprio Parocho, dum-
modò ex his fructibus non ſolvatur decima alteri
Eccleſiæ extra territorium, *cap. cum non ſint, de Decim.
Viv. deciſ. 63. Ricc. in Prax. aur. var. reſol. 90.*

Dixi, *qui prædia titulo non ſpirituali poſſident*, quià
Clerici non tenentur de redditibus Eccleſiæ; niſi
prædia Eccleſiæ fuiſſent priùs tributaria, quià tunc
tranſirent cum ſuo onere, *ex trad. per gloſ. communitèr
receptam in cap. novum genus, de Decim. & in cap. 1. ver.
ullo, de Cenſib. Bellett. diſquiſ. cleric. par. 1. tit. de Cleric.
debit. §. 12. nu. 36. Sylv. in verb. Decima, nu. 13. quæſt. 7.*
ubi addit, quod Clerici de rebus ſuis tenentur ſol-
vere decimas, niſi deſerviant Eccleſiæ, cui deben-
tur; idemque dicendum de patrimonio Clerici, ad
cujus titulum promotus fuit: nàm neque tenetur
Clericus de hujuſmodi patrimonio ſolvere deci-
mas, niſi priùs fuiſſet tributarium, ut ſupra, *gloſ.
fin. communitèr recepta in cap. Epiſcopum, de Præben. Na-
var. conſ. 12. num. 1. de Cenſib. Bellett. loco cit. tit. de
Exempt. cleric. &c. §. 5. num. 9.*

7 Decimas verò perſonales quilibet tenetur ſol-
vere Eccleſiæ parochiali, in qua rècipit, ſeu reci-
8 pere debet Sacramenta; cum iſtæ ſolvantur de lu-
cro propriæ perſonæ: niſi alitèr conſuetudine re-
ceptum ſit, *cap. ad Apoſtolicæ, de Decim. Bonacin. in
tract. de legib. diſp. ult. quæſt. 5. punct. 3. num. 1.* ubi
9 dicit, quod is, qui in duobus Eccleſiis Sacramenta
recipit, debet decimas perſonales dividere pro rata
temporis, *Squillan. de Privil. cleric. cap. 3. num. 43. &*
10 *ſeq.* ſubdens, *num. 46.* quod Clerici non tenentur
ex lucris acquiſitis titulo ſpirituali, & de conſue-
tudine neque tenentur de aliis lucris, *ex trad. per
Suar. de Relig. lib. 1. cap. 17. num. 24.*

Notandum tamen eſt, quod infideles nondum 11
baptizati, licet Cathecumeni, non tenentur ad
ſolvendas decimas perſonales: tùm quià nondum
ſunt ſubjecti Eccleſiæ præceptis, 1. *Cor.* 5. tùm quià
non tenentur recipere Sacramenta, antè ſuſceptio-
nem baptiſmi, qui eſt janua omnium Sacramento- 12
torum; ſecùs dicendum eſt de Hæreticis: quià iſti
ſunt Eccleſiæ ſubjecti, & tenentur Sacramenta re-
cipere, *ut poſt Sanch. & Filliuc. tradit Bonacin. dict.
tract. de legib. diſp. ult. quæſt. 5. punct. 3. num. 1.*

Quamvis autem prædia parochialia deſtinata 13
ad Parochi ſubſtentationem, decimis non ſubja- 14
ceant, tamen ſi bona prædicta in alium transferan-
tur, eo ipſo decimis ſubjiciuntur, *Thom. Triviſ. in
deciſ. Venet. deciſ. 29. Monet. de Decim. cap. 4. num. 23.
& cap. 5. nu. 10.* ubi dicit, quod etiam monaſteria de 15
terris, & poſſeſſionibus acquiſitis, vel acquirendis 16
tenentur ſolvere decimas, quià res tranſit cum
onere ſuo: niſi aliquo privilegio, conſuetudine,
vel alio titulo ſint exempta, *cap. nuper, de Decim.* 17
itèm Parochus ipſe, cujus prædia ſunt intrà termi-
nos alterius Parochiæ tenetur decimas ſolvere illi
eccleſiæ in cujus parochia ſita ſunt prædia, *Abb. in
dict. cap. novum genus, de Decim. Monet. loco cit. cap. 5.
num. 6. Bonacin. dict. diſp. ult. quæſt. 5. punct. 3. num. 12.
Squillan. de Privil. cleric. dict. cap. 3. num. 40. ubi de
magis communi teſtatur.*

Obſerva tamèn, quod decimæ prædiales ſolvi 18
debent ex integris fructibus ſinè aliqua diminutio-
ne, *cap. commiſſum, cap. tua nobis, de Decim. Concil. Tri-
dentinum ſeſſ. 25. de ref. cap. 12.* undè detrahi non poſ-
ſunt tributa, Cenſus, & ſimilia onera, nec ſumptus
facti in colendo agro, nec ſeminis eſtimatio, *cap.
cum non ſit, cap. tua nobis, de Decim. & ibidem DD. Covar.
lib. 1. var. cap. 17. num. 13. Monet. cap. 6. num. 37.
Bonacin. dict. diſput. ult. quæſt. 5. punct. 3. num. 19.* ex deci-
mis verò, quæ ſolvuntur de negotiatione, expen- 19
ſæ deducuntur: quia eo caſu decimæ ſolvuntur de
lucro: ſed in lucro id ſolùm cenſetur, quod rema- 20
net deductis expenſis, *Monet. de Decim. cap. 9. num. 36.
Capic. deciſ. 10. Viv. deciſ. 4. Molſeſ. tract. 6. cap. 4.
num. 51. Squillan. de Privil. cleric. cap. 3. num. 48. 52.
& 54.*

Obſerva 2. quod decimæ perſonales ſecundùm 21
jus ſolvendæ ſunt in fine Anni; ſed decimæ prædia- 22
les regularitèr tradi debent ſtatim fructibus per-
ceptis ſinè aliqua mora, *DD. communitèr in cap. cum
homines, de Decim.* decimæ verò mixtę ſequuntur na- 23
turam prædialium, exceptis iis, quæ ſolvuntur de 24
agnis, & vitulis iſtæ enim dari debent non ſtatim,
ac nati ſunt, ſed quando lacte non indigent mater-
no, niſi adſit conſuetudo in contrarium, *Ann. conſ.
65. num. 5. Vinc. de Franch. deciſ. 114. Ricc. in Prax.
aur. var. reſol. 252.* & debentur illi Eccleſiæ Paro- 25
chiali, in qua animalia morantur, & paſcunt; ſi 26
verò hjeme paſcant in uno loco, & æſtate in alio,
tùnc decimæ dividuntur intèr has duas Parochias,
Ricc. dict. reſol. 252. Squillan. dict. cap. 3. num. 49. & 55.
quibus adde *Boer. deciſ. 13. num. 54. Carleval. de Judic.
lib. 1. tit. 1. diſp. 2. quæſt. 2. num. 103.* ubi aſſerunt, 27
quod ſi pecora ob hoſtium, vel abigeorum incur-
ſiones fugata ſunt in alienam parochiam, decimæ
adhùc debentur parochiæ, ex qua fugata ſunt: quià
ibi juris cenſura naſci cenſentur: non ei, in qua re
vera enixa ſunt: nàm qui eſt in fuga, videtur eſſe 28
in loco, à quo receſſit, *Bart. & alii in l. hujuſmodi,
§. legatum. ff. de legat. 1. vide Squillan. de Privil. cleric.*

dict.

Digitized by Google

diſſ. cap. 3. *num.* 48. ubi ſubdit, quod multis in locis
ſolùm decimæ prædiales ex prædiis ruſticis, & quędam mixtæ in uſu ſunt, reliquis conſuetudine, &
tacita Eccleſiæ condonatione abolitis.
Obſerva 3. quod decimæ tàm prædiales, quàm
29 mixtæ in eo loco ſolvi debent, ubi fructus naſcuntur, ſeu colliguntur, niſi adſit conſuetudo, ut
deferantur in horrèum Clericorum, *Covar. lib.* 1.
cap. 17. *num.* 8. *Monet. cap.* 6. *num.* 5. *Molſeſ. tract.*
6. *cap.* 4. *num.* 52. *Squillan. dict. cap.* 3. *num.* 55. *& ſeq.*
Bonacin. loco cit. dict. diſp. ult. quæſt. 5. *punct.* 4. *num.* 3.
30 ubi dicit, quod talis conſuetudo ſpatio decem Annorum inducitur, & vim legis habet.
31 Obſerva 4. quod tuti ſunt in conſcientia, qui
decimas non ſolvunt in iis locis, in quibus Eccleſia non petit, *S. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 87. *art.* 1. *Nicolius in ver. Decimæ num.* 1. ubi commendat Eccleſiæ
miniſtros, qui decimas non petunt in locis, in
quibus ſinè ſcandalo exigi nequeunt propter deſuetudinem, vel ob aliam cauſam, *Bonacin. in tr.*
32 *de Legib. dict. diſp. ult. quæſt.* 5. *pun.* 4. ubi dicit obligationem ſolvendi decimas, quatenùs etiam refertur ad eam partem, quæ neceſſaria eſt ad ſubſtentationem miniſtrorum Eccleſiæ, poſſe auctoritate
Papæ, ac per conſuetudinem ſpatio 40. annorum introductam auferri, dummodò aliundè proviſum
ſit de neceſſariis ad eorumdem miniſtrorum ſubſtentationem, *vide Reginald. lib.* 19. *num.* 96. *Rebuff.*
tract. de Decim. qu. 13. *Vaſq. in Opuſc. de Benef. cap.* 1. *§. un.*
nu. 24. *dub.* 4. *Molſeſ. in Sum. tract.* 6. *cap.* 14. *nu.* 47. *Monet.*
de Decim. cap. 5. *nu.* 46. *Filliuc. tr.* 27. *cap.* 7. *qu.* 9. *nu.* 155.
Obſerva 5. quod Parochus non poteſt Sacra-
33 menta denegare iis, qui decimas non ſolvunt,
cum per alia media poſſit cogere Parochianos ad
illas ſolvendas, *Ricc. par.* 4. *dec.* 195. *num.* 9. *& dec.*
380. *ubi teſtatur, ità deciſum fuiſſe in Curia Archiepiſc.*
Neap. Squillan. d. cap. 3. *num.* 13. quamvis contrarium ſentiant *Reginald. lib.* 19. *num.* 102. *Suar. de Relig. lib.* 1. *par.* 25. *Molſ. tr. de Benef. tom.* 1. *cap.* 4. *nu.*
53. *& alii apud Bonacin. de Sacram. diſp.* 5. *quæſt.* 7.
pun. 4. *§.* 2. *num.* 20. ubi ſubdit, Parochum non
34 tamquàm Judicem, ſed tamquàm miniſtrum Sacramentorum poſſe ab eorum ſuſceptione repellere non ſolventes decimas, oblationes, &c. ſi cognoſcat, eos animo paratos eſſe ad non ſolvendum data opportunitate: quià tunc pænitens non
eſt ſufficientèr diſpoſitus ad dignè ſuſcipienda Sacramenta; non tamen poteſt aliquem eccleſiaſti-
35 ca ſepultura privare ob decimas non ſolutas, quià
hoc jus competit Superiori, *S. Thom.* 2. 2. *quæſt.*
76. *art.* 1. *Navar. conſ.* 2. *de Decim. Gennenſ. in Prax.*
cap. 61. *in annot. num.* 10.
Obſerva 6. quod valet compoſitio facta intèr
36 perſonas eccleſiaſticas nomine ſuarum Eccleſiarum ſupèr decimis in futurum ſolvendis, ut decimæ uni Curato, vel Parochiæ debitæ, alteri Curato, vel Parochiæ ſolvantur in poſterum, accedente tamèn conſenſu, ſeu auctoritate Epiſcopi,
vel alterius Superioris cum cauſæ cognitione; alias
compoſitio non valeret, *cap.* 2. *ubi gloſ. & DD. de*
Tranſact. cap. dilecti, de Decim. Rebuff. in tr. de Decim.
quæſt. 13. *num.* 16. *Monet. eod. tract. cap.* 5. *num.* 119.
& ſeq. ubi dicit, quod ſufficeret in tali caſu auctoritas etiam Vicarii generalis, *Fagun. in Quinq.*
Eccleſ. præcept. præcept. 5. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 2. *& ſeq.*
Secundo, poteſt compoſitio fieri cum Laicis
quoad tempus, & locum ſolvendarum decimarum,
accedente Epiſcopi, ſeu alterius Superioris auctoritate, *Rebuff. d. qu.* 13. *nu.* 29. *Fagund. dict. cap.* 2. *qu.* 14.
Tertio, valet tranſactio de decimis futuris
facta cum conſenſu Epiſcopi, vel alterius Superioris, ſi pro decimis alia bona in favorem Eccleſiæ ſubſtituantur, *Rebuff. loco cit. num.* 36. *Monet. d.*
cap. 5. *num.* 129. *& ſeq.* ubi dicit, Laicos poſſe bona ſtabilia, ſeu prædia dare Eccleſiæ ad effectum
ſe eximendi ab onere decimarum: dummodò ad
id Superioris auctoritas accedat, & concurrat
etiam utilitas Eccleſiæ, *per tex in cap. ut ſuper, ubi*
gloſ. de Reb. Eccleſ. non alien.
Quarto, valet compoſitio facta de decimis
præteritis non ſolùm cum perſonis eccleſiaſticis,
ſed etiàm cum Laicis, quamvis Superioris auctoritas, ſeu aſſenſus non interveniat, *gloſ. & DD. in*
dict. cap. ut ſuper, de Reb. Eccleſ. non alien. Rebuff. dict.
quæſt. 13. *num.* 25. *&* 33. *Monet. d. cap.* 5. *num.* 128.
Fagund. loco cit. d. cap. 2. *à num.* 7.
Secùs eſſet, ſi compoſitio fiat inter Laicos, &
Clericos, ut in minori Summa decimæ ſolvantur,
vel ut de aliquibus rebus non præſtentur: tùnc
enim talis compoſitio non valet, niſi fuerit approbata à Summo Pontifice, vel magno temporis intervallo firmata, cum obſervantia ſcilicèt 30. Annorum *Rot. in Mediolanen. decimar.* 10. *Aprilis* 1600.
coram R. P. D. Coccino, & in Taurinen. decimarum 17.
Junii 1607. *coram eodem, prout refert Barboſ. de offic.*
& poteſt. Epiſc. par. 3. *alleg.* 121. *num.* 17.
Reſp. 2. ad ſecundam propoſitæ quæſtionis
partem, quod parochiani ex præcepto naturali, & 37
Divino tenentur oblationes Pręsbyteris miniſtrantibus ſpiritualia exhibere, ſi ipſi Præsbyteri indigeant, nec habeant unde poſſint ſibi neceſſaria miniſtrare; ſi verò Clerici miniſtrantes ſpiritualia,
inopia minimè graventur, Laici non ſunt cogendi
ad hujuſmodi oblationes; niſi inducta fuerit in fa-
vorem Clericorum conſuetudo, quæ in tali caſu 38
ſpatio decem Annorum inducitur, ut ſuprà dixi- 39
mus; tùnc enim ratione hujus conſuetudinis cogi
poterunt ad oblationes præſtandas, *S. Thom. in* 2.
2. *quæſt.* 86. *art.* 1. *& quæſt.* 100. *art.* 3. *quem refert,*
& ſequitur. Covar. lib. 1. *var. cap.* 17. *num.* 3. *Abb. in*
cap. 3. *num.* 6. *de Pignor. Henriq. in cap. quamvis, de*
Decim. Soc. in tr. de oblat. lib. 3. *quæſt.* 4. *Rom. conſ.*
344. *Sylv. in ver. Decima, quæſt.* 2. *Hippo. ſing.* 192.
Layman. in Theol. mor. lib. 4. *tr.* 16. *cap.* 7. *num.* 5.
Notandum eſt autèm, quod licèt oblatio-
nes; quæ fiunt in Eccleſia, regularitèr debeantur 40
Parocho ejuſdem Eccleſiæ, quià præſumuntur fa-
ctæ intuitu Eccleſiæ, *cap. hanc conſuetudinem,* 11. 41
quæſt. 1. *cap. quia. cap. Sanctorum,* 10. *quæſt.* 1. *cap.*
nulli, 12. *quæſt.* 2. *cap. ex tranſmiſſa, de Præſcript. Bellett. Diſquiſ. Cleric. par.* 1. *tit. de Bonis Cleric. §.* 3. *nu.*
3. *Gennenſ. in Prax. cap.* 57. *Bonacin. in tract. de Legib.*
diſp. ult. quæſt. 5. *punct. ult. num.* 5. ſecùs tamèn eſ-
ſet, ſi appareat de contraria intentione offèrentis: 42
nam ſi in Altare eſſet Imago miraculoſa B. Virginis, vel alterius Sancti, oblationes præſumerentur factæ intuitu Imaginis, & debentur Altari,
ſeu ejus Rectori, non autèm Parocho Eccleſiæ, *ut*
ex doctrina Abb. & aliorum, comprobat Jordan. de Re Benefic. lib. 10. *tract.* 13. *de Proviſ. benefic. num.* 35. *Bonacin. loco cit. d. quæſt.* 5. *pun. ult. num.* 5.
Si verò oblationes ſimplicitèr fiant Altari, in
quo non ſit Imago miraculoſa, tùnc debentur Pa- 43
rocho ejuſdem Eccleſiæ; non autem beneficiato
Altaris, ſeu Capellæ, niſi intuitu ipſius altaris, ſeu
imaginis alicujus Sancti in eo depictę fierent oblationes, *Abb. in cap.* 2. *de Succeſſ. ab inteſt. Fel. in cap.*
dilectus, de offic. ordin. Gennenſ. d. cap. 57. *num.* 1. *& ſeq.*
ubi amplius dicit, quod oblationes factæ Imagi- 44
ni depictæ in pariete domus privatæ perſonæ, de-

bentur

Digitized by Google

bentur Eccleſiæ parochiali, in cujus Parochia domus eſt ſita, niſi conſtet de contraria intentione
44 offerentium, quià Parochus habet fundatam intentionem ſuper oblationibus, quæ fiunt intrà Parochiam, *cap. Paſtoralis, & cap. quoniam, de Decim. Abb. & alii in cap. Paſtoralis, de His, quæ fiunt à Prælat. &c.*

45 Idem dicendum in legato facto Capellæ, ſeu Altari, in quo erecta eſt aliqua Confraternitas: quià regularitèr debetur Eccleſiæ, & ſic Rectori ejuſdem Eccleſiæ, niſi appareat ex conjecturis, offerentem voluiſſe offerre Confraternitati, ut ſi
46 confratres tradant Matrimonio puellas, vel faciant aliqua opera pietatis, *Genuenſ. in Prax. d. cap. 57. num. 4.*

Notandum 2. quod oblationes, quæ Sacræ
47 Imagini fiunt poſſunt alienari, quia hujuſmodi oblationes non veniunt nomine bonorum pretioſorum, quæ ſervando ſervari poſſunt: niſi ſint vota aurea, vel argentea magni valoris: hæc enim cenſentur bona prætioſa, quæ ſervando ſervari poſſunt, *ut poſt Ricc. docet Bonacin. in tr. de Alienat. bon. Eccleſiaſt. diſp. 1. quæſt. un. pun. 2. num. 6.*

48 Notandum 3. quod à publicis meretricibus, & aliis peccatoribus publicis, & ab excommunicatis denunciatis oblationes recipiendæ non ſunt in odium peccati, *Bonacin. in tr. de Legib. diſp. ult. quæſt. 5. pun. ult. num. 4. Laymann. in Theol. mor. lib. 4. tr. 6. cap. 7. num. 8. & ſeq.* niſi emendatio publicè nota ſit: tùnc enim nihil obſtat, quominus Eccleſia hujuſmodi oblationes recipere poſſit, dummodò fiant ex iis, quæ licitè acquiſita fuerint, *Innoc. in cap. ex tranſmiſſa, de Decim. Bonacin. & Layman. locis cit.*

49 Notandum 4. quod oblatio differt à decima: quia decima traditur Dei miniſtris ad illorum ſubſtentationem: oblatio verò fit ipſi Deo immediatè, id eſt ad cultum Dei; *Bonacin. loco proximè cit. dict. quæſt. 5. pun. ult. num. 3. Jordan. dict. lib. 10. tit. 13. num. 41. & ſeq.* ubi etiam obſervat, quod primitiæ
50 eodem jure cenſentur cum oblationibus.

S V M M A R I V M.

1. *Clericus cogi non poteſt ad deponendum in cauſa criminali coram Judice ſæculari. & quid in cauſa civili.*
2. *Papa diſpenſare poteſt in omnibus irregularitatibus. Epiſcopus in certis caſibus.*
3. *Clericus pro iniuria ſibi, vel ſuæ familiæ illata poteſt agere coram Judice Laico cum proteſtatione, quod ad pœnam ſanguinis non intendit.*
4. *Quid ſi dicta proteſtatio fiat ficto animo. & mors ſequatur.*
5. *Epiſcopus concedere poteſt Judici Laico licentiam exumandi corpus occiſi ab Eccleſia abſque metu irregularitatis.*
6. *Ad incurrendam irregularitatem requiritur, quod actus ſit cauſa proxima ad mortem, vel ad membri mutilationem.*
7. *An Curiæ Sæculari concedi poſſit copia renunciationis habitus Clericalis.*
8. *An Clericus gaudeat Eccleſiæ immunitate.*

Quando Clericus comparens coràm Judice Laico in cauſa ſanguinis excuſetur ab irregularitate.

C A P. LXIII.

Dico primò, quod Clericus in cauſa criminali cogi non poteſt ad deponendum coram Judice Sæculari proptèr irregularitatis periculum, *cap. teſtimonium, 11. quæſt. 1.* poteſt tamen cogi in cauſa civili in defectum probationis, *gloſ. & DD. in dict. cap. teſtimonium*: & tùnc requiritur licentia Epiſcopi, qui hujuſmodi licentiam concedere debet cum conditione, dummodò Clericus non deponat ſupèr articulis continentibus criminalitatem, infamiam, negativam, aut repulſam, *Genuenſ. in Prax. Archiepiſc. Curiæ Neap. cap. 35. num. 7.* certum enim eſt, quod licet Papa diſpen- 1
ſare poſſit in omnibus irregularitatibus, cum omnes ſint de Jure poſitivo, & ideò in caſibus occurrentibus ad eundem Papam ſit recurrendum, *Innoc. in cap. ad audientiam, de Homicid. Navar. in Manual. cap. 27. num. 191.* tamen Epiſcopus in nonnullis tantùm caſibus diſpenſare poteſt, *ut obſervat Sylv. in ver. Diſpenſatio, §. 10. & in ver. Irregularitas, §. 28. circa fin.* ubi dicit, quod Epiſcopus diſpenſare poteſt cum ordinato ad Sacros extra tempora, vel ab alieno Epiſcopo, ut in ſuſceptis miniſtret, & etiam diſpenſare poteſt cum excommunicato ordinato ad minores, *vide text. in cap. conſultationi de tempor. ordin. & in cap. cum illorum, & ibidem DD. de Sent. excom.* 2

Dico 2. quod Clericus pro iniuria ſibi, vel ſuæ familiæ illata poteſt agere criminalitèr etiam coram Judice Sæculari cum proteſtatione, quod ad pœnam ſanguinis non intendit, *cap. Prælatis de Homicid. in 6. Bart. in l. lex Cornelia, ff. de Iniur. Bald. in l. 1. C. de Raptor. Virg. lati Genuenſ. loco cit. cap. 34. num. 5. & ſeq. Dian. par. 4. tract. 2. reſ. 75.* ubi obſervat, quod dicta proteſtatio liberat ab irregularitate, etiamſi ficto animo fiat, & ſequatur mors, *ex trad. per Turrian. de Cenſur. lib. 9. diſp. 66. dub. 2. Hurtard. diſp. 2. de Irregularit. Henriq. lib. 14. cap. 11. in fin. Coninch. de Sacramen. diſp. 18. dub. 10. num. 93. Avil. de Cenſur. par. 7. diſp. 5. ſect. 2. dub. 9. concl. 1.* 3 4

His adde, quod Clericus conſulens alteri, ut accuſet in caſu permiſſo coram Judice Sæculari cum dicta proteſtatione, non incurrit irregularitatem; quia ſicut accuſans cum dicta proteſtatione nullam incurrit irregularitatem, ità neque conſulens eam incurrit, *Comitol. Reſponſ. mor. lib. 6. quæſt. 59. Filliuc. tom. 1. tract. 19. cap. 9. num. 248. Dian. par. 4. tr. 2. dict. reſolut. 75. verſ. Nota etiam.*

Addè 2. quod Epiſcopus poteſt concedere Judici Laico licentiam exhumandi corpus occiſi ab Eccleſia ad finem capiendi informationem delicti in genere abſque metu irregularitatis: quia ad incurrendam hanc pœnam, quæ inducta eſt ex defectu perfectæ lenitatis, requiritur, quod actus ſit cauſa proxima, directa ad mortem, vel ad membri mutilationem; actus verò oſtendendi Cadaver occiſi eſt remotiſſimus, & ex ſua natura non directus ad mortem, vel ad mutilationem, *Navar. conſ. 19. de Homicid. & in manual. cap. 27. nu. 211. Genuenſ. loco cit. cap. 34. num. 11.* ubi ſubiicit, quod hujuſmodi recognitio non in Eccleſia, ſed extra fieri debet. 5 6

7 Eadem ratione poteſt concedi Curiæ Sæculari copia renunciationis habitus Clericalis factæ per Clericum, qui poſtea ob delictum captus fuit a judice Laico, & allegat, ſe eſſe Clericum: quemadmodum concedi poteſt copia degradationis verbalis ejuſdem Clerici; quia quod aliquis ſit, vel non ſit Clericus, non eſt cauſa proxima mortis *ut obſervat Genuenſ. in Prax. Archiepiſ. dict. cap. 34. num. 12.*

8 An verò Clericus gaudeat immunitate? Reſp. quod alii negant, exiſtimantes, poſſe eum etiam in Eccleſia capi; alii verò affirmant, quia hoc privilegium eſt conceſſum locis Sacris, & non perſonis, & ità pluries declaravit Sac. Congregatio, exceptis caſibus contentis in Conſtitutione Gregorii XIV. incip. Cum alias non nulli &c & aliis caſibus degradatione dignis, *vide quæ ſcripſimus in tract. de Regimin. Eccleſ. lib. 1. cap. 9. num. 67. & ſeq.*

S V M M A R I V M.

1 *Clericus filiusfam. pro crimine læſæ majeſtatis humanæ à Patre commiſſo, non punitur pœnis contentis in l. quiſquis, C. ad l. Jul. majeſt.*
2 *Clericus uti non ſubditus non incidit in tale crimen læſæ majeſtatis.*
3 *Filius, qui commiſit ingratitudinem, non poteſt exheredari, ſi poſteà ſuſcipiat habitum Clericalem, vel fiat religioſus.*
4 *Donatio facta filio ob cauſam clericatus, ad cujus titulum poſteà ad Sacros ordines promotus fuit, non poteſt revocari ob ingratitudinem.*
5 *Donatio facta cauſa matrimonii carnalis, non revocatur propter ingratitudinem.*
6 *Qui promovetur ad Sacros ordines, cenſetur contrahere conjugium ſpirituale.*
7 *Clericus, cum jurat, jurare debet tacto pectore.*
8 *Laicus jurat tactis ſcripturis.*
9 *Laicus patronus alicujus beneficii habet quadrimeſtre ad præſentandum.*
10 *Patrono Eccleſiaſtico ad præſentandum dantur ſex menſes.*
11 *Quid ſi Laicus eſſet compatronus cum Clerico.*
12 *Magis dignus trahit ad ſe minus dignum,*
13 *Filius Clericus non tenetur libros ſibi à Patre traditos conferre ſimul cum aliis fratribus in diviſione paternorum bonorum.*
14 *Quidquid Clericus filiusfam. conſequitur à Patre, vel aliundè, cenſetur quaſi caſtrenſe peculium.*
15 *Quod dicitur in Laicis adventitium, in Clericis eſt quaſi caſtrenſe.*
16 *Clericus, cum litigat, non tenetur jurare de calumnia per ſe ipſum, ſed per Procuratorem.*
17 *Procurator Clerici poteſt jurare de Calumnia ſine ſpeciali mandato, ſecus ſi eſſet procurator Laici.*
18 *Clericus actor in Curia Eccleſiaſtica tenetur ſatiſdare de reficiendis expenſis in caſu ſuccumbentiæ, ſecus ſi eſſet actor in Curia Laici.*
19 *Quid ſi Clericus ita ſe ſe obligaverit in Curia Laici, & fidejuſſorem dederit.*
20 *Clericus non poteſt capi pro repreſaliis.*
21 *Judex eccleſiaſticus procedere poteſt contrà illos, qui Clericos capiunt pro repreſaliis.*
22 *Clericus in delictis etiam graviſſimis non punitur pœna ſanguinis.*
23 *In delictis, in quibus de jure civili imponitur pœna mortis, de jure Canonico fit detruſio in perpetuum carcerem.*
24 *Clericus pro homicidio etiam qualificato non eſt Curiæ ſæculari tradendus, ceſſante incorrigibilitate.*
25 *Clerico non debet imponi pœnitentia ſolemnis, nè ordo vileſcat.*
26 *Conſtituto in dignitate Eccleſiaſtica aliquando eſt omninò parcendum ad evitandum ſcandalum.*
27 *Clericus inferens alicui injuriam, non tenetur publicè ſe diſdicere, ſeu canere palinodiam.*
28 *Subſtitutus hæredi ſine filiis decedenti, excluditur à monaſterio, in quo talis hæres profeſſionem emiſit.*
29 *Quid ſi hæres clericatum aſſumpſerit.*
30 *Quando Clerici gaudeant privilegiis Eccleſiarum, & quando non.*
31 *Eccleſia, & Clericus non conficientes inventarium, non tenentur ultrà vires hæreditarias.*
32 *Clericus non tenetur niſi in quantum facere poteſt.*
33 *Quilibet etiam Laicus non conficiens inventarium, non tenetur in conſcientia ultrà vires hæreditarias.*
34 *Non ſolum Epiſcopus, ſed Clerici etiam primæ tonſuræ eximuntur à patria poteſtate.*
35 *Filius religionem ingreſſus à patria poteſtate liberatur. Pater, qui Religionem ingreditur, patriam poteſtatem amittit, ibidem.*
36 *An, & quando pater amittat uſumfructum in bonis adventitiis filii per aſſumptionem ejuſdem filii ad Clericatum.*
37 *Juramentum in litem affectionis non habet locum contrà Clericum conventum in foro eccleſiaſtico: limitatur in juramenta in litem veritatis, ibidem.*
38 *Quid ſit juramentum in litem veritatis, & affectionis.*
39 *Minor, Eccleſia, & Clericus poſſunt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ etiam ultrà biennium.*
40 *An, & quando hæc exceptio ab aliis proponi poſſit ultrà biennium.*
41 *Mater non poteſt plus relinquere filiis ſecundi matrimonii, quàm primi:* limitatur nu. ſeq.
42 *Mater poteſt plus relinquere filio Clerico ex ſecundo matrimonio.*
43 *Quando matris diſpoſitio inæqualis valeat in aliis caſibus.*
44 *Clericus, qui à Judice laico fuit immiſſus in poſſeſſionem, non poteſt ſuper revocatione poſſeſſionis coram eodem Judice laico conveniri.*
45 *Teſtamentum Clerici nullo modo ſubiicitur ſtatutis Laicorum, etiamſi Laicum inſtituerit hæredem, & ſuper ejus hæreditate orta ſit lis coram Judice ſæculari.*
46 *Quid ſi Clerico decedenti ſuperſit fœmina, & alius in eodem gradu proximiores.*
47 *An Clerici patrocinari poſſint ſæcularia negotia in Curia Eccleſiaſtica, vel Laicali.*
48 *Communis Doctorum opinio non attenditur, quando altera contraria favet juriſdictioni Eccleſiæ, ſeu Clericis.*
49 *An Clericus agere poſſit de evictione, ſi litem venditori non denunciaverit.*
50 *An, & quando Clericus poſſit de jure torqueri.*

An alia jura, ſeu privilegia ultra ea, quæ ſupra expreſſa ſunt Clericis competant.

C A P. L X I V.

Reſp. quod alia etiam privilegia ultrà expreſſa in præcedentibus capitibus, Clericis competunt: & Primo, Clericus filiusfam. 1
pro crimine læſæ majeſtatis humanæ à patre commiſſo,

Digitized by Google

miſſo, non punitur pœna l. quiſquis, C. ad l. Jul. ma-
jeſt. ne not. Gloſ. in cap. ſatis perverſum, diſt. 56. Baiard.
ad Clar. in §. læſæ Majeſtatis, nu. 19. & alii apud Bel-
let. diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. de Bon. Cler. §. 7. num. 10.
2 Squillan. de Privil. Cleric. cap. 15. ubi etiam obſer-
vat, quod Clericus, cum non ſit ſubditus Princi-
pis ſæcularis, non incidit in tale crimen læſæ ma-
jeſtatis, quod procedit, etiamſi eſſet ſubditus ra-
tione feudi, quia natura feudi non tribuit juriſdi-
ctionem in perſonam, ſed eam tantùm, quando de
feudo tractatur, & dicitur juriſdictio realis, non
perſonalis, latè Mart. de Juriſd. par. 4. caſ. 133. num.
4. & ſeq.

3 Secundo filius, qui poſtquàm commiſit ali-
quam ingratitudinem, ex illis, quæ exprimuntur
in §. aliud quoque capitulum, in Auth. ut cum de appell.
cogn. ſuſcepit habitum Clericalem, vel aliter effe-
ctus eſt religioſus, non poteſt exhæredari, cap. non
licet, 19. quæſt. ubi gloſ. & DD. in l. fin. C. de Epiſc. &
Cler. Jo. Ant. de Nigr. de vita, & honeſt. Cleric. num.
147. Car. de Graſſ. de effect. Cleric. eff. 47. Suaeb. in Sum.
2. tom. lib. 5. cap. 5. num. 33. Squillan. de privil. Cleric.
4 cap. 12. num. 26. & cap. 16. num. 2. ubi addit, quod
donatio facta filio ob cauſam Clericatus, ad cujus
5 titulum poſtea fuit ad Sacros ordines promotus,
non poteſt revocari propter ingratitudinem: quià
ſicut donatio facta cauſa Matrimonii carnalis, non
revocatur propter ingratitudinem, ita neque re-
vocari poteſt donatio facta contemplatione Con-
6 jugii ſpiritualis: nam is, qui promovetur ad Sa-
cros ordines, cenſetur contrahere conjugium ſpi-
rituale, arg. tex. in cap. unic. de voc. in 6. cap. inter cor-
poralia, de Transl. Epiſcop. Guid. Pap. dec. 145. Clar. in
§. Donatio, qu. 21. nu. 4.

7 Tertio Clericus, cum jurat, jurare debet ta-
8 cto pectore, non autem tactis ſcripturis, ſicut lai-
ci, cap. ſi quis Presbyter, 2. quæſt. 4. Veſtr. in Pract.
lib. 6. cap. 3. num. 7. Car. de Graſſ. eff. 36. & alii apud
Squillan. loco cit. d. cap. 16. nu. 3.

9 Quarto licèt Laicus patronus alicujus benefi-
cii ad præſentandum habeat quadrimeſtre decur-
ren. à die cognitæ vacationis, cap. quoniam, & cap.
10 cum propter, de Jure patr. tamen ſi jus præſentandi
competeret Clerico ratione beneficii, vel dignita-
tis, tunc dantur ad præſentandum ſex menſes, cap.
un. de Jurepatr. in 6. Ugolin. de offic. Epiſcop. cap. 51. nu.
5. Car. de Graſſ. eff. 40. num. 3. ubi dicit, quod ſi Cle-
11 ricus non eſſet ſolus patronus, ſed eſſet compatro-
nus cum aliis Laicis, eo caſu Laici ex perſona Cle-
rici conſequerentur hoc privilegium, ut poſſint
præſentare infra ſex menſes, Layman. in Theol. mor.
lib. 4. tract. 2. cap. 13. num. 4. Molſ. in Sum. tr. 6. cap.
12 15. num. 55. Ricc. par. 2. deciſ. 227. idque procedit,
etiamſi Laici majorem partem haberent, quia ma-
gis dignus trahit ad ſe minus dignos, cap. quod in
dubiis, ubi gloſ. in ver. conſecratum, de Conſecr. Eccleſ.
vel altar. Vivian. in Prax. Juriſpatr. par. 2. lib. 7. cap.
1. num. 5. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 3. alleg. 72.
num. 130. Squillan. d. cap. 16. nu. 14.

13 Quinto filius Clericus etiam primæ tonſuræ
ſtudens non tenetur libros ſibi à Patre traditos
conferre ſimul cum aliis fratribus in diviſione bo-
norum paternorum, etiamſi antè mortem patris
lauream doctoratus non acceperit, Alber. in l. ſi do-
natione, C. de collat. Surd. conſ. 259. num. 11. lib. 2.
Car. de Graſſ. eff. 49. num. 1. Bellet. d. tit. de Bon. Cle-
ric. §. 7. num. 17. & ſeq. ubi etiam obſervat, quod
quidquid Clericus filiusfam. conſequitur à Patre,
14 vel aliundè, cenſetur quaſi caſtrenſe peculium, &
de eo poteſt tàm in ultima voluntate, quam inter
vivos diſponere, licèt ſit adhuc in poteſtate patris,
vel Avi; quia id, quod dicitur in laicis adventi- 15
tium, in Clericis eſt quaſi caſtrenſe, Abb. in cap.
quid nos, num. 5. ubi etiam Innoc. de Teſtam. Menoch. de
Adipiſcen. remed. 4. num. 281. & ſeq. Rolan. conſ. 16. nu.
15. vol. 4.

Sexto Clericus, cum litigat, non tenetur ju- 16
rare de Calumnia per ſe ipſum, ſed per Procura-
torem, cap. 1. ubi DD. de Juram. calum. ſpec. in tit. de
juram. calum. §. reſtat. num. 7. Jo. Ant. de Nigr. de vit.
& honeſt. Cleric. nu. 45. Squillan. de Privil. Cleric. cap.
16. num. 20. Bellett. diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. de Clerico
teſte, §. 4. num. 2. & ſeq. ubi addit, quod Procura- 17
tor Clerici poteſt jurare de Calumnia ſinè ſpeciali
mandato, quamvis in procuratore laici requiratur
mandatum ſpeciale, ex trad. per Innoc. Butr. & Abb.
in cap. 1. de Juram. calum.

Septimo Clericus actor in Curia Eccleſiaſtica 18
tenetur quidem ſatiſdare de reficiendis expenſis in
caſu ſuccumbentiæ, gloſ. in auth. generaliter, C. de
Epiſc. & Cler. Abb. in cap. quoniam frequenter, §. in
aliis, ut lit. non conteſt. non tamen ad id tenetur, ſi
eſſet actor in Curia Laicali, cum non poſſit ſe ob-
ligare ad pœnam coram Judice ſæculari, qui in
Clericum nullam habet juriſdictionem, cap. ſi dili-
gentè, cum ibi notat. de for. compet. ubi prohibetur
Clericis, nè ſe ſubmittant juriſdictioni Laicorum,
Dyn. in l. 1. ff. ſi quis in jus voc. non ierit. Surd. conſ.
396. num. 13. lib. 3. Ambroſin. de Immunit. cap. 20. nu.
5. latè Car. de Graſſ. de effect. Cleric. eff. 2. num. 443.
ubi dicit, quod ſtatutum mandans, ut is, qui vult
agere, teneatur præſtare cautionem de reficiendis
expenſis, ſi ſuccubuerit, non ligat Clericos liti-
gantes in Curia ſæculari, Squillan. de Privil. Cleric.
cap. 16. num. 22. & ſeq. & ſi Clericus ita ſeſe obliga- 19
ret, obligatio eſſet nulla, cap. ac ſi Clerici, ubi DD.
de Judic. immò nec obligatio fidejuſſoris in tali ca-
ſu valeret, quia accederet obligationi nullæ, l. ju-
bemus, C. de Agric. & cenſit. lib. 11. Bart. in l. cum lex,
ff. de fidejuſſ. latè Mart. de Juriſd. par. 4. caſ. 160. nu. 7.
& ſeq. Vinc. de Franch. deciſ. 400. num. 6. cum ſeq. quid-
quid in contrarium ſenſerit Capic. deciſ. 66. quem re-
fert Ricc. par. 3. dec. 710.

Octavo Clericus etiam in prima tonſura, & 20
minoribus ordinibus conſtitutus, non poteſt capi
pro repreſaliis, cap. 2. de for. compet. cap. un. de injur.
& damn. dat. in 6. auth. ſtatuimus, C. de Epiſc. & Cler.
Bart. in tract. de Repreſal. in 7. quæſt. num. 6. Car. de
Graſſ. eff. 23. ubi dicit, quod contrà illos, qui Cle- 21
ricos capiunt pro repreſaliis, Judex eccleſiaſticus
procedere poteſt eos puniendo: vide Bonacin. de cen-
ſur. in partic. diſp. 2. quæſt. 2. pun. 22. Brun. de Ceſſion.
bonor. qu. 3. nu. 3.

Nono Clerici non puniuntur pœna ſanguinis 22
etiamſi graviſſimum, & immane delictum commi-
ſerit, cap. pœnam ſanguinis, Ne Cler. vel Monach. Abb.
in cap. cum non ab homine, de judic. Squillan. de Privil.
Cler. cap. 16. num. 32. Car. de Graſſ. eff. 46. ubi dicit, 23
quod in delictis, in quibus de jure civili imponi-
tur pœna mortis, de jure canonico fit detruſio in
perpetuum carcerem, Farinac. conſ. 143. num. 1. Ver-
miglioi. conſ. 64. num. 5. ubi ſubdit, quod Clericus 24
pro homicidio etiam qualificato, non eſt Curiæ
ſæculari tradendus, ceſſante incorrigibilitate.

Decimo Clerico non debet imponi pœniten- 25
tia ſolemnis, nè ordo vileſcat, gloſ. communiter re-
cepta in cap. 1. de Pœnit. & remiſſ. Genuenſ. in Prax.
cap. 73. num. 5. ubi amplius dicit, quod conſtituto 26
in dignitate eccleſiaſtica quandoque eſt omninò
parcendum ad evitandum ſcandalum, juxtà doctri-

nam S. Tho. 2. 2. quæſt. 70. art. 2. Squillan. de Privil. Cleric. cap. 16. num. 30. & 33. cum ſeq. ubi etiam obſervat, quod Clericus inferens alicui injuriam, non tenetur publicè ſe diſdicere, ſeu canere palinodiam, licet teneatur parti ſatisfacere rationabiliter arbitrio Judicis.

28 Undecimo. Subſtitutus hæredi ſinè filiis decedenti, excluditur à monaſterio, in quo talis hæres profeſſionem emiſit, etiamſi alter filius teſtatoris ſit ſubſtitutus, *auth. niſi rogati, Cod. Ad Senat. conſ. Trebell. cap. in præſentia, de Probat. & ibidem DD. gloſ. in auth. ſi qua mulier, ver. liberos, C. de Sacroſ. Eccleſ.* ubi dicit, monaſterium in tali caſu, loco filii haberi, *Paul. de Caſtr. in dict. auth. niſi rogati, num. 3. Alex. conſ. 121. num. 12. lib. 2. & conſ. 35. ſub num. 9. lib. 3. Dec. conſ. 419. num. 3. & ſeq. Covar. lib. 1. var. cap. 19. num. 11.* quamvis conditio concepta fuerit, ſi ſinè filiis legitimis, & naturalibus, vel ex ſuo corpore procreatis deceſſerit, *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 7.* quod procedit, etiàmſi is, qui ingreſſus eſt religionem, decedat infrà Annum probationis, & ſic antè emiſſam profeſſionem taci-
29 tam, vel expreſſam latè *Sperell. deciſ. 153.* ubi ampliat hanc concluſionem etiam procedere, quando inſtitutus ſub hac conditione effectus fuit Clericus ſæcularis, dummodò Sacris ordinibus ſit inſignitus, & bona hæreditaria, vel vivens Eccleſiæ conferat, vel moriens relinquat: licèt in hoc diſſentiat *Mart. de Juriſd. par. 4. caſ. 95. num. 25.* ubi dicit, ſatis eſſe in tali caſu, ſi Clericus ordines Sacros tantùm ſuſcipiat, quià idem favor, qui debetur vitæ monachali, debetur etiàm vitæ clericali, ſi futura ſit perpetua, *Felin. in cap. in præſentia, num. 56. de Probat. Dec. conſ. 259. num. 5.*

30 Duodecimo. In omni actu, in quo perſona principaliter conſideratur, & bona acceſſoriè veniunt ad perſonam, Eccleſiaſtici gaudent privilegiis Eccleſiarum, *cap. fin. & ibi gloſ. de vit. & hon. Cler. Dec. in cap. Eccleſia S. Mariæ, num. 70. ubi etiam Felin. num. 10. de Conſtit.* undè ſicut non poſſunt collectari res Eccleſiæ, ità nec bona patrimonialia Clericorum, *Bart. in l. reſcripto, §. ſciendum, ff. de muner. & honor. Dec. in dict. cap. Eccleſia S. Mariæ num. 69. Abb. & alii in cap. fin. de vit. & honeſt. cleric. Archidiac. & alii in cap. 1. de immun. Eccleſ. in 6. Bald. in l. placet, C. de Sacroſ. Eccleſ. cum aliis relatis per Mart. de Juriſdict. par. 4. caſ. 49. num. 9. ubi de communi teſtatur.*

E contra verò in eo actu, in quo bona Clericorum principalitèr conſiderantur, & perſona venit acceſſoriè, Clerici non gaudent privilegiis Eccleſiarum; undè in præſcriptione, in qua principalitèr conſiderantur bona, Clerici quoad patrimonialia non gaudent privilegiis Eccleſiæ; nec habet locum in tali caſu præſcriptio quadragenaria, ſed ſolùm præſcriptio, quæ currit intèr privàtos, *gloſ. in cap. poſſeſſiones 16. quæſt. 3. Abb. in dict. cap. Eccleſia S. Mariæ, in 2. lect. num. 3. & in cap. 1. num. 3. de Conſuet. & in cap. ſi diligenti, num. 36. de Præſcript. & alii apud Mart. dict. par. 4. caſ. 49. num. 10. & ſeq.* exceptis bonis patrimonialibus, ad quorum titulum Clerici fuerunt ad Sacros ordines ordinati: hæc enim non præſcribuntur minori ſpatio, quàm 40. annorum, ſicut bona Eccleſiæ, *Navar. conſ. 5. de Immun. Eccleſ. Cened. quæſt. canon. 11. num. 9. & alii apud Ricc. in Prax. for. Eccleſ. par. 4. reſ. 91.*

31 Decimotertio. Licèt hæres ſimplicitèr adiens hæreditatem non confecto inventario, teneatur in ſolidum omnibus creditoribus hæreditariis, *l. fin. cum igitur, C. de Jur. delib. l. mere, ff. de acquir. hæred. l. quæ dotis, ff. ſol. matr. l. quid poterat, ff. ad Trebell.* tamèn hoc limitatur in Eccleſiis, vel monaſteriis, quæ ſi inventarium non fecerint, non tenentur in ſolidum, nec ultra vires hæreditatis; quemadmodùm nec tenetur fiſcus hæres, ſi inventarium non fecerit, *l. 1. §. 1. ff. de Jur. fiſc. Bart. in l. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ. Abb. in cap. Eccleſia S. Mariæ, in 1. lect. num. 13. de Conſtit. & in cap. 1. num. 4. de Teſtam. & in cap. 1. num. 13. de Reſtit. in integr. Cardinal. in cap. 1. de ſolut. Monticul. in tract. de Inventar. cap. 6. num. 11. & communem dicit Felin. in cap. de quarta, num. 7. de Præſcript.*

Secundo limitatur in Clericis, & cæteris Ec- 32
cleſiaſticis hæredibus inſtitutis, non conficientibus inventarium: nàm neque iſti de æquitate juris Canonici tenentur ultrà vires hæreditarias in ſolidum, ſed ſolùm de eo, quod verè in hæreditate reperitur, *Jo. Andr. in cap. quamquam, num. 9. de Uſur. in 6. Ang. in dict. l. fin. §. ſi verò, num. 2. C. de Jur. delib. Bald. in rubr. ff. de acquir. hæred.* Clerici enim non tenentur niſi in quantum facere poſſunt, cui privilegio renunciare nequeunt, *Abb. in cap. cum eſſet, num 28. de teſtam. & in cap. Odoardus, ubi alii Canoniſtæ de ſolut. Mattheſ. ſing. 61. latè Mart. de Juriſd.*
par. 4. caſ. 75. ſubdèns, quod quilibet hæres etiam 33
laicus non conficiens inventarium non tenetur ultrà vires hæreditarias in foro conſcientiæ, *vide Bart. in rubr. num. 3. ff. acquir. hæred. Bald. in l. fin. num. 6. C. de jur. delib. Abb. in cap. tua nos, de Uſur. Anton. de Butr. in cap. quià plerique, de Immun. Eccleſ. Jaſ. in rub. ff. de acquir. hæred.*

Decimoquarto. Non ſolum Epiſcopus, ſed 34
etiàm alii clerici tàm in Sacris conſtituti, quam in minoribus ordinibus, & prima tonſura, ſtatim eximuntur à patria poteſtate; & ideò poſſunt in judicio agere ſinè conſenſu Patris, *ut latè probat Mart.*
de Juriſdict. par. 4. caſ. 27. ubi etiam obſervat, quod 35
filius religionem ingreſſus, ſimilitèr liberatur a patria poteſtate: quemadmodùm Pater ipſe, qui religionem ingreditur, patriam poteſtatem amittit, *ex deductis per Bart. in l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel al. jur. Bald. in l. Deo nobis, §. hoc etiam, num. 4. C. de Epiſc. & Cler. Spec. in tit. de Actor. verſ. ſed cum clericorum bona, &c. Abb. in cap. officii, num. 22. de elect. Boer. deciſ. 121. num. 12. Cur. de Graſſ. de effect. cleric. eff. 60. num. 2.* ubi dicit, quod filiusfam. clericus ſinè auctoritate, & conſenſu Patris poteſt agere, & conveniri in cauſa beneficiali, vel ſpirituali, aut alio modo Eccleſiaſtica, *per tex. in cap. fin. de Jud. in 6.*

Notandum tamèn eſt, quod Pater uſumfru- 36
ctum ratione patriæ poteſtatis ſibi quæſitum in bonis adventitiis per filiumſam. antè Clericatum acquiſitis, non amittit per aſſumptionem ejuſdem filii ad clericatum, ſed illum retinet etiam poſt filii clericatum: eademque bona non efficiuntur quaſi caſtrenſia filio effecto Clerico, ſed adhùc remanent adventitia, etiàmſi filius ad Epiſcopatum aſſumatur; quià factum filii etiàm laudabile non debet juri Patris, quod antè acquiſiverat, præjudicare, *l. impuberi 41. ff. de Adminiſtrat. tut. latè Boſ. qui de communi teſtatur, in tract. de Patr. poteſt. cap. 5. nu. 176.*

Privilegium igitur reſtringitur quoad bona adventitia, quæ filiusfam. poſt clericatum quomodolibet obveniunt, & acquiruntur: hæc enim ſortiuntur naturam bonorum quaſi caſtrenſium, & ſic ſpectant ad filium ipſum Clericum etiam quoad uſumfructum, adminiſtrationem, & liberam diſpoſitionem, ſivè filiusfam. ſit ſacris ordinibus inſignitus, ſivè in minoribus, vel prima tonſura conſtitutus, *Iunct. Abb. & alii in cap. quià nos, de Teſtam.*

Paul.

Paul. de Caſtr. in dict. leg. Sacroſanctæ, C. de Epiſ. & cler. Menoch. remed. 4. adipiſcen. num. 282. *Ruian. conſ.* 16. *vol.* 4. etiàmſi non habeat requiſita Concilii Tridentini *ſeſs.* 23. *de ref. cap.* 6. *Car. de Graſs. de effect. clericat. eff.* 1. *num.* 77. *& alii, quos refert, & ſequitur Boſs. qui de magis communi teſtatur, in dict. tract. de Patr. poteſt. cap.* 5. *num.* 178. *& ſeq.* ubi etiàm obſervat, quod privilegium hoc Clericis conceſſum, differt à privilegio militum quoad bona caſtrènſia, quod pro ſolis bonis acquiſitis in caſtris, ſeu occaſione militiæ conceditur, non pro aliis, quæ ab eiſdem militibus comparantur, ut expreſsè habetur *in leg. caſtrenſe peculium, ff. de Caſtrenſ. pecul.*

Limitatur hæc concluſio in Clericis conjugatis: iſti enim non gaudent alio privilegio, niſi Canonis, & fori, *ut tradunt DD. apud Boſs. loco cit. dict. cap.* 5. *num.* 182.

Limitatur 2. in bonis profectitiis à filiofam. Clerico poſt clericatum ex ſubſtantia Patris, vel principaliter ejuſdem Patris contemplatione acquiſitis etiàm poſt clericatum hæc enim ſunt Patris quoad proprietatem, & quoad uſumfructum, *latè idem Boſs. dict. cap.* 5. *num.* 184.

37 Decimoquinto. Diſpoſita per jus civile in juramento in litem affectionis non habent locum contrà Clericum conventum in foro Eccleſiaſtico, quia hujuſmodi juramentum contra æquitatem, & ſummo juris civilis rigore inductum fuit, ideò non eſt obſervandum in foro eccleſiaſtico, excepto juramento in litem veritatis, quod defertur ſolùm in defectum difficilis probationis, *latè Mart. de Juriſd.*
38 *par.* 4. *caſ.* 66. juramentum in litem veritatis dicitur, cùm proſequimur illud ſolùm, quod nobis debetur: Juramentum in litem affectionis eſt, quando ultrà communem rei æſtimationem, ex proprio, & ſingulari affectu aliquid efflagitando juramus, *l. in actionibus, §. plane, l. ſi eneos, & l. videamus, ff. de in lit. jurand. l. ſi quando, C. Undè vi, l. fin. C. de Jur. dam. impetr. cap. fin. de His, quæ vi, metuſve cauſ. fiunt, Abb. conſ.* 109. *vol.* 2. *Thanuc. in tract. de in lit. jurand. caſ.* 2. *par.* 1.

39 Decimoſeſto. Non ſolùm minor, ſed etiàm Eccleſia, & Clericus poſſunt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ perpetuò, & omni tempore tàm in foro eccleſiaſtico, quàm ſeculari non obſtante juramento: non enim ligantur diſpoſitione *l. in contractibus, C. de non numer. pecun.* prohibentis, nè hujuſmodi exceptio poſt biennium proponatur, *ut latè probat Mart. de Juriſd. par.* 4. *caſ.* 31. *num.* 16. *& ſeq.* ubi dicit, quòd de jure Canonico
40 nullus præſcribit cum mala fide, *& caſ.* 161. ubi addit, quod hujuſmodi exceptio de æquitate Canonica ab aliis etiam ultrà biennium poteſt opponi, dummodò in ſe aſſumant onus probandi, pecuniam non fuiſſe numeratam, *ex trad. per Innoc. in cap. quià plerique, de Immun. Eccleſ. Angel. conſ.* 156. *Roman. conſ.* 45. *Bologn. in rubr. ff. ſi cert. pet. DD. in l. ſi ex cautione, C. de non numer. pecun. Imol. in cap. fin. num.* 52. *de ſolut. ubi de communi teſtatur, Grammat. conſ. civil.* 55. *num.* 2. *& ſeq.*

41 Decimoſettimo. Licèt diſpoſitio Matris relinquentis plus filiis ſecundi Matrimonii, quàm primi, nullo modo valeat, quia præſumitur facta contemplatione vitrici, & in fraudem, *l.* 3. *§. videamus, ff. de Donat. int. Vir. & Uxor. l. hac edictali, C. de Secun. nupt. Magon. deciſ.* 107. *Theſaur. deciſ.* 170. *Franch. deciſ.* 435. *& alii communiter*; valida tamen eſſet diſpoſitio Matris plus relinquentis filio Clerico ex ſecundo
42 Matrimonio: quia in tali caſu non quæritur uſusfructus patri, cum quilibet Clericus etiàm primæ tonſuræ ſtatim exeat de patria poteſtate, ut ſupra diximus, *latè Mart. de Juriſd. par.* 4. *caſ.* 181. ubi 43
quod valeret diſpoſitio inæqualis etiam in aliis caſibus, quando Mater facit actum, per quem uſusfructus non quæritur ſecundo viro, ut ſi iſte jàm deceſſerit, *vide Theſaur. dict. deciſ.* 170. *num.* 26. *Durand. de Arte teſtan. tit. de legat. caut.* 65. *Franc. Marc. deciſ.* 27. *par.* 2. *Bertrand. conſ.* 19. *num.* 4. *vol.* 3. *Paul. de Caſtr. conſ.* 150. *vol.* 2.

Deccimottavo. Clericus, qui auctoritate Ju- 44
dicis laici fuit immiſſus in poſſeſſionem ex cauſa fideicommiſſi, vel ex alia cauſa, non poteſt ſuper revocatione poſſeſſionis ampliùs conveniri coram eodem Judice laico ad inſtantiam ejus, qui intereſſe habet, ſed tantùm coràm Judice eccleſiaſtico: tùm quià Clericus, qui poſſidet, eſt reus, & ideò coram ſuo Judice conveniendus eſt, tùm etiam quià in tali caſu finitum eſt officium Judicis laici, & eſt quæſitum jus Clerico; & ideò non poteſt talis ſententia, ſeu decretum ab eodem Judice laico revocari, ut *latè probat Mart. de Juriſd. par.* 4. *caſ.* 159. *ubi contrariam ſententiam reiicit.*

Decimonono. Teſtamentum Clerici nullo 45
modo ſubiicitur ſtatutis, & legibus ſæcularium, etiamſi laicum inſtituerit hæredem, & ſuper ejus hæreditate orta ſit lis coram Judice ſæculari, *Imol. in cap. quod Clericis, de for. compet. & in cap. Eccleſia S. Mariæ, ubi etiam Anton. de Butr. de conſtit.* ratio eſt, quià hæreditas Clerici ipſum Clericum repræſentat, & bona per mortem non deſierunt eſſe ipſius Clerici; & ideò non ſubjiciuntur ſtatutis laicorum, *Riminald. ſen. conſ.* 268. *vol.* 2. *latè Mart. de Juriſd. par.* 4. *caſ.* 5. *num.* 14. *& ſeq.*

Ex quo infertur, quod ſi Clerico decedenti 46
ſuperſit Clericus, & fœmina in eodem gradu proximiores, non poterit Clericus ſuccedere excluſa fœmina vigore ſtatuti excludentis à ſucceſſione fœminas extantibus maſculis, ſed fœmina admitteretur ſimul cum Clerico; *Alberic. & Cyn. in l.* 2. *C. Quæ ſit long. conſuet. Cardinal. in cap. quod Clericis, de for. compet.*

Vigeſimo. Clerici in foro eccleſiaſtico poſſunt 47
negotia etiam ſæcularia patrocinari, *cap.* 2. *de Poſtul. cap. in noſtra, de Procurat. Jo. Andr. in cap.* 2. *Ne Cler. vel Monach. Marc. de Juriſd. par.* 4. *caſ.* 115. ſubdens, quod licèt Clerici prohibiti ſint in foro laicali ſæcularia patrocinia exercere, *per tex. in cap.* 1. *Ne Cler. vel Monach. cap. Clerici, & cap. cum Sacerdos, de Poſtul.* poſſunt tamen allegationes juris conficere, & conſilium petentibus dare, dummodò non compareant perſonalitèr in foro ſæculari; *vide Bart. in l.* 1. *§. poſtulare, ff. de Poſtul. & in l.* 1. *§. advocatos, ff. de var. & extraord. cognit. Dec. in l. fœminæ, num.* 10. *ff. de Reg. jur. Jaſ. in l.* 1. *ff. de Verbor. obligat.*

Vigeſimoprimo. Communis opinio Docto- 48
rum non eſt attendenda, quando altera contraria opinio favet Clericis, aut piæ cauſæ, vel juriſdictioni Eccleſiæ, *Felin. in cap.* 1. *num.* 54. *de Conſtit. Andr. Barbat. conſ.* 6. *num.* 2. *vol.* 1. *& conſ.* 40. *num.* 11. *vol.* 3. *Curt. jun. conſ.* 55. *num.* 25. *Dec. conſ.* 501. *Grammat. conſ. civil.* 50. *num.* 46. *& alii permulti, quos refert, & ſequitur Mart. de Juriſd. par.* 4. *caſ.* 164. *num.* 1. *& ſeq. ubi de magis communi teſtatur.*

Vigeſimoſecundo. Licèt venditor non tenea- 49
tur de evictione rei venditæ, quando èmptor litem ſibi motam eidem venditori minimè denunciavit, etiamſi venditor ſciverit, litem fuiſſe motam emptori ſuper eadem re vendita, *l.* 1. *C. de Per. & com. rei vend. l. emptor, C. de evict. cap. fin. de empt. & vend.* tamen clerici, qui emerunt nomine Eccleſiæ,

ſicut

Digitized by Google

ſicut & minores poſſunt agere de evictione contrà venditorem laicum, qui ſcivit, litem motam fuiſſe, etiamſi litem, in qua ſuccubuerunt, venditori non denunciaverint, *latè Covar. lib. 3. var. cap. 17. Fachin. Controv. lib. 2. cap. 37. & alii apud Mart. de juriſd. par. 4. caſ. 34. num. 7. ubi de communi teſtatur.*

50 Vigeſimotertio Clericus etiam primæ tonſuræ regulariter torqueri non poteſt, *Sal. in l. Presbyteri C. de Epiſc. & Cler. latè Boſſ. in tit. de Tortur. teſt. num. 6. & 7. Car. de Graſſ. de effect. Clericat. eff. 14. num. 1. & alii.*

Hæc tamen Concluſio limitatur, quando Clericus eſt valdè diffamatus de gravi delicto; tunc enim poteſt torqueri, dummodo ipſa diffamatio concludenter, & antè omnia probetur, & ultrà diffamationem alia concurrant inditia, quià fama, ſeu diffamatio ſola regularitèr non facit inditium ad torturam, *Crot. conſ. 33. num. 4. lib. 1. Acciat. in cap. perniciosam, num. 45. de offic. ordin. Farinac. in tr. crim. quæſt. 47. num. 3. & ſeq. Caball. in reſolut. crim. cent. 2. caſ. 200. num. 134. & alii apud Car. de Graſſ. d. eff. 14. num. 9. & ſeq.* ubi dicit, quod contra Clericum ad hunc effectum requiruntur multo majora, & urgentiora inditia, quàm contrà Laicum: *Farinac. in tract. crim. quæſt. 41. num. 9. Monald. conſ. 1. num. 78. lib. 1. Caſſan. ſuper Conſuet. Burg. rub. 1. §. 5. num. 7.* dicitur verò Clericus diffamatus de delicto ad hoc, ut poſſit torqueri, quando contrà eum concurrit aliqua probatio, quod ſimilia delicta patraverit, *Fel. in cap. veniens 1. num. 4. de Teſtam. Marſ. in pract. §. nunc videndum, num. 51. & in repet. rub. ff. de fidejuſſ. num. 148. Monald. conſ. 150. num. 7. & conſ. 1. num. 77. lib. 1. & conſ. 173. num. 15. lib. 2.* ſubdens, quod licèt mille inditia extarent, adhuc Clericus non poterit torqueri, niſi adſit etiam diffamatio: excepto crimine Aſſaſſinii, in quo procedi poteſt contrà Clericum ad torturam ex legitimis inditiis, etiamſi nondum fuerit diffamatus. *Decian. tract. crim. lib. ult. cap. 30. num. 36. Carol. de Graſſ. d. eff. 14. num. 4. & 6.*

Obſerva tamen, quod Clericus in iis caſibus, in quibus poteſt torqueri, non eſt torquendus ità ſeverè, & graviter, ſicut Laicus, tùm proptèr periculum excommunicationis, in quam incideret excedens modum torquendi, tùm etiam propter reverentiam debitam ordini Clericali, *Clar. dict. quæſt. 64. verſ. ſed an Clerici &c. in fin. ubi de communi teſtatur, Sbrozz. de Vicar. Epiſc. lib. 2. cap. 153. num. 8. & alii apud Carol. de Graſſ. d. eff. 14. num. 14. & ſequen.*

Obſerva ſecundo, quod Clericus pro teſtimonio ferendo nunquam torqueri debet, etiamſi ab aliis teſtibus vocatus ſit, vel vacillet, ſed loco torturæ mulctis pecuniariis juxtà locorum conſuetudinem plectendus eſt, *Boſſ. de tortur. teſt. num. 7. Carol. de Graſſ. d. eff. 14. num. 18. vide quæ ſcripſimus in tr. de Regim. Eccleſ. lib. 6. cap. 44. in fin.*

Obſerva tertio, quod Clericus abſens, etiamſi accuſatus, vel inquiſitus fuerit ex cauſa cujuſcunque criminis, pro quo eſſet torquendus, vel condemnandus pœna corporali, ſemper poterit ſe defendere per Procuratorem, *Cepoll. conſ. 72. per tot. in crimin. Socin. reg. 395. in 8. limit. Grat. conſ. 71. num. 1. & ſeq. lib. 2. Monald. conſ. 108. num. 7. lib. 2. & alii apud Carol. de Graſſ. eff. 59.* quidquid ſit in laico abſente, qui non admittitur per Procuratorem, ubi agitur de pœna corporali à relegatione ſuprà, *l. penult. §. ad crimen, ff. de publ. indic. cap. veniens, de Accuſat. vide Boſſ. in tit. An in criminal. judic. quis poſſit pro abſente interven. Farinac. in tract. crim. quæſt. 99. num. 1. & ſeq.*

Finis Libri Primi.

Digitized by Google

JOANNIS CAROLI ANTONELLI

SAC. THEOLOGIÆ, ET I. U. D.

VELITERNI,

AC EPISCOPI FERENTINI,

LIBER SECUNDUS DE ONERIBUS CLERICORUM.

Multis quidem Privilegiis Jus Canonicum Clericos munivit, ac ditavit, de quibus egimus in præcedenti libro; ſed non minora ſunt onera, quibus eoſdem obſtrinxit. Nos igitur in hoc libro de præcipuis Clericorum oneribus diſſeremus.

S V M M A R I V M.

1 *Clerici in ſacris conſtituti, aut in minoribus beneficia poſſidentes deferre debent tonſuram, & veſtes ſuo ordini congruentes.*

2 *Clerici prædicti tonſuram, & habitum non deferentes, qua pœna puniantur.*

3 *Clerici in minoribus conſtituti, qui beneficia non poſſident, ſi incedant ſine habitu, & tonſura, amittunt privilegium fori, etiam ſine ulla monitione, & quando hoc procedat.*

4 *In jure non eſt diffinitum, quæ veſtes ſint congruæ, & verè Clericales: & ideò in hoc attenditur conſuetudo regionis.*

5 *Clerici conjugati uti debent illis veſtibus, quibus Clerici conjugati ejuſdem regionis utuntur.*

6 *An Clericus teneatur deferre utramque veſtem talarem pallium ſcilicet, & togam, vel ſatis ſit, ut una ſit talaris.*

7 *Quid ſi Clerici percipiant penſiones ſummam ducatorum ſexaginta auri de Camera non excedentes.*

8 *Conſtitutio Sixti V. quatenùs beneficiis ipſo facto privat Clericos non deferentes veſtes talares, non eſt uſu recepta.*

9 *Quando Clericus non incedens in habitu, & tonſura excuſetur à prædictis pœnis.*

De habitu, & tonſura Clericali.

C A P. I.

PRÆCIPIT Sacra Tridentina Synodus, ut Clerici in Sacris conſtituti, aut etiam in minoribus beneficia poſſidentes tonſuram, & veſtes deferant ſuo ordini congruentes, & juxtà Epiſcopi ordinationem, & mandatum: aliàs poſt monitionem factam ab Epiſcopo etiam per edictum publicum ſuſpendi poſſunt ab ordinibus, ac officiis, & beneficiis, eorumque fructibus: & ſi ſemel correpti, denuò in hoc deliquerint, per privationem officiorum, coerceri poſſunt, & debent, *ut in ſeſſ. 14. de ref. cap. 6. & conſtitut. 92. Sixti V. incip. Cum Sacroſancta &c.* 1
ubi Clerici tàm in Sacris, quam in minoribus ordinibus conſtituti tonſuram, & veſtes talares non deferentes, beneficiis, ac penſionibus ipſo facto privati declarantur, *Henriq. lib. 13. cap. 39. num. 3.* 2
Regi-

Digitized by Google

Reginald. lib. 30. num. 10. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 2. alleg. 9. num. 11. & ſeq. Bonacin. de Sacram. diſp. 8. qu. un. punct. ult. nu. 3.

3 Clerici verò in minoribus conſtituti beneficia non poſſidentes non tenentur deferre habitum, & tonſuram, niſi velint privilegio fori gaudere, *ex Concilio Tridentino ſeſ. 23. de ref. cap. 6. ibi, niſi Clericalem habitum, & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſerviat &c.* unde ſi prædicta requiſita non ſervent, amittunt fori privilegium, etiamſi nulla præcedat Epiſcopi monitio, *ut cenſuit Sacra Congregatio teſte Proſp. de Auguſt. ad Quarant. in ver. habitus Clericalis, Bellett. Diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. de favor. Cleric. perſon. §. 8. num. 7. Barboſ. par. 2. alleg. 12. num. 22.* ubi dicunt, quod per dictionem, niſi, quæ excipit, cenſetur Concilium *loco cit.* derogaſſe juri communi requirenti trinam monitionem, *ut in cap. in audientia, de ſent. excom. cap. fin. de vit. & honeſt. Cleric.* quod intelligendum eſt, quando Clerici continuò incederent in habitu Laicali, itàut publicè exiſtimentur Laici, *Ricc. par. 4. deciſ. 154. Bonacin. de legib. diſp. 10. quæſt. 2. pun. 1. §. 4. num. 15. Squillan. de Privil. Cleric. cap. 7. num. 8. & ſeq. & de obligat. Cleric. par. 1. num. 123. vide Clar. in Pract. crim. lib. 5. §. fin. quæſt. 36. verſ. Hæc autem &c. Carol. de Graſ. de effect. Clericat. eff. 1. num. 85.* ubi ſubdit, quod ex dimiſſione habitus, & tonſuræ Clericus etiam conjugatus non amittit perpetuò privilegium Clericale, ſed ad tempus, hoc eſt dùm non defert habitum; quia ſi iterùm habitum clericalem reaſſumat, recuperat etiam privilegia clericalia, *ex traditis per gloſ. & DD. in cap. unico, de Cleric. conjugat. in 6.*

4 Obſerva tamen, quod in jure non eſt diffinitum, quæ veſtes ſint congruæ, & verè Clericales, niſi quod nimia brevitas, & nimia longitudo reprobatur *in cap. Clerici, de vit. & honeſt. Cleric.* undè in hoc ſtatur conſuetudini, & uſui uniuſcujuſque regionis, *gloſ. in cap. penult. eod. tit. de vit. & honeſt. Cleric. Covar. pract. quæſt. cap. 31. num. 7. verſ. Quarto &c. Sperell. deciſ. 17. num. 44. & deciſ. 66. num. 8. Rol. conſ. 4. num. 27. lib. 1. Farinacc. in Prax. crim. quæſt. 8. num. 69. latè Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 2. alleg. 9. num. 2. Jordan. de Re beneſ. lib. 10. tit. 37. nu. 4. Proſp. de Auguſtin. in addit. ad Quaran. in ver. habitus Clericalis, verſ. Dubium tamen &c.* ubi dicit, quod dicta Conſtitutio Sixti V. quoad hoc nil aliud providit, niſi, quod veſtes ſint talares; cæterum circà ipſarum veſtium clericalium qualitatem neque per dictam Conſtitutionem, neque per alia jura canonica aliquid in ſpecie præfinitum, ſeu cautum reperitur, ex communi tamen uſu color niger videtur ubique receptus, *ut d. Jordan. loco cit. num. 16. Garc. de Beneſ. par. 7. cap. 1. num. 21.*

5 Obſerva ſecundo, quod Clerici conjugati uti debent illis veſtibus, quibus Clerici conjugati ejuſdem regionis utuntur: non enim tenentur eas veſtes deferre, quas deferre ſolent Clerici in ſacris, vel Beneficiarii, vel aliàs ſoluti, *Barboſ. d. part. 2. alleg. 9. num. 3. Jordan. d. lib. 10. tit. 37. num. 17.*

6 Obſerva tertio, quod ad evitandas pœnas dictæ Conſtitutionis Sixti V. non requiritur, ut omnes veſtes ſint talares, pallium ſcilicet, & toga, ſed ſufficit, quod pallium ſit talare, toga verò tegat genua, *ſecundum Jacob. de Graff. in deciſ. aur. par. 1. lib. 3. cap. 3. num. 3. Petr. de Ledeſm. in Summ. par. 2. tract. 7. cap. 2. Novar. de Novo jur. Pontif. concl. 117. num. 6. Dian. par. 4. tract. 1. reſol. 91. Garc. de beneſ. par. 7. cap. 1. num. 20. & ſeq.* ubi dicit, quod non eſt neceſſe deferre duas veſtes longas, ſed unam, etiamſi non ſit omninò talaris; ſufficit enim quod ſit quaſi talaris juxtà rationabilem menſuram, conſuetudinem loci, & honeſtatem Clericorum, *vide Barboſ. loco cit. par. 2. alleg. 9. num. 15.*

Obſerva quarto, quod pœnis d. Conſtitutio- 7
nis non ſubjacent Clerici, qui penſiones ſummam
ducatorum ſexaginta auri de Camera non exce-
dentes percipiunt, *ut declaravit idem Sixtus V. in ea-* 8
dem Conſtitutione, §. 5. immò dicta Conſtitutio non
videtur uſu recepta quoad hoc, ut Clerici ſivè in
ſacris, ſivè in minoribus ordinibus conſtituti non
deferentes veſtes talares, beneficiis privati ſint ipſo
facto, *ut teſtatur Garc. de beneſ. par. 7. cap. 1. num. 23.*
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 440. lib. 3. præſertim ſi ex
cauſa evitandi alicujus periculi, aut ex cauſa infir- 9
mitatis, vel paupertatis, aut ratione itineris, vel
peregrinationis, aut ex alia juſta cauſa veſtes tala-
res deferre non valeant, *Ricc. in deciſ. Cur. Archiep.*
Neapol. deciſ. 129. Ugolin. de pot. Epiſc. cap. 12. num. 3.
Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. Bellett. Diſquiſ.
Cleric. par. 1. tit. de Diſciplin. Cleric. §. 16. num. 14. &
ſeq. Car. de Graſ. de effect. Cleric. eff. 1. num. 1174. &
ſequen.

S U M M A R I U M.

1 *Qui beneficium curatum adeptus fuit, infra annum tenetur Sacerdotium ſuſcipere, alioquin elapſo anno eſt ipſo jure privatus tali beneficio:* limitatur num. 10.

2 *Privatio hujuſmodi obligat in conſcientia antè Judicis ſententiam.*

3 *Canonici, & alii obtinentes præbendas, vel portiones quibus ordo Sacer eſt annexus, tenentur infrà annum ordinem ſuſcipere requiſitum.*

4 *Quid ſi ordinem requiſitum infrà annum non ſuſceperint*, & num. 11. & 12.

5 *Qui beneficium recepit ſinè animo ſuſcipiendi Sacerdotium, vel alium ordinem Sacrum ei annexum, tenetur reſtituere omnes fructus perceptos etiam intrà annum:* limitatur ibidem.

6 *Quid ſi à principio habuit animum aſſumendi ordinem Sacrum beneficio annexum, ſed deinde mutavit voluntatem.*

7 *Et quid ſi beneficium recipiat animo dubio ſuſcipiendi ordinem Sacrum, vel cum propoſito conditionali illum aſſumendi, niſi aliud beneficium conveniens ei ſibi offeratur.*

8 *Conditionalis intentio eſt vera intentio.*

9 *Conditionalis diſpoſitio eſt vera diſpoſitio.*

10 *Quando Parochus, qui intra annum non aſſumpſit Sacerdotium, excuſetur à pæna privationis ipſo jure.*

11 *Canonici, & dignitates negligentes intrà annum ſuſcipere debitum ordinem, privantur voce activa, non autem paſſiva.*

12 *Privatus diſtributionibus, non cenſetur privatus diſtributionibus extraordinariis, ſed tantùm illis, quæ propriè, & ſtrictè diſtributiones quotidianæ dicuntur.*

13 *Clerici ad Sacros ordines promoveri non poſſunt, niſi conſtet, eos beneficium, vel patrimonium ad victum ſufficiens poſſidere.*

De

De iis, qui tenentur Sacros Ordines ſuſcipere.

C A P. II.

DIco primò quod is, qui beneficium curatum
1 adeptus fuit, tenetur infra Annum à die
pacificæ poſſeſſionis numerandum, Sacer-
dotium ſuſcipere: alioquin elapſo Anno eſt ipſo
jure privatus beneficio parochiali, nec facit fru-
ctus ſuos, niſi juſto impedimento fuerit detentus,
cap. licet canon. & cap. commiſſa, de elect. in 6. clem. ut
ii. qui, de ætat. & qual. Concil. Trident. ſeſſ. 22. de ref.
cap. 4. Rebuff. in Prax. tit. de non promot. intrà Ann.
num. 1. Pariſ. de Reſign. benef. lib. 3. quæſt. 2. de Beneſ.
2 par. 3. cap. 4. num. 5. ubi dicit, quod hujuſmodi
privatio obligat in conſcientia ante Judicis Sen-
tentiam, Navar. in man. cap. 25. num. 117. Reginald.
lib. 13. num. 281. Salas, diſp. 15. ſect. 2. num. 31. Ba-
nacin. de Legib. in gener. diſp. 1. quæſt. 1. pun. 7. §. 2
num. 17. Squillan. de Obligat Cleric. par. 1. num. 102.
Dico Secundo, quod illi, qui Dignitates,
3 Perſonatus, Officia, Præbendas, portiones, &
quælibet alia beneficia in Eccleſiis Cathedralibus,
vel Collegiatis obtinent, quibus ordo Sacer eſt
annexus, tenentur, juſto impedimento ceſſante,
infrà Annum ordines ſuſcipere requiſitos, juxtà
Tridentinum dict. ſeſſ. 22. cap. 4. & ſeſſ. 24. de ref. cap.
12. non tamèn incurrunt privationem ipſo jure,
4 ſi infra Annum ordines non ſuſceperint, quia tex-
tus in dict. cap. licet canon; de elect. in 6. ſolum pro-
cedit in parochialibus, ut dicit gloſ. ibidem, & in cap.
Statutum, eod. tit. Rebuff. loco cit. num. 28. Jacob. de
Graff. in deciſ. aur. caſ. conſcien. cap. 97. num. 47. poſ-
ſunt tamèn privari poſt monitionem, & interim
non habent vocem in Capitulo, etiamſi hoc ſibi
ab aliis liberè fuerit conceſſum, & eo ipſo ammit-
tunt dimidiam partem diſtributionum, dict. Clem.
ut ii, qui §. illi verò, ubi gloſ. & DD. de ætat. &
qual. Concil. Tridentin. dict. ſeſſ. 22. de ref. cap. 4. &
declaravit Sac. Congregatio teſte Garc. de Beneſ. par. 3.
cap. 4. num. 12. Monet. de Diſtribut. quotid. part. 1.
quæſt. 19. à num. 6. Squillan. dict. par. 1. num. 103.
ubi dicit, quod decretum Concilii loco cit. com-
prehendit omnia beneficia, quæ ordinem requi-
runt, prout declaravit Sacra Congregatio apud eumdem
Garc. dict. par. 3. cap. 4. n. 13. vide Jordan. de Re Beneſ.
lib. 10. tit. 38. num. 3. 14. & ſeq.
Notandum tamèn eſt, quod is, qui benefi-
5 cium curatum obtinuit, in nonnullis caſibus
etiam ante elapſum Annum, non facit fructus
ſuos; & ideò ad reſtitutionem tenetur in con-
ſcientia non expectata Judicis Sententia; primus
eſt, quando Clericus recepit beneficium curatum
ſine animo ſuſcipiendi Sacerdotium: hoc enim
caſu tenetur reſtituere omnes fructus perceptos
etiam intrà Annum, niſi voluntatem mutaverit,
& Sacerdotium intrà Annum ſuſcipiat, cap. com-
miſſa §. cæterum, de elect. in 6. cujus textus diſpoſitio
procedit etiam in accipiente aliud beneficium ſine
animo aſſumendi Sacerdotium, vel alios Sacros
ordines beneficio annexos, veluti Dignitatem,
Canonicarum &c. quia ratio expreſſa in dict. §.
cæterorum ibi, cum eos receperis fraudulentèr, mili-
tat etiam in hoc caſu, & quando ratio eſt expreſ-
ſa in Lege etiam pœnali, fit extenſio ad alios
caſus, in quibus vigèt eadem ratio, l. cum mulier.
2. ubi Alex. ff. ſolut. matrim. vide Garc. de Beneſ. par. 3.
cap. 4. num. 37. & 51. ubi dicit, quod per ſolam
animi mutationem intrà Annum, abſque actuali
promotionè, non lucratur fructus decurſos tem-
pore quo habuit animum non ſuſcipiendi Sacerdo-
tium, Leſſ. de Juſt. lib. 2. cap. 34. dub. 26. num. 133.
Lud. Lopez. 1. par. inſtruct. cap. 255. Squillan. de obli-
gat. Cleric. par. 1. num. 105. & ſeq.
Secundus caſus eſt, quando Clericus reci- 6
piens beneficium curatum habuit quidem à prin-
cipio animum aſſumendi Sacerdotium intra An
num, ſed deinde mutavit voluntatem, nec pro-
moveri amplius intendit: tunc enim licèt non
teneatur reſtituere fructus perceptos tempore quo
voluntatem habuit ſuſcipiendi Sacerdotium, te-
netur tamen reſtituere fructus percèptos à tempo-
re, quo voluntatem mutavit, gloſ. in dict. cap. com-
miſſa, Sot. lib. 10. de Juſt. quæſt. 5. art. 6. concl. 1.
Gutier. lib. 2. quæſt. canon. cap. 5. num. 23. Tolet. in
Sum. lib 4. cap. 18. num. 4. Graff. par. 1. deciſ. lib. 2.
cap. 97. num. 54. Squillan. de obligat. Cleric. par. 1. nu.
105. & hanc veriorem dicit Garc. de Beneſ. 3. par. cap. 4.
num. 55. ratio eſt, quia in tali caſu cum fraude re-
tinet beneficium ad effectum lucrandi fructus re-
ſidui temporis; quamvis contrarium ſentiant Na-
var. in man. cap. 25. 118. verſ. Decimo &c. Leſſ. lib. 2.
cap. 34. num. 134. & alii.
Tertius caſus eſt, quando quis recipit bene- 7
ficium curatum animo dubio ſuſcipiendi Sacerdo-
tium intra tempus ſtatutum, aut cum propoſito
conditionali illud aſſumendi, niſi aliud beneficium
convenientius ſibi offeratur: nam etiam in tali ca-
ſu tenetur reſtituere fructus intra Annum perce-
ptos, quia videtur fraudolentèr beneficium reci-
pere, ſecundum Sot. lib. 10. de Juſtit. quæſt. 5. art. 6.
Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 45. num. 10. Gutier. canon.
quæſt. lib. 2. cap. 5. num. 22. Azor. 2. par. lib. 6. cap.
9. quæſt. 3. contrarium tamen tenet Navar. in man.
cap. 25. num. 118. & conſ. 17. de Cleric. non reſid. quià
textus in dict. §. cæterum loquitur de eo, qui acci-
pit beneficium. fraudulentèr, ut illius Anni dati
ad ſuſcipiendum Sacerdotium, fructus lucretur:
hoc autem non videtur verificari in aſſumente be-
neficium curatum animo dubio, aut conditionalis
qui re vera non committit fraudem, & ideo ceſſat
ratio dicti textus, & ità ſenſerunt etiam Graff. in dec.
aur. caſ. conſcien. 1. par. lib. 2. cap. 97. num. 55. Leſſ. de
Juſt. lib. 2. cap. 34. num. 131. & 133. Garc. de Beneſ.
par. 3. cap. 4. num. 48. & hæc eſt probabilior opinio teſte 8
Squillan. de obligat. Cleric. par. 1. num. 107. & ſeq. ubi
dicit, quod conditionalis intentio eſt vera inten- 9
tio, ſicut conditionalis diſpoſitio eſt vera diſpoſi-
tio, licet non tanti effectus, ſicut ſimplex §. omnis
inſtit. de Verb. oblig. cap. ſi pro te. de Reſcript. in 6.
Notandum Secundo, quod pœna privationis 10
ipſo jure non habet locum in Parocho, qui non
fuit promotus proptèr irregularitatem ſuperve-
nientem etiam ſua culpa, aut propter alium defe-
ctum, ſi intrà Annum comparuit, & petiit, ſe
promoveri, offerens ſe paratum ſuſcipere Sacer-
dotium; poteſt tamen in tali caſu privari, ut ſenſit
Garc. de Beneſ. par. 3. cap. 4. num. 6. & ſeq.
Notandum Tertio, quod ſi Parochus certo
morbo laboret, itaut ad functiones Sacerdotales,
& res Divinas per ſe obeundas non ſit idoneus,
non tenetur durante eo morbo Sacerdotium ſu-
ſcipere, ut cenſuit Sac. Congregatio teſte Garc. dict. par.
3. cap. 4. num. 9.
Notandum Quarto, quod privatio vocis in
capitulo, in quam incurrunt Dignitates, & Ca- 11
nonici Eccleſiarum Cathedralium negligentes

P in-

intra Annum ſuſcipere debitum ordinem, intelli-
genda videtur de voce activa, quæ ſimpliciter, &
abſolute vox dicitur, non autem de voce paſſiva;
*Garc. dict. par. 3. cap. 4. num. 15. verſ. illa autem priva-
tio, &c.* quamvis contrarium teneat *Lep. de Juſt
& Jur. lib. 2. cap. 34. num. 105.*

12 Notandum Quinto, quod diſpoſitio *dict. Clem.
ut ii, qui, §. ubi verò, de ætat. & qualit.* per quam
dimidia parte diſtributionum privantur Dignita-
tes, & Canonici, ut ſupra, intelligenda eſt de
diſtributionibus quotidianis propriè dictis, quæ
videlicet dantur illis, qui horis, ſeu officiis or-
dinariis interſunt; non autèm de extraordinariis
diſtributionibus, quæ dantur pro funeribus, ſeu
anniverſariis defunctorum, & aliis hujuſmodi, quæ
largè, & generalitèr diſtributiones dicuntur, *Monet.
par. 1. quæſt. 3. nu. 12. & par. 2. quæſt. 14. n. 22. Garc.
dict. par. 3. cap. 4. num. 15. verſ. illa autem privatio, &c.*

Notandum Sexto. Quod alii Clerici ad Sa-
13 cros ordines promoveri non poſſunt, niſi priùs le-
gitimè conſtet, eos beneficium Eccleſiaſticum, vel
ſaltem patrimonium, quod ſibi ad victum honeſtè
ſufficiat, pacificè poſſidere, *juxtà Concilium Tridenti-
num ſeſſ. 21. de ref. cap. 2.* quodnam verò dicatur be-
neficium, ſeu patrimonium ſufficiens, non eſt a ju-
re definitum; & ideò relinquitur Epiſcopi arbitrio,
qui in hoc attendere debet conſuetudinem regio-
nis, & communem Clericorum conditionem, ità ut
non cogantur mendicare, non autem particularem
ſingulorum conditionem v. g. nobilitatem, docto-
ratum, & ſimilia, *Jordan. in tract. de Re Sac. lib. 3.
tit. 6. de Sacramento ordin. num. 295. & ſeq. Garc. de
Beneſ. par. 2. cap. 5. num. 77. & ſeq.* ubi etiam obſervat,
quod habens patrimonium ſufficiens poteſt promo-
veri ad Sacros ordines, etiamſi expreſſe non aſſi-
gnetur ſibi patrimonium in titulum, nec dicatur
ad titulum patrimonii; ſed ſatis eſt, quod illud ha-
beat, & ſuccedit loco tituli, *ex trad. per gl. in cap.
ſi Epiſcopus, ver. titulum, de Præb. in 6. Abb. in cap.
tuis, num. 3. de Præb. Gambar. de offic. Legat. lib. 6.
num. 137.* conſequentèr is, qui ità ad Sacros ordines
promotus fuit, patrimonium hujuſmodi alienare nõ
poteſt ſinè licentia Epiſcopi, donec beneficium Ec-
cleſiaſticũ ſufficiens ſit adeptus, vel aliundè habeat
undè vivere poſſit, *ut præſcribitur in Conc. Trid. loc. cit.*

An verò valeat alienatio, ſeu renunciatio pa-
trimonii facta ſine licentia Epiſcopi, ſi tunc alie-
nans habeat beneficium ſufficiens, ſeu alia bona,
undè commodè vivere poſſit? Affirmant *Azor. inſtit.
moral. par. 2. lib. 1. cap. 4. quæſt. 3. Molſeſ. in Sum.
tract. 2. cap. 18. Cevall. quæſt. 527. num. 8. & quæſt. 561.
à num. 22. Gratian. Diſcept. forenſ. cap. 159. num. 14.
Valenzuel. conſ. 32. num. 21. & ſeq. tom. 1. Garc. loco cit.
d. cap. 5. num. 186.* contrarium tamen ſequuntur *Ce-
ned. pract. & canon. quæſt. lib. 1. quæſt. 11. num. 9. Bur-
ſat. conſ. 178. num. 55. lib. 2. & alii apud Barboſ. de offic.
& poteſt. Epiſcop. par. 2. alleg. 19. num. 90.* quorum
ſententia videtur verior, & magis conformis menti
Concilii Tridentini *loco cit.* ad Epiſcopum enim
ſpectat cognoſcere, an talis ordinatus beneficium
ſufficiens adeptus fuerit, vel aliunde habeat, unde
vivere poſſit; & ideò alienantem ſinè licentia poſſe
puniri arbitrio ejuſdem Epiſcopi, ſenſerunt *Ferr.
qq. moral. par. 2. quæſt. 32. num. 4. & 6. Vulp. in Prax.
judic. cap. 6. num. 6.*

S V M M A R I V M.

1 *Qui ſacros ordines ſuſcepit, tacitè emittit votum ſo-
lemne caſtitatis, & tenetur ad illam ſervandam:*
limitatur num. 10. & ſeq.

2 *Votum caſtitatis ex inſtitutione Eccleſiæ annexum eſt
Sacris ordinibus.*

3 *Qui vult ſtatum aliquem, cenſetur velle etiam onera
illi ſtatui annexa.*

4 *Matrimonium poſt Sacros Ordines contractum, eſt in-
validum.*

5 *An ſuſcipiens Sacros Ordines cum intentione poſitiva
non vovendi, teneatur ſervare caſtitatem.*

6 *Eccleſia poteſt aſtringere ſponte ordinatos ad onera or-
dinibus annexa.*

7 *Leges ſemel legitimè promulgatæ ligant omnes etiam
invitos.*

8 *Qui cum animo non vovendi continentiam, ſuſcipit Sa-
cros ordines, peccat mortaliter.*

9 *Clericus in Sacris conſtitutus, ſi de facto matrimonium
contrahit, eſt ipſo jure excommunicatus, fit irre-
gularis, & eſt de hæreſi ſuſpectus.*

10 *Non tenetur ad ſervandam continentiam is, qui inva-
lidè Sacros ordines ſuſcepit.*

11 *Item non tenetur qui ordinatus fuit per vim, aut me-
tum cadentem in conſtantem Virum, niſi poſteà rati-
ficet verbo, vel facto.*

12 *Clerici Græci non poſſunt matrimonium contrahere poſt
Sacrum Subdiaconatus ordinem: poſſunt tamen uti
matrimonio anteà contracto.*

23 *An, & quando teneatur ad ſervandam caſtitatem is,
qui Sacros ordines ſuſcepit antè uſum rationis, vel
antè pubertatem.*

14 *Hodie votum ſolemne caſtitatis, ſivè expreſſè emiſſum
in profeſſione, ſivè tacitè in ſuſceptione ordinis Sa-
cri, non valet, ſi fiat antè 16. Annum expletum.*

15 *An, & quando profeſſi antè 16. Annum, poſſint reſilire.*

An Clerici in Sacris conſtituti voto ſo-lemni caſtitatis ſint obſtricti.

C A P. III.

REſp. affirmativè: hoc enim tacitè emittunt 1
per ſuſceptionem Sacrorum ordinum, qui-
bus ex inſtitutione Eccleſiæ annexum eſt 2
caſtitatis votum; & ideò qui ordines Sacros ſuſci-
pit: etiamſi neſciat, illis annexum eſſe votum Ca-
ſtitatis, adhuc ligatur hujuſmodi voto; nam qui 3
vult ſtatum aliquem, cenſetur velle etiam onera
illi ſtatui annexa, *Concil. Trident. ſeſ. 24. can. 9.* ubi 4
definitum eſt, matrimonium poſt Sacros ordines
contractum, eſſe invalidum, *S. Thom. 2. 2. quæſt. 88.
art. 7. Layman. in Theol. moral. lib. 5. tract. 9. cap. 11.
num. 1. Navar. in man. cap. 12. num. 32. Tolet. lib. 4.
cap. 18. Emmanuel Sà in ver. ordo, num. 28. & alii apud
Bonacin. de Sacram. diſp. 8. quæſt. un. punct. ult. num. 8.
& de matrim. quæſt. 3. punct. 10. num. 11.* ubi dicit, 5
quod ſuſcipiens Sacros ordines cum intentione poſi-
tiva non vovendi, licèt non teneatur in tali caſu
ratione voti præcisè ad ſervandam caſtitatem, tene-
tur tamen ratione præcepti Eccleſiaſtici: poteſt enim
Eccleſia aſtringere ſponte ordinatos, ſivè velint, ſivè 6
nolint ad onera ordinibus annexa: ſicut quantumvis
ignorent, tenentur officium recitare, & alias leges 7
obſervare: quia leges ſemel legitimè promulgatæ
ligant omnes etiam invitos, *Sanch. de Matrim. tom. 1.
lib. 7. diſp. 27. num. 11. & ſeq.* ſubdens, quod is, qui 8
cum tali animo non vovendi continentiam Sacros
ordines ſuſcipit, peccaret mortaliter, quia in re
graviſſima contravenit Statuto Eccleſiæ, & ità ſen-
ſerunt *Sylv. in ver. Matrimonium 8. quæſt. 12. & alii
apud Squillant. de obligat. cleric. par. 1. num. 79. Candid.* 9
tom.

Digitized by Google

tom.2.diſquiſit.28. de Matrim. art.4. dubit. 4. ubi addit,
quod Clericus in Sacris conſtitutus, ſi de facto
Matrimonium coutrahit, eſt ipſo jure excommu-
nicatus, & fit irregularis, & uti de hæreſi ſuſpectus
punitur in Tribunali S. Officii, *vide text. in cap. quot-
quot, 27. quæſt. 1. Sot. in 4. diſt. 27. quæſt. 3. art. 1.
concl. 2. Sayr. lib. 5. de Ceaſ. cap. 4. num. 23. Theſaur.*
10 *de Trib. voc. lib. 7. de vot. caſtitat. quæſt. 33.*

Limita primò, quando quis invalidè ad Sacros
ordines promotus fuit deficiente aliquo ſubſtantia-
litèr requiſito: tunc enim non ligatur voto caſtita-
tis, *latè Sanch. de Matrim. lib. 7. diſp. 27. num. 13.* ubi
11 dicit, quod in tali caſu ad nihil prorsus obligatur.

Limita 2. in eo, qui per vim, aut metum ca-
dentem in couſtautem virum promovetur ad hu-
juſmodi ordines, quià ſicut irritum eſt votum ex-
preſſum in tali caſu emiſſum ex defectu liberæ vo-
luntatis, quæ ad illud requiritur, ità irritum etiam
erit, ſi tacitè emittatur, *cap. perlatam, & cap. cum
dilectus, de iis, quæ vi &c. Emmanuel Sa in ver. ordo,
num. 24. Azor. Inſtit. moral. lib. 13. cap. 14. quæſt. 8.
Henriq. lib. 10. de Sacram. ordin. cap. 14. num. 3. & alii
apud Squillant. loco cit. dict. par. 1. num. 8. & ſeq.* ubi ta-
men ſubditu, quod ſi talis Clericis poſtea ratificet
verbo, vel facto, ordines ſic ſuſceptos ſcientèr
exercendo ſine aliqua coactione, ex eo tempore te-
nebitur ſe continere, ac ſi ſpontè ad dictos ordines
12 fuiſſet promotus.

Limita 3. in Clericis Græcis, qui etſi nequeunt
matrimonium contrahere poſt Sacrum Subdiaco-
natus ordinem, *cap. ſi quis eorum, d. 22.* poſſunt ta-
men matrimonio uti, quod anteà contraxerunt,
*Azor. loco cit. cap. 12. quæſt. 5. Tancred. de matrim. tom. 2.
lib. 7. diſput. 28. n. 1. & ſeq.* ubi dicit, quod in uſu con-
jugii non peccant, quia cum lex cælibatus ſit eccle-
ſiaſtica, non fuit à Græcis acceptata, niſi hoc modo.

14 Limita 4. in eo, qui antè uſum rationis fuit
Sacro ordine initiatus: tunc enim, licet caracterem
receperit, non tamen aſtringitur ad caſtitatem ſer-
vandam, ſed poteſt, ſi ordine uti noluerit, ad
nuptias tranſire: cum in tali caſu nulla prorſus fue-
rit voluntas; niſi poſt legitimam ætatem ratificet
verbo, vel facto exercendo ſcientèr actum illius
ordinis, ut ſupra diximus, *Abb. & alii in cap. 1. de
Cleric. per ſaltum promot. Dian. in Pract. can. cap. 16.
num. 4. in nov. edition. Azor. inſtit. moral. lib. 13. cap. 14.
quæſt. 9.* Idem dicendum de promoto ad Sacros ordi-
nes poſt uſum rationis, ſed antè pubertatem: quià
nec in tali caſu teneretur ad continentiam ſervan-
dam, niſi ſequuta ratificatione poſt pubertatem;
ratio eſt, quia ſicut votum expreſſum ſolemne, ſi
fuerit emiſſum in approbata Religione antè puber-
tatem, non obligat, niſi poſt pubertatem ratifice-
tur: *cap. 1. & cap. illud, 20. quæſt. 1. cap. ad noſtram,
de Regular.* ità nec obligabit votum tacitum ſolem-
ne in ſuſceptione Sacri ordinis emiſſum, niſi ratifi-
cetur ſimiliter poſt pubertatem, *Innoc. in cap. vel non
eſt compos, num. 1. de Temp. ordin. Joan. Andr. in cap. un.
num. 5. de Cleric. per ſalt. promot. Dian. in Pract. canon.
cap. 26. num. 4. in nova edit. Majol. lib. 1. de Irregul. cap.
30. num. 6. & alii, quos refert, & ſequitur Sanch. de
matrim. lib. 7. diſput. 30. num. 8. & ſeq.* ubi etiam ob-
14 ſervat, quod hodie, cum votum expreſſum ſolem-
ne profeſſionis non valeat, ſi fiat antè decimum ſex-
tum Annum expletum, quià hic Annus pubertati,
quæ olim ad profeſſionem deſiderabatur, ſucceſſit
ex novo Jure *Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. de Regular. cap.
15.* ità nec valet votum ſolemne tacitè emiſſum ab
eo, qui Sacros ordines ſuſcipit, niſi 16. Annum
expleverit, cum militet eadem ratio in utroque ca-
ſu, *Squillant. de obligat. Cleric. dict. par. 1. num. 83.*
ubi dicit, quodſi Clericus in tali caſu noluerit in
ordine perſeverare, Matrimonium contrahere po-
terit, quià ad nullam continentiæ legem obligatur.

Notandum eſt autem, quod conceditur tri- 15
duum poſt pubertatem, & hodie poſt 16. Annum
profeſſis antè dictum tempus, ut niſi contradixe-
rint intra id ſpatium, ſed habitum profeſſorum de-
tulerint, non poſſunt deinceps retrocedere, *cap. ad
noſtram, de Regular. Sanch. loco cit. dict. lib. 7. diſp. 30.
num. 10.*

S V M M A R I V M.

1 *An, & quando exempti ad Synodum Diœceſanam ac-
cedere debeant.*
2 *Ad Synodum accedere debeat Sacerdotes etiam regula-
res, qui curam Animarum exercent.*
3 *Alii regulares, quorum Eccleſiis cura Animarum eſt
annexa, non teneatur ad Synodum accedere.*
4 *Quid ſi in Synodo ageretur de rebus gravibus ad ipſos
quoque regulares pertinentibus.*
5 *Rectores parochialium nullius Diœceſis teneatur acce-
dere ad Synodum Epiſcopi, à quo poſſunt viſitari.*
6 *Ad Synodum teneantur accedere Abbates etiam exempti,
qui per ſe, vel per Cappellanos ad nutum amovibiles
curam Animarum exercent:* limitatur nu. ſeq.
7 *Quid ſi curam exerceant per Vicarium perpetuum.*
8 *Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ acce-
dere debet ad Synodum per Nuntios, ſeu aliquos
deputatos ex gremio Capituli, ſi extrà Civitatem,
vel Oppidum Collegiatæ Synodus celebretur.*
9 *Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, ac etiam Capitulum
Collegiatæ ſi quaſi Epiſcopalem juriſdictionem ha-
beant, de neceſſitate invitari debent,* declaratur
num. 10. & ſeq.
10 *Ad Synodum provincialem particulariter ſolent invi-
tari, qui de jure, aut conſuetudine intereſſe debent.*
11 *In Synodo Diœceſana ſufficit vocatio per edictum gene-
rale.*
12 *Ad Synodum accedere debent alii Prælati ſeculares,
qui ſpecialitèr non ſunt exempti, etiamſi juriſdi-
ctionem exerceant.*
13 *A ſententia dictorum Prælatorum ad Epiſcopum ap-
pellatur.*
14 *Prælati ſtrictè, & propriè dicuntur, qui contentioſam
habent juriſdictionem.*
15 *Clerici habentes beneficia etiam ſimplicia, tenentur ad
Synodum accedere.*
16 *An alii Clerici beneficia non poſſidentes teneantur ac-
cedere ad Synodum.*
17 *Pro decretis in Synodo evulgandis requirendum eſt con-
ſilium Capituli Cathedralis:* limitatur ibidem.
18 *An ii, qui tenentur Synodo intereſſe, poſſint mittere
procuratorem.*

An Clerici ad Diœceſanam Synodum accedere debeant.

C A P. IV.

Reſp. quod accedere debent etiam exempti, 1
qui alias ceſſante exemptione intereſſe de-
berent, nec Capitulis generalibus ſubdun-
tur; ratione tamen Parochialium, aut aliarum ſæ-
cularium Eccleſiarum etiam annexarum, debent
ii, qui earum curam gerunt, quicunque illi ſint,
Synodo intereſſe, *ex Concil. Tridentino ſeſſ. 24. de ref.
cap. 2.*

2 Ex quo inſertur 1. quod ad Synodum tenentur
accedere Sacerdotes, qui curam animarum exer-
cent, ſivè ſint Sacerdotes Sæculares, ſivè Monachi,
vel regulares, etiam præſentati per exemptos, *Azor.
inſtit. mor. par. 2. lib. 3. cap. 47. quæſt. 3. Azed. de Præ-
cell. Epiſcop. dignit. par. 2. cap. 1. num. 38. Barboſ. de
offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 74. num. 25. & alleg.
93. num. 5. Gavant. in man. Epiſcop. ver. Synodus Diœ-
ceſana, num. 15. Ugolin. de offic. Epiſc. cap. 48. §. 1.
num. 1. Jordan. Elucubr. diverſ. vol. 2. lib. 8. tit. 2. de
Synod. Diœceſan. num. 51. 55. & 62. Pignatell. conſ. 57.
num. 17. tom. 3.*

3 Alii verò regulares, quorum Eccleſiis cura
Animarum eſt annexa, regulariter venire non te-
nentur, *Fel. in cap. quod ſuper, de majorit. & obedient.
Pinſec. in Prax. epiſc. par. 2. cap. 2. num. 2. Barboſ. dict.
alleg. 93. num. 7.* niſi in Synodo ageretur de rebus
4 gravibus ad ipſos quoque regulares pertinentibus:
quià tunc eos cogi poſſe ad conveniendum, tra-
dunt *Archidiac. in cap. quando, diſt. 38. Ricc. in Prax.
rer. quot. deciſ. 446. nu. 2. quos refert, & ſequitur Jordan.
loco cit. dict. tit. 2. de Synod. Diœceſ. num. 54.*

5 Rectores verò Parochialium nullius Diœceſis
tenentur accedere ad Synodum Epiſcopi, à quo
poſſunt viſitari, *Squillan. de obligat. Cleric. par. 1.
num. 175. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 3. alleg. 93.
num. 6. Gavant. in man. Epiſcop. ver. Synodus Diœceſana,
num. 20. Sayr. in floris. deciſ. tit. de offic. ordin. deciſ. 11.
Ricc. in collect. deciſ. par. 4. collect. 1153. Pinſec. in Prax.
Epiſc. par. 2. cap. 2. num. 2. verſ. & non ſolum &c. Jordan.
loco cit. nu. 56. & ità cenſuit Sac. Congregatio teſte Barboſ.
loco cit. d. alleg. 93. num. 6. Leo in Theſaur. for. Eccleſ.
par. 1. cap. 9. num. 13.*

6 Inſertur 2. quod ad Synodum tenentur acce-
dere Abbates etiàm exempti, qui per ſe, vel Cap-
pellanos ad nutum amovibiles curam Animarum
exercent: hoc enim caſu cura reſidet penès ipſos
7 Abbates, cuius ratione tenentur; ſecùs ſi curam
exerceant per Vicarium perpetuum: quià tùnc
non tenentur ad Synodum per ſe accedere, ſed
ſufficit, quod Vicarius perpetuus accedat, penès
quem actu reſidet cura, *vide Bott. de Synod. à num. 4.
Tamburin. de jure Abbat. tom. 1. diſp. 24. quæſt. 4. Mich.
ferr. de Præced. Eccl. quæſt. 1. num. 2. Seraphin. deciſ. 10.
Barboſ. d. alleg. 93. num. 9.*

Inſertur 3. quod etiàm Capitulum Eccleſiæ
8 tàm Collegiatæ, quàm Cathedralis accedere debet
ad Synodum; poteſt tamèn comparere per Nun-
tios, ſeù aliquos deputatos ex gremio Capituli:
non enim omnes ex Capitulo venire tenentur, ſi
extrà Civitatem, vel Oppidum Collegiatæ Syno-
dus celebraretur: ſed pars in ſervitio Eccleſiæ eo
caſu remanere debet, *ut declaravit Sac. Congregatio,
prout refert Piaſec. d. cap. 2. num. 2. verſ. Seculares &c.
Barboſ. d. par. 3. alleg. 93. num. 11. Jordan. d. tit. 2. de
Synod. Diœceſan. num. 60.*

Notandum tamen eſt, quod Capitulum Ec-
9 cleſiæ Cathedralis de neceſſitate invitari debet, ac
etiàm Capitulum Collegiatæ, ſi quaſi Epiſcopalem
juriſdictionem habeat, *ut tradunt Piaſec. & Barboſ.
locis proximè cit.* quod quidem procedit in Synodo
10 provinciali, ad quam particularitèr ſolent invita-
ri illi, qui de jure, aut conſuetudine intereſſe de-
bent; ſed in Diœceſana ſufficit vocatio per edictum
11 generale, *ut d. Jordan. d. tit. 2. de Synod. Diœceſan.
num. 61.* ubi tamèn ſubdit, quod in ipſo edicto
ſpecialis mentio facienda eſt de dictis Capitulis.

Inſertur 4. quod ad Synodum accedere tenen-
12 tur alij Prælati Seculares, qui ſpecialitèr non ſunt
exempti, etiamſi juriſdictionem exerceant; quià
cum non ſint exempti, ſubjiciuntur Epiſcopo, & 12
ligantur ejus ſtatutis, & ordinationibus, & ab illo- 13
rum ſententia ad eumdem Epiſcopum appellatur,
*cap. Romana, §. 1. de Appell. in 6. Imol. in cap. grave, de
Præb. Maſſobr. in tr. de Synod. cap. 3. dub. 2. Gavant. loco
cit. num. 14. & alii apud Jordan. Elucubrat. diverſ. vol. 1.* 14
lib. 8. tit. 2. de Synod. diœceſan. num. 46. & ſeq. ubi dicit,
quod Prælati ſtrictè, & propriè dicuntur, qui con-
tentioſam habent juriſdictionem, *ex trad. per DD. in
clem. dudum, de ſepult. & in d. Romana §. 1. de Appell. in 6.*

Inſertur 5. quod tenentur etiàm ad Synodum 15
accedere habentes beneficia ſimplicia Eccleſiaſtica
in quavis parte Diœceſis, etiamſi habitent in alia:
quià multa tractantur in Synodo pertinentia ad
Clericos Beneficiatos, & ad ipſa Beneficia, *Innoc. in
cap. fin. de Cenſib. Gavant. in man. Epiſcop. ver. Synodus
Diœceſana, num. 16. Squillan. de obligat. Cleric. par. 1.
numer. 173. Jordan. d. lib. 8. tit. 2. de Synod. Diœceſan.
num. 57. ubi ità Sacram Congregationem decidiſſe, & ferè
communiter ſervari teſtatur:* licèt contrarium ſentiat
*Card. Zabar. in cap. quod ſuper, de major. & alii apud
Ricc. d. deciſ. 446. num. 4.* ſimplices verò Sacerdotes, 16
Diaconi, aut Subdiaconi, & Clerici in minoribus
Ordinibus conſtituti, beneficia non poſſidentes,
non tenentur regularitèr ad Synodum accedere,
nequè ad id compelli poſſunt, niſi de reformatio-
ne agatur, aut de re alia univerſalitèr ad Clerum
attinente, ſivè de publicandis decretis Synodi pro-
vincialis, vel niſi adſit conſuetudo in contrarium
ſpatio decem annorum introducta: quià tùnc ac-
cedere tenentur, & inobedientes puniri poſſunt
Eccleſiaſticis Cenſuris, vel pœna etiàm pecuniaria
arbitrio Epiſcopi, *ut d. Jordan. d. tit. 2. de Synod.
Diœceſan. num. 65. 68. & ſeq. Gavan. loco cit. ver. Sy-
nodus Diœceſana num. 17. Squillant. d. par. 1. num. 174.*

Notandum eſt etiàm, quod pro decretis in Sy- 17
nodo evulgandis conſilium Capituli Eccleſiæ Ca-
thedralis Epiſcopus requirere debet, licèt illud non
teneatur ſequi, niſi in caſibus à jure expreſſis, *ut
declaravit Sacra Congregatio Concilii teſte Ciarlin. con-
troverſ. forenſ. judic. tom. 1. cap. 61. num. 11. Barboſ. de
Canon. & Dignit. cap. 42. numer. 23. Pignatell. con-
ſult. 178. numer. 1. & ſeq. tom. 1.* ubi contrariis
reſpondet.

Limita ſi adſit contraria conſuetudo, vel præ-
ſcriptio pro parte Epiſcopi, *Gavant. in manual.
Epiſcop. ver. Synodus Diœceſana, num. 25. Barboſ. loco
cit. d. cap. 42. num. 19.* in hoc enim caſu, & etiàm in
aliis caſibus, in quibus de jure Capituli conſenſus
requiritur, contraria prævalet conſuetudo, *vide
Concil. Trident. ſeſſ. 25. de ref. cap. 6. in fin. cap. non eſt,
de conſuet. in 6.*

Notandum 2. quod ii, qui tenentur accedere 18
ad Synodum poſſunt etiàm mittere procuratorem,
*ut poſt Maſſobr. & Gavant. obſervant Squillan. de obligat.
Cleric. par. 1. num. 178.* quod tamen non eſt intelli-
gendum de omnibus paſſìm, ſed de Capitulo Ec-
cleſiæ Cathedralis, & Collegiatæ, *ut ſuprà dixi-
mus*: quia alii tenentur perſonalitèr accedere, niſi
Epiſcopus ex juſtis cauſis diſpenſaverit, *ut colligitur
ex Concilio d. ſeſſ. 24. de reform. cap. 2.*

S U M M A R I U M.

1 *Clerici etiàm exempti, ac Regulares ad publicas pro-
ceſſiones vocati tenentur ad eas accedere ex decreto
Concilii Tridentini.*

2 *Decretum Concilii prædicti comprehendit Clericos be-
neficia, vel officia obtinentes in Eccleſiis Civitatis,
vel Diœceſis.*

3 *Se-*

3 *Sacerdotes inſervientes Eccleſiis Religionis Hieroſolimitanæ ad proceſſiones accedere debent.*

4 *Clerici nullum officium, aut beneficium habentes non poſſunt ab Epiſcopo compelli, ut ad proceſſiones accedant, niſi adſit contraria conſuetudo.*

5 *Quænam dicantur publicæ proceſſiones.*

6 *Confraternitas Laicorum ad proceſſiones compelli nequeunt.*

7 *Epiſcopus controverſias de præcedentia inter Eccleſiaſticas Perſonas etiàm Regulares amota appellatione componere poteſt.*

8 *Qualiter fieri debeat hujuſmodi compoſitio.*

9 *Epiſcopus poteſt providere, & ordinare etiàm per cenſuras quicquid ſibi videbitur expedire ad evitanda ſcandala.*

An Clerici accedere debeant ad proceſſiones.

C A P. V.

1 RESp. quod non ſolùm Clerici, ſed etiàm Regulares ad publicas proceſſiones vocati tenentur ad eas accedere, *ex Concilio Tridentino ſeſſ. 25. de Regular. cap. 13.*

2 Obſervant autèm DD. quod decretùm Concilii *loco cit.* comprǽhendit Clericos etiàm exemptos, dummodò beneficia, vel officia eccleſiaſtica in Eccleſiis Civitatis, vel Diœceſis obtineant, *Ricc. in Collect. deciſ. par. 4. collect. 882. Bald. deciſ. 339. par. 2. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. par. 1. cap. 8. num. 18. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 78. numer. 8. & ſeq.* ubi dicit, quod etiàm Sacerdos inſer-
3 vientes Eccleſiis Religionis Hieroſolymitanæ ad proceſſiones accedere debent; non tamèn comprǽhendit eos, qui ſunt nullius Diœceſis, *Leo loco*
4 *cit. Barboſ. d. alleg. 78. num. 10.* nec alios Clericos ſivè in Sacris, ſivè in minoribus ordinibus conſtitutos, nullum officium, aut beneficium eccleſiaſticum obtinentes; & ideò iſti non poſſunt ab Epiſcopo compelli, ut ad proceſſiones etiàm publicas accedant, *ità reſolvit Sac. Congregatio teſte Barboſ. d. par. 3. alleg. 78. num. 13.* niſi adſit contraria conſuetudo: tùnc enim ad id compelli poſſunt non ſolùm Clerici in Sacris, ſed etiàm in minoribus juxtà conſuetudinem loci, *ex trad. per Bart. in l. viros, C. de Diverſ. offic. lib. 12. DD. in leg. 2. de Vulg. & pupillar. Marcſcott. var. lib. 2. cap. 90. num. 10. & cenſuit Sacra Congregatio teſte Pignatell. tom. 1. conſ. 329.*

5 Obſervant ſecundò, quod publicæ proceſſiones cenſentur, quæ fiunt in feſto Sanctiſſimi Corporis Chriſti, in feſto S. Marci, & in triduo antecedente Aſcenſionem Domini, vel quæ fiunt in adventu novi Epiſcopi, vel pro bono publico ratione occurrentis neceſſitatis, vel imminente peſte, alioque flagello, aut ex alia gravi cauſa arbitrio Epiſcopi, cum conſilio Capituli, *Zerol. in Prax. Epiſc. par. 1. ver. proceſſiones, §. 1. Card. Seraphin. deciſ. 15. num. 1. & 2. Ugolin. de pot. Epiſc. par. 1. cap. 20. §. 2. num. 6. Campan. in Diverſor. jur. canon. rubr. 12. cap. 13. num. 118. Valenzuel. tom. 2. conſ. 184. latè Barboſ. d. par. 3. alleg. 78. num. 2. & ſeq. ubi etiàm refert decreta Sac. Congregationis.*

6 Obſervant tertiò, quod Confraternitates laicorum poſſunt quidem ad proceſſiones ab Epiſcopo invitari, non tamèn compelli, *Leo in Theſaur. par. 1. cap. 8. num. 18. Ricc. reſol. 308. num. 5. Ugolin. de poteſt. Epiſc. cap. 11. num. 6. Pinſec. in prax. Epiſc. par. 2. cap. 3. num. 32. Vulp. in prax. judic. for. Eccleſ. cap. 11. num. 9. & ità cenſuit Sac. Congregatio teſte Genuenſ. in prax. Archiep. cap. 63. num. 7. Gratian. deciſ. Marcb. 132. Barboſ. d. par. 3. alleg. 78. num. 24. ubi contrariam ſententiam rejicit.*

Obſervant quartò, quod controverſias omnes 7
de præcedentia inter eccleſiaſticas perſonas tàm ſæculares, quàm regulares, tàm in proceſſionibus publicis, quàm in iis, quæ fiunt pro tumulandis defunctorum corporibus, & aliis ſimilibus cauſis Epiſcopus amota omni appellatione quoad effectum ſuſpenſivum componere poteſt, *ex Concilio Tridentino ſeſſ. 25. de Regular. cap. 13. Ricc. in deciſ. Cur. Archiep. Neap. par. 1. deciſ. 90. num. 1. Barboſ. d. par. 3.*
alleg. 78. num. 26. ubi, quod hujuſmodi compoſi- 8
tio debet fieri brevi manu, ſummariè, ac de plano,
ſinè ſtrepitu, & figura judicii; Undè Epiſcopus 9
poteſt providere, & ordinare etiàm per cenſuras, & pœnas arbitrarias, aliaque juris remedia, quicquid ſibi videbitur expedire ad evitanda ſcandala: ejuſque proviſio debet quidem executioni demandari, non tamèn ex hoc tollitur appellatio devolutiva, *Rota apud Poſt. in tract. manut. deciſ. 32. Ciarlin. controv. forenſ. lib. 1. cap. 50. num. 21. Cened. canon. lib. 1. quæſt. 26. num. 16. latè Barboſ. loco cit. num. 25. & 26. Jordan. de re benefic. lib. 11. tit. 2. de Proceſſion. num. 57. & 59.* ubi addit, quod hæc facultas Epiſcopo competit, etiàmſi ex dictis controverſiis nullum ſequatur ſcandalum.

S U M M A R I U M.

1 *Parochi tàm frequentèr celebrare debent, ut ſuo muneri ſatisfaciant.*

2 *Parochi, aliique curam Animarum habentes, tenentur per ſe, vel per alios ſingulis ſaltèm diebus feſtis celebrare.*

3 *Parochus iis diebus, quibus tenetur Miſſam celebrare, non poteſt pro ea manualem eleemoſinam recipere.*

4 *Parochus non tenetur ſingulis diebus celebrare, niſi ex conſuetudine, vel decreto Epiſcopi obligetur ad certum Miſſarum numerum in hebdomada.*

5 *Parochus non tenetur ſingulis prædictis diebus Sacrificium pro ſuis Ovibus offerre*, & num. 6.

7 *Parochi Dominicis, & feſtis diebus tenentur doctrinam Chriſtianam docere, at populo prædicare per ſe, vel per alium.*

8 *Parochi per ſe ipſos intèr Miſſarum ſolemnia ſermonem habere poſſunt, etiàm quando Epiſcopus ipſe prædicat.*

9 *Simplices Sacerdotes legitimè non impediti tenentur aliquoties in anno celebrare.*

10 *Cappellani tenentur juxtà inſtitutionem Cappellaniæ, & intentionem fundatoris Miſſas celebrare.*

11 *Quando Cappellanus teneatur quotidiè celebrare, & quando poſſit Sacrum prætermittere ratione honeſtatis*, & num. 13.

12 *Cappellanus obligatus ad celebrandam Miſſam quotidiè, non tenetur tres Miſſas in Nativitate Domini celebrare.*

13 *Capellanus, quando ratione honeſtatis Sacrum prætermittit, non poteſt celebrare Miſſam pro alio, & accipere ſtipendium.*

14 *Capellanus, qui tenetur ſingulis diebus Miſſam pro aliquo celebrare, poteſt quater, vel ſexies in anno pro ſe ipſo, vel ſibi conjunctio Sacrificium applicare.*

15 *Cappellanus, qui tenetur quotidiè celebrare, ſi infirmitate, vel alia cauſa impediatur, non tenetur per alium ſupplere, dummodò impedimentum brevi tempore duret.*

16 *Epiſ-*

16 *Epiſcopus regularitèr non poteſt compellere Capellanum, ut ipſemet celebret.*
17 *Quid ſi fundator in erectione Capellaniæ mandaverit, ut in ea præſentetur Sacerdos*, & num. 20.
18 *Capellanus tenetur celebrare per ſe ipſum, ſi ità in fundatione expreſsè cautum ſit.*
19 *Quando Capellanus tenetur ad reſidentiam.*
20 *Quando præſentandus debeat eſſe actu Sacerdos.*
21 *An Capellanus, qui tenetur certas Miſſas celebrare, ut de Spiritu Sancto, vel de requiem; poſſit aliàs celebrare.*
22 *An Capellanus, qui tenetur in certa Eccleſia, vel Altare celebrare, poſſit alibi Sacrum facere*, & num. ſeq.
23 *Epiſcopus ex juxta cauſa poteſt diſpenſare, ut Capellanus alibi celebret.*
24 *An Capellanus obligatus ad certas Miſſas celebrandas, poſſit eas anticipatè celebrare.*
25 *An Diaconi, vel Subdiaconi, & alii inferiorum ordinum teneantur in Eccleſia actus ſuorum ordinum exercere.*
26 *Quid ſi Teſtator mandavit, ut pro anima ſua celebrentur centum Miſſæ abſque ulla præſcriptione eleemoſinæ.*

An, & quando Parochi', & alii teneantur Miſſas celebrare.

CAP. VI.

1 Dico primò, quod Parochi tàm frequentèr celebrare debent, ut ſuo muneri ſatisfaciant, *Concil. Trident. ſeſſ. 23. de ref. cap. 14.*

2 Ex quo obſervant Doctores, quod Parochi, aliique curam Animarum habentes, tenentur per ſe, vel per alios ſingulis ſaltèm diebus feſtis celebrare: nam his diebus tenetur populus Miſſam audire; alioquin muneri ſuo non ſatisfacerent, *Nav. in man. cap. 25. num. 135. Emman. in Summ. par. 1. cap. 252. num. 1. Spin. in Spec. teſtam. gloſ. 3. princ. num. 63. Azor. inſtit. mor. par. 1. lib. 10. cap. 24. quæſt. 2. & 3. Vaſq. 3. par. diſp. 232. cap. 1. num. 12. Bonacin. de Sacram. diſp. 4. quæſt. ult. pun. 7. num. 3. Molfeſ. in Summ. Theol. moral. tr. 3. cap. 14. num. 16. Layman. in Theol. moral. lib. 5. tr. 5. cap. 3. num. 2. Dian. par. 4. tr. 4. reſ. 232.*
3 ubi addit, quod Parochus illis diebus, quibus tenetur Miſſam celebrare, non poteſt pro ea manualem eleemoſinam recipere, *ut declaravit Sacra Cardinalium Congregatio ſub die 1. Septembris 1629.*

4 Non tenetur tamèn Parochus ſingulis diebus celebrare, quià nec populus ſingulis diebus tenetur Miſſam audire, niſi ex conſuetudine, vel ex particulari decreto Epiſcopi obligetur ad certum Miſſarum numerum in hebdomada; cum enim Epiſcopus curare debeat, ut Parochus tàm frequentèr celebret, ut ſuo muneri ſatisfaciat, conſequentèr poteſt Parocho præſcribere certum Miſſarum numerum in hebdomada ultrà dies feſtos; undè in aliquibus locis per particularia ſtatuta ſancitum eſt, ut Parochus prætèr dies Dominicos, & reliquos feſtos dies, ter in hebdomada celebret, aùt etiàm ſæpiùs, ſi neceſſitas crebriorem Divini Sacrificij uſum poſtulabit, ut ſi urgeat neceſſitas communicandi infirmos, vel benedicendi nuptias; *Bonacin. loco cit. d. diſp. 4. quæſt. ult. puæſt. 7. num. 4.* ubi dicit, quod ſi major obligatio contineatur in fundatione Parochiæ, illi omninò tenetur Parochus ſatisfacere: quià lumine naturæ dictante conſtat, ſtandum eſſe pactis, & conventionibus, *Rodriq. de Miſſ. cap. 252. num. 1. Nav. in Man. cap. 13. numer. 134.* non tamèn tenetur ſingulis prædictis 5
diebus Sacrificium pro ſuis ovibus offerre: quià obligatio ad celebrandum, & obligatio ad applicandum, videntur diverſæ, *Nav. cap. 25. num. 92.* 6
Reginald. lib. 23. numer. 238. Poſſevin. cap. 2. numer. 4. Nald. in ver. Parochus, num. 18. Vaſq. 3. par. diſp. 234. art. 6. verſ. vera tamèn ſententia eſt &c. Fillinc. tr. 5. cap. 6. quæſt. 2. & alii apud Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 24. num. 23.

Prætereà tenentur Parochi per ſe, vel alios 7
idoneos, ſi legitimè impediti fuerint, diebus ſaltem Dominicis, & feſtis ſolemnibus plebes ſibi commiſſas pro ſua, & earum capacitate paſcere ſalutaribus verbis, docendo ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, *ex Concilio Tridentino ſeſſ. 5. de ref. cap. 2. & ſeſſ. 24. de ref. cap. 4. Tolet. lib. 5. cap. 5. num. 11. Barboſ. de offic. & pot. Paroch. par. 1. cap. 14. Poſſevin. de offic. Curat. cap. 3. & declaravit etiam Sac. Congregatio ejuſdem Concilii, prout refert Marcus Serio de offic. & pot. Paroch. tom. 1. diſp. 10. quæſt. 1. &
2.* ubi etiam obſervat, quod Parochi per ſe ipſos in- 8
tèr Miſſarum ſolemnia ſermonem habere poſſunt, & debent etiam quando Epiſcopus ipſe prædicat.

Dico ſecundo, quod ſimplices Sacerdotes le- 9
gitimè non impediti tenentur aliquoties in anno celebrare ſub pœna peccati mortalis, ſcilicèt in præcipuis feſtivitatibus, in quibus Laici religioſiores communicare ſolent, aut ſaltem ter, vel quater in anno, dummodò in aliis feſtis Miſſam audiant: ratio eſt, tùm quia alioquin præberent occaſionem ſcandali, tùm etiam quia Chriſtus Dominus, cum dixit Apoſtolis, hoc facite in meam commemorationèm, videtur Sacerdotibus Miſſæ celebrationem præcepiſſe, *S. Thom. 3. par. quæſt. 82. art. 1. Sylv. in ver. Miſſa 1. quæſ. 5. Navar. in man. cap. 25. num. 88. Reginald. lib. 29. num. 46. & 166. Graff. 1. par. lib. 2. cap. 39. num. 3. Vaſquez. 3. par. diſp. 232. cap. 1. nu. 5. & 11. Chamerot. de Sacrif. Miſſ. dub. 13. Fillinc. tract. 5. cap. 4. quæſt. 2. Henriq. lib. 9. cap. 23. num. 2. & alii apud Bonacin. d. diſp. 4. quæſ. ult. pun. 7. num. 2. Layman. in Theol. mor. lib. 5. tract. 5. cap. 3. num. 1. Tolet. in Sum. lib. 2. cap. 3. Squillan. de obligat. Cleric. par. 1. num. 124.* quorum ſententia probabilior eſt, quamvis contrarium teneant, *Azor. par. 1. lib. 10. cap. 24. quæſt. 2. & 3. Vaſq. 3. par. diſp. 232. cap. 1. num. 12. Molfeſ. in Sum. tract. 3. cap. 14. num. 16. Facund. in quinq. Eccleſ. præcept. par. 1. lib. 3. cap. 15. à num. 8. & alii apud Barboſ. d. par. 2. alleg. 24. num. 22.* aſſerentes, ſimplices Sacerdotes ad id non teneri, niſi ſpecialem habeant obligationem, dummodò communicent in Paſchate.

An verò poſſint Epiſcopi obligare ſub pœna peccati mortalis tales Sacerdotes ad pluries celebrandum? Reſp. affirmativè, *ut colligitur ex Concilio Trident. ſeſſ. 23. de ref. cap. 14. Navar. d. cap. 25. nu. 88. Bonacin. loco cit. nu. 3.*

Dico tertio, quod Sacerdotes, qui ſpecialem 10
habent obligationem, ut ſunt Capellani, tenentur juxtà inſtitutionem Capellaniæ, & intentionem fundatoris Miſſas celebrare ſub peccato mortali, niſi juſta cauſa, aut legitimum impedimentum eos excuſet, *Azor. 1. par. lib. 10. cap. 24. quæſ. 7. Reginald. lib. 29. num. 164. Henriq. lib. 9. cap. 23. nu. 5. & cap. 24. num. 4. Rodriq. in Summ. cap. 249. nu. 8. & alii apud Barboſ. d. alleg. 24. num. 28. & ſeq.* ubi dicit, quod ſi obligatio quotidianæ Miſſæ refertur ad locum, ut ſi fundator, vel teſtator dixerit, celebretur quotidiè Miſſa in Eccleſia in tali Capella, tunc Capellanus quotidiè celebrare omninò tene-

tur

tur per ſe, vel per alium, ſi verò talis obligatio re-
fertur ad perſonam, ut ſi teſtator, aut fundator di-
xerit, eligatur Capellanus, qui quotidie celebret,
tunc Capellanus non tenetur quotidiè celebrare,
ſed quanto frequentius poteſt, ſalva decentia, &
honeſtate, ac devotione debita tanto Sacramento;
Undè uſu receptum eſt, ut Sacerdos, qui tenetur
onere Miſſæ quotidianæ, poſſit ſemel in hebdoma-
da ratione honeſtatis ſacrum prætermittere: & tunc
non tenetur illud per alium Sacerdotem ſupplere;
niſi in fundatione additum fuerit, quod Capella-
nus quotidiè celebret per ſe, vel per alium: hoc
enim caſu tenebitur ſimiliter omninò quotidiè ce-
lebrare, Navar. conſ. 6. & 15. de Præb. Beja part. 1.
reſponſ. caſ. 23. Jacob. de Graff. in deciſ. aur. par. 1. lib.
2. cap. 39. num. 8. Bonacin. de Sacram. diſp. 4. quæſt. ult.
pun. 7. num. 6. & ibidem §. 2. num. 16. & ſeq. Azor. in-
ſtit. mor. par. 1. lib. 10. cap. 24. quæſt. 7. Ugolin. de po-
teſt. Epiſc. cap. 14. num. 3. Henriq. lib. 9. cap. 24. §. 4.
Barboſ. loco cit. d. alleg. 24. num. 28. & ſeq. Fraxinel.
de obligat. Sacerd. ſect. 4. concl. 4. §. 1. ubi obſervat,
12 quod Sacerdos obligatus ad celebrandam Miſſam
quotidiè pro aliquo, non tenetur tres Miſſas in Na-
tivitate Domini pro eo celebrare, Dian. par. 1. tract.
13 14. reſ. 28. ubi dicit, quod Capellanus, qui ſemel
in hebdomada ratione honeſtatis ſacrum præter-
mittit, non poteſt celebrare Miſſam pro alio, & ac-
cipere ſtipendium, & par. 4. tract. 4. reſ. 86. ubi ſub-
dit, quod Capellanus, qui tenetur ſingulis diebus
Miſſam pro aliquo celebrare, poteſt ex aliqua ne-
14 ceſſitate aliquando per annum, puta quater, vel
ſexies pro ſe ipſo, vel ſibi conjuncto ad aliquam à
Deo gratiam obtinendam, Sacrificium applicare,
Layman. in Theol. mor. lib. 5. cap. 3. num. 7. ubi addit,
quod ſi Capellanus, qui tenetur quotidiè celebra-
15 re, infirmitate, vel ſimili non voluntaria cauſa im-
pediatur, non tenetur ex verisimili mente funda-
toris per alium ſatisfacere, dummodò impedimen-
tum hujuſmodi brevi tempore duret, puta una, vel
altera hebdomada, aut uno menſe, V. Navar. lib.
2. de Reſtit. cap. 2. num. 210. Covar. lib. 3. var. cap. 13.
num. 8. contrarium tamen in hoc tenet Genuenſ. in
Prax. cap. 47. ubi dicit, ſpatium unius menſis eſſe
nimis longum: & ideò ſententia prædicta reſtrin-
genda eſt ad ſex, vel octo dies, vel ad ſummum ad
15. dies, vide Dian. par. 1. tr. 14. reſ. 27.
16 Notandum tamen eſt, quod Epiſcopus regu-
lariter non poteſt compellere Capellanum, ut ipſe-
met celebret, Lap. alleg. 35. Gratian. diſcept. for. cap.
73. num. 10. & cap. 133. num. 1. Ant. conſ. 22. num. 10.
& reſolvit Sac. Congregatio Concilii teſte Piaſec. in Prax.
Epiſc. par. 2. cap. 3. num. 33. Galet. in Margarit. caſ.
conſcien. ver. Capellania 2. Ugolin. de Poteſt. Epiſc. cap.
50. §. 8. num. 5. Garc. de Benef. par. 7. cap. 1. num. 87.
Dian. par. 1. tract. 14. reſ. 18. Rot. in Romana Capella-
niæ 23. Januarii 1599. coram Card. Pamphilio Sen. &
in Lucana Capell. 9. Junii 1603. coram Card. Sacrato,
prout refert Barboſ. loco cit. par. 2. alleg. 24. num. 29.
17 quod procedit, etiamſi teſtator, vel fundator in
erectione Capellaniæ mandaverit, ut in ea præſen-
tetur, aut nominetur Presbyter, ſeu Sacerdos;
quia licet in tali caſu Capellania ſit Sacerdotalis,
itaut Capellanus debeat eſſe actu Sacerdos tempo-
re proviſionis, & impetrationis, Dec. in cap. cum in
cunctis, §. inferiora, num. 22. de Judic. Spin. de Teſtam.
gloſ. 4. num. 61. Gutier. conſ. 1. num. 11. & conſ. 2. per
tot. Garc. de Benef. par. 7. cap. 1. à num. 58. Monet. de
Comm. ultim. volunt. cap. 10. num. 145. Rot. coram Card.
Seraph. deciſ. 871. & in Romana Capellaniæ, 19. Mar-
tii, & 14. Novembris 1586. coram Pamphilio, & in
Parmen. juriſpatr. 8. Junii 1573. coram Blanchetto, &
ita ſenſit etiam Sac. Congregatio Concilii, ut refert Bar-
boſ. d. par. 2. alleg. 24. num. 37. & ſeq. tamen neque 18
in tali caſu Capellanus tenetur celebrare per ſe ip-
ſum, ſed ſatis eſt, ſi per alium munus ſuum adim-
pleat: quia iſtis Miſſarum oneribus rectè ſatisfit
per ſubſtitutum; niſi in fundatione expreſsè can-
tum ſit, ut Capellanus teneatur celebrare per ſe ip-
ſum: quemadmodum neque Capellaniæ hujuſmo- 19
di obligant ad reſidentiam, niſi hoc onus in Miſſa-
rum inſtitutione expreſsè fuerit impoſitum, Rot. in
Rom. Capellaniæ 23. Januarii 1589. coram Pamphilio,
quam refert Antonin. var. lib. 1. reſol. 4. in fin. Barboſ.
d. alleg. 24. num. 43.
Et hoc quidem locum habet, quando verba 20
reſpiciunt actum præſentationis, ut ſi teſtator di-
xerit, præſentetur Presbyter: quia tunc præſen-
tandus debet eſſe actu Sacerdos; ſecùs ſi verba
Presbyteratum ſignificantia, non actum præſenta-
tionis, ſed proſequutionem præſentationis reſpi-
ciant, ut ſi in erectione dictum fuerit, præſente-
tur qui celebrare teneatur, quia hoc caſu ſatis eſt,
ut Capellanus ſit habitu Presbyter, quamvis non
ſit actu, dummodo ſit legitimæ ætatis, ità ut intra
annum Sacerdotium ſuſcipere poſſit, Gratian. di-
ſcept. for. cap. 133. num. 5. Monet. dict. cap. 10. quæſt.
4. num. 138. & 145. Rota in Lucana Capellaniæ 4. De-
cembris 1595. coram Gipsio, Barboſ. loco cit. d. alleg. 24.
num. 40.
Notandum ſecundo, quod Capellanus, qui 21
ex promiſſione, vel ex fundatione tenetur certas
Miſſas celebrare, veluti, de Spiritu Sancto, de
Maria Virgine, vel de requiem, poteſt alias ex ju-
ſta cauſa aliquoties celebrare iis præſertim diebus,
quibus officium eſt ſolemne, Navar. in man. cap. 25.
num. 134. Henriq. lib. 9. de Miſſ. cap. 23. num. 6. Azor.
par. 1. lib. 10. cap. 32. quæſt. 5. Reginald. lib. 29. num.
208. Fraxinel. de obligat. Sacerd. ſect. 4. concl. 4. §. 4.
Sot. in 4. diſt. 45. quæſt. 2. art. 3. concl. 1. Molfeſ. in
Sum. tom. 1. tract. 3. cap. 15. num. 26. Bonacin. loco cit.
d. diſp. 4. quæſt. ult. pun. 7. §. 3. num. 4. & ſeq. ſimili- 22
ter poteſt ex juſta cauſa in alia Eccleſia, vel Altare
aliquoties celebrare, etiamſi in fundatione cautum
ſit, ut in certa Eccleſia, vel certo Altare Miſſæ cele-
brentur, Sylv. in ver. Miſſa 1. quæſt. 10. in fin. Navar. in
man. cap. 25. num. 134. Graff. in deciſ. aur. par. 1. lib.
2. cap. 53. num. 9. Monet. de Commut. ultim. volunt. cap.
5. quæſt. 11. concl. 10. num. 394. & cap. 10. quæſt. 5.
concl. 4. num. 242. Dian. par. 1. tract. 14. reſ. 29. late
Barboſ. d. par. 2. alleg. 24. num. 32. & ſeq. ubi ſubii-
cit, quod Capellanus, qui abſque juſta cauſa alibi
celebrat, peccat mortaliter, ſi ſæpius id faciat, vi-
de Bonacin. d. diſp. 4. quæſt. ult. pun. 7. §. 2. num. 5. &
§. 4. num. 2. & 5.
An verò poſſit Epiſcopus diſpenſare cum Ca- 23
pellano, ut ſatisfaciat celebrando in alio loco?
Reſp. quod poteſt Epiſcopus ex juſta cauſa in tali
caſu diſpenſare, ut ſi Capellanus abeſſet cauſa ſtu-
dii, Henriq. lib. 9. cap. 24. §. 4. in fin. Graff. in deciſ.
aur. par. 1. lib. 2. cap. 53. num. 11. Monet. de Commut.
ultim. volunt. cap. 5. quæſt. 11. num. 368. & alii apud
Barboſ. d. alleg. 24. num. 36. in fin.
Notandum tertio, quod Capellanus obliga- 24
tus ad certas Miſſas celebrandas, poteſt regulariter
eas anticipatè celebrare, niſi aliud colligatur ex
intentione fundatoris, Ledeſm. in Summ. par. 1. de
Sacram. Euchar. cap. 13. concl. 17. Reginald. lib. 23. nu.
237. Ricc. in Prax. deciſ. 400. in 1. edit. & reſol. 338. in
2. edit. Dian. par. 1. tract. 14. reſol. 16. Barboſ. d. par.
2. alleg. 24. num. 14.

Dico

25 Dico quarto, quod Diaconi, Subdiaconi, & alii inferiorum ordinum non tenentur ſub culpa gravi aliquando exercere in Eccleſia actus ſuorum ordinum, quia nullum extat de hoc præceptum Divinum, aut Eccleſiaſticum, *Barth. à S. Fauſto tract. de Euchar. lib. 2. quæſt. 104. quem refert, & ſequitur Squillan. de obligat. Cleric. par. 1. num. 124. in fin.*

26 Dico quinto, quodſi Teſtator in ſuo teſtamento mandaverit, ut celebrentur pro ſua anima centum Miſſæ, abſque ulla præſcriptione eleemoſinæ, non poſſunt ejus hæredes eleemoſinam ſibi bene viſam præſcribere, ſed ab Epiſcopo præſcribenda eſt eleemoſina congrua, quæ reſpondeat oneribus Miſſarum celebrandarum ſecundùm morem Civitatis, vel Provinciæ, *ut reſolvit Sac. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, prout refert Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſcop. poſt tertiam partem in ver. Conſtitutiones, & decreta, verſic. declarationes aliquot Sac. Congregationis Concilii fol. 61.*

S V M M A R I U M.

1 *Parochus non poteſt à ſua Eccleſia abeſſe ultra duos menſes, Canonici verò, & Dignitates Eccleſiarum Cathedralium, vel Collegiatarum abeſſe non poſſunt ultrà tres menſes.*

2 *Reſidentia in beneficiis curatis eſt de jure Divino.*
Parochus abſens ultrà bimeſtre peccat mortaliter, ſecus ſi Canonici abeſſent ultra tempus à Concilio præſcriptum, ibidem.

3 *Parochus propter aeris intemperiem non excuſatur à reſidentia*: limitatur num. ſeq.

4 *Quid ſi Parochus infirmitate laboret, & ex defectu medicorum curari non poſſit in loco beneficii.*

5 *Parochus poteſt abeſſe ex cauſa peſtis, quando adſunt alii, qui ſupplere poſſint ejus vices.*

6 *Parochus reſidere debet in propria Eccleſia, & in domo ipſius Eccleſiæ.*

7 *Si non adſit domus parochialis, tenetur Parochus habitare in alia domo Eccleſiæ propinquiori.*

8 *Quid ſi Parochus habeat domum propriam intrà fines parochiæ.*

9 *Parochus reſidens, ſi non exerceat ſuum officium, non ſatisfacit præcepto reſidentiæ.*

10 *Parochus attento jure communi privationis pœnam ob non reſidentiam ipſo jure incurrit*; limitatur ibidem.

11 *Dignitates, & Canonici, ſi non reſideant, non poſſunt hodie ſtatim privari, niſi ſervata forma Concilii Tridentini.*

12 *Quid requiratur, antequam alii ob non reſidentiam beneficio priventur.*

13 *Parochus abſens ultrà duos menſes, tenetur ante Judicis ſententiam fructus pro rata temporis abſentiæ erogare fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus.*

14 *An Dignitates, & Canonici teneantur fructus ob non reſidentiam amiſſos reſtituere ante Judicis ſententiam.*

15 *Parochi abeſſe non poſſunt cauſa ſtudii.*

16 *Dignitates, & Canonici, quorum præbendis cura animarum annexa non eſt, poſſunt abeſſe cauſa ſtudii per quinquennium.*

17 *Quando Epiſcopus licentiam ad effectum ſtudendi concedere poſſit.*

18 *Licentia, ut quis abeſſe poſſit cauſa ſtudii, non ſuffragatur, quoad diſtributiones intereſſentibus debitas, ſed tantùm quoad fructus præbendarum*: limitatur num. ſeq.

19 *Quid ſi omnes fructus in diſtributionibus conſiſterent.*

20 *Diſtributiones pro Miſſis votivis, anniverſariis, & cæteris incertis inter præſentes tantùm dividuntur.*

21 *Quando ſtudentes teneantur ad reſtitutionem fructuum ſuorum beneficiorum in abſentia perceptorum.*

22 *An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum Canonico Cathedralis Eccleſiæ ob cauſam ſtudii, ut intrà quinquennium non teneatur ſuſcipere ordinem Sacrum Canonicatui annexum.*

23 *Epiſcopus non poteſt Parochum occupare in officio Viſitatoris, Inquiſitoris, Vicarii, vel alio ſimili ultrà bimeſtre.*

24 *Epiſcopus poteſt uti opera duorum Canonicorum etiam ultrà tres menſes.*

25 *Canonici, qui ſerviunt Epiſcopo, non excuſantur ab onere legendi, & reliquis præſtandi, ad quæ ex munere tenentur.*

26 *An, & quando abſens ex cauſa inimicitiæ lucretur fructus.*

De reſidentia Parochorum, & Canonicorum.

C A P. VII.

Parochus à ſua Eccleſia parochiali ultrà duos 1
menſes, & obtinentes in Cathedralibus; vel
Collegiatis Eccleſiis Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut portiones ab eiſdem Eccleſiis ultrà trés menſes quolibet Anno abeſſe non poſſunt ſub pœnis contentis *in Concilio Tridentino ſeſſ. 24. de ref. cap. 12. & ſeſſ. 23. de ref. cap. 1. cap. conquerente, & cap. ex tuæ de Cleric. non reſid. latè Layman. in Theol.*
moral. lib. 4. tract. 2. cap. 6. ubi dicit, quod reſiden- 2
tia in beneficiis Curatis eſt de Jure Divino; Undè quando Papa, vel Epiſcopus diſpenſat cum Parocho, non tollit vinculum quo Parochus de jure Divino aſtrictus eſt ad reſidentiam, ſed juſta, & legitima concurrente cauſa declarat, vinculum illud ceſſare ob rationabilem cauſam, quæ ſupervenit, *latè Barboſ. de offic. & poteſtat. Epiſcop. par. 3. alleg. 53. num. 2. Bonacin. de oner. & obligat. Beneficiar. ad reſiden. diſput. 5. punct. 4.* ubi dicit, quod Parochus abſens ultrà bimeſtre, graviter peccat; Canonicos verò abſentes ultrà tempus a Concilio præſcriptum venialiter tantùm peccare ſenſerunt *Sylv. in Summ. ver. hora, §. 10. Cajet. eod. uer. §. 6. Navar. de orat. cap. 5. num. 14. Reginald. in Prax. for. pœnit. lib. 18. num. 176. Dian. par. 4. tract. 4. reſol. 217. Barboſ. de Canon. & Dignit. cap. 40. num. 10.*

Obſerva tamen, quod licèt Parochus proptèr 3
aeris intemperiem non excuſetur à reſidentia, nec
poſſit alibi habitare etiam de licentia Epiſcopi, *ut*
eſt communis Doctorum opinio: tamen ſi infirmitate la- 4
boret, & ex defectu Medicorum curari non poſſit
in loco beneficii, poteſt Ordinarius ei concedere
licentiam commorandi in locis vicinis per tres, vel
quatuor menſes, curationis gratia, conſtituto in-
terim idoneo Vicario: quemadmodùm poteſt Pa- 5
rochus abeſſe ex cauſa peſtis, quando adeſſent alii, qui ſupplere poſſint ejus vices, *Ugolin. de offic. Epiſcop. cap. 15. §. 3. verſ. 6. Zerol. in Prax. par. 1. ver. reſidentia, §. 7. Barboſ. de offic. Paroch. cap. 8. num. 29. & ſeq. Jordan. de Re benefic. lib. 10. tit. 40. num. 52. & ſeq.*

6 Obſerva ſecundo, quod licèt Parochus reſidere debeat in propria Eccleſia, & in domo ipſius Parochiæ, & non alibi, *Garc. de Benefic. par. 3. cap. 2. num. 179. declarat. 21. Barboſ. de offic. & poteſtat. Epiſcop.*

ar.

7 *par. 3. alleg. 53. num.* 71. ubi dicit, quod ſi non adſit
domus parochialis, tenetur Parochus in alia domo
8 propinquiori Eccleſiæ habitare: tamen ſi Parochus
intra fines Parochiæ habeat domum propriam, &
ibi habitat ad ſui majus commodum ſciente, & ta-
cente Epiſcopo, tutus erit in conſcientia, prout
etiam Epiſcopus permittens, dummodo adminiſtra-
tioni Sacramentorum, & cæteris curæ indigentiis
præſtò eſſe poſſit æquè benè, ac ſi in parochiali do-
mo habitaret, *Poſſevin. de offic. Curat. cap. 1. num. 17.*
Barboſ. eod. tract. dict. cap. 8. num. 37. Jordan. dict. lib. 10.
tit. 40. num. 50. Serio de offic. & poteſtat. Paroch. tract. 1.
9 *diſput. 8. de Parochi reſidentia, quæſt. 1.* ubi ſubdit,
quod Parochus reſidens, ſed non exercens officium
ſuum, minimè ſatisfacit præcepto reſidentiæ nec
in foro exteriori, nec interiori.

10 Obſerva tertio, quod etiamſi Parochus atten-
to jure communi privationis pœnam ob non reſi-
dentiam ipſo jure incurrat, *cap. conquerente, de Cleric.*
non reſiden. hodie tamen etiam poſt monitionem
non eſt privatus ipſo jure, ſed Epiſcopi arbitrio
privari poteſt, *ex Concilio Tridentino ſeſs. 23. de reform.*
cap. 1. verſ. quod ſi per edictum &c. & ita cenſuit Sac. Con-
11 *gregatio teſte Garc. d. par. 3. cap. 2. num. 130. & ſeq.* ubi
addit, quod obtinentes in Cathedralibus, vel Col-
legiatis Eccleſiis Dignitates, & Canonicatus, ſi
non reſideant, non poſſunt etiam moniti, hodiè
ſtatim privari, niſi ſervata forma præſcripta ab eo-
dem Concilio Tridentino *d. ſeſs. 24. de reform. cap. 12.*
videlicet ut primo Anno priventur dimidia parte
fructuum: & ſi iterùm eadem uti fuerint negligen-
tia, priventur omnibus fructibus, quos eodem
Anno lucrati fuerint; creſcente verò contumacia
contrà eos juxtà Sacrorum Canonum conſtitutio-
nes procedi debet, quod eſt ſpeciale in Canonicis,
& Dignitatibus dictarum Eccleſiarum; undè ex-
pectandum eſſe lapſum trium Annorum, ante-
quàm contrà eos, qui Dignitates, & Canonicatus
obtinent, ad privationem in totum procedatur,
ſenſit *Barboſ. in tract. de Canon. & Dignit. cap. 20. num. 18.*
ubi dicit, quod in primo Anno Canonici non re-
ſidentes amittunt dimidiam partem fructuum, in
ſecundo Anno amittunt omnes fructus, in tertio
Anno privantur Canonicatibus, ſeu Dignitatibus;
quamvis contrarium ſenſerit *Mantic. deciſ. 67. num. 6.*
ubi aſſerit, Concilium *loco cit.* non afficere Epiſco-
pos, qui poſſunt procedere ad privationem ob non
reſidentiam, etiamſi illa temporum intervalla non
fuerint obſervata, *prout refert idem Barboſ. loco cit.*
cap. 20. num. 17. fol. 239. à tergo.

12 Alii verò, qui ad reſidentiam ſimilitèr ſunt
adſtricti, antequàm priventur ipſis beneficiis, ci-
tari debent perſonaliter, *cap. ex parte 1. de Cleric. non*
reſiden. & ſi perſonalitèr citari non poſſint, quià
ignoratur, ubi ſint, vel longè abſunt itàut commo-
dè nequeat citatio ad ipſos tranſmitti, debet in eo-
rum Eccleſiis trinæ citationis edictum cum com-
petenti termino publicari, & poſt ultimum edi-
ctum per ſex menſes expectandi ſunt, & deindè
privandi, *cap. ex tuæ, ubi DD. de Cleric. non reſiden.*
Abb. conſ. 67. num. 2. lib. 1. Mantic. deciſ. 12. Barboſ.
de offic. & poteſtat. Epiſcop. par. 3. alleg. 53. num. 105.

Si verò procedatur ad alias pœnas prætèr pri-
vationem, non eſt neceſſaria trina citatio per edi-
ctum, ſed ſufficit una peremptoria, neque neceſſe
eſt expectare per ſex Menſes, *Garc. dict. par. 3. cap. 2.*
num. 160.

13 Obſerva quartò, quod licèt Parochus abſens
abſque gravi cauſa ultrà duos menſes teneatur in
conſcientia etiam antè Judicis ſententiam fructus
pro rata temporis abſentiæ fabricæ Eccleſiæ, aut
pauperibus loci erogare, *Concil. Tridènt. dict. ſeſs. 23.*
cap. 1. Bonacin. de Oner. & obligat. Benefic. ad reſiden.
diſput. 5. punct. 4. num. 7. Poſſevin. de offic. Curat. cap. 1.
num. 24. Barboſ. de offic. & poteſtat. Epiſcop. par. 3. alleg.
53. num. 99. hoc tamen non procedit quoad Digni-
tates, & Canonicos: iſti enim non tenentur in 14
conſcientia reſtituere fructus ob non reſidentiam
amiſſos, niſi à Judice condemnentur, *Navar. conſ. 3.*
num. 2. de Cleric. non reſiden. Garc. dict. par. 3. cap. 2.
num. 151. & ſeq. Barboſ. dict. alleg. 53. num. 150. & in
tract. de Canon. & Dignit. cap. 40. num. 10. & ſeq. Squillan.
de obligat. Cleric. par. 1. num. 119.

Obſerva quintò, quod Parochi abeſſe non 15
poſſunt cauſa ſtudii, ex novo jure Concilii Tri-
dentini *d. ſeſs. 23. cap. 1. & cenſuit Sacra Congregatio*
teſte Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloſ. 6. num. 251. Quaran.
in Sum. Bullar. ver. Reſidentia, verſ. Item limita in Pa-
rochis &c. Ricc. in Prax. for. Eccleſ. par. 1. reſol. 321. &
in Collect. deciſ. 583. par. 3. Barboſ. de offic. & poteſtat.
Epiſcop. par. 3. alleg. 56. num 30. & alleg. 53. num. 77.
quod procedit etiam reſpectu Parochorum docen-
tium, *Garc. de benefic. par. 3. cap. 2. num.* 108. Digni- 16
tates verò, & Canonici, quorum præbendis cura
animarum annexa non eſt, ex ſtudii cauſa abeſſe
poſſunt cum licentia Epiſcopi per quinquennium,
& non ultrà, *cap. relatum, & cap. ult. de Magiſtr. cap.*
tuæ, de Cleric. non reſiden. Concil. Trident. ſeſs. 5. de re-
form. cap. 1. in fin. Barboſ. dict. par. 3. cap. 2. num. 54.
& 83. cum ſeq. Jordan. de Re Benef. lib. 10. tit. 40. num.
127. & ſeq.

Poteſt autem Epiſcopus hanc licentiam ad 17
effectum ſtudendi concedere Dignitatibus, & Ca-
nonicis non quidem ſimplicitèr ſed concurrentibus
infraſcriptis conditionibus, videlicèt quod hujuſ-
modi licentia non concedatur paſſim, & ſine dele-
ctu quibuſcunque petentibus, ſed tantùm idoneis,
& habilibus. Secundò, quod non concèdatur
majori Annorum 30. niſi jam ſtudium inchoaverit,
& nec dùm abſolverit. Tertio, quod non conce-
datur, niſi duobus, quando Canonicorum nume-
rus ita eſt exiguus, ut per abſentiam ultra duos di-
minuatur Eccleſię ſervitium, alias concedi poterit
etiam pluribus arbitrio Epiſcopi. Quartò, ut non
concedatur ultrà quinquennium, ut ſupra, a die,
quo cœptum eſt ſtudium, computandum. Quintò,
ut non concedatur, niſi pro illis locis, in quibus
generale ſtudium viget. Sextò, ut non concedatur
pro quacunque ſcientia, ſed tantùm pro addiſcen-
da Sacra Theologia, vel jure Canonico: niſi ſtu-
dium ſit ita privilegiatum, ut Scholares etiam le-
gibus civilibus, aut Phiſicæ, vel alteri honeſtæ,
& licitæ ſcientiæ vacantes, fructus, & redditus ſuo-
rum beneficiorum percipere poſſint, quale eſt ſtu-
dium Romanum, Patavinum, Salamantinum, &
alia multa, *Fel. in cap. fin. de Magiſtr. Garc. de Benefic.*
par. 3. cap. 2. Barboſ. de offic. & poteſtat. Epiſcop. par. 3.
alleg. 56. Leſs. lib. 2. cap. 34. dub. 29. Car. de Graſ.
de effect. Cleric. in Prælud. num. 54. & cenſuit Sac. Con-
gregatio, prout refert Jordan. de Re benefic. lib. 10. tit. 40.
num. 133. & ſeq.

Notandum eſt autem, quod licentia hujuſmo- 18
di non ſuffragatur quoad diſtributiones intereſſen-
tibus debitas, ſed tantùm quoad fructus Præben- 19
darum; niſi omnes fructus in diſtributionibus con-
ſiſterent, quià tunc ſtudentibus præſtari debent
dempta ſolùm tertia parte intereſſentibus diſtri-
buenda, *cap. licèt, ubi gloſ. & DD. de Præb. Gonzal.*
ad regul. 8. Cancell. §. 7. proœm. num. 78. & ſeq. Garc.
dict. par. 3. cap. 2. num. 112. Gratian. diſcept. for. cap.
166. Quaran. in Sum. Bullar. ver. reſidentia, verſ. quod
autem &c. Layman. in Theol. moral. lib. 4. tract. 2. cap. 14.

num. 1. verſ. interdum &c. Jordan. loco cit. dict. tit. 40.
20 *num. 160. & ſeq.* ubi dicit, quod diſtributiones pro
Anniverſariis, & cœteris incertis in tali caſu non
debeatur ſtudentibus, ſed intèr præſentes tantùm
dividuntur.

21 Notandum ſecundò, quod ſtudentes in tali ca-
ſu ſtudiis cum effectu, ac diligenter operam dare
tenentur: alias tuti non eſſent in conſcientia, ſed
ad reſtitutionem fructuum ſuorum beneficiorum in
tali abſentia mali perceptorum, obligarentur, *Abb.
in cap. fin. num. 6. Fel. ibid. num. 3. & alii, de Magiſtr.
Maſcard. de Probat. concl. 1236. Barboſ. dict. alleg. 56.
num. 24. Jordan. loco cit. num. 142.*

22 Notandum tertiò, quod licèt proviſi de Ca-
nonicatibus in Eccleſia Cathedrali debeant intrà
Annum ſuſcipere Ordinem Sacrum ſuis Præbendis
annorum: nihilominùs poſſet Epiſcopus cum eis
diſpenſare ob cauſam ſtudii, nè intrà quinquen-
nium ad illum ordinem promoveri teneantur, *cap.
cum ex eo, de Elect. in 6. Layman. dict. lib. 4. tract. 2. cap.
14. num. 1. verſ. interdum &c.*

23 Obſerva ſexto, quod Epiſcopus non poteſt
Parochum occupare in officio Viſitatoris, Inquiſi-
24 toris, Vicarii, vel alio ſimili ultrà bimeſtre; poteſt
tamen uti opera duorum Canonicorum, etiàm ul-
trà très menſes, qui dum ſerviunt Epiſcopo, fru-
ctus in abſentia percipiunt, *cap. de cætero, sup. ad
audientiam, de Cleric. non reſiden. Gutier. canon. lib. 1.
cap. 1. num. 149. Alzed. de Præcell. Epiſcop. dignit. par. 1.
cap. 5. num. 127. Put. deciſ. 294. Barboſ. de offic. & po-
teſtat. Epiſcop. par. 3. dict. alleg. 56. num. 13. Jordan.*
25 *dict. lib. 10. tit. 40. num. 168. & ſeq.* ſubdens, quod
prædicti Canonici in tali caſu non excuſantur ab
onere legendi, & reliqua præſtandi, ad quæ ex
munere tenentur, *Garc. de Beneſic. par. 3. cap. 2. num.
40. & ſeq. ubi plures refert Sacr. Congregationis declara-
tiones.*

26 Obſerva ſeptimò, quod abſens ex cauſa gravis
inimicitiæ lucratur etiam diſtributiones, ſi omnes
fructus in diſtributionibus conſiſterent, dempta
tertia parte, quæ præſentibus debetur, dummòdò
non abſit ultra Annum, & inimicitiæ cauſam non
dederit, *ut reſolvit Sacr. Congregatio teſte Garc. de Be-
neſic. par. 3. cap. 2. num. 351. Bonaciu. de Hor. canon.
diſp. 2. quæſt. 5. punct. 1. num. 1. & ſeq. Barboſ. de offic.
& poteſtat. Epiſcop. par. 3. alleg. 53. num. 89. & ſeq.*
ubi addit, quod ſi inimicitiæ creſcant ſinè culpa
Beneficiàti, alius Annus dari poteſt.

S V M M A R I U M.

1 *Clerici, qui nullum beneficium obtinent, vel tantùm ſimplicia beneficia, poſſunt abeſſe à Diœceſi ſinè licentia Epiſcopi:* limitatur num. ſeq.
2 *Clerici in promotione aſcripti Eccleſiæ ſervitio non poſſunt abeſſe ſine licentia Epiſcopi.*
3 *Clerici ſervitio Eccleſiæ aſcripti tenentur eidem inſervire diebus feſtis.*
4 *Qua pœna puniantur Clerici, qui Eccleſiæ inſervire recuſant,* & num. ſeq.
5 *Clerici in Sacris conſtituti privari non poſſunt privilegio fori, niſi in caſibus, pro quibus imponitur pœna degradationis actualis.*
6 *Quando Clerici ſervitio Eccleſiæ aſcribi debeant.*
7 *Epiſcopus poteſt Clericos ad ſibi inſerviendum cogere in functionibus Epiſcopalibus.*

An, & quando alii Clerici, qui ad reſidentiam non ſunt aſtricti, abeſſe nequeant à Diœceſi ſinè licentia Epiſcopi.

C A P. VIII.

Reſp. quod de generali conſuetodine Clerici, 1
qui vel nullum beneficium obtinent, vel
tantùm beneficia ſimplicia, abeſſe poſſunt
à Diœceſi ſinè licentia Epiſcopi, ita, ut illis dimiſ-
ſorias denegare non debeat, *Gonzal. ad reg. 8. Can-
cell. gloſ. 5. num. 80. & gloſ. 15. num. 26. Garc. de Be-
neſic. par. 3. cap. 2. num. 1. & ſeq. ubi plures refert Sacr.
Congregationis deciſiones.*

Limitatur tamen hæc Concluſio, niſi tales 2
Clerici ſervitio alicujus Eccleſiæ ab Epiſcopo fuè-
rint aſcripti, quià tunc abeſſe non poſſunt ſinè li-
centia Epiſcopi, nè diminuatur cultus Divinus,
quo caſu poteſt Epiſcopus etiam dimiſſorias dene-
negare, *ut reſolvit Sacr. Congregatio teſte eodem Garc.
par. 2. cap. 5. num. 102. Pignatell. tom. 3. conſ. 55. nu. 3.*
ubi dicit: quod Clerici ſervitio Eccleſiæ aſcripti te- 3
nentur eidem inſervire diebus feſtis; & ſi ſervire re-
cuſent, non pœna pecuniaria puniendi ſunt, ſed
poſt trinam monitionem privari debent privilegio
fori, *vide gloſ. in cap. licit, extr. de Poen. Quarant. in
Summ. Bullar. ver. Poenæ pecuniariæ, Covar. var. reſol.* 4
lib. 2. cap. 9. num. 9. verſ. Tertium &c. ubi dicunt,
quod poteſt Judex Eccleſiaſticus zelo correctionis
Clericos pecuniaria mulcta aliquando punire,
præſertim quandò ea magis timetur.

Hoc autem intelligendum eſt de Clericis in 5
minoribus ordinibus conſtitutis, de quibus loqui-
tur Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. de reform. cap. 6.*
non autem de Clericis conſtitutis in Sacris: iſti
enim privari non poſſunt privilegio fori, niſi in
caſibus, pro quibus à Jure imponitur pœna degra-
dationis actualis, *ex trad. per Bellett. Diſquiſ. Cleric.
par. 1. tit. de favor. Cleric. perſon. §. 10. per tot. Barboſ.
de offic. & poteſtat. Epiſcop. par. 3. alleg. 110. num. 1. &
ſeq.* & ideò Clerici in Sacris non inſervientes Ec-
cleſiis, quarum ſervitio aſcripti ſunt, alia pœna
arbitrio Ordinarii puniri debent.

Notandum eſt autem, quod licèt hujuſmodi 6
aſcriptio fieri regularitèr debeat tempore collati
ordinis, *ut d. Garc. de Beneſic. dict. par 2. cap. 5. nu. 102.*
tamen ſi eo tempore omiſſa fuerit, occurrente ne-
ceſſitate fieri poteſt etiam poſt collatos ordines, *Pi-
gnatell. dict. conſult. 55. num. 7. 10. & 11.* ubi addit, 7
quod ſi Epiſcopus functiones Epiſcopales ſolemni-
tèr celebrare nequeat, Clericos etiam Eccleſiæ ſer-
vitio non aſcriptos ad ſibi inſerviendum cogere po-
teſt.

S V M M A R I U M

1 *Epiſcopus Parochis imperitis, aut ſenio confectis, vel alio impedimento detentis coadiutores pro tempore deputare poteſt.*
2 *Epiſcopus non poteſt deputare coadiutores perpetuos, ſeu cum futura ſucceſſione.*
3 *Coadiutores prædicti tenentur ad perſonalem reſidentiam.*
4 *Coadiutores tenentur diebus feſtis populo prædicare, & alia munera parochialia adimplere.*
5 *Coadiutori debetur congrua portio ex fructibus ejuſdem Eccleſiæ, cui inſervit.*

6 Quid

Digitized by Google

6 *Quid ſi fructus Parocho, & Coadiutori non ſufficiant.*
7 *Quando ad Coadiutorem pertineat etiam adminiſtratio bonorum temporalium Eccleſiæ.*
8 *Coadiutor à Papa datus Canonico, vel Dignitati cum futura ſucceſſione, tenetur reſidere, aliaque onera ſubire, quæ ad coadiutum ſpectant.*
9 *Epiſcopus non poteſt Canonico, aut Dignitati dare Coadiutorem.*
10 *Coadiutor, qui non eſt conſtitutus in Sacris, non tenetur ratione coadiutoriæ horas Canonicas privatim recitare.*
11 *Canonicus Coadiutor non eſt verè Canonicus, vivente Coadiuto.*
12 *Vicarius Epiſcopi ſine ſpeciali mandato non poteſt Parocho imperito Coadiutorem dare.*

De onere Coadiutorum, qui dantur Parochis, & Canonicis Eccleſiarum Cathedralium, &c.

C A P. IX.

1 PRæmittendum eſt, quod Epiſcopus etiam tanquàm Sedis Apoſtolicæ delegatus Rectoribus parochialium Eccleſiarum imperitis, ſi alias honeſtæ vitæ ſint, Coadiutores, aut Vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eiſdem pro ſufficienti victu aſſignare, vel aliter providere poteſt, quacunque appellatione, vel exemptione remota, *ut conſtat ex Concilio Tridentino ſeſ. 21. de refor. cap. 6. Ventrigl. de Juriſdi. Archiep. cap.* 122. ubi dicit, quod in tali caſu denegatur appellatio quoad effectum ſuſpenſivum, non autem quoad effectum devolutivum: quemadmodum poteſt etiam dare Coadiutorem temporalem, & revocabilem eiſdem Rectoribus, qui munus ſuum nequeunt exercere propter ſenium, infirmitatem, furorem, vel aliud impedimentum Animi, vel Corporis, *cap. de Rectoribus, cap. ex parte. & cap. fin. de Cler. ægr. ubi DD. Azor. par. 2. lib. 3. cap. 1. quæſt. 1. Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 9. num. 20. & ſeq. Garc. de Benef. par. 4. cap. 5. num. 4. & ſeq. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 63. num.* 11. non
2 tamen poteſt Epiſcopus deputare Coadiutores perpetuos, ſeu cum futura ſucceſſione, quia id Summo Pontifici reſervatur, *in dict. Concilio Tridentino ſeſ. 25. de ref. cap. 7. Garc. loco cit. par. 4. cap. 5. num. 16. & 17. Jordan. Elucubrat. diverſ. tom. 2. lib. 9. tit. 1. de Diſpenſat. num. 465. Gavant. in man. Epiſcop. ver. Coadiutor, num.* 15. Dicitur autem imperitus in tali caſu, qui neſcit Euangelium declarare, & Sacramentorum, quæ adminiſtrat, virtutem ignorat, *Navar. in cap. 1. §. caveant. num. 19. & ſeq. de Pœnit. & remiſ. Ventrigl. dict. cap. 122. num. 3. in fin.*

3 His præmiſſis Dico primo, quod Coadiutor Parochialis Eccleſiæ inſtitutus ab Epiſcopo, vel à Summo Pontifice, tenetur ad perſonalem reſidentiam, *ut cenſuit. Sacr. Congregatio teſte Ganz. loco cit. dict. gloſ. 5. §. 9. num. 17. Galet. in Margar. caſ. conſcien. ver. reſidentia 3. Piaſec. in Prax. Epiſc. par. 2. cap. 3. num. 27. Campan. in Diverſ. jur. canon. rub. 7. cap. 6. num. 104. Sanctarel. var. reſol. quæſt. 4. num. 17. Ricc. in Prax. deciſ. 494. num. 14. Jordan. dict. lib. 9. tit. 1. de Diſpenſat. num. 465. Ventrigl. dict. cap. 122. num.* 7. ubi dicit, quod Parochus imperitus, cui datus eſt Coadiutor, tenetur adhuc ad reſidentiam.

4 Item Coadiutor prædictus tenetur omnibus diebus feſtis populo prædicare, puerosque fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes docere, atque ad Congregationes caſuum conſcientiæ accedere, aliaque munera parochialia adimplere, *ut conſtat ex Concilio Tridentino ſeſ. 24. de ref. cap. 4. & cenſuit Sacr. Congregatio ejuſdem Concilii ſub die 18. Martii 1598. teſte Gavant. in ver. Parochorum munera, num.* 32.

Similiter tenetur per ſe, vel per alios celebrare quolibet die feſto, & aliis etiam diebus, quibus opus eſt, ut ſatisfaciat muneri ſuo, *Concil. Trident. ſeſ. 23. de ref. cap. 14. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 2. alleg. 24. num.* 23. ubi addit, quod tenetur etiam Miſſæ Sacrum ſuis Ovibus applicare juxta viri prudentis arbitrium.

Debetur autem Coadiutori congrua portio 5
ex fructibus ejuſdem Eccleſiæ, cui inſervit, *ut ex dict. Concilio ſeſ. 21. cap.* 6. & ſi fructus utrique, videlicet Parocho, & Coadiutori non ſufficerent, 6
poteſt Epiſcopus Populum compellere ad alimenta Coadiutori præſtanda, *Ricc. in prax. for. pœnit. reſol. 494. num. 11. in 2. edit. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 63. num. 11. & ſeq.* ubi ſubjicit, quod ſi 7
Parochi morbus talis eſt, ut ipſe nec temporalia, nec ſpiritualia adminiſtrare poſſit, tunc ad Coadiutorem pertinet generalis adminiſtratio etiam bonorum temporalium, ex quibus primum Parocho commodè providendum eſt, deindè Coadiutori, quatenùs ſuperſint, *vide Jordan. d. lib. 9. tit. 1. de Diſpenſat. num. 470. & ſeq.*

Dico ſecundò, quod Coadiutor à Papa datus 8
Canonico, vel Dignitati cum futura ſucceſſione, tenetur pariter reſidere, ac Divinis inſervire, aliaq; onera ſubire, quæ ad Coadiutum ſpectant, *Garc. de Benef. par. 3. cap. 1. num. 109. Gavant. in man. Epiſc. ver. Coadiutor, num. 15. & ſeq.*

Dixi, a Papa datus &c. quià Epiſcopus non 9
poteſt Dignitati, aut Canonico dare Coadiutorem, ut obſervat *Gavant. loco proximè cit.*

An verò Canonicus Coadiutor, qui non eſt 10
conſtitutus in Sacris, teneatur ratione Coadiutoriæ officium Divinum, ſeu horas Canonicas privatim recitare? Reſp. negativè, quia Coadiutoria non eſt beneficium: Nam Canonicus Coadiu- 11
tor non eſt verè Canonicus vivente Coadiuto, *ut poſt Suar. & alios ſenſit Garc. dict. par. 3. cap. 1. num. 109. & cap. 3. num.* 16.

An verò Vicarius Epiſcopi poſſit Parocho im- 12
perito Coadiutorem dare? Reſp. negativè, niſi habeat ſpeciale mandatum *Ventrigl. dict. cap. 122. num.* 5.

S V M M A R I V M.

1 *Proviſi de beneficiis Curatis, vel de Canonicatibus, vel Dignitatibus in Eccleſia Cathedrali tenentur ex decreto Concilii Tridentini intrà duos menſes fidei profeſſionem emittere, alioquin non faciunt fructus ſuos*: limitatur num. 2. & ſeq.
2 *Canonici Eccleſiæ Collegiatæ non tenentur fidei profeſſionem emittere*: limitatur num. 20.
3 *Portionarii Eccleſiarum Cathedralium, & proviſi de beneficiis ſimplicibus non tenentur emittere fidei profeſſionem*: limitatur num. 20
4 *Proviſi de beneficiis Curatis, & Canonicatibus in Eccleſia Cathedrali, ſi poſt duos menſes profiteantur, non recuperant fructus antea deperditos ob non emiſſam fidei profeſſionem*: limitatur num. ſeq.
5 *An tales proviſi lucrentur fructus decurſos in ipſis duobus menſibus:*

Proviſi de dictis beneficiis, ſi non emittant fidei profeſſionem, non privantur poſſeſſione, & juribus beneficii, ibidem.

6 Tales proviſi Sede Epiſcopali vacante tenentur fidei profeſſionem emittere coràm Vicario Capitulari, non autem coram Capitulo.

7 Decretum Concilii prædictum uti pœnale non obligat in in foro conſcientiæ.

8 Non facientes fidei profeſſionem, non amittunt diſtributiones quotidianas: limitatur num. 10.

9 Diſtributiones quotidianæ non veniunt appellatione fructuum, & proventuum beneficii: limitatur num. ſeq.

10 Quidſi omnes fructus præbendæ conſiſterent in diſtributionibus.

11 Prædicti proviſi tenentur emittere fidei profeſſionem per ſe ipſos, non autem per Procuratores: contrarium num. 13.

12 An poſſit Epiſcopus aliquem delegare in loco, ubi adſunt proviſi, ut coràm illo fidei profeſſionem emittant.

13 An negligentia procuratoris noceat Domino mandanti.

14 Quando fructus amiſſi ob non factam fidei profeſſionem applicandi ſint fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus, & quando ſpectent ad Capitulum.

15 Fructus Canonicorum non reſidentium, aut excommunicatorum ſpectant ad Capitulum.

16 Capitulum, ſeu capitulares perſonæ non poſſunt fructus amiſſos ob non factam fidei profeſſionem remittere, aut donare.

17 Obtinens Coadjutoriam cum futura ſucceſſione Canonicatus, vel Dignitatis, non tenetur fidei profeſſionem emittere, niſi cum factus fuerit locus ſucceſſioni.

18 Parochus, vel Canonicus, qui aliam parochialem, vel alium Canonicatum reſpectivè obtinuit, tenetur iterum fidei profeſſionem emittere.

19 Fidei profeſſio poteſt emitti coram Vicario Epiſcopi: etiamſi Epiſcopus aliquo impedimento non detineatur.

20 Fidei profeſſio facienda eſt in prima Synodo ab aliis etiam Beneficiatis, qui in ea convenire debent.

21 Deputati pro exercitio Curæ Animarum abſque titulo parochiali non tenentur fidei profeſſionem emittere.

22 Magiſtri, & Doctores Univerſitatum, & ſtudiorum generalium tenentur initio cujuſlibet Anni profeſſionem fidei emittere: limitatur ibidem quoad legentes in privatis ſedibus.

23 An proviſus de parochiali habitu, non actu, teneatur fidei profeſſionem emittere.

De Fidei Profeſſione.

C A P. X.

1 PRoviſi de Beneficijs curam Animarum habentibus, vel de Canonicatibus, aut Dignitatibus in Eccleſiis Cathedralibus tenentur à die adeptæ poſſeſſionis ad minus intrà duos Menſes, fidei profeſſionem coràm Epiſcopo, vel eo impedito coràm ejus Vicario emittere: alioquin fructus ſuos non faciunt, nec illis poſſeſſio triennalis, nec alia longiſſima ad effectum acquirendi fructus ſuffragatur, quamdiù dictam profeſſionem non emiſerint, *ut ſtatuit Sacrum Concilium Tridentinum ſeſ. 24. de ref. cap. 12. & declaravit Sacra Congregatio teſte Garc. de Benef. par. 3. cap. 3. num. 33. & ſeq. Squillant. de obligat. Cleric. par. 1. num. 86. & ſeq.* ubi dicit,
2 quod etiam Canonici Regulares Eccleſiarum Cathedralium, aut exempti tenentur emittere fidei profeſſionem, *Ventrigl. de Juriſdict. Archiepiſc. cap. 45. num. 8.* quod procedit etiam in obtinentibus Canonicatus, & Dignitates tranſlatis de una Eccleſia ad aliam; tùnc enim, etiàmſi emiſerint fidei profeſſionem in prima Eccleſia, tenentur etiàm illam emittere in ſecunda, exceptis Canonicis, & Dignitatibus Eccleſiarum Collegiatarum, ad quos hujuſmodi obligatio non extenditur, cum Concilium tantùm aſtringat proviſos de Beneficiis curam Animarum habentibus, & Canonicos, ac Dignitates Eccleſiarum Cathedralium, *ut declaravit Sacra Congregatio teſte eodem Garc. loco cit. d. par. 3. cap. 3. num. 12. & ſeq.* ubi ſubjicit, quod nec tenen- 3
tur fidei profeſſionem emittere Portionarii Eccleſiarum Cathedralium, etiàmſi de conſuetudine habeant vocem in Capitulo, vel ſint de Capitulo, *Squillan. de obligat. Cler. par. 1. num. 89. Ventrigl. d. cap. 45. num. 10.*

Obſerva tamèn, quod licèt proviſi de dictis 4
beneficiis poſſint, & debeant elapſis duobus menſibus profiteri, non tamèn recuperant fructus antea deperditos ob non factam fidei profeſſionem, *Garc. loco cit. d. par. 3. num. 29. & ſeq.* lucrantur tamèn 5
fructus decurſos in ipſis duobus menſibus: quià Concilium privat tantùm fructibus poſt duos menſes decurrendis; quemadmodum eis poſſeſſio ſuffragatur quoad titulum beneficij, & quoad alios poſſeſſionis effectus; Undè & vocem in Capitulo, & jus præcedendi habent à die adeptæ poſſeſſionis, niſi aliud obſtet, *ut cenſuit Sacra Congregatio, prout refert idem Garc. d. par. 3. cap. 3. num. 34. Jordan. de re benefic. lib. 10. tit. 38. num. 13.*

Obſerva ſecundò, quod Sede Epiſcopali va- 6
cantè proviſi de dictis beneficiis coram Vicario Capitulari tenentur fidei profeſſionem emittere, non autèm coram Capitulo; quià cum juriſdictio Epiſcopalis adminiſtretur per Vicarium, magis per eum repræſentatur Epiſcopus, quàm per Capitulum; præſertim cum Concilium omninò velit, juriſdictionem adminiſtrari per Vicarium, & non per Capitulum, *& ità cenſuit Sacra Congregatio apud Garc. loco ſuprà cit. d. part. 3. cap. 3. numer. 25. & ſeq. Squillant. de obligat. Cleric. par. 1. num. 94.*

Obſerva tertiò, prædictum decretum Conci- 7
lii uti pœnale, non obligare in foro conſcientiæ; & ideò is, qui fidei profeſſionem non emiſit, non tenetur ad reſtitutionem fructuum perceptorum, donèc condemnetur, ſeu ſequatur ſententia declaratoria, præſertim concurrente ignorantia, vel inadvertentia, *Nav. conſ. 12. num. 1. de juſt. & alij apud Garc. d. cap. 3. num. 35. 67. & ſeq.* licèt alii contrarium ſentiant, *vide Squillan. de obligat. Cler. par. 1. num. 98. & ſeq.*

Obſerva quartò, quod non facientes fidei 8
profeſſionem, non amittunt diſtributiones quotidianas: quià iſtæ dantur ratione miniſterii, & operæ perſonalis, & laboris, *DD. in cap. unic. de Cler.* 9
non reſid. in 6. & non veniunt appellatione fructuum, & proventuum beneficij, *cap. licèt, de Præb. Oldrad. conſ. 118. Pariſ. conſ. 32. & 34. lib. 4. Covar. lib. 3. var. cap. 13. num. 1. Froied. de Incompat. benef. cap. 12. nu. 8. Squillant. d. par. 1. n. 100. Rot. deciſ. 2. de Præb. in nov. &*
deciſ. 33. de re jud. in antiq. niſi omnes fructus præ- 10
bendæ conſiſterent in diſtributionibus; quià tunc diſtributiones hujuſmodi ſuccederent loco fructuum: & per conſequens omittentes fidei profeſſionem, eas non facerent ſuas, *Monet. de diſtribut. par. 1. quæſt. 6. num. 14. & quæſt. 8. num. 9. Decian. conſ. 43. numer. 14. & ſeq. vol. 1. Garc. d. par. 3. cap. 3. num. 58. & ſeq.*

Ob-

11 Obſerva quintò, quòd prædicti proviſi tenentur facere hujuſmodi profeſſionem per ſe ipſos, non autèm per Procuratorem, *Squillan. de obligat. Cleric. par. 1. num. 91. Garc. d. par. 3. cap. 3. numer. 74.*
12 ubi, quod poteſt Epiſcopus ad hunc effectum aliquem delegare in loco, ubi adſunt proviſi, ut
13 coràm illo emittant fidei profeſſionem. Contrarium tamèn, quòd fidei profeſſio fieri poſſit per procuratorem ſpecialitèr deputandum, *tenent Zerol. in Prax. Epiſc. 2. ver. fidei profeſſio, Ricc. de jure Abb. to. 1. diſp. 8. qu. 3. num. 11. Navar. conſ. 11. de Jurejur & alij per multi, quos refert, & ſequitur Ventrigl. de Juriſdict. Archiep. cap. 44. num. 4. ubi dicit, hanc eſſe magis communem; Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3. alleg. 61. & ità ſenſit Rot. in Vermien. Canonicatus 13. Junii 1608. coràm Cardin. Sacrato, quam refert Maſobr. de Synod. Diœceſan. cap. 40.*

Notandum eſt autèm, quod attentâ hac ſententia Doctorum afferentium, profeſſionem fidei fieri poſſe per procuratorem, ut ſuprà ſpecialitèr deputandum, proviſio de beneficio non noceret negligentia Procuratoris, qui illam emittere tempore debito neglexit, cum nulla culpa ipſius proviſi eo caſu aſſignari poſſit, *ſecundùm Azor. inſtit. mor. tom. 2. lib. 7. quæſt. 6. Sanch. in Summ. lib. 2. cap. 5. Ricc. par. 4. deciſ. 84. Squillan. de obligat. Cleric. par. 1. num. 181.* licèt regularitèr procurator, ſi omittit facere id, quod ſibi mandatum eſt, præjudicet Domino mandanti, *Bald. in cap. cum olim Abbas de offic. deleg. Jaſ. in leg. ſi Procurator, Cod. de Procur. Surd. deciſ. 181. num. 3.*

14 Obſerva ſextò, quod fructus amiſſi ob non factam fidei profeſſionem, ſi agitur de Parochis, applicandi ſunt fabricę Eccleſiæ, vel pauperibus, *Concil. Trident. ſeſſ. 23. de ref. cap. 1. verſ. ſi quis autèm &c.* ſi verò agitur de Canonicis, & Dignitatibus habentibus fructus diſtinctos, & ſeparatos a menſa capitulari, ſunt ſimilitèr applicandi fabricæ Eccleſiæ quatenùs indigeat: alias alteri pro loco arbitrio ordinarij. Sed ſi agitur de Canonicis, & Dignitatibus habentibus fructus in menſa particulari,
15 fructus hujuſmodi ſpectant ad Capitulum, ſicùt fructus non reſidentium, aut excommunicatorum, *latè Garc. de benef. d. par. 3. cap. 3. numer. 38. & ſeq.*
16 ubi addit, quod Capitulum, ſeù capitulares perſonæ non poſſunt fructus ſic amiſſos remittere, aut donare,

17 Obſerva ſeptimò, quod is, qui obtinuit Coadiutoriam perpetuam cum futura ſucceſſione Canonicatus, ſeù Dignitatis; non tenetur fidei profeſſionem emittere, niſi cum factus fuerit ſucceſſioni locus; quià coadjutor non eſt in poſſeſſione Canonicatus, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. part. 3. alleg. 61. num. 13. Garc. de benef. par. 4. cap. 5. num. 76. Squillan. de obligat. Cleric. par. 1. numer. 85. verſ. an autèm &c.*

18 Obſerva octavo, quod Parochus, vel Canonicus, qui in ſuſceptione parochialis, vel Canonicatus, ſemèl profeſſionem fecit, tenetur iterùm eam emittere in adeptione alterius Dignitatis, Canonicatus, vel Parochialis: quià Concilium generalitèr loquitur, *ut cenſuit Sacra Congregatio teſte Squillan. de obligat. Cleric. par. 1. num. 90.*

19 Obſerva nono, quod licèt in Concilio dicatur, profeſſionem fidei amittendam eſſe coràm Epiſcopo, vel eo impedito, coràm ejus Vicario, tamèn fieri poteſt hujuſmodi profeſſio coram Vicario Epiſcopi, etiamſi Epiſcopus aliquo impedimento detentus non fuerit: quià illa verba Concilii ſolùm innuunt, convenientius eſſe, ut fidei profeſſio fiat coràm Epiſcopo, ceſſante impedimento, *Garc. loco cit. par. 3. cap. 3. num. 23. Squillan. de obligat. Cleric. par. 1. num. 92.*

Obſerva decimò, quòd alii etiam Clerici Be- 20
neficiati, qui in Synodo Diœceſana convenire debent, fidei profeſſionem in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, emittere dèbent, *juxtà Tridentinum ſeſſ. 25. de ref. cap. 2. verſ. cæteri verò &c. vide Gavant. in man. Epiſcop. ver. fidei profeſſio, Garc. de benef. par. 3. d. cap. 3. num. 14. Ventrigl. cap. 45. num. 11.*

Obſerva undecimò, quod Deputati pro exer- 21
citio curæ Animarum abſque titulo parochiali, non tenentur fidei profeſſionem emittere: quia iſti non dicuntur habere principalitèr curam Animarum; ſed illa reſidet penès deputantes, *Sanch. de Præcept. Decalog. lib. 2. cap. 5. ſub num. 2. Riccinl. de jure perſon. lib. 1. cap. 13.*

Obſerva duodecimò, quod fidei poſſeſſionem 22
tenentur emittere etiàm Magiſtri, & Doctores Univerſitatum, & ſtudiorum generalium initio cujuslibet Anni coràm ijs, ad quos earumdem Univerſitatum, & ſtudiorum generalium cura, viſitatio, & reformatio pertinet, *juxtà deciſionem Concilii Tridentini ſeſſ. 25. de reform. cap. 2. in fin. & advertit Ricc. deciſ. 84. par. 4. Riccinl. loco cit. d. cap. 13. num. 2. & ſeq. Venerigl. d. cap. 45. num. 12.* ſubdens *num. 14.* quod ad id non tenentur legentes, ſeù docentes in privatis Sedibus ex inveterata conſuetudine Romanæ Curiæ;

Obſerva decimotertiò, quod non tenetur 23
fidei profeſſionem emittere proviſus de parochiali habitu, non actu, quià hujuſmodi beneficium eo caſu judicatur ſimplex, & poteſt à Clerico in minoribus ordinibus obtineri, *gloſ. in cap. licèt canon. de Elect. in 6. Rebuff. in Prax. tit de Promot. intrà Ann. num. 34. Hoed. de incompat. benef. par. 1. cap. 13. num. 10. Riccinl de jur. perſon, lib. 1. cap. 14. & 15. Barboſ. de offic. & poteſtat. Paroch. cap. 4. num. 9.* niſi Eccleſia Parochialis habitu, ob regreſſum Parochianorum redeat actu ad curam: tùnc enim proviſus tenetur profeſſionem emittere, & alia ad curam requiſita adimplere, *Ventrigl. de Juriſd. Archiep. cap. 45. num. 6.*

SUMMARIUM.

1 Clerici Beneficiati non teneantur ad reparationem Eccleſiæ, quando hoc onus ex conſuetudine ad alios ſpectat.

2 Ceſſante conſuetudine Eccleſia reparari debet ex proprijs fructibus pro fabrica deſtinatis.

3 Quid ſi nulla adſit conſuetudo, & nulli extent fructus pro fabrica deſtinati, vel iſti non ſufficiant.

An, & quando Parochiani teneantur contribuere in reparatione Eccleſiæ, & domus Parochialis, ibidem.

4 An Parochiani teneantur ad paramenta, luminaria, & alia Eccleſiæ neceſſaria.

Et an teneantur ad novas ſepulturas conſtruendas, ibidem.

5 Ad Epiſcopum ſpectat contributionem decernere, & ad illam ſubeundam cogere tàm Clericos, quàm Laicos.

6 Quid ſi Eccleſiæ dirutæ refici nequeant ob nimiam egeſtatem eorum, qui ad id tenentur.

7 Patronus, qui non dedit dotem ſufficientem pro victu Sacerdotis, pro luminarijs, fabrica, & aliis neceſſariis, poteſt ad prædicta ab Epiſcopo compelli.

8 Qui tenentur ad reparationem Eccleſiæ Parochialis, teneatur etiàm ad reſtaurationem domus Rectoris

9 Lam-

9 *Lampas antè Sacram Euchariſtiam Rectoris ſumptibus ſemper ardere debet, niſi de conſuetudine aliter ſervetur.*
10 *Non cenſetur inducta conſuetudo, quando actus ſit ex particularium perſonarum devotione.*
11 *Si populus Prædicatori alimenta præſtare conſuevit, talis conſuetudo uti laudabilis ſervanda eſt.*
12 *Conſuetudo, quæ non eſt contrà, ſed præter jus, ſpatio decem Annorum inducitur.*
13 *Electio Prædicatorum ad Epiſcopum ſpectat.*
14 *Quid ſi populus immemorabilem nominandi præſcriptionem probaret.*
15 *Parochus, qui non habet centum ducatos liberos, excuſatur ab onere reparationis Eccleſiæ Parochialis.*
16 *Epiſcopus, qui non habet ducatos mille, excuſatur ab onere reparationis Eccleſiæ Cathedralis.*
17 *Beneficiati tenentur ad reparationem Eccleſiæ, ſi beneficiorum fructus ſibi ſuſtentandæ vitæ ſuperſunt, quamvis ad tuendam conditionem, ſeù ſtatum non ſufficiant.*
18 *Patronus pauper excuſatur à reparatione Eccleſiæ.*
19 *An Eccleſia Patronum pauperem alere teneatur.*

An, & quando Clerici Beneficiati teneantur ad reparationem Eccleſiæ.

C A P. XI.

1 RESP. quod in hoc attendenda eſt conſuetudo locorum: nam ſi ex conſuetudine alii tenentur Eccleſiam reparare, tùnc Clerici Beneficiati ad id cogendi non ſunt, *Bero. conſ. 3. vol. 1. Rot. deciſ. 627. num. 1. & ſeq. par. 1 recent. Bellett. diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. de Cleric. debit. §. 13. num. 2.*
2 *Gennenſ. in Practicab. Eccleſ. quæſt. 347.* ceſſante verò conſuetudine Eccleſia reparari debet ex propriis fructibus pro fabrica deſtinatis, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 64. numer. 5. Bellett. loco cit. num. 11. & alii communiter.*

3 Si verò nulla adſit conſuetudo, & nulli extent fructus pro fabrica deſtinati, vel iſti non ſufficiant, Eccleſia Cathedralis reparanda eſt ab Epiſcopo de quarta ſuorũ reddituum tam futurorum, quam præteritorum, quos ad iſtum effectum debet conſervare, deductis ſibi neceſſariis ad congruam vitæ ſuſtentationem, *Ricc. in collect. deciſ. 2350. par. 6. Sperell. deciſ. 68. num. 18. & 20. Piaſec. in Prax. Epiſc. par. 2. cap. 3. Lotther. de re beneſ. lib. 1. quæſt. 11. num. 79. Bero. d. conſ. 3. num. 6. & ſeq. Barbac. conſ. 26. num. 4. lib. 3. Surd. conſ. 62. num. 23.* ſed ſi quarta pars reddituum Epiſcopi nõ ſufficiat ad illius reparationem, tùnc contribuere tenentur Canonici, & alii, qui in dicta Eccleſia poſſident beneficia, de fructibus, qui ſuperſunt, detractis neceſſariis ad vitam, & ſi reditus Epiſcopi, & Canonicorum, & aliorum Beneficiatorum non ſufficiant, poteſt Epiſcopus redditus etiam Beneficiorum vacantium applicare fabricæ ejuſdem Eccleſiæ, *Abb. in cap. 1. de Eccleſ. ædific. Felin. in cap. cum accepiſſent, de Conſtit. Bellett. Diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. de Cleric. debit. §. 13. num. 12. & ſeq. Barboſ. d. par. 3. alleg. 64. num. 4. Sperell. deciſ. 68. num. 20.*

Eccleſiæ Parochiales ſimilitèr reparandæ ſunt ex fructibus, & proventibus pro fabrica deſtinatis, *Fed r. de Sen. conſ. 224. Bero. conſ. 3. num. 6. Sperell. deciſ. 67. num. 1.* & ſi tales fructus non ſufficiant, tùnc à Patronis, ſi Eccleſiæ prædictæ de Jurepatronatus ſint, reparari debent: alioquin ad Parochos, & alios, qui in dictis Eccleſiis beneficia poſſident, hoc onus ſpectat pro rata reddituum deductis ſibi neceſſarijs ad vitam, ut ſuprà, *cap. 1. de Eccleſ. ædific. cap. fin. de iis, quæ fiunt a major. par. capit. Conc. Trident. ſeſ. 21. de ref. cap. 7. Surd. d. conſ. 62. num. 1. & ſeq. Rip. reſp. 22. num. 3. Ricc. in prax. reſ. 476. num. 4. Bellett. Diſquiſ. Cleric. par. 1. tit. de Cleric. debit. §. 15. numer. 1. Azor. inſtit. mor. par. 2. lib. 9. cap. 3. quæſt. 10. Abb. conſ. 70. num. 2. par. 1. Mantic. deciſ. 284. num. 1. & ſeq. Comitol. reſponſ. mor. lib. 1. quæſt. 82. concl. 2.*

Sed ſi hujuſmodi fructus non ſufficiant, tùnc in ſubſidium compellendi ſunt Parochiani non quidem per capita perſonarum, ſed habita ratione bonorum, & quantitatis patrimonij: ratio eſt, quia cum in Eccleſia Parochiali audiant Divina, & percipiant Eccleſiaſtica Sacramenta, tenentur etiam ad refectionem ejuſdem Eccleſiæ, *Rip. d. reſp. 22. Ricc. d. reſ. 476. num. 7. Azor. d. cap. 3. quæſt. 10. Valaſc. to. 2. conſul. 179. n. 10. Rot. dec. 145. n. 1. p. 1 rec. Bell. Diſquiſ. Cleric. tit. de Cleric. debit. §. 14. num. 8. & ſeq.* ubi dicit, quod Parochiani tenentur etiam in ſubſidium ad congruam ſuſtentationem Parochi, *Barboſ. d. alleg. 64. num. 6. & de offic. & pot. Paroch. cap. 13. num. 1. & ſeq.*

Eadem diſtinctio procedit quoad paramenta, 4
ornamenta, Calices, Sepulturas, & alia Eccleſiæ neceſſaria, quia hæc jure communi cum Eccleſiæ reſtauratione parificantur, *Ugolin. de offic. Epiſc. cap. 14. §. 1. num. 5. Bellett. loco cit. §. 13. num. 13. & §. 14. num. 4. & ſeq. Monet. de commut. ult. voluntat. cap. 11. num. 149. Sperell. deciſ. 68. num. 4. & ſeq. Barboſ. d. alleg. 64. num. 6. par. 3. Petrus de Margu Diſquiſ. moral. & Canon. tom. 1. tract. 5. de ſepulch. conſtruct. Diſquiſ. 9.*

Aliæ Eccleſiæ inferiores refici debent ex fructibus, & proventibus ad eaſdem Eccleſias quomodocumque pertinentibus, *latè Sperell. d. deciſ. 67. num. 1. & ſeq.*

Ad Epiſcopum autem ſpectat non ſolùm hæc 5
cognitio, & diſcuſſio, qualia opera fieri debeant, ſed etiam contributionem decernere, & ad illam ſubeundam cogere tam Clericos, quàm Laicos, quacumque appellatione, exemptione, & contradictione remota, *ut ex Tridentino d. ſeſ. 21. cap. 7. Barboſ. d. par. 3. alleg. 64. num. 7. & ſeq. Gabr. Pereir. in tr. de manu Regia, cap. 19. de indict. num. 9.*

Obſerva tamèn, quod ſi Eccleſiæ dirutæ refi- 6
ci nequeant ob nimiam egeſtatem eorum, qui ad id tenentur, ad matrices, ſeù alias viciniores Eccleſias transferri debent ab Epiſcopo, qui facultatem habet eas in profanos uſus, non Sordidos, erecta ibi Cruce, convertendi, *ut ex dicto Concilio ſeſ. 21. cap. 7. vide Barboſ. d. par. 3. alleg. 64. num. 13. & 19. Valaſc. alleg. 179. num. 22. Ricc. in prax. Reparat. Eccleſiar. & Capellar. reſol. 343. tom. 4. Paul. de Citadin. de Jurepatronat. in 3. par. art. 5.*

Obſerva ſecundò, quod ſi Eccleſia ſit de Jure- 7
patronatus, & Patronus non dederit dotem ſufficientem pro victu Sacerdotis, pro fabrica, & aliis neceſſariis, poteſt idem patronus ad prædicta ab Epiſcopo compelli ſub pœna privationis Juriſpatronatus; ſecùs ſi Patronus à principio ſufficientem dotem dederit, *cap. nemo. de Conſecrat. diſt. 1. Sperell. deciſ. 68. num. 11. & ſeq. Barboſ. d. par. 3. alleg. 64. num. 16.*

Obſerva tertiò, quod illi, qui tenentur ad 8
reparationem Eccleſiæ Parochialis, tenentur ad

re-

reſtaurationem domus Rectoris; eadem enim eſt
ratio in domo Rectoris, quæ eſt in Eccleſia, *ut declaravit Sacra Congregatio Concilii, prout refert Sperell. deciſ.68. num.9. Beliett. Diſquiſ. Cleric.tit.de Cleric. debitor. §.14. num.4. Ugolin.de offic. Epiſcop. cap.14. §.1. num.5. Monet.de commut. ultim.volunt. cap.11. num.149. Barboſ. de offic. & poteſt.Paroch. cap. 13. num.12.*

9 Obſerva quartò, quod licèt de jure lampas
antè S. Euchariſtiam Rectoris ſumptibus ſemper
ardere debeat, *cap. ſanè, de celebr. Miſſ. Genuenſ. in Prax.cap.109.ſub num.13.* hoc tamèn intelligendum
eſt, niſi alii ad hoc onus de conſuetudine teneantur, *cap. fin. de Teſta. Iaaoc. in cap. fin. de his, quæ fiunt a major. par. cap. Surd. conſ. 62. numer. 2. lib. 1.*
10 *Rip. reſp. 2. tit. de conſuet. Sperell. deciſ. 68. numer. 16.*
ſubdens, quod non cenſetur inducta talis conſuetudo, ſi aliqui particulares ex devotione hujuſmodi ſumptus ſubminiſtraverint.

11 Addunt Doctores, quod etiamſi Parochus
teneatur per ſe ipſum, vel ſi fuerit impeditus,
per alium in ſua Eccleſia verbum Dei prædicare,
juxtà diſpoſitionem Concilij Tridentini ſeſſ.5. de ref. cap.2. & ſeſſ. 24. de ref. cap.4. nihilominùs ſi populus conſuevit Prædicatori tempore Quadrageſimæ, &
Adventus Concionanti præſtare alimenta, talis
conſuetudo uti laudabilis ſervanda eſt, *ex Concil. Triden. d.ſeſſ.24. cap.4. Rip. conſ.1. num.44.de conſuetud. Surd. conſ.62. num.17. lib.1. & cenſuit Sacra Congregatio teſte Sperell. deciſ.68. num. 17. & deciſ.70. num. 1. &*
12 *ſeq.* ubi dicit, quod talis conſuetudo, cum non
ſit contrà, ſed præter jus, ſpatio decem Annorum
inducitur.

13 Notandum eſt autèm, quod electio Prædicatorum ad Epiſcopum ſpectat, etiamſi Populus teneatur ad eorum victum, vel ad eleemoſinas eis
præſtandas, *ut conſtat ex Tridentino d. ſeſſ. 24. de ref. cap.4. ibi ab Epiſcopo impenſis eorum, qui eas præſtare,*
14 *vel tenentur, vel ſolent, deputandos &c.* niſi Populus
immemorabilem nominandi præſcriptionem probaret: tùnc enim, vel non eſſet privandus jure
eligendi, vel ſi Epiſcopus eligere vellet, poſſet
quidem, ſed propriis expenſis; & Populus in tali
caſu non teneretur alimenta præſtare, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 76. num.12. Sperell. d. deciſ.70. num.10.*

15 Obſerva quintò, quod Parochus, qui non
habet centum ducatos liberos juxtà decretum Sac.
Concilii Tridentini, *ſeſſ. 24. de reform. cap. 13.* excuſatur ab hujuſmodi onere reparationis, quia hæc
ſumma ad congruam Parochi ſubſtentationem à
Sac.Concilio fuit præſcripta, *Piaſec. in Prax. Epiſc. par.2. cap.3. Sperell. deciſ.68. num. 18. in fin.* ubi dicit
quod Epiſcopus poteſt, & debet ſe cum dicto decreto Sac. Concilii conformare, *vide textum in cap. de his, extr. de Eccleſ. ædific.*

16 Idem dicendum, quoad Epiſcopum, qui ſimilitèr à reparatione Eccleſię Cathedralis excuſatur,
ſi ex redditibus Menſæ Epiſcopalis non habeat ducatos mille ſibi ab eodem Sac. Concilio *d. ſeſſ. 24. cap. 13.* pro congrua ſubſtentatione aſſignatos,
Ricc. in Collect. deciſ.2350. par. 6. ubi dicit, quod
Epiſcopus non tenetur ad reparationem, niſi de
ſuperfluis; & ideò ſi Annui redditus Epiſcopatus
non excedunt ſummam ducatorum mille, Epiſcopus non tenetur ad hunc effectum reſervare quartam partem ſuorum reddituum præteritorum, &
futurorum, *Ricc. in Prax. reſ. 344. tom. 4. Sperell. d. deciſ.68. num. 18. in fin. Rot. in Campanien. penſionis 22. Junij 1609. coràm Juſto, & in Policaſtren. congruæ 16. Novembris 1615. coram Ubaldo, quæ eſt deciſio 763. num. 1. par. 2. recent. prout refert Barboſ. de offic. & pot. Epiſcop. par. 3. alleg. 120. num. 11. & ſeq.* ubi etiàm
obſervat, quod in Epiſcopatibus, quorum fructus non excedunt valorem mille ducatorum,
non ſolet penſio imponi, *Garc. de Benefic. par. 1. cap. 5. num. 395. Pariſ. de Reſignat. lib. 6. quæſt. 2. num. 34.*

Reliqui verò Beneficiati tenentur ad repara- 17
tionem Eccleſiæ, ſi Beneficiorum fructus ſubſtentandæ vitæ ſuperſunt, quamvis ad tuendam conditionem, ſeù ſtatum non ſufficiant, *Navar. de Reddit. Eccleſ. quæſt.5. monit.36. num.4. Barboſ. d. par. 3. alleg. 64. numer. 4. Ricc. in Prax. tom. 4. reſ. 342. & ſeq.*

Quæ autèm neceſſaria ſint ad vitam ſubſtentandam, remittitur arbitrio ordinarii, attenta qualitate perſonæ, beneficii, & loci, *Garc. de Benefic. par.9. cap.2. num.14. & ſeq. Barboſ. de offic. & pot.Epiſc. par.3. alleg.60. num.2.*

Obſerva ſextò, quod Patronus pauper excu- 18
ſatur à reparatione Eccleſiæ, *Ricc. in Prax. tom. 4. reſ. 343. Leoncill. de Privil. pauper. par. 2. privil. 233. num.7.* dicitur verò pauper, ſi non habeat quantum ſufficit ad condecentem ejus ſtatum, *Cittadin. de Jurepatr. par.6. art.4. num.158. Gratian.diſcept. forenſ. lib. 3. cap. 552. num. 26. Surd. de alimen. tit.7. quæſt. 32. num. 29. & tit. 4. quæſt. 18. num. 1. & ſeq. & tit.1. quæſt.78. num.7.* ubi addit, quod Patronus
habet beneficium, nè conveniatur ultrà quàm facere poteſt: & ideò illi relinqui debent alimenta,
quæ taxanda ſunt ſecundùm dignitatem, & qualitatem perſonæ, *juxtà textum. in l. in condemnatione, ubi DD. ff. de Regul. Jur.* Undè ſi Juriſpatronatus
ſpectet ad Epiſcopum, vel ad Parochum, & iſti
non habeant ducatos mille, vel centum reſpectivè,
excuſantur ab hujuſmodi reparatione, *ex trad. per Sperell. Ricc. Barboſ. & alios ſuprà citatos.*

Quæres, an Eccleſia Patronum pauperem ale- 19
re tenentur? Reſp. quod tenetur de his, quæ
ſuperſunt; & ideò deduci priùs debent ea, quæ
pro cultu Divino neceſſaria ſunt, alimenta Rectoris, & aliorum Miniſtrorum Eccleſiæ, ac reparationes neceſſariæ, *vide Surd.d.tract.tit.7.quæſt.32. num. 1. & ſeq.*

S U M M A R I U M.

1 *Succeſſor in beneficio non tenetur ad debita contracta per ſuum prædeceſſorem ob proprium commodum abſque neceſſitate.*
2 *Succeſſor in beneficio tenetur ad debita per prædeceſſorem contracta pro neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ:* declaratur num.14. limitatur num. 15.
3 *Succeſſor in beneficia tenetur ad debita per ſuum prædeceſſorem contracta pro ſua neceſſitate:* limitatur num. 15.
4 *Eccleſia tenetur ſuum Rectorem alere.*
5 *Eccleſia tenetur ad impenſas factas in ultima ſui Rectoris infirmitate.*
6 *Succeſſor in beneficio tenetur ad reſtitutionem pecuniæ mutuatæ prædeceſſori carcerato.*
7 *Succeſſor in beneficio tenetur ad impenſas pro funeralibus ſui Prædeceſſoris:* declaratur ibidem, & num.11. limitatur num.13.
8 *Quid ſi Prædeceſſor ſibi elegerit Sepulturam in alia Eccleſia.*
9 *An, & quando Conſanguinei, & hæredes Clerici poſſint repetere ab Eccleſia, ſeu Succeſſore ipſius Clerici expenſas per ipſos factas in funeralibus.*
10 *Exequiæ pro Epiſcopo defuncto fieri debent ex bonis* Ec-

Digitized by Google

Eccleſiæ Cathedralis declaratur num. 11. limitatur num. 13.

11 *Quænam veniant appellatione funeralium.*
12 *Capitulum Eccleſiæ Cathedralis repetere poteſt expenſas factas pro funeribus Epiſcopi ex redditibus Menſæ Epiſcopalis.*
13 *Quid ſi Clericus anteceſſor obtinuerit à Papa licentiam teſtandi de bonis quæſitis ex redditibus ſui beneficii.*
14 *An allegaſti, debitum fuiſſe contractum ob neceſſitatem, vel utilitatem Eccleſiæ, incumbat onus probandi.*
15 *Quando Camera Apoſtolica teneatur ad debita per Clericum contracta.*

An Clericus Succeſſor In beneficio teneatur ad debita contracta per ſuum prædeceſſorem.

CAP. XII.

1 NOn loquimur hic de debitis per Clericum
ob proprium commodum, ſeù utilitatem
contractis abſque ulla neceſſitate, quia
certum eſt, quod ad hujuſmodi debita nec Eccleſia
nec Succeſſor in beneficio teneatur, *cap. quod quibuſdam, de fidejuſſ. cap. 1. de Depoſit. cap. ex præſentium, de Pignor. & ibidem Doctores communitèr.*

2 Dico igitur primò, quod Clericus Succeſſor
ad debita contracta per Prædeceſſorem pro neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ omninò tenetur, non
quidem perſonalitèr ex proprio patrimonio, ſed ex
redditibus ejuſdem Eccleſiæ *cap. 1. ubi Hoſtien. Abb. Innoc. & alij communitèr, de ſolut. Idem Abb. in cap. cum eſſes, num. 27. de teſtam. & in cap. pervenit, num. 12. de fidejuſſ. Roman. conſ. 440. Cald. conſ. 1. de Pecul. Cleric. Alciat. conſ. 14. num. 6. vol. 1. Rot. decis. 41. numer. 3. de Probat. & decis. 1. num. 1. de ſolut. in antiq. & decis. 805. num. 4. par. 1. diverſ. Bellett. Diſquiſit. Cleric. par. 1. tit. de Cleric. debitor. §. 3. num. 1. & 37.* ubi dicit, quod
Succeſſor ſimilitèr tenetur ad debita per Prædeceſſorem contracta occaſione litis.

3 Dico ſecundò, quod Clericus Succeſſor tene-
tur etiàm ad debita contracta per Prædeceſſorem
pro ſua neceſſitate, ſeu propriæ vitæ ſubſtentatio-
4 ne, quia Eccleſia tenebatur illum alere; & ideò
5 Succeſſor tenetur non ſolùm ad debita per ipſum
contracta ex cauſa victus, & veſtitus, ſed etiam
ad impenſas factas in ultima ipſius infirmitate, ex
qua deceſſit, *Surd. decis. 255. num. 25. & ſeq. Burſatt.*
conſ. 226. num. 95. vol. 3. Bellett. Diſquiſ. Cleric. par. 1.
tit. de Cleric. debit. §. 3. num. 2. & 36. ubi dicit, quod
Succeſſor tenetur ad reſtitutionem pecuniæ mu-
tuatæ Prædeceſſori Carcerato.

7 Dico tertiò, quod Succeſſor tenetur etiàm
ad moderatas impenſas pro funeralibus ſui Præde-
ceſſoris, etiamſi Prædeceſſor nom indigeat, dum-
modò Eccleſiæ inſervierit, *Oldrad. conſ. 249. Gemin.*
conſ. 1 num. 4. Burſat. d. conſ. 226. num. 95. Franc. Marc.
8 *decis. 436. par. 1. & decis. 557. par. 2.* quod procedit,
etiamſi Clericus Prædeceſſor in alia Eccleſia ſibi
Sepulturam elegerit, *Bellett. loco cit. d. §. 3. num. 4.*
9 *& ſeq.* ubi dicit, quod ſi hujuſmodi impenſæ fiant
à Conſanguineis, ſeù hæredibus Clerici, vel Be-
neficiati defuncti, poſſunt eas repetere à Succeſſo-
re, dummodò de hoc expreſsè proteſtati fuerint,
vide Petrum de Murga Diſquiſ. mor. & Canonic. tom. 1.
tract. 5. de Sepult. conſtruct. Diſquiſ. 7. num. 5. & ſeq. &
tract. 9. ſect. 1. §. 4. num. 3. ubi addit quod exequiæ 10
pro Epiſcopo defuncto fieri debent ex redditibus
Eccleſiæ Cathedralis.

Appellatione verò funeralium veniunt ea, 11
quæ occaſione funeris fiunt, & cum funere deferuntur, & ea omnia, quæ obveniunt Eccleſiæ ratione funeris, *gloſ. in clemen. dudum ver. funeralibus, de Sepulturis, Tamburin. de jur. Abb. tom. 1. diſp. 15. quæſt. 17. numer. 4. Nald. in ver. Sepultura, numer. 9. Petr. de Murga loco cit. tract. 9. de expenſ. funer. ſect. 5. §. 1. num. 5. & §. 7. num. 7.* ubi dicit, quod Eccleſia pro funere proprii Prælati teneatur ad eas tantùm expenſas, quæ tendunt in ſolatium, & remedium Animæ defuncti, quales ſunt, quæ fiunt circà Clericos confluentes ad funus, & aliæ expenſæ, quæ fiunt in Cereis, & ſimilibus; undè non tenetur ad eas expenſas, quæ tendunt ad Conſanguineorum, vel propinquorum, ſeù Amicorum ipſius Defuncti ſolatium, qualis eſſet apparatus funeris, conſtructio Sepulturæ, prætioſa exequiarum pompa &c *Bellett. d. tit. de Cleric. debit. §. 3 num. 6.*

Obſerva tamen, quod Capitulum Eccleſiæ 12
Cathedralis expenſas factas pro funeribus ſui Epiſcopi repetere poteſt ex fructibus, ſeu redditibus Menſæ Epiſcopalis, *arg. cap. ut prætericæ 45. de Elect. Petr. de Murg. d. ſect. 5. §. 7. num. 3.*

Obſerva ſecundò, quod ſi Clericus anteceſ- 13
ſor licentiam à Papa obtinuerit teſtandi de bonis mobilibus quæſitis ex redditibus ſuorũ beneficiorum, tùnc ad impenſas funerum ipſius Clerici nec Eccleſia, nec Succeſſor in beneficio, ſed hæres tenentur, *Dec. conſ. 156. per tot. Bellett. d. tit. de Cleric. debit. §. 3. num. 7.*

Obſerva tertiò, quod ut Succeſſor conveniri 14
poſſit pro debitis contractis per Prædeceſſorem, conſtare debet, pecuniam verſam fuiſſe in neceſſitatem, vel utilitatem Eccleſiæ, vel in indigentias ipſius Prædeceſſoris, *cap. 1. de Depoſit. cap. quod quibuſdam, de fidejuſſ. Covar. var. lib. 2. cap. 17. numer. 3. Menoch. de Arbitr. conſ. 432. Soccin. Sen. conſ. 15. num. 21. & ſeq. vol. 1.* vel ſaltèm probandus eſt caſus neceſſitatis Eccleſiæ, vel Prædeceſſoris, *Abb. in d. cap. quod quibuſdam num. 7. Hoſtien. in cap. 1. numer. 3. de ſolut. & alii apud Bellett. loco cit. d. §. 3. num. 38. ubi de communi teſtatur.*

Obſerva quartò, quod ſi Camera Apoſtolica 15
ſpolium fecerit de bonis Clerici, ſeù Beneficiati, tùnc eadem Camera tenebitur ad ejuſdem Clerici debita ſolvenda, *Rot. decis. 41. nu. 1. de Probat. in antiq. Rodoan. de Spol. Eccleſ. quæſt. 3. numer. 29. & ſeq. Navarr. conſil. 14. de Regular. in antiq. Bellett. d. §. 3. num. 43.*

SUMMARIUM.

1 *Cenſuræ per modum Statuti ab Epiſcopo latæ non ligant. Subditos in alieno territorio exiſtentes.*
2 *Extrà territorium jus dicenti non paretur impunè.*
3 *Subditi exiſtentes in alieno territorio, ſi ibi exerceant actum Ordinis Sacri, & contraveniant legi proprij Epiſcopi latæ ſub cenſura, non incidunt in irregularitatem.*
4 *Quid ſi ſubditi faciant contrà Statutum Epiſcopi in locis exemptis,* & num. 6.
5 *Loca exempta cenſentur eſſe extrà juriſdictionem, & territoriorum Epiſcopi:* declaratur numer. ſeq.
6 *Subditus, qui in Monaſteriis Regularium tranſgre-*

ditur

Digitized by Google

ditur Statutum Epiſcopi, ligatur cenſura in eodem Statuto contenta.

7 *An, ſi delictum fuerit commiſſum in propria Diœceſi delinquens, qui ab ea abeſt, poſſit ab Epiſcopo illius Diœceſis puniri.*

8 *Quid ſi cauſa inchoata fuit ſub uno Tribunali, & interim reus mutat domicilium.*

9 *Clericus vocatus ab Epiſcopo ad Synodum ſub certa cenſura, ligatur eadem cenſura, etiamſi tempore celebratæ Synodi reperiatur extrà Diœceſim.*

10 *An Clericus non reſidens in ſuo beneficio, poſſit à proprio Epiſcopo puniri, ſi extrà Diœceſim commoretur.*

11 *Quid ſi Clericus contravenerit Edicto Epiſcopi prohibentis ſub cenſura, nè Vinum, vel quid aliud deferatur extrà Diœceſim.*

12 *An vulnerans aliquem letalitèr in uno territorio, in quo lata eſt cenſura contrà homicidas, ligetur dicta cenſura, ſi vulneratus moriatur in alio territorio.*

13 *An extraneus ligetur cenſuris latis per modum Statuti ab Epiſcopo loci, ubi commoratur.*

14 *Ad incurrendas cenſuras requiritur, ut delinquens ſit ſubditus.*

15 *Quando Epiſcopus poſſit exercere juriſdictionem contentioſam in aliena Diœceſi:*

16 *An Epiſcopus poſſit citare ſubditum ſuam in aliena Diœceſi.*

17 *Epiſcopus originis, vel domicilii poteſt excommunicare, vel alia pœna punire reum pro delicto commiſſo extrà territorium.*

18 *Quando Judex originis, vel domicilii in cognitione cauſæ prævenit, non eſt facienda remiſſio ad locum commiſſi delicti.*

19 *Epiſcopus, qui de facto impeditur, nè juriſdictionem exerceat in propria Diœceſi, poteſt illam exercere in alieno territorio in loco viciniori Epiſcopatus.*

20 *An cenſuræ ab Epiſcopo latæ ligent ignorantes.*

21 *Ignorantia non craſſa excuſat à cenſuris.*

22 *Quando ignorantia craſſa, & ſupina, & affectata excuſet ab incurrendis cenſuris.*

23 *An Epiſcopus poſſit ſecum in irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus, & in lege jejunii diſpenſare.*

24. *Intèr abſolventem, & abſolvendum requiritur diſtinctio perſonarum.*

An Clericus in alieno territorio exiſtens ligetur Cenſuris à proprio Epiſcopo latis per modum Statuti.

CAP. XIII.

1 RESp. negativè, quià extrà territorium jus
dicenti non paretur impunè, *cap. 2. §. ſtatuto Epiſcopi, de Conſtit. in 6. l. fin. ff. de juriſd.*
2 *omn. jud. Suar. de cenſur. diſp. 5. ſect. 4. num. 4. Reginald. lib. 9. num. 145. Filliuc. tr. 11. cap. 5. quæſt. 9. Salas, de legib. diſp. 14. ſect. 5. numer. 6. Eman. Sà in ver. lex, num. 33. Bonacin. de cenſuris, diſp. 1. quæſt. 1. pun. 11.*
ubi dicit, quod cenſura lata per modum Statuti,
obligat ſolùm exiſtentes, & delinquentes in territorio legiſlatoris, ad diſtinctionem cenſuræ latæ
per modum ſententiæ, quæ afficit perſonam ſubditam, ubicumque ſit, etiamſi extrà territorium ferentis cenſuram commoretur, ſivè cenſura lata ſit per ſententiam generalem, ſivè per ſententiam particularem, *vide Panormit. in cap. à nobis 1. de ſentent. excomm. Alter. lib. 3. diſp. 9. cap. 5. Suar. de cenſur. diſp. 3. ſect. 5. num. 17. Dian. reſol. mor. par. 1. tr. 9. reſ. 2. & tr. 10. reſ. 15.*

Hinc infertur, quod ſubditi exiſtentes in alie- 3
no territorio, ſibi exerceant actum ordinis Sacri,
& contraveniant legi proprii Epiſcopi latæ ſub
cenſura, non incidunt ob hanc cauſam in irregularitatem, *Præpoſ. in 3. par. quæſt. 1. de cenſur. in gen. dub. 5. num. 35. Hurtad. de cenſur. in gen. diffinit. 8. num. 34. Dian. par. 5. tr. 9. reſ. 27.*

Infertur ſecundò, Subditos contravenientes 4
Statuto Epiſcopi in Parochiis, vel aliis locis exemptis, quamvis loca hujuſmodi exiſtant in Diœceſi ejuſdem Epiſcopi, non incurrere cenſuram
latam in dicto Statuto: quià prædicta loca cenſen- 5
tur eſſe extrà juriſdictionem, ſeù territorium Epiſcopi: locus enim exemptus eſt quidem in Diœceſi, ſed non de Diœceſi, hoc eſt materialitèr quantum ad ſitum eſt in Diœceſi, ſed non formalitèr quoad juriſdictionem, *Suar. de legib. lib. 3. cap. 32. num. 9. Reginald. lib. 9. num. 154. Aul. de cenſur. par. 2. cap. 3. diſp. 2. dub. 5. Barboſ. de offic. & poteſt.*
Epiſcop. par. 3. alleg. 80. numer. 9. quod intellige, 6
quando locus eſt plenè exemptus à juriſdictione Epiſcopi, itaùt non poſſit Epiſcopus in eo loco leges ferre obligantes incolas illius loci, ut ſi Prælatus loci exempti ex forma privilegij haberet juriſdictionem Epiſcopalem in ſuo loco exempto, *Petr. de Anc. in cap. ut Animarum, de conſtit. in 6. Sylv. in ver. excommunicatio 2. num. 12. Suar. de cenſur. diſp. 5. ſect. 4. num. 6.* ubi dicit, quod Monaſterium exemptum Religioſorum, ſeù Regularium non cenſetur quoad hoc locus exemptus; & ideò ſi Subditus ibi tranſgreditur Statutum Epiſcopi, incurreret cenſuram.

Secùs eſſet, ſi delictum fuerit commiſſum 7
in Diœceſi, vel territorio, quià tùnc delinquens, etiamſi deindè abſit, poteſt ab Epiſcopo illius Diœceſis excommunicari, vel alia cenſura ligari: quià delinquens ratione delicti in Diœceſi commiſſi, remanet Subditus illius Epiſcopi, *cap. fin. ubi DD. de for. compet.* quod procedit, ſi delinquens habeat ibi domicilium, aut originem, vel citatione fuerit præventus, antequàm diſcederet, *Abb. in d. cap. fin. de for. compet. Sylv. in ver. excommunicatio 2. numer. 10. Suar. de cenſur. diſputat. 3. ſect. 4. numer. 2. Squillan. de Privil. Cleric. cap. 2. num. 80. & ſeq.*

Idem dicendum, quando aliqua cauſa inchoa- 8
ta fuit ſub uno Tribunali, & interim reus mutat domicilium; adhùc enim poteſt conveniri, & excommunicari, *cap. propoſuiſti, de for. compet. l. ſi quis, ff. de Judic. Sayr. lib. 1. cap. 11. numer. 18. Bonacin. de cenſur. diſput. 1. quæſt. 1. punct. 11. num. 13. & 18. & alii.*

Hinc Clericus vocatus à proprio Epiſcopo ad 9
Synodum ſub certa cenſura ligatur eadem cenſura: etiàmſi tempore celebratæ Synodi reperiatur extrà Diœceſim; quià delictum omiſſionis cenſetur ibi committi, ubi actus præceptus exercendus erat, *l. qui non facit, ff. de Reg. jur. Sayr. lib. 1. cap. 7. num. 10. Suar. de cenſur. diſput. 5. ſect. 4. num. 8.*
quemadmodum Clericus non reſidens in ſuo bene- 10
ficio ligatur cenſura lata contrà non reſidentes, ac poteſt à proprio Epiſcopo excommunicari, ſeù alia pœna puniri, etiamſi extrà Diœceſim commoretur; quià talis Clericus conſumat actum non reſidendi in Diœceſi, & ibi cenſetur delin-

quere, cum omiſſio reſidentiæ fiat in Diœceſi,
Sylv. in ver. excommunicatio, 2. num. 8. Navar. in
man. cap. 27. num. 6. Jordan. Elucubr. diverſ. lib. 8. tit.
1. de Conſtit. num. 75. ubi dicit, quod excommu-
nicatus, vel Irregularis in uno loco dicitur, &
eſt excommunicatus, & Irregularis, in alio, &
ubique loco, quando Subditus incurrit hujuſmo-
di pœnas antè egreſſum à Diœceſi, *Dian. par. 5.*
tract. 9. reſol. 27. Squillan. de Privil. Cleric. cap. 2.
numer. 64. & ſeq. ubi addit, quod contraveniens
11 edicto proprii prælati prohibentis ſub cenſura, nè
vinum, vel quid ſimile deferatur extrà Diœceſim,
eadem cenſura ligatur: quia contrauentio in ri-
gore conſummatur in propria Diœceſi, licèt quoad
terminum extrinſecum conſummetur in alia, *ut*
obſervat etiàm Suar. loco cit. numer. 11. Ricc. par. 1.
decif. 124.

12 Item vulnerans aliquem letalitèr in uno ter-
ritorio, in quo lata eſt cenſura contrà homicidas,
ligatur dicta cenſura, etiamſi vulneratus recedens
ab eo territorio, moriatur in alio loco, ubi nulla
cenſura impoſita eſt contrà homicidas: quià ho-
micidium quoad actum externum cenſetùr con-
ſummatum in territorio, in quo lata eſt cenſura,
& in eo delinquens conveniri debet; non enim
conveniri poteſt in eo territorio, in quo vulnera-
tus deceſſit: quià vulnerans in eo territorio non de-
linquit, *Salas de legibus, diſp. 14. ſect. 5. numer. 73.*
Alter. lib. 3. diſp. 9. cap. 5. col. 9. Bonaciu. de cen-
ſur. d. diſp. 1. quæſt. 1. pun. 11. num. 12. Squillan. loco
cit. num. 71.

13 An verò extraneus ligetur cenſuris latis per
modum Statuti ab Epiſcopo loci, ubi commora-
tur? Reſp. affirmativè, dummodò in eo loco de-
creverit permanere majori Anni parte; ratio eſt,
14 quià ad incurrendas cenſuras requiritur, ut delin-
quens ſit Subditus ſuperiori loci, in quo reperitur;
Extraneus verò, qui decrevit manere majore An-
ni parte in aliquo loco, eſt ſubditus ſuperiori illius
loci, *Reginald. lib. 9. num. 153. & alii apud Bonacin.*
in tr. de legib. diſp. 1. quæſt. 1. pun. 6. num. 29. & in tr. de
cenſur. diſp. 1. quæſt. 1. pun. 11.

15 Addunt Doctores, quod Epiſcopus, ſeù alius
Superior poteſt etiàm extrà propriam Diœceſim
excommunicare ſuum Subditum pro re adeò ma-
nifeſta, ut non requirat cauſæ cognitionem, *ità*
Navar. in man. cap. 27. num. 6. Gratian. diſcept. foreaſ.
cap. 127. numer. 8. Sayr lib. 1. cap. 14. num. 4. Gonz. ad
reg. 8. Cancell. gloſ. 62. num. 11. Bonacin. de cenſur. diſp.
1. quæſt. 1. pun. 11. num. 4. Barboſ. de offic. & poteſt.
Epiſcop. par. 2. alleg. 6. numer. 18. & ſeq. ubi dicit,
quod poteſt Epiſcopus extrà ſuam Diœceſim juriſ-
dictionem contentioſam exercere, quando cauſæ
cognitio non adhibetur, & effectus confertur in
ſuam Diœceſim; vel quando Epiſcopus alterius
Diœceſis permitteret, dummodò litigantes in id
conſentiant, *vide Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. gloſ.*
62. numer. 11. Ugolin. de cenſur. tab. 1. cap. 27. §. 1.
numer. 4.

16 Addunt ſecundò, quod Epiſcopus poteſt ci-
tare Subditum ſuum exiſtentem in aliena Diœceſi,
quià citatio ſinè cauſæ cognitione, intèr actus vo-
luntariæ juriſdictionis numeratur, *Abb. in cap. li-*
cèt, num. 41. de for. compet. Anchar. in cap. cum contin-
gat, num. 41. eodem tit. Tuſc. litt. 2. concl. 546. num. 5.
Boſſ. tit. de Citat. num. 20. layman. in Theol. moral. lib. 1.
tr. 4. cap. 4. num. 7. ubi dicit, quod ſi ſubditus ra-
tione domicilij commiſſo delicto fugiat, etiam ab-
ſens, poteſt citari; quod eo magis procederet,
quando duo territoria ſubeſſent eidem Superiori:
tunc enim unus Judex poteſt citare in territorio
alterius; quià in tali caſu Princeps ſuperior vide-
tur permittere, & auctoritatem præbere, ut Judex
citet in alieno territorio; & ideò cum omnes Epi-
ſcopi ſubſint eidem Superiori, nempè Summo Pon-
tifici poteſt unus Epiſcopus citare ſubditum in
Diœceſi alterius Epiſcopi, *Bart. Alber. & alii in l. 1.*
ff. de Requir. reiſ. Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 43. num. 4.

Contraria tamen Sententia verior videtur
per textum in cap. fin. de Conſtit. cap. Epiſcopum 9. quæſt.
2. clem. 1. de for. compet. clem. paſtoralis, de Sent. & re
jud. l. fin. ff. de Juriſd. omn. Jud. l. 2. de offic. Proconſ.
l. fin. ubi, & apud quos &c. l. omnes, C. de Epiſc. & Cler.
& ità ſenſerunt, Aud. de Cenſur. par. 2. cap. 3. diſput. 2.
dub. 2. concluſ. 3. & 4. Hurtad. de Cenſur. in comm. diff. 8.
Megal. in 3. p. lib. 1. cap. 3. num 94. Petr. Barboſ. in
l. hæres abſens, §. 1. num. 84. ff. de Judic. ubi dicit,
hanc ſententiam eſſe communem intèr Canoni-
ſtas, *Rebuff. in rub. de Litter. requiſit. num. 4. & ſeq.*
& alii apud Carleval. tom. 3. de Judic. lib. 1. tit. 1. diſput.
2. quæſt. 2. num. 21. Novar. de Gravamin. Vaſſallor.
tom. 1. gravam. 285. nu. 3. Ricc. par. 2. decif. 28. nu. 11.
eamque communiter ſervari teſtatur, *Clar. in Pract.*
crim. lib. 5. §. fin. quæſt. 31. verſ. hæc quidem &c. ubi
dicit, quod Judex in hoc caſu debet litteras diri-
gere ad Judicem illius loci, ſivè territorii, in quo
citandus degit, ut ibi illum citari faciat, ſeu per-
mittat: & appellantur tales litteræ ſubſidiales, ſeu
in ſubſidium juris *Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 40. nu. 6.*
latè Dian. par. 5. tract. 9. reſol. 34.

Addunt tertio, quod Epiſcopus originis, vel 17
domicilii poteſt excommunicare, vel alia pœna
punire reum pro delicto commiſſo extrà territo-
rium, ſivè procedatur per accuſationem, ſivè per
inquiſitionem: intereſt enim Reip. & illius Recto-
ris, eam Provinciam malis hominibus expurgari,
ejuſque Cives, & Originarios etiam ob ſcelera
alibi commiſſa puniri, nè obtenta impunitate in
majora crimina prolabantur, neve aliorum Con-
civium benè inſtitutos animos corrumpant, *ut latè*
probat Covar. qui communem dicit in Pract. quæſt. cap. 11.
num. 6. ubi etiam obſervat, quod quando Judex do- 18
micilii, vel Originis in cognitione cauſæ præve-
nit, non eſt facienda remiſſio ad locum commiſſi
delicti, etiam petente Judice illius loci, *& ità te-*
nuit Rota Lucen. decif. 70. Theſaur. decif. Senat. Pede-
mon. 90. num. 5. Vinc. de Franch. decif. 66. Ricc. par. 1.
decif. 111. Squillan. de Privil. Cleric. cap. 2. num. 74.

Addunt quartò, quod Epiſcopus, qui de fa- 19
cto impeditur, nè juriſdictionem exerceat in ſuos
ſubditos in propria Diœceſi, poteſt illam exercere
in alieno territorio in loco Epiſcopatui viciniori
petita, licèt non obtenta licentia, *juxta clem. 1. de*
for. compet. vide Sayr. de Cenſur. lib. 2. cap. 21. num. 28.
Barboſ. de offic. & poteſtat. Epiſcop. par. 3. alleg. 80. num.
10. Squillan. de Privil. Cleric. cap. 2. num. 58.

Addunt quintò, quod Cenſuræ ab Epiſcopo 20
in ſuis ſtatutis inflictæ non ligant ſubditos igno-
rantes, dummodò eorum ignorantia craſſa non
fuerit, aut ſupina, *juxtà textum in cap. ut Animarum,*
de Conſtit. in 6. Ignorantia verò craſſa, aut ſupina
dicitur, quæ procedit ex lata culpa, ſeu ex nimia
negligentia, ut ſi quis ignoraret, quod omnes
ejuſdem profeſſionis ſciunt, *gloſ. in dict. cap. ut Ani-*
marum, ver. Supina, Portell. in dub. regular. ver. igno-
rantia, num. 17. Mart. in Diſp. Theolog. tom. 1. diſput.
1. cap. 2. dub. 3. num. 83. quos refert, & ſequitur Dian.
reſol. mor. par. 4. tract. 2. reſol. 85. & par. 5. tract. 14.
reſol. 24. in fin. ubi dicit, quod ad incurrendas cen- 21
ſuras non ſufficit ſcientia legis prohibentis, ſed re-
qui-

Digitized by Google

quiritur etiam ſcientia pœnæ, ſeu Cenſuræ; & ideò ignorantia non craſſa ab illa excuſat, *latè Sanchez. de matrim. tom. 3. lib. 9. diſput. 32. num. 31.*

22 Notandum tamen eſt, quodſi lex cenſuram, vel irregularitatem imponeret contrà eos, qui ſcientèr aliquod faciunt, vel facere præſumunt, operans, ſeu contraveniens cum ignorantia etiam craſſa, Supina, & etiam affectata non ligatur hujuſmodi cenſuris, ſeù pœnis: quia tunc non dicitur ſcire, ſeu præſumere; præſumptio enim dolum importat, ac temeritatem, & quod fit ex ignorantia, non dicitur fieri ſcienter, *Pontius de Matrim. lib. 10. cap. 6. num. 10. Henriq. lib. 13. cap. 2. num. 3. Avila de Cenſur. par. 2. cap. 6. diſput. 10. dub. 6. Molin. tract. 5. diſput. 7. num. 13. Bonacin. de Cenſur. diſput. 1. quæſt. 2. punct. 1. num. 10. & ſeq. Dian. par. 3. tract. 5. reſol. 13. & par. 5. tract. 9. reſol. 17.*

23 Addunt 6. quod ſicut Epiſcopus poteſt irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus cum ſuis ſubditis diſpenſare *vigore Concilii Tridentini ſeß. 24. de reform. cap. 6.* ità poteſt deputare Confeſſarium, ut ſecum diſpenſet; quinimmò ſecundum infraſcriptos Doctores poteſt ipſemet ſecum etiam directè, ac immediatè in dictis irregularitatibus ex juſta cauſa diſpenſare, cum in tali caſu non requiratur diſtinctio perſonarum, *Amic. tom. 5. de Juſt. diſput. 6. ſect. 3. num. 50. Sanch. de Matrim. lib. 8. diſput. 5. num. 8. Rodriq. in Bull. Cruciat. §. 8. dub. 6. num. 11. & tom. 2. Summæ, cap. 30. num. 4. Dian. par. 7. tract. 2. reſol. 14. & par. 8. tract. 3. reſol. 16.* ubi dicit, quod Epiſcopus ſecum in lege jejunii poteſt directè diſpenſare.

24 Secùs eſſet in caſibus, in quibus requiritur diſtinctio perſonarum, prout requiritur intèr abſolventem, & abſolvendum; & ideò Epiſcopus non poteſt vigore Concilii *dict. cap. 6.* ſeipſum abſolvere à caſibus occultis Sedi Apoſtolicæ reſervatis: Sed potèſt, ac debet deputare Confeſſarium, ut ſibi abſolutionem impartiatur, *S. Thom. in 4. diſtinct. 20. quæſt. 1. artic. 5. quæſtion. 4. ad 3. Sot. in 4. diſtinct. 21. quæſt. 1. artic. 4. Ludovic. Lopem 2. par. Inſtruct. cap. 5. col. 33. Filliuc. tom. 1. tract. 20. cap. 10. num. 272. Suar. de Cenſur. tom. 5. diſp. 41. ſect. 2. nu. 9. Sanch. in Summ. tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 11. & alii apud Dian. locis cit.*

S V M M A R I V M.

1 *Parochi tenentur populo prædicare juxtà Concilium Tridentinum.*

2 *An, & quando Parochi poſſint per alios huic muneri ſatisfacere,*

3 *An excuſentur Parochi, ſi in Urbe, aut Parochia alii Concionatores doceant ea, quæ populus tenetur ſcire.*

4 *An, & quando conſuetudo excuſet ab obſervatione Legis humanæ.*

De Concionibus habendis per Parochum.

C A P. XIV.

1 QUod Parochi teneantur ſingulis Dominicis, ac ſolemnibus diebus feſtis, ac etiam tempore jeiuniorum Quadrageſimæ, & Adventus Domini Sacras Scripturas, Divinamque legem Populo annuntiare, conſtat *ex Sacro Concilio Tridentino ſeß. 5. de ref. cap. 2. & ſeß. 24. de ref. cap. 4.* poſſunt tamen per alios huic muneri 2 ſatisfacere, ut colligitur *ex eodem Concilio locis cit. & obſervat etiam Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. par. 1. cap. 14. num. 6. & ſeq.* ſubdens, quod non licet Parochis in ſuis Eccleſiis admittere Concionatores, qui ab Ordinario approbati non ſunt.

Notandum eſt autem, quodſi in eadem Urbe, 3 vel Parochia non deſint Concionatores docentes ea, quæ populus ſcire tenetur, Parochi excuſarentur ab hoc munere, etiamſi raro, aut nunquàm prædicarent: quia populus nullum patitur detrimentum, & ipſius neceſſitati ſufficienter occurritur alio concionem habente, *ut tradunt DD. apud Bonacin. de legib. diſp. 5. quæſt. un. punct. 2. num. 29. & ſeq.* ubi dicit, quod Parochi tali caſu ſatisfacerent non ſolum obligationi Juris Divini, quod tunc obligat, quando Populus graviter indigeret prædicatione, ſed etiam ſatisfacerent obligationi juris humani, videlicet Concilii Tridentini, quià hæc videtur mens Concilii, *ut d. Trullench. in Decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 1. dub. 4. num. 15. quem refert, & ſequitur Dian. reſol. mor. par. 6. tract. 7. reſ. 13. vide Barboſ. loco cit. d. cap. 14. in fin.*

An verò excuſet conſuetudo, quando non 4 agitur de præcepto Divino, ſed tantùm de præcepto humano, ſeù Eccleſiaſtico? Affirmant *Theologi cum S. Thom. in. 1. 2, quæſtion. 9. Canoniſtæ in cap. ult. de conſuet. Leſſ. lib. 4. cap. 2. dub. 2. num. 8. Reginald. tom. 1. lib. 4. cap. 13. ſect. 1. num. 14. Bonacin. de legib. diſp. 1. quæſt. 1. punct. 4. Sanch. de Matrim. lib. 7. diſp. 4. num. 14. Dian. par. 1. tract. 9. reſ. 21.* aſſerentes poſſe conſuetudinem abrogare leges, & Jurà humana.

Quantum verò temporis requiratur ad abrogandan legem humanam? Reſp. quod alii ſentiunt, conſuetudinem haberi pro legitimè præſcripta, ſi per decennium perſeveraverit, ſivè agatur de lege Canonica, ſivè Civili: quià jura ad conſuetudinem inducendàm requirunt ſolummodò longum tempus: decennium verò dicitur longum tempus, *l. ult. C. de Præſcript. long. temp. §. 1. inſtit. de Uſucap. ità Joann. Præpoſ. in par. 1. Divi Thom. quæſt. 97. dub. 1. num. 10. & dub. 2. num. 13. Gordon. in Sum. tom. 1. lib. 2. quæſt. 14. cap. 4. num. 14. & 15. Leß. lib. 2. de Juſt. cap. 6. dub. 74. num. 46. Azor. par. 1. lib. 5. cap. 18. Emman. Sd, ver. lex, & ver. conſuetudo, Filliuc. tr. 21. cap. 11. quæſt. 11. num. 431. Megal. in Promptuar. ver. conſuetudo, num. 5. & 8. Caſtrus Palaus, tom. 1. tract. 3. diſp. 3. punct. 2. §. 2. num. 6. & alii apud Menoch. de Arbitr. Jud. lib. 2. Centur. 1. caſ. 83. num. 1. Bonacin. in tract. de legib. diſp. 1. quæſt. 1. punct. ult. §. 3. num. 4.* quorum ſententiam probabilem exiſtimat *Dian. par. 6. tract. 5. reſ. 2.*

Sed communiter, & receptior eſt opinio, quod conſuetudo decem Annorum ſufficit quidem ad abrogandam legem civilem, ſed contrà legem Canonicam requiritur ſpatium 40. Annorum, *ità Tanner. tom. 1. diſp. 5. quæſt. 7. dub. 1. num. 8. Angel. in ver. conſuetudo, num. 8. Alex. conſ. 68. num. 7. lib. 2. Corn. conſ. 193. num. 14. lib. 2. Socin. Sen. conſ. 160. num. 19. lib. 2. Ruin. conſ. 115. num. 1. lib. 4. Aretin. conſ. 44. num. 1. Layman. in Theol. mor. lib. 1. tract. 4. cap. 24. num. 6. lib. 1. Ciarlin. diſcept. for. cap. 15. num. 86. & alii.*

S V M M A R I V M.

1 *Beneficiatus acquirit dominium fructuum ſui beneficii, qui neceſſarii ſunt ad ejus congruam ſubſtentationem.* & num. ſeq.

2 *An Beneficiatus de dictis fructibus poſſit teſtari.*
3 *An, & qualiter Beneficiatus habeat dominium fructuum beneficii, qui dicuntur ſuperflui.*
4 *An Epiſcopus poſſit liberè diſponere de fructibus Epiſcopatus ad ſui congruam ſubſtentationem neceſſariis.*
5 *Quanta pars fructuum conſtituenda ſit pro congrua ſuſtentatione Beneficiati, Epiſcopi, & aliorum Prælatorum.*
6 *Qui veniant nomine pauperum.*

An Beneficiatus malè, ac vanè conſumens fructus beneficii teneatur ad reſtitutionem.

C A P. XV.

1 COmmunis eſt Doctorum Sententia, quod Beneficiatus conſumens beneficii fructus in vanos uſus, peccat quidem contra charitatem, ſi in notabili quantitate id faciat, & exceſſus ſit magnus: non autem peccat contra juſtitiam, & ideò non tenetur ad reſtitutionem: ratio eſt, quia Beneficiatus, qui religioſus non ſit; acquirit dominium fructuum, & reddituum ſui beneficii, eoſque facit ſuos, *ut colligitur ex cap. au. de Cleric. non reſid. in 6. & ex Concilio Tridentino ſeſſ. 23. de reſ. cap. 1. & ſeſſ. 24. de reſ. cap. 12.* quod procedit non ſolum quoad fructus ad congruam ſubſtentationem neceſſarios, ſed etiam quoad fructus ſuperfluos, *Molin. diſp. 145. & 147. Covar. in cap. cum in officiis, de Teſtam. Sanch. in oper. moral. lib. 6. cap. 6. num. 14. Sopran. de Spol. cap. 3. quæſt. 6. Valer. in differen. ver. munera, num. 14. & alii communiter*, contra *Navar. in man. cap. 17. num. 94. Layman. in Theol. moral. lib. 4. tract. 2. cap. 3. num. 3. verſ. ad alteram quæſtionem &c.* ubi aſſerunt, Beneficiarios impendentes fructus ſuperfluos ſuorum beneficiorum in pravos, vanos, vel profanos uſus, & ab eiſdem accipientes non ſolùm peccare, ſed etiam ad reſtitutionem teneri.

2 Hæc autem Concluſio cum diſtinctione intelligenda eſt, quod Beneficiatus, quoad fructus ſibi neceſſarios ad congruam ſubſtentationem habet dominium abſque ullo onere, quia hujuſmodi fructus traduntur tamquam merces ſervitij præſtiti: & ſicut operario liberum eſt mercedem inſumere in quos voluerit uſus, ità Beneficiatus ſimiliter poteſt de iſtis fructibus liberè diſponere, *S. Thom. 2. 2. quæſt. 185. art. 7. ad 2. & 3. Cajet. ibid. Gabr. in 4. d. 15. quæſt. 8. art. 2. concl. 4. Major. in 4. d. 24. quæſt. 17. Sot. lib. 10. de Juſtit. quæſt. 4. art. 3. Navar. in tract. de Redditib. Eccleſ. quæſt. 1. mon. 26. 43. & 44. Layman. d. lib. 4. tract. 2. cap. 3. num. 2.* ubi dicit, quod redditus Eccleſiaſtici, quatenùs Beneficiato ſunt neceſſarii ad honeſtam, & decentem vitæ ſubſtentationem, pleno jure ad ipſum pertinent, non minus, quàm bona patrimonialia, itàut ſi ex victu, aliiſque competentibus impendiis aliquid propria parſimonia detrahat, de eo diſponere poſſit arbitratu ſuo, dando v. g. Conſanguineis &c. *Bonacin. de obligat. Beneficiar. diſp. 4. punct. 2. num. 1. 2. 8. & ſeq.* ubi reſoluit, quod Beneficiatus poteſt donare conſanguineis etiam divitibus fructus ſibi ad congruam ſubſtentationem neceſſarios, ac bona empta ex hujuſmodi fructibus; item de eis poteſt tàm in vita, quam in morte diſponere, ac teſtari, *ſecundum gloſ. communitèr receptam in cap. præſenti, ver. reſervari, de offic. ordin. in 6.* ubi dicit, quod hæc Concluſio de conſuetudine generali quaſi ubique approbatur, *Butr. in cap. pervenit, de fideiuſſ. Corn. conſ. 314. litt. B. lib. 3. Imol. in cap. fin. poſt num. 11 de Pecul. Cleric. & in cap. quià nos, num. 5. de Teſtam. Belon. conſ. 3. num. 2. Boer. conſ. 48. num. 1. Clar. in §. teſtamentum. quæſt. 27. verſ. Quartò videnaum &c.* ubi ſubdit, ſe vidiſſe ſemper, & ubique ſervari doctrinam dictæ gloſ. ſaltem in fructibus collectis, & reconditis: quamvis contrariam ſententiam teneant *alii apud eumdem Clarum loco cit. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 3. alleg. 114. num. 5. Garc. de Benefic. par. 2. cap. 1. num. 10. & ſeq. Bonacin. d. tract. de obligat. Beneficior. diſp. 4. punct. 3. num. 4.*

Quoad fructus verò ſuperfluos Beneficiatus habet quidem dominium, ſed cum onere eos erogandi in pauperes, vel in alios pios uſus; & ideò ſi eos impendat in uſus prophanos, graviter peccat, licèt non teneatur ad reſtitutionem: ratio eſt, quià tales fructus dicuntur bona Eccleſiæ, ac bona pauperum, *cap. quià nos, ubi gloſ. de Teſtam. Azor. tom. 2. lib. 7. cap. 8. & 10. Monet. de Diſtribut. 3. par. quæſt. 1. num. 15. Molin. diſp. 147. Layman. d. lib. 4. tract. 2. cap. 3. num. 6. Bonacin. d. tract. de obligat. Beneficiar. diſp. 4. pun. 3. num. 4. & 5.* ubi dicit, quod etiam attenta conſuetudine non poteſt Beneficiatus licitè teſtari de hujuſmodi fructibus congruæ ſubſtentationi ſuperfluis: quamvis in hoc contrarium ſentiat *Garc. loco cit. d. par. 2. cap. 1. num. 16.* ubi aſſerit, quod attenta tali conſuetudine Beneficiarius licitè diſponere, ac teſtari poteſt de fructibus etiàm ſuperfluis, ac de bonis quæſitis ex eiſdem fructibus etiàm ad uſus prophanos, eaque relinquere conſanguineis etiàm divitibus: quià talis conſuetudo non eſt contrà jus Divinum, aut naturale, ſed tantùm contrà jus humanum, à quo inducta eſt prohibitio teſtandi, *Duen. reg. 366. circà fin. Simanc. de Catholic. inſtit. tit. 9. num. 90. Azor. 2. par. lib. 7. cap. 5. num. 40. & alii apud Layman. d. lib. 4. tract. 2. cap. 3. num. 7. & ſeq.* 3

Addit *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. d. alleg. 114. num. 10.* quod etiàm Epiſcopus poteſt pro ſuæ voluntatis arbitrio liberè diſponere de fructibus Epiſcopatus, qui juxtà dignitatem ſuam ſibi pro ſua congrua ſubſtentatione, & familiæ neceſſarii ſunt, ſicùt poteſt diſponere de aliis rebus, quas ſua induſtria acquiſivit, *Molin. de Primog. lib. 2. cap. 10. num. 50. Sot. de Juſtit. lib. 10. quæſt. 4. col. 4. Navar. de Redditib. Eccleſ. quæſt. 1. monit. 33. num. 2. & 4. Greg. XV. deciſ. 401. num. 6.* 4

Sed quæres, quanta pars fructuum conſtituenda ſit pro congrua Beneficiati ſubſtentatione, ita ut de illa, prout voluerit, diſponere poſſit, cum aliquid ſibi parcè vivendo ſubtraxit? Reſp. quod ea pars conſtituenda videtur, quæ ad Beneficiati, & ipſius familiæ ſubſtentationem neceſſaria eſt arbitrio boni Viri, habita ratione Scientiæ qualitatis, ſeù nobilitatis, & dignitatis perſonæ, & conſuetudinis loci: major enim quantitas neceſſaria eſt in Civitate, quàm in Oppidis, in loco, ubi eſt inopia, quàm ubi eſt annonæ copia, in Prælato, quàm in aliis inferioribus, *ità Molin. tom. 1. de juſtit. tract. 2. diſp. 145. Azor. lib. 6. cap. 10. quæſt. 9. ad fin. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 15. num. 39. Molſeſ. tract. 6. cap. 9. num. 42. Filliuc. tract. 41. cap. 7. quæſt. 4. num. 19. Bonacin. loco cit. pun. 2. num. 8. latè Layman. d. lib. 4. tract. 2. cap. 3. num. 2. verſ. ſupponendam 4. &c.* ubi dicit, quod nomine ſtipendii neceſſarii ad honeſtam, & decentem vitæ ſubſtentationem comprehenduntur in primis ea, quæ requiruntur ad ipſum Beneficiatum, ejuſque familiam ho- 5

Digitized by Google

honeſtè alendam : deindè ad hoſpitalitatem exercendam ergà Conſanguineos, amicos, peregrinos : item ad præſtandas donationes remuneratorias beneficiorum, & interdum liberales, non tamen prodigas, ac etiam ad honeſtas, & ſtatui convenientes animi, & corporis relaxationes : quorum omnium quantitas æſtimari debet ex perſonæ, & officii dignitate, & ex reddituum copia ; inſuper æſtimanda etiam ſunt Beneficiati merita, ac labores, quos Eccleſiæ utilitèr præſtat doctrina, conſilio, ſcriptione ; nàm ob hanc cauſam talis Beneficiatus pluſquàm alii ejuſdem ordinis, ac ſtatus, ſed minùs Eccleſiæ utiles, ad ſubſtentationem ſuam ex redditibus Eccleſiaſticis accipere poteſt, *arg. cap. de multa, extr. de Præben. gloſ. in cap. conquerente, ver. ſufficientia, de Cler. c. non reſid. Gabr. in 4. d. 15. quæſt. 8. ante 1. propoſ. Major. in 4. diſt. 24. quæſt.* 18. *&* 22. quibus adde *Pinſec. in Prax. Epiſc. par. 2. cap. 3. Ricc. in collect. dec.* 2350. *par. 6. Leoncill. de Privileg. pauper. par. 2. in ver. Eccleſia 7. privil.* 104. *Sperell. deciſ.* 68. *num.* 18. ubi dicunt, quod in Parochis, & Epiſcopis attendi debet diſpoſitio Sac. Concilii *Seſſ. 24. de ref. cap.* 13. ubi pro ſubſtentatione Parochi taxantur Annui ducati centum, & pro ſubſtentatione Epiſcopi Annui ducati mille.

6 Notandum eſt etiam, quod nomine pauperum non ſolùm veniunt ii, qui oſtiatim ſtipem quærunt, ſed etiàm illi, qui vitam ex ſuo patrimonio commodè, & honeſtè juxtà ſui ſtatus conditionem traducere non poſſunt, *Reginald. lib. 30. tract. 3. num* 101. *Molin. diſp.* 146. *& alii apud Bonacin. d. tract. de obligat. Beneficiar. pun. 2. num.* 4. *&* 13. ubi dicit, quod Beneficiatus poteſt fructus etiàm ſuperfluos titulo paupertatis tradere parentibus, & conſanguineis indigentibus, *Ang. in ver. dos, num. 5. Azor. 2. par. lib. 6. cap. 10. quæſt. 9. Valer. in ver. munera, Layman. loco cit. d. pun. 2. num. 13. ubi id probat etiàm ex Concilio Trident. ſeſſ. 25. de ref. cap. 1. verſ. omninò &c.*

S V M M A R I V M.

1 *An Beneficiati teneantur facere eleemoſinam in extrema, vel gravi, aut communi neceſſitate*, & num. ſeq.
2 *Bona Clericorum tempore neceſſitatis ſunt pauperibus communicanda.*
3 *Olim de redditibus Eccleſiaſticis fiebant quatuor partes.*
4 *Hodiè quantitas pauperibus eroganda, non eſt jure aliquo determinata, ſed in hoc ſtatur prudentum arbitrio.*
5 *An, & quando de ſuperfluis teneamur facere eleemoſinam*, & num. ſeq.
6 *An peccet mortalitèr is, qui proximo non ſubvenit in neceſſitate communi, gravi, vel extrema*, & numer. ſeq.
7 *An teneamur pauperibus ſubvenire donando, vel ſatis ſit ſubvenire commodando, vel mutuando.*
8 *An divites teneantur cum diminutione ſui ſtatus ſubvenire proximo in neceſſitate extrema.*
9 *Quid intelligatur in hoc caſu nomine ſuperflui*, & num. 14.
10 *An quis teneatur dare eleemoſinam de eo quod ſuo ſtatui decens eſt neceſſarium.*
11 *Quæ ſit neceſſitas extrema, & quæ dicatur gravis.*
12 *Quæ ſit neceſſitas comunis.*
13 *An quis teneatur neceſſitates pauperum inquirere.*
15 *Neceſſarium ad ſtatus decentiam habet latitudinem eo majorem, quo major eſt ſtatus.*
16 *An Parochi non habentes ex ſuis Eccleſiis redditus ducatorum Centum, & Epiſcopi reditus ducatorum mille, teneantur ſub mortali eleemoſinas facere in gravi, vel communi neceſſitate.*
17 *Et an teneatur Epiſcopus reſervare quartam partem reddituum pro fabrica Eccleſiæ Cathedralis.*
18 *Quomodo intelligatur valor ducatorum.*

An, & quando Beneficiati teneantur de redditibus Eccleſiaſticis eleemoſinam pauperibus elargiri.

C A P. XVI.

TRes ſunt hac in re Doctorum Sententiæ : 1
prima docet, quod omnes tenentur ſub
mortali facere eleemoſinam de ſuperfluis
non ſolum in extrema, & gravi pauperum ne-
ceſſitate, ſed etiàm in communi, *ex illo Luc.*
11. *Quod ſupereſt, date eleemoſinam &c.* & de Be-
neficiatis expreſsè loquitur *textus in cap. quoniam,*
ibi, quid quid habent Clerici, pauperum eſt, 16. quæſt.
2. gloſ. ibidem in ver. quidquid &c. ubi dicit, quod 2
bona Clericorum dicuntur eſſe pauperum, quià
tempore neceſſitatis ſunt pauperibus communi- 3
canda : undè ſecundùm antiqua Concilia, & Ca-
nones de redditibus Eccleſiaſticis quatuor fiebant
portiones, quarum una erat Epiſcopi, altera Cle-
ricorum, tertia pauperum, quarta fabricæ Eccle-
ſiæ, *ut conſtat ex cap. conceſſo, cap. quatuor, cap. de*
redditibus, & cap. mos eſt, 12. quæſt. 2. & obſervat etiàm
Bellet. Diſquiſ. Cleric. par. 1. de Bon. Cleric. §. 11. num.
4. 5. *&* 7. *Dian. reſol. moral. par. 4. tract. 4. reſ.* 214. 4
ubi ſubdit quod circà quantitatem ſub gravi præ-
ſertim obligatione pauperibus erogandam hodie
Eccleſia nihil ſtatuit, & quamuis olim deter-
minaverit quartam partem, jam ceſſavit illud
præceptum ; ſolùm ergo ſtandum eſt hac in re
prudentum arbitrio, *Becan. 2. 2. cap. 21. numer.*
8. *Reginald. lib. 4. cap. 10. numer.* 252. *&* 257. *Petr.*
de Lorca diſp. 39. numer. 14. Filliuc. tract. 28. cap.
3. quæſt. 7. & alii, quos refert, & ſequitur Bonacin. de
legib. diſp. 3. quæſt. 4. pun. 6. num. 8.
Secunda Sententia docet, præceptum eleemo- 5
ſinæ etiàm de ſuperfluis naturæ, & Status non
obligare ſub mortali, niſi in extrema neceſſitate,
ita Alexan. par. 4. quæſt. 34. art. 1. Gabr. in 4. diſt.
16. quæſt. 4. art. 1. concluſ. 5. S. Antonin. 2. par. tit.
1. cap. 24. §. ult. Roſell. in ver. eleemoſina, Durand. in
4. diſt. 15. quæſt. 6. ad 2. Dian. par. 4. tract. 4. reſ. 215.
& par. 2. tract. 16. reſ. 26. & alii apud Valent. to. 2.
quæſt. 9. pun. 4. & apud Vaſquez. in Opuſc. de Eleemoſ.
cap. 1. dub. 3. & cap. 3. dub. 4. num. 14. quorum Senten-
tiam probabilem dicit Bonacin. loco. cit. d. pun. 6. nu.
8. verſ. ad primum argumentum &c. Maldon. in 2. 2. D.
Thom. quæſt. 2. art. 6. dub. 4. & alii.
Tertia ſententia docet, in extrema, & etiam 6
in gravi pauperum neceſſitate faciendum eſſe elee-
moſinam ex præcepto obligante ſub mortali, *Covar.*
3. var. cap. 14. num. 5. Petr. Nav. lib. 5. cap. 1. num.
358. Layman. in Theolog. moral. lib. 2. tract. 3. cap. 6.
num. 5. ſubdens, quod cum pauperum communis
miſeria levis, ac tolerabilis eſſe ſoleat, auxilium
aliquod denegare, ſi commodè afferri poſſit, &
nulla negandi ratio adſit, videtur eſſe culpa tan-
tùm venialis, & hæc ſententia mihi videtur proba-
bilior, cum hac tamen diſtinctione, quod proxi-
mo *in extrema neceſſitate* conſtituto ſubvenire debe-
mus

mus ex bonis etiam non ſuperfluis; *in gravi verò neceſſitate non tenemur ſubvenire, niſi de bonis ſuperfluis, S. Thom. 2. 2. quæſt. 116. art. 4. ad 2. & in 4. diſt. 15. quæſt. 2. art. 1. quæſt. 4. Cajet. tom. 2. opuſc. tract. 5. de Præcept. eleemoſ. Richar. in 4. diſt. 15. art. 2. quæſt. 2. Palud. ibid. quæſt. 3. art. 2. Sotus lib. 5. de Juſt. quæſt. 3. art. 4. Belarm. lib. 3. de Bon. oper. cap. 7. Bann. 2. 2. quæſt. 32. art. 6. dub. 1. & 2. Azor. tom. 2. lib. 12. cap. 7. quæſt. 4. Layman. loco cit. d. cap. 6. num. 5. Navar.*
7 *in man. cap. 24. n. 5.* ubi dicit, quod in dictis duobus caſibus non eſt de præcepto ſubvenire donando, ſed ſatis eſt ſubvenire commodando, vel mutuando.

Non deſunt tamen Doctores, qui aſſerunt. Divites, etiamſi habeant ſuperflua, non teneri neque ſub veniali peccato ad erogandam eleemoſinam in communi neceſſitate, *ità Malderus in 2. 2. quæſt. 27. art. 6. dub. 4. prop. 2. Molſeſ. in Sum. tom. 1. tract. 1. cap. 16. num. 20. Sotus de Juſt. lib. 5. quæſt. 8. art. 1. Navar. in man. cap. 24. num. 5. & 9. Medin. de eleemoſ. quæſt. 3. Toletus de Septem peccat. mort. cap. 36. & alii, quos refert, & ſequitur Dian. par. 2. tract. 16. reſ. 26. in princ.*

8 Immò nonnulli ſentiunt, quod nec divites tenentur cum diminutione, & detrimento proprii ſtatus ſubvenire proximo in extrema neceſſitate conſtituto, *ità Molſeſ. in Sum. tom. 1. tract. 1. cap. 16. num. 28. Lorca in 2. 2. ſect. 3. diſp. 39. num. 39. Coninch. de Actib. ſupernat. diſp. 27. dub. 8. concl. 4. num. 134. & alii apud Dian. par. 2. tract. 16. reſ. 26.*

9 *Nomine verò ſuperflui in hoc caſu intelligitur ſuperfluum ſecundùm ſtatum, Navar. loco cit. d. cap. 24. nu. 7.*
10 ubi dicit, quod nemo tenetur dare eleemoſinam de eo, quod ſuo ſtatui decenti eſt neceſſarium, niſi egenti extremè, quia quiſque debet decenter vivere, *Bonacin. d. tract. de legib. diſp. 3. quæſt. 4. punct. 6. num. 11. Dian. par. 4. tract. 4. reſol. 215. verſ. ſed contrariam &c.*

11 Neceſſitas autem extrema eſt, cui niſi ſuccurras, homo vita periclitabitur: gravis cenſetur, cui niſi ſuccurras, vitam egrè, aut difficulter ſuſtentabit, qualis eſſe ſolet tempore famis, aut peſtis,
12 aut plurimarum ægritudinum; communis eſt eorum, qui oſtiatim mendicant, vel in hoſpitalibus aluntur, *Layman. loco cit. d. cap. 6. num. 4. & ſeq.* ubi
13 etiam advertit, quod nemo tenetur inquirere, quibus ſubveniat, ut ſenſit etiam *Bonacin. de legib. diſp. 3. quæſt. 4. punct. 6. & alii apud Dian. par. 2. tract. 16. reſ. 26.* excepto Epiſcopo, qui pauperum neceſſitates inquirere debet ſaltem in generali, *ſecundùm Granad. quem refert Dian. d. par. 4. tract. 4. reſ. 214. Bonacin. loco cit. d. num. 10.*

14 Superfluum verò naturæ, ſeu vitæ dicitur id, quod alicui ſupereſt, demptis neceſſariis ad vitam ſuam, & ſuorum, ſuperfluum ſtatus eſt id, quod alicui ſupereſt, deductis neceſſariis ad vitam, ſtatumque decentem ſuum, & ſuorum, habita ratione caſuum, non omnium, qui contingere poſſunt, ſed eorum qui probabiliter timeri debent, *ut eſt om-*
15 *nium Doctorum ſenſus teſte Navar. d. cap. 24. num. 6.* ubi etiam obſervat, quod neceſſarium ad ſtatus decentiam non conſiſtit in puncto individuo, ſed habet latitudinem, eo majorem, quo major eſt ſtatus: & ideò non poteſt facilè judicari, aliquem plura, quàm quæ ſuo ſtatui neceſſaria ſunt, habere; cum nec Reges, & magni Principes, qui Theſauros habent ad bella, quæ probabiliter contra ſuas Reſpublicas timent, aut quæ pro illis gerere debent, ſuperflua habere cenſeantur, *vide Dian. d. par. 2. tract. 16. reſ. 26.* ubi dicit, quod bona, quæ conſervantur ad acquirendum majorem ſtatum pro ſe, & ſuis, non dicuntur ſuperflua ſtatus, *& par. 4. tract. 4. reſ. 215.* ubi ſubjicit, quod in caſu ſaltem dubiæ obligationis nec dives tenetur erogare, nec Confeſſarius ſub mortali obligare.

Ex dictis ſequitur, quod Parochi non habentes 16
ex ſuis Eccleſiis redditus ducatorum centum, & Epiſcopi redditus ducatorum mille, non tenentur ſub præcepto obligante ad mortale facere eleemoſinam pauperibus in gravi, aut communi neceſſitate, ſed tantum in extrema: quia ſummæ prædictæ ad congruam, ſeu decentem Parochorum, & Epiſcoporum ſubſtentationem fuerunt aſſignatæ à Sac. Concilio Tridentino *ſeſ. 24. de ref. cap. 13. vide Piaſec in Prax. Epiſc. par. 2. cap. 3. Sperell. deciſ. 68. num. 18. Ricc. in Collect. deciſ. 2350. par. 6. Leoncill. de Privil. pauper. par. 2. in ver. Eccleſia 7. privil. 104.* pari ratio- 17
ne licèt Epiſcopus regulariter teneatur reſervare pro fabrica Eccleſiæ Cathedralis quartam partem reddituum tàm præteritorum, quàm futurorum, *ex trad. per Barbat. conſ. 26. num. 4. lib. 3. Surd. conſ. 62. num. 23. Rot. deciſ. 627. num. 3. & ſeq. par. 1. recent.* hoc tamen procedit, quando Epiſcopus habet redditus ultrà mille, ut ſupra, quia ad id ſimiliter non tenetur, niſi de ſuperfluis, *vide quæ diximus in tract. de Regim. Eccleſ. lib. 1. cap. 2. num. 14. Piaſec. in Prax. Epiſc. par. 2. d. cap. 3. verſ. quis autem teneatur &c. Sperell. d. deciſ. 68. num. 18. & ſeq. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 3. alleg. 64. num. 1. & ſeq.* ubi etiam reſolvunt, quod Epiſcopus non tenetur etiam de ſuperfluis, ſi adſit portio pro fabrica Eccleſiæ Catho- 18
dralis deſtinata, vel conſuetudo, valor verò hujuſmodi ducatorum intelligendus eſt juxtà morem cujuſque regionis, *ut cenſuit Sac. Cong. Concilii in Collen. 13. Julii 1630. & in Albiganen. 27. Julij 1626.* ubi, quod Parocho debita congrua vigore Concilii eſt ſumma ſcutorum centum argenti illarum partium; idemque dicendum eſt quoad Epiſcopum, cujus congrua eſt ſumma ſcutorum mille argenti illius Civitatis, in qua Epiſcopatum obtinet, *Sperell. loco cit. num. 18. verſ. Cæterum &c. Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. par. 3. cap. 29. num. 17.*

S V M M A R I V M.

1 *Canonica portio duplex eſt: alia debetur Eccleſiæ parochiali, alia debetur Epiſcopo.*
2 *Hæc portio de jure communi eſt quarta pars, de conſuetudine verò eſt tertia, vel dimidia.*
3 *Canonica portio debetur Epiſcopo de legatis relictis Eccleſiis, vel aliis piis locis, ac de his, quæ obveniunt occaſione funeris.* limitatur num. 7. & ſeq.
4 *Canonica portio debetur etiam Archidiacono, & cuivis alteri Prælato inferiori habenti in ſuis Eccleſiis juriſdictionem quaſi epiſcopalem.*
5 *Hanc quartam non ſolvit hæres, ſed Eccleſia.*
6 *De quarta, quæ datur Eccleſiæ parochiali, obveniente ratione funeris, detrahitur ab Epiſcopo quarta illius quartæ.*
7 *Canonica portio non debetur Epiſcopo de legatis factis Eccleſiæ exemptæ;* declaratur, & limit. nu. ſeq.
8 *Quid ſi fiat legatum Eccleſiæ exemptæ tempore teſtamenti, ſed ſubditæ tempore mortis.*
9 *Monaſteria regularium exempta ſunt ab hujuſmodi canonica portione.*
10 *Non debetur canonica portio, quando relinquitur pauperibus in genere:* limitatur num. 12.
11 *De relictis ſingulari perſonæ non detrahitur canonica portio.*
12 *Canonica portio debetur de legato facto pauperibus certi loci.*
13 *Canonica portio non debetur, quandò aliquid relinquitur*

tur

tur pro fabrica, vel reſtauratione, vel ornamentis Eccleſiæ, vel aliis, quæ ad Divinum cultum ſpectant.

14 *Quid ſi legatum relinquatur pro operibus piis in genere, & executores diſtribuerint legatum in fabricam, & ornamenta Eccleſiæ, vel alia concernentia Divinum cultum.*

15 *Diſtributio, quam facit executor, cenſetur facta ab ipſo teſtatore.*

16 *De oblationibus non debetur quarta.*

17 *Canonica portio non debetur, quando aliquid legatur, ut quolibet Anno celebretur anniverſarium, vel ſolemnitas alicujus Sancti, vel quid ſimile.*

18 *Quarta non debetur, quando quis in vita donat Eccleſiæ ea donatione, quæ dicitur intèr vivos.*

19 *Quarta non debetur derelictis Hoſpitali, vel Confraternitati non erectæ auctoritate Epiſcopi.*

20 *Ut quarta Canonica debeatur, duo requiruntur, videlicet quod loco relinquatur, & quod locus ſit religioſus.*

21 *Quarta non debetur, quando ſubditus Epiſcopi legat aliquid Eccleſiæ extrà Diœceſim exiſtenti.*

22 *Quarta non debetur, quando legatur pro incertis male ablatis.*

23 *Canonica portio non debetur in locis, ubi adeſt contraria conſuetudo.*

24 *Epiſcopo debetur quarta etiàm ex omnibus decimis Eccleſiarum parochialium ſui Epiſcopatus.*

25 *Epiſcopus non poteſt exigere immediatè iſtam quartam à laicis, ſed illam exigere debet à Parocho:* limitatur num. ſeq.

26 *quid ſi Parochus negligat exigere.*

27 *An Epiſcopus, & Rector Eccleſiæ parochialis hac de cauſa poſſint ſimul agere contrà laicos Parochianos:*

28 *Quando prædium non eſt in alicujus parochia ſitum, illius decimæ pertinent ad Epiſcopum.*

29 *Quando parochiæ non ſunt diſtinctæ, decimæ ad Epiſcopum pertinent.*

30 *Quarta hujuſmodi attento jure communi non debetur à Monaſteriis, vel Eccleſiis inferioribus, exceptis parochialibus.*

31 *Quarta Epiſcopalis, & etiàm Parochialis poteſt præſcriptione minui, & augeri, & etiàm in totum tolli.*

32 *Cathedraticum Epiſcopo debitum, nullo tempore præſcribi poteſt, niſi concurrat tempus immemorabile.*

33 *Quoad taxam Cathedratici attenditur conſuetudo locorum.*

34 *Cathedraticum debetur in honorem Cathedræ Epiſcopalis.*

35 *Cathedraticum non cenſetur unquàm remiſſum, niſi de eo fiat expreſſa mentio.*

36 *Regulares a præſtatione Cathedratici ſunt exempti.*

37 *Quando Epiſcopus poſſit à ſuis ſubditis charitativum ſubſidium exigere,* & num. 45.

38 *An alii Epiſcopo inferiores charitativum ſubſidium exigere poſſint.*

39 *An Epiſcopus poſſit eſſe Judex in cauſa propria.*

40 *An Capitulum ſede vacante poſſit charitativum ſubſidium exigere.*

41 *An Epiſcopus nondum conſecratus poſſit tale ſubſidium exigere.*

42 *An ad hunc effectum requiri debeat conſilium Capituli, & Clericorum.*

43 *Charitativum ſubſidium non poteſt ab Epiſcopo exigi, niſi manifeſta, & rationabilis cauſa concurrat,* & num. 45.

44 *In dubio rationabilis cauſa non præſumitur in tali caſu.*

45 *Enumerantur caſus, in quibus Epiſcopus charitativum ſubſidium exigere poteſt.*

46 *An Religioſi exempti teneantur charitativum ſubſidium Epiſcopo præſtare.*

47 *Epiſcopus non poteſt à laicis exigere hujuſmodi ſubſidium, exceptis Vaſſallis Eccleſiæ.*

28 *Clerici beneficia non obtinentes, ad tale ſubſidium non tenentur.*

49 *Item hoc onere gravari non debent Clerici, qui ex ſuis beneficiis nullos percipiunt fructus ob bella, vel alium caſum fortuitum.*

50 *Similiter ad hoc ſubſidium non tenentur Clerici, qui ex ſuorum beneficiorum redditibus nihil habent ultrà decentem victum.*

51 *Clerici ad dictum ſubſidium non tenentur de quotidianis diſtributionibus.*

52 *ad hoc onus cogi non poſſunt Moniales non habentes redditus ultrà ſummam 14. ducatorum anni de Camera pro victu cujuslibèt.*

53 *Quando Moniales excuſentur à ſolutione decimarum Papalium.*

54 *Qualitèr taxandum ſit charitativum ſubſidium.*

55 *Jus exigendi charitativum ſubſidium præſcribi non poteſt.*

56 *Quid ſi concurreret præſcriptio temporis immemorabilis.*

57 *Epiſcopus poteſt ſuos ſubditos ad charitativum ſubſidium compellere etiàm per cenſuras.*

58 *Divites officio Judicis compelli poſſunt ad dandam eleemoſinam agentibus tempore magnæ famis, vel neceſſitatis.*

59 *Quando in materia hujus ſubſidii detur appellatio.*

60 *Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ non tenentur ad hujuſmodi ſubſidium pro beneficiis, quæ poſſident.*

Quid ſi Eccleſia in confinibus duarum Diœceſum exiſtat, ibidem.

61 *Clerici ratione Eccleſiarum, quæ viſitantur, tenentur Epiſcopo procurationem dare.*

62 *Procuratio dicitur refectio illa, quæ Ordinariis ratione viſitationis, vel legatis Apoſtolicis jure legationis debetur.*

63 *Diſtributiones quotidianæ fuerunt inductæ, ut Canonici, & alii ad Divina celebranda magis allicerentur.*

64 *Epiſcopus pluriès in Anno poteſt viſitare, ſi neceſſitas urgeat, non tamèn poteſt à Subditis plures, quàm binas in Anno exigere procurationes.*

65 *Certum tempus à Jure non eſt præſcriptum, intrà quod Epiſcopus teneatur viſitationem concludere.*

66 *Epiſcopo viſitanti Clerum Civitatis, ubi ſita eſt Cathedra, non debetur procuratio.*

67 *Procuratio de jure communi præſcribi non poteſt:* contrarium num. ſeq.

68 *An procuratio contrà Legatos, vel Nuncios Apoſtolicos præſcribi poſſit.*

69 *Epiſcopus non poteſt procurationem exigere ab Hoſpitalibus, & aliis locis pauperum, & Infirmorum, nec à pauperibus Clericis:* limitatur num. 71.

70 *Oratoria erecta ſinè auctoritate Ordinarii, non ſubjacent viſitationi, nec procurationi.*

71 *Clerici pauperes, quatenùs vires ſuppetunt, tenentur concurrere ad procurationem.*

72 *An Epiſcopus recipiens victualia à pauperibus, quos viſitat, teneatur ad reſtitutionem.*

73 *Epiſcopus, dùm confirmationis Sacramentum in ſua Diœceſi miniſtrat, à nemine eſt procurandus.*

74 *Quid ſi in loco adſit conſuetudo, ut pro viſitatione aliquid Epiſcopo ſolvatur.*

75 *Viſitati tenentur ad expenſas, quæ conſiſtunt in victu,*

non

Digitized by Google

non autèm ad eas, quæ concernunt alia neceſſaria perſonæ.

76 *An viſitati ultrà victum teneantur ad vecturas, & laminas ferreas equorum,*

77 *An Monaſteria Monialium ad procurationem teneantur.*

78 *Et an ad id teneantur Regulares, qui parochialem ſuo Conventui unitam habent.*

79 *Epiſcopus poteſt Archidiaconis, & aliis ſibi ſubjectis, viſitandi jus habentibus, terminum præfigere ad viſitationem complendam, eiſque comitatum, & equitatum ſtatuere.*

80 *Procuratio debetur Epiſcopo exeunti ad conſecrandam Eccleſiam, vel Cæmeterium dedicandum.*

81 *Procuratio non debetur Epiſcopo exeundi ad reconciliandam Eccleſiam*: contrarium num. ſeq.

82 *Quid ſi Eccleſia ex culpa certæ perſonæ violata fuerit.*

83 *Et quid ſi laici Epiſcopo viſitanti, vel alias functiones exercenti procurationem dare conſueverint.*

84 *Epiſcopus, & alii inferiores viſitantes, nec pecuniam, nec munus à viſitatis accipere poſſunt*, & num. 89. limitatur num. 85.

85 *Quid ſi munera ſint levis momenti, vel ſi in eadem viſitatione conſumantur.*

36 *Quando cenſura ceſſet abſque abſolutione.*

87 *Familiares Prælatorum jure ordinario viſitantium, nihil occaſione viſitationis accipere poſſunt*: limitatur num. ſeq.

88 *Cancellarius Epiſcopi poteſt competentem mercedem pro copia actorum, ſeù decretorum viſitationis ab eis, qui ea petunt, accipere.*

89 *Quas pœnas incurrat accipiens victualia, dùm viſitat loca privilegio, aut conſuetudine exempta ab onere præſtandi procurationem.*

90 *Procuratio ſolvenda eſt Epiſcopo etiàm dum viſitat beneficia à Sancta Romana Eccleſia Cardinalibus poſſeſſa.*

De Canonica portione, & aliis Juribus Epiſcopo debitis.

CAP. XVII.

1 PRæmittendum eſt, quod canonica portio duplex eſt: alia enim debetur Eccleſiæ parochiali, ſeu Rectori de omnibus, quæ obveniunt ratione funeris, ſcilicèt in die funeris, & de omnibus legatis factis Eccleſiæ, ad quam quis eligit ſepulturam, *cap. cum ſuper, de ſepult.* alia debetur Epiſcopo ab Eccleſiis ſuæ Diœceſis, ſeu earum Rectoribus, *cap. officii, & cap. ſeq. de Teſtam.* & hæc eſt certa bonorum portio debita Epiſcopo ratione oneris, quod in adminiſtratione ſui Epiſcopatus ſubſtinet, introducta ex ſimilitudine legitimæ Patri debitæ in bonis filii, *Sylv. in ver. canonica portio, num. 1. Hoſt. in Summ. tit. de Sepult. Miraud. in man. Prælat. tom. 2. quæſt. 48. art. 1.* ſupèr qua Epiſcopus fundatam habet intentionem de jure communi, *Greg. deciſ. 519. num. 1. Rot. deciſ. 31. numer. 5. par. 1.*
2 *diverſ. & deciſ. 402. num. 1. par. 2. recent. Card. Seraphin. deciſ. 1449. num. 4.* quamvis autèm attento jure communi hæc portio ſit quarta pars, *cap. conceſſo, cap. de redditibus, cap. mos eſt 12. quæſt. 2.* tamèn in aliquibus locis eſt tertia, vel dimidia juxtà varias diverſarum Provinciarum conſuetudines, *Covar. in cap. officii, de Teſtam. Ricc. in Prax. reſol. 109. Sylv. loco cit.* ubi dicit, quod in hoc ſtatur conſuetudini locorum: & ſi in aliquo loco conſuetudo non apparet, ſpectanda eſt conſuetudo Eccleſiæ Metropolitanæ: & ſi nec de illa conſtet, ſpectanda eſt conſuetudo Eccleſiarum vicinarum, quæ ſi varia ſit, quarta pars debetur, ut ſuprà, quià in dubio ſequimur quod minimum eſt, *l. ſi ità, ff. de leg. 2. l. ſempèr, ff. de reg. jur. Arch. in cap. cum quis, de Sepultur. in 6. Innoc. in cap. requiſiſti, de Teſtam.*

Dico igitur primò, quod canonica portio 3
debetur Epiſcopo de legatis relictis Eccleſiis, vel aliis locis ſuæ Diœceſis, ac de his, quæ obveniunt occaſione funeris, *cap. requiſiſti, de Teſtam. cap. conquerente, de offic. ordin. cap. de quarta, de Præſcript. Sylv. in d. ver. canonica portio, quæſt. 4. Anton. var. reſol. lib. 1. reſol. 112. caſu, 58. Ricc. in Prax. reſolut. 209. num. 1. latè Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3.*
alleg. 86. num. 7. & ſeq. ubi dicit, quod hæc ca- 4
nonica portio non ſolùm debetur Epiſcopo, ſed etiàm Archidiacono, & cujuſvis alteri Prælato inferiori habenti in ſuis Eccleſiis juriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, *vide Vbald. in tract. de Canon. Epiſcop. cap. 1. num. 4. & cap. 5. quæſt. 4. princ. num. 1. verſ. notandum &c. Gavant. in man. Epiſcop. ver. quarta*
Epiſcopalis, numer. 1. & ſeq. ubi dicit, quod hanc 5
non ſolvit hæres, ſed Eccleſia, cui legatum fuit,
Sylv. in ver. canonica portio, num. 1. ubi dicit, quod 6
de quarta, quæ datur Eccleſiæ Parochiali, obveniente ratione funeris detrahitur ab Epiſcopo quarta illius quartæ.

Limita primò, quando legatum relinquitur 7
loco, ſeù Eccleſiæ exemptæ, *Innoc. & alii communitèr in cap. officii, de Teſtam. Bald. in l. ſi quis ad declinandam, col. 6. de Epiſcop. & Cleric. Sylv. loco cit. quæſt. 3. Alphonſ. de Leon. de offic. Cappell. quæſt. 4.*
Prax. 6. numer. 109. quod procedit, quando po- 8
pulus pleno jure, id eſt in ſpiritualibus, & temporalibus ſubjectus eſſet Eccleſiæ exemptæ; aliàs Eccleſia prædicta teneretur Epiſcopo ad Canonicam portionem, *Jo: Andr. & Innoc. in cap. in noſtro, de Sepult. Eraſm. à Cocbier. de Juriſd. ordin. in exempt. par. 4. quæſt. 6. numer. 5. Tamburia. de Jur. Abb. & Prælat. tàm Regular. quàm Secular. &c. tom. 1. diſput. 16. quæſt. 13. in fin. Barboſ. d. par. 3. alleg. 76. num. 10. & ſeq.* ubi etiam obſervat, quod adhùc deberetur Epiſcopo canonica portio, ſi fieret legatum Eccleſiæ exemptæ tempore teſtamenti, dummodò ſubdita eſſet tempore mortis, quià reſpiciendum eſt tempus mortis, non autèm tempus teſtamenti, *l. ſi cogantur, ff. de Rebus dubiis, l. generalitèr, §. ſi homini libero, ff. de fideicommiſſ. libert.*

Limita ſecundò, in Monaſteriis Regularium: 9
hæc enim exempta ſunt ab hujuſmodi quarta, ſeù canonica portione ex privilegio à Summis Pontificibus conceſſo, *Rota in Licien. quartæ funeralium 15. Januarii 1618. coràm Decano, ubi quamplura Summorum Pontificum privilegia recenſentur.*

Limita tertiò, quandò aliquid relinquitur 10
pauperibus in genere, quià tùnc nulla debetur quarta; ratio eſt, quià quandò relinquitur pauperibus in genere, relinquitur perſonis, non
autèm piis locis; de relictis autem perſonæ, ſeù 11
perſonis non detrahitur canonica portio, ſeù quarta Epiſcopalis; Undè nec debetur quarta, ſi legetur ſingulari perſonæ pauperi, ſeù certis pauperibus, *cap. ex parte, 3. de Verbor. ſignific. Gavant. in man. Epiſcop. ver. Quarta Epiſcopalis, num. 6. Sylv. in ver. canonica portio, quæſt. 6. Barboſ. d. par. 3. alleg. 86. numer. 27.* ſubdens, quod quando legatur perſonis non pauperibus, tale legatum non dicitur pium,

pium, & ideò ex eo quarta non deducitur, Rota corâm Card. Seraphin. deciſ. 726. num. 6.

12 Si verò legatum fieret pauperibus certi loci,
tùnc deberetur canonica portio: quia legatum in
tali caſu cenſeretur factum intuitu illius loci, &
ſic cenſeretur factum loco pio, ut d. Vbald. de canon. Epiſcop. cap. 5. numer. 10. & 11. Tiraq. de Pia cauſa, privil. 28. Card. Seraphin. deciſ. 26. numer. 1. Quarant. in ver. Quarta Epiſcopalis, & alii apud Barboſ. d. par. 3. alleg. 86. num. 21. & ſeq.

13 Limita quartò, quando aliquid relinquitur
pro ſabrica, vel reſtauratione, vel ornamentis Eccleſiæ, vel pro luminaribus, Calice, & aliis, quæ ad perpetuum Divinum cultum ſpectant: tùnc enim quarta Epiſcopalis non debetur, cap. ult. ubi Abb. numer. 2. de Teſtam. Lap. de Canon. port. par. 2. à numer. 24. Valaſc. conſultat. 105. numer. 13. Cardin. Seraphin. deciſ. 726. numer. 4. Quarant. ver. Quarta Epiſcopalis, num. 7. Vbald. de Canon. Epiſcop. cap. 6. quod procedit, etiamſi Eccleſia tùnc reſtauratione non indigeat: quià ſecundùm veriſimilem mentem teſtatoris legatum ſeruandum eſt in futuram Eccleſiæ reſtaurationem: præſertim quià favor cultus Divini prævalere debet cuicumque Epiſcopi lucro, ut ſentiunt Doctores citati per Quaran. in ver. Quarta Epiſcopalis, ver. Secunda difficultas
14 &c. idem dicendum, ſi quid relinquatur pro operibus piis in genere, & executores diſtribuerint legatum in fabricam, & ornamenta Eccleſiæ, vel in concernentia Divinum cultum: quià nec in tali caſu quarta Epiſcopalis debetur: nàm diſtributio,
15 quam facit executor, cenſetur facta ab ipſo teſtatore, l. unum ex familia, §. 1. ubi Bart. & alii, ff. de legat. 1. Quarant. loca cit. verſ. tertia difficultas &c. Covar. in cap. ult. num. 7. de Teſtam. Barboſ. d. par. 3. alleg. 86. num. 23.

16 Limita quintò, in oblationibus: de his enim non debetur quarta, Mirand. in man. Prælat. tom. 2. quæſt. 48. art. 3. concl. 1. verſ. Quinto &c. Barboſ. d. alleg. 86. num. 25. Sylv. in ver. canonica portio, quæſt. 4. verſ. octavum &c.

17 Limita ſextò, quando aliquid legatur, ut quolibet Anno celebretur ſolemnitas alicujus Sancti, vel ut erigatur Altare, aut præbenda, vel aliud hujuſmodi: tùnc enim non debetur quarta, ut d. Innoc. in cap. ult. de Teſtam. Azor. inſtitut. mor. par. 2. lib. 9. cap. 12. quæſt. 7. Mirand. d. quæſt. 48. art. 3. concl. 1. verſ. Quinto &c. Sylv. in ver. Canonica portio quæſt. 4. verſ. Quintum &c. & verſ. ſeptimum &c.

18 Limita ſeptimò, quando quis in vita donat Eccleſiæ ea donatione, quæ dicitur intèr vivos, quià neque in tali caſu debetur quarta, cap. de his, de Sepult. cap. 1. de Sent. Monach. Sylv. loco cit. quæſt. 4. verſ. Nonus &c. & quæſt. 9. verſ. Quartum &c. & Azor. d. cap. 12. quæſt. 7. Barboſ. d. par. 3. alleg. 86. num. 26.

19 Limita octavò, in relictis Hoſpitalibus, vel
Confraternitatibus non erectis auctoritate Epiſcopi: nàm de his nulla debetur quarta, cum
non cenſeantur in tali caſu loca pia; ſecùs ſi Epiſcopi auctoritate inſtituta ſint: quià tùnc loca
20 religioſa, ac pia ſunt, ac reputantur; undè duo
requiruntur, ut quarta Canonica debeatur, videlicèt quod loco relinquatur, & quod locus pius ſit, vel pius cenſeatur, Abb. conſil. 31. dub. 2. vol. 1. Roman. conſil. 477. numer. 18. & ſeq. Vbald. de canon. port. quæſt. 14. numer. 15. Tiraq. de Pia cauſa, privil. 28. Murt. de Juriſdict. par. 4. cent. 2. caſ. 113. numer. 19. Valaſc. conſultat. 105. numer. 13. & 40. Card. Tuſch. tom. 6. ver. Quarta, concl. 21. num. 33. & 35. late Barboſ. d. par. 3. alleg. 75. numer. 43. & ſeq.

Limita nonò, quando Subditus Epiſcopi le- 21
gat aliquid Eccleſiæ extra Diœceſim exiſtenti: quià cum dictæ Eccleſiæ cura non ſit penès Epiſcopum, ideò nec illi quarta debetur, Abb. in cap. requiſiſti de Teſtam. Jo: Andr. in cap. certificari, eod. tit. Azor. d. cap. 12. quæſt. ultim.

Limita decimò, quando legatur pro incertis 22
malè ablatis: nam neque de his debetur quarta, Sylv. in ver. Canonica portio, quæſt. 9. verſ. undecimus &c. & alii communiter.

Limita undecimò, in locis, ubi eſt contraria 23
conſuetudo ſpatio 40. Annorum præſcripta: quia tunc nulla canonica portio debetur, Leo in Theſaurar. for. Eccleſ. par. 2. cap. 14. de Quarta funer. numer. 29. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 12. quæſt. 3. Barboſ. d. par. 3. alleg. 86. numer. 4. Sylv. in ver. canonica portio, quæſt. 1. ubi dicit, quod in tali caſu requiritur etiàm titulus, ideſt rationabilis cauſa.

Dico ſecundo, quod Epiſcopo debetur quarta 24
etiam ex omnibus decimis Eccleſiarum parochialium ſui Epiſcopatus ratione conjunctionis, & univerſalis curæ, quam habet Epiſcopus in dictis Eccleſiis ſibi ſubjectis, cap. conquerente, de offic. ordin. cap. de quarta, de præſcript. Zeral. in Prax. Epiſcop. par. 1. ver. decimæ. §. 10. Innoc. in cap. requiſiſti, de Teſtam. Manet. de decim. cap. 7. quæſt. 2. num. 14. Rot. deciſ. 31. num. 5. par. 1. Diverſ. & deciſ. 402. n. 1. par. 2. & in Paccn. decimarum 12. Februarii 1608. coram Card. Sacrato, & Greg. XV. deciſ. 519. num. 1. & 2. latè Barboſ. de offic.
& poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 86. num. 34. & ſeq. ubi di- 25
cit, quod Epiſcopus non poteſt exigere immediatè iſtam quartam à laicis, ſed illam exigere debet à Parocho, juxtà tex. in cap. conquerente, de offic. ordin. Card. Seraphin. deciſ. 1449. num. 5. & 6. Lotter. de Re beneſ. lib. 1. quæſt. 20. num. 81. & ſeq. Card. Cavalier. deciſ. 487. num. 1. Duran. deciſ. 320. num. 2. par. 2. ve-
rum ſi Parochus negligat exigere, Epiſcopus pro 26
ſua portione Canonica poteſt agere jure proprio, immò poteſt etiam agere pro omnibus decimis, ſed nomine Eccleſiæ parochialis, cui tenetur illa conſervare; ratio eſt, quia Epiſcopus habèt coæquale jus cum Parocho ratione dictæ quartæ, quod tolli non poteſt per negligentiam, aut malitiam Parochi non èxigentis, cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt. Hoſt. in cap. cum contingat, num. 2. de Decim. Rot. deciſ. 442. 485. &
520. par. 1. recent. Barboſ. d. all. 86. num. 34. ubi dicit, 27
quod poſſunt Epiſcopus, & Rector Eccleſiæ parochialis ſimul agere contra laicos parochianos: quià uterque ageret ex jure ſuo, Rot. in Cervien. decimarum 22. Aprilis 1602. coràm Penia.

Obſerva tamen, quod quando prædium non 28
eſt in alicujus Parochia ſitum, illius decimæ pertinent ad Epiſcopum, gloſ. in cap. cum contingat, de Decim. Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 7. cap. 36. quæſt. 9. Rota coram Coccina deciſ. 485. num. 1. & in Placentina decimarum perſonalium de Trugilio 18. Martii 1616. coram Buratta, & in Conchen. decimarum dell' Infantado 18. Decembris 1617. coram Andrea, prout refert Barboſ. d. par. 3.
alleg. 86. num. 36. & ſeq. ſubdens, quod quando Pa- 29
rochiæ non ſunt diſtinctæ, decimæ ſimiliter ad Epiſcopum pertinent.

Obſerva ſecundo, quod hujuſmodi quarta at- 30
tento jure communi non debetur à Monaſteriis, vel Eccleſiis inferioribus, exceptis parochialibus, Abb. in cap. 1. de Sent. Monach. Bertach. tract. de Epiſc. lib. 4. par. 4. quæſt. 55. num. 80. Barboſ. loco cit. d. alleg. 86. num. 38.

31 Obſerva tertio, quod tàm quartà Epiſcopalis, quàm parochialis poteſt minui, vel augeri juxtà conſuetudinem locorum; ac poteſt etiam in totum tolli præſcriptione: & ad id ſine titulo ſufficit tempus, de cujus initio non extet memoria, & cum titulo ſufficeret tempus 40. Annorum, *Mirand. in man. Prælat. tom. 2. quæſt. 48. art. 5. concl. 2. Barboſ. d. par. 3. alleg. 86. num. 39.*

32 Dico tertio, quod Cathedraticum ultrà procurationem Epiſcopis ità debetur, ut nullo tempore præſcribi poſſit, quominus debeatur: niſi concurrat tempus immemorabile, *cap. 1. & cap. inter cætera 10. quæſt. 3. Zerol. in Prax. Epiſc. par. 1. ver. jus cathedraticum, Ricc. in Prax. aur. reſ. 182. Gratian. diſcept. for. cap. 620. num. 5. & ſeq. Barboſ. d. par. 3. alleg. 86. num. 1. & ſeq.* ubi dicit, quod in ejus taxa attendi-
33 tur conſuetudo locorum, *Covar. lib. 1. var. cap. 11. num. 3. Guttier. de Juram. confirm. par. 1. cap. 7. num. 4. Molin. de Juſt. tr. 2. diſp. 278. verſ. dubium tamen eſt &c. Gavant. in man. Epiſcop. ver. cathedraticum, num. 1.*

34 Dicitur, *cathedraticum*, quia debetur in honorem Cathedræ Epiſcopalis: & quandoque vocatur Synodaticum, quia in ſynodo ſolvi conſuevit, *cap. olim, de Cenſib. cap. conquerente de offic. ordin. cap. paſtoralis, de Donat.*

35 Non cenſetur unquàm remiſſum, etiamſi pleno jure liberaretur Eccleſia: niſi de eo fiat expreſſa
36 mentio, *gloſ. communiter recepta in cap. paſtoralis, de Donat.* Regulares tamen ab illius præſtatione ſunt exempti, *cap. inter cætera, 10. quæſt. 3. Lotter. de Re benef. lib. 1. quæſt. 21. num. 53. Barboſ. d. alleg. 86. nu. 40. & ſeq.*

37 Dico quarto, quod Epiſcopus etiam non dum conſecratus, cum conſilio Capituli, & Cleri ex manifeſta, & rationabili cauſa a ſuis ſubditis beneficia, vel alia bona Eccleſiaſtica poſſidentibus poteſt charitativum ſubſidium exigere, *cap. conquerente de offic. ordin. cap. ex parte de Cenſib. Nav. conſ. 10. de cenſib. in antiq. alias 5. in novis, Quaran. in Sum. Bullar. ver. Concilium provinciale, num. 8. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 14. Cened. ad Decretal. collect. 115. à num. 6. Piaſec. in Prax. Epiſc. par. 2. cap. 2. num. 11. Bellet. Diſquiſ. cleric. par. 1. tit. de Cleric. debitor. §. 12. Menoch. de Arbitr. caſ. 178. & 179.*

38 Alii verò Epiſcopo inferiores, quales ſunt Abbates, vel Priores, hujuſmodi ſubſidium ab Eccleſiis ſæcularibus, vel regularibus Monaſteriis ſibi non pleno jure ſubjectis exigere regulariter non poſſunt; niſi ex ſpeciali privilegio, vel conſuetudine, *Azor. d. cap. 14. quæſt. 5. verſ. Quid dicendum &c. Bellencin. in tract. de charitativ. ſubſid. quæſt. 4. & 5. Boer. deciſ. 133. Duen. reg. 91. Cened. loco cit. collect. 115. Bellett. loco ſupra cit. d. §. 12. latè Barboſ. de offic. & pot.*
39 *Epiſc. par. 3. alleg. 87. num. 2. & ſeq.* ubi addit, quod Epiſcopus ſubſiſtente manifeſta, & rationabili cauſa, quæ ſpectet ad dignitatem, & ad honorem Eccleſiæ, poteſt eſſe Judex in cauſa propria, *vide Nav. conſ. 21. num. 17. de ſent. excom. Capad. deciſ. 6. num. 1. de Privil. Cæſ. de Graſ. deciſ. 4. num. 1. & ſeq. de Except. Put. deciſ. 210. num. 3. Antonin. var. reſol. lib. 1. reſ. 48. ſub num. 8. Sperell. in deciſ. for. Eccleſ. deciſ. 93. num. 1. & ſeq.*

40 An verò Capitulum Sede Epiſcopali vacante poſſit tale ſubſidium exigere? affirmat *gloſ. in cap. cupientes, §. ad hæc, ubi etiam Jo. Monach. Archidiac. & Dominic. de Elect. in 6. Bellencin. d. tract. quæſt. 7. Azor. d. quæſt. 5. verſ. Item collegium &c. Bellett. loco cit. d. §. 12. num. 38.*

41 Dixi, *etiam nondum conſecratus*, quià ſubſidium hujuſmodi exigere poteſt Epiſcopus electus, & confirmatus, licèt non ſit adhuc conſecratus: cum id ſit juriſdictionis, non ordinis, *d. cap. conquerente, in fin. de offic. ordin. Bellencin. quæſt. 9. Azor. d. quæſt. 5. in fin. Barboſ. d. alleg. 87. num. 8.*

Dixi, *cum conſilio Capituli, & Cleri*; quia quando 42
Epiſcopus à Clero ſuo exigere vult charitativum ſubſidium, debet id facere cum conſilio Capituli ſui, & etiam ipſorum Clericorum, *cap. novit, & cap. quanto, de His, quæ fiunt à Prælat. Innoc. & alii in cap. cum Apoſtolus, de cenſib. Bellencin. quæſt. 10. Alex. de Nevo conſ. 58. num. 3. Bero. conſ. 81. num. 40. vol. 1. Bellett. Diſquiſ. cler. par. 1. tit. de Cleric. debit. §. 12. num. 8.* valeret tamen conſuetudo, ut Epiſcopus abſque conſilio Capituli, & Cleri hujuſmodi ſubſidium imponat, *cap. cum conſuetudinis, ubi DD. de conſuet.*

Dixi, *ex manifeſta, & rationabili cauſa*, nè ſub- 43
diti graventur pluſquam par eſt, *cap. cum Apoſtolus, §. prohibemus, de cenſib. d. cap. conquerente, ubi DD. de offic. ordin.* quænam verò dicatur manifeſta, & rationabilis cauſa, arbitrio Judicis relinquitur, *gloſ. in cap. cum Apoſtolus, §. prohibemus de Cenſib. Grammat. deciſ. 88. num. 3. Boer. deciſ. 133. num. 1. & deciſ. 134. num. 6. Bellett. tit. de Cleric. debitor. §. 11. num. 3. Bellencin. quæſt. 16. num. 12. & quæſt. 18. Barboſ. loco cit. d. alleg. 87. num. 28.* ubi dicit, quod in dubio rationabilis 44
cauſa præſumenda non eſt, quià textus *in d. cap. cum Apoſtolus, verſ. ſubſtinemus &c.* non ſolùm requirit cauſam rationabilem, ſed quod ſit manifeſtè talis, & caſum dubium excludit, *Bellett. Diſquiſ. cleric. par. 1. tit. de Cleric. debit. 5. 12. num. 2. & ſeq.* ubi ſubjicit, quod hujuſmodi ſubſidium non ſolùm ſemel, ſed pluriès etiam ab eodem Epiſcopo exigi poteſt.

Cenſetur verò manifeſta, & rationabilis cauſa, 45
ſi Epiſcopus exigeret charitativum ſubſidium pro ſolutione debitorum, quæ contraxit pro ſuæ Eccleſiæ jure tuendo, vel pro fabrica, aut alia re continente ejuſdem Eccleſiæ, vel totius Diœceſis commune bonum, & ex Eccleſiæ fructibus commodè ſolvi nequeunt: item ſi Epiſcopus viſitaturus ſit limina SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, aut iturus ſit ad Concilium generale, vel provinciale, & propter ejus paupertatem non haberet pecunias neceſſarias ad iter agendum juxtà decentiam ſui ſtatus: vel ſi lites magnæ in bonis Eccleſiæ moveantur, *Boer. deciſ. 134. num. 1. & ſeq.* Item poteſt Epiſcopus charitativum ſubſidium exigere pro bullarum impenſis, & aliis neceſſitatibus, *Purpur. conſ. 329. num. 2. vol. 1. Piaſec. in Prax. Epiſc. par. 1. cap. 2. num. 11. Bellett. loco cit. d. §. 12. num. 4. Franc. Marc. quæſt. 472. num. 1. Bellencin. quæſt. 19. & ſeq. Laur. de Franchis in Controver. inter Epiſcop. & Regul. quæſt. 71. Genuenſ. in Prax. cap. 71. num. 8. Quaran. in Sum. bullar. ver. Concilium provinciale, num. 8. Barboſ. d. par. 3. alleg. 87. num. 29. & ſeq. Bellett. loco cit. d. §. 12. num. 4. & ſeq.* ubi addit, quod Epiſcopus pro ſuis neceſſitatibus poteſt fructus Eccleſiarum percipere, *per tex. in cap. un. §. fin. ut Eccleſ. benef. &c.*

Dixi, *à ſuis ſubditis*, quia Religioſi exempti 46
non tenentur præſtare Epiſcopo charitativum ſubſidium: niſi in duobus caſibus, videlicet quando Eccleſiæ, antequam religioſis exemptis ſubjicerentur, ſolvere conſueverunt Epiſcopo tale ſubſidium: quià tunc cenſerentur unitæ cum ſuo onere. Secundò, quando in privilegio exemptionis appoſita eſſet clauſula, *volumus autem, quod Eccleſia hujuſmodi exempta cum charitate priori cum Epiſcopo ſuo remaneat, cap. 1. de Stat. Monach. cap. paſtoralis, de decim. Abb. conſ. 102. par. 1. & conſ. 26. num. 4. & 5. par. 2. Bellencin. quæſt. 28. 29. & 32. Barboſ. d. par. 3. alleg. 87. num. 45. & ſeq.*

& ſeq. Layman. in Theolog. mor. lib. 3. tract. 3. par. 1.
cap. 3. §. un. num. 13.
47 Dixi, beneficia, vel alia bona Eccleſiaſtica poſſi-
dentibus, primo quià Epiſcopus hujuſmodi ſubſi-
dium à laicis exigere nequit, exceptis Vaſſallis Ec-
cleſiæ, Bellencin. d. tr. de charitativ. ſubſid. quæſt. 26.
Azor. inſtit. mor. par. 2. lib. 9. cap. 14. quæſt. 6. Barboſ.
d. alleg. 87. num. 40. & ſeq. ubi dicit, quod laici ra-
tione feudi tenentur quartam partem Annui red-
ditus ipſius feudi ſolvere pro dicto ſubſidio, Boer.
deciſ. 134. num 3. ubi, quod Vaſſalli Eccleſiæ tenen-
tur Epiſcopum adiuvare, quando recipit conſe-
crationem, vel quando eſt vocatus ad Concilium.
48 Secundo, quià Clerici beneficia non obtinen-
tes, ad id non tenentur, cum tale ſubſidium de-
beatur tantùm ratione beneficiorum, cap. conque-
rente, de offic. ordin. Nav. conſ. 10. de Cenſib. in antiq.
alias 5. in novis, Sayr. in florib. deciſ. 10. Layman. in
Theolog. mor. lib. 3. tract. 3. par. 1. cap. 3. §. un. num.
11. & 13. Barboſ. d. alleg. 87. num. 39. & 48.
49 Idem dicendum, quando Clerici nullos per-
cipiunt ex ſuis Eccleſiis fructus proptèr aſſidua
bella, inundationes aquarum, vel ob alium ca-
ſum fortuitum: vel ità ſunt pauperes, ut ex ſuo-
50 rum beneficiorum redditibus nihil habeant ultrà
decentem, ſeu honeſtum victum: quià Epiſcopus
in hoc debet paternè ſe gerere, Bellett. loco cit. d. §.
12. num. 19. & ſeq. ſubdens, quod nec tenentur
Clerici pauperes ſolvere decimas per Sedem Apo-
ſtolicam impoſitas, Bellencin. quæſt. 30. & 34. cum
ſeq. Alex. de Nevo conſ. 57. num. 1. & conſ. 58. num. 2.
Quaran. in ver. Concilium provinciale, num. 8. Boer.
51 deciſ. 135. num. 3. ubi dicit, quod neque ad id tenen-
tur Clerici de quotidianis diſtributionibus, Barboſ.
52 d. par. 3. all. 87. num. 50. ubi, quod nec poſſunt co-
gi ad hoc onus Moniales pauperes non habentes
redditus ultrà Summam quatuordecim ducato-
rum auri de Camera pro victu cujuſlibet: quia in
53 tali caſu excuſantur etiam a ſolutione decimarum
Papalium, juxtà conſtitutionem Pii IV. incip. De ſtatu
Eccleſiarum, &c. ubi Cherubin. Schol. 1.
54 Notandum tamen eſt, quod hoc ſubſidium
taxari debet juxtà taxam poſitam in extravag. Be-
nedicti XII. incip. Vas electionis, de cenſib. ut ſcilicet
Epiſcopus a qualibet Eccleſia hoc nomine plus pe-
cuniæ non exigat, quàm exigeret nomine procu-
rationis ratione viſitationis, Bellenc. loco cit. quæſt.
41. Boer. deciſ. 134. num. 9. verſ. ſed hodiè eſt determina-
tum &c. unde non valeret conſuetudo, quod Epi-
ſcopus à ſuis ſubditis poſſit exigere charitativum
ſubſidium ultrà dictam taxam: & ſubditi poſſent
ſubſidium hujuſmodi Epiſcopo denegare in eo;
quod excedit taxam prædictam; niſi urgens cauſa,
vel magna neceſſitas concurrat, quia tunc ultrà
ſolitam taxam poſſent compelli, Genuenſ. in Pra-
cticab. Eccleſ. quæſt. 640. Barboſ. d. par. 3. alleg. 87.
num. 37. & ſeq.
55 Notandum ſecundò, quod hoc jus exigendi
charitativum ſubſidium, conſiſtit in poteſtate, ſeu
facultate ipſius Epiſcopi: & ideò præſcribi non po-
teſt, ex regulà, quod in iis, quæ ſunt facultatis,
non currit præſcriptio, Bellett. Diſquiſ. cleric. par. 1.
tit. de Cleric. debitor. d. §. 12. num. 9. Barboſ. loco cit.
num. 3. & 36. contrà Layman. in Theolog. moral. lib. 3.
56 tract. 3. par. 1. cap. 3. §. unic. num. 15. ubi ſubjicit,
quod immunitas à præſtando ſubſidio per præ-
ſcriptionem temporis immemorabilis acquiri po-
teſt, præſertim cum fama privilegii.
57 Notandum tertiò, quod Epiſcopus poteſt ſuos
ſubditos ad charitativum ſubſidium compellere
etiam per cenſuras, Alex. de Nevo, conſ. 58. num. 5.
Boer. deciſ. 136. num. 2. Hoſt. in d. cap. cum Apoſtolus,
num. 7. & 8. ubi etiam Abb. Innoc. & alii, de Cenſib.
Rot. deciſ. 425. in nov. etiam non obſtante appellatione,
Caputaq. deciſ. 228. par. 1. Bellett. d. §. 12. num. 15. &
34. Barboſ. d. alleg. 87. num. 5. & 6.
Nec obſtat, quod hujuſmodi ſubſidium dica- 58
tur charitatis auxilium: quia etiam ad dandam
eleemoſinam agentibus tempore magnæ famis, vel
neceſſitatis poſſunt divites officio Judicis compel-
li, Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 12. cap. 13. quæſt. 3.
Henriq. in Sum. lib. 13. cap. 17. §. 5. in fin. Surd. de Ali-
men. tit. 3. quæſt. 3. num. 27.
Verùm ſi Epiſcopus indebitè arbitretur, & im- 59
moderatè ſe gerat in taxanda hujuſmodi taxa, po-
teſt ab eo appellari ad Superiores, Boer. deciſ. 134.
num. 6. & deciſ. 136. num. 3. Bellett. d. §. 12. num. 14.
& alii communiter.
Notandum quartò, quod Cardinales S.R.Ec- 60
cleſiæ non tenentur ad prædictum onus Charita-
tivi ſubſidii pro beneficiis, quæ poſſident, Rom.
conſ. 489. num. 1. & 4. Cephal. conſ. 2. num. 10. vol. 1.
Bellett. Diſquiſ. cleric. d. tit. de Cleric. debitor. §. 12.
num. 25.
Notandum quintò, quod Archiepiſcopus ſu-
per perceptione charitativi ſubſidii differentias
ſuffraganeorum circà Eccleſiam in confinibus exi-
ſtentem poteſt componere, ac mandare, ut alterius
vicibus Epiſcopi confinantes à dicta Eccleſia cha-
ritativum ſubſidium, & alia jura Epiſcopalia
percipiant, ac beneficia in eadem Eccleſia exiſten-
tia alternis etiam vicibus conferant, Abb. in cap.
ult. de Re jud. Innoc. in cap. ſuper eo, de Paroch. Bellen.
de Charitativ. ſubſid. quæſt. 52. num. 4. Ventrigl. de Ju-
riſd. Archiep. cap. 149. num. 6.
Dico quintò, quod Clerici ratione Eccleſia- 61
rum, quæ ab Epiſcopo viſitantur, tenentur eidem
Epiſcopo procurationem dare, ſeu ſolvere, dùm
viſitantur, cap. cum ex officii, de Præſcript. cap. cum
venerabilis, de Cenſib. cap. procurationes, eod. tit. in 6.
Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. de reform. cap. 3. ubi cavetur,
quod Epiſcopus viſitans modeſto contentus equi-
tatu famulatuque ſtudere debet quàm celerrimè,
debita tamen cum diligentia, viſitationem ipſam
abſolvere, latè Barboſ. de offic. & poteſtat. Epiſcop.
par. 3. alleg. 73. num. 43.
Procuratio verò dicitur ſuhſtentatio, vel re- 62
fectio illa, quæ Ordinariis ratione viſitationis,
vel Legatis Apoſtolicis jure legationis debetur,
cap. conquerente, de offic. ordin. d. cap. cum ex officii de
Præſcript. cap. cum inſtantia, de Cenſib. Clem. 1. eod. tit.
hæc autem procuratio prudenter à lege Canonica
fuit inducta, ut Epiſcopus magis alliciatur ad viſi-
tandam Diœceſim, & nè pertimeſcat difficulta-
tem in victualibus de loco ad locum deferendis, &
ſic totus incumbat viſitationi, Abb. in d. cap. cum ex
officii, num. 9. Marian. de Viſitat. num. 33. Jordan.
Elucubr. diverſ. vol. 2. de Re benefic. lib. 7. tit. 18. de
Procurat. num. 2. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3.
alleg. 130. num. 1. & ſeq. ubi dicit, quod ut Epiſco-
pus ad Synodum celebrandam magis inducatur,
ſtatutum fuit, ut Cathedraticum, ſeu Synodati-
cum ſolveretur, cap. conquerente, ubi gloſ. & DD. de
offic. Ordin. cap. placuit, 10. quæſt. 3. quemadmodùm 63
diſtributiones quotidianæ ad id ſpecialiter fuerunt
inductæ, ut Canonici Cathedralis, vel Collegia-
tæ Eccleſiæ ad Divina officia celebranda magis al-
licerentur, cap. un. ubi DD. de Cleric. non reſiden. in 6.
Obſerva tamen, quod licèt poſſit Epiſcopus 64
pluries in Anno viſitare, ſi neceſſitas urgeat, ta-

Digitized by Google

men non poſſet à ſubditis plures, quàm binas in
Anno exigere procurationes, *gloſ. in cap. cum vene-*
rabilis, de Cenſibus, Barboſ. d. par. 3. alleg. 73. num. 39.
65 *& 43.* ubi addit, quod certum tempus à Jure præ-
ſcriptum non eſt, intra quod teneatur Epiſcopus
viſitationem concludere, ſed arbitrio ipſius relin-
quitur, quod tamen debet eſſe diſcretum, & mo-
deratum, *vide text. in cap. 1. extr. de offic. Archid. gloſ.*
in cap. Epiſcopum, 10. quæſt. 1.
66 Obſerva ſecundò, quod cum Epiſcopus viſitat
Clerum Civitatis, ubi ſita eſt Cathedra, procura-
tio illi nulla debetur, *ut ſæpiùs Sac. Congregatio re-*
ſpondit teſte Piaſec. in Prax. Epiſcop. par. 2. cap. 3. num.
65. Barboſ. d. alleg. 73. num. 46. Jordan. de Re benefic.
lib. 7. d. tit. 18. d. num. 45.
67 Obſerva tertiò, quod licèt de Jure communi
procuratio præſcribi non poſſit, *d. cap. cum ex officiis,*
68 *de Præſcript.* hodie tamen ex nova diſpoſitione
Concilii Tridentini *d. ſeſ. 24. cap. 3.* peti non po-
teſt, ubi contraria adeſt conſuetudo, *Piaſec. loco cit.*
d. cap. 3. in fin. Gratian. diſcept. for. cap. 57. num. 19.
Barboſ. d. alleg. 73. num. 43. & 49. Jordan. d. lib. 7.
tit. 18. num. 50. & 53. ubi ſubjicit, quod antiqua
jura procedunt quoad Legatos, & Nuncios Apo-
ſtolicos, de quibus Concilium minimè loquitur.
69 Obſerva quartò, quod Epiſcopus non poteſt
procurationem exigere ab Hoſpitalibus, & aliis
locis pauperum, & infirmorum, nec a pauperibus
Clericis: Undè Epiſcopus de proprio expendere
tenetur, quando Rector Eccleſiæ eſt pauper, *Surd.*
de Alimen. tit. 4. quæſt. 21. num. 6. Zerol. in Prax.
Epiſcop. par. 2. ver. Viſitatio, §. 6. dub. 7. Leo, in The-
ſaur. for. Eccleſ. par. 2. cap. 16. num. 41. Piaſec. loco
cit. Homobon. de Bon. de exam. Eccleſ. tract. 11. cap. 12.
quæſt. 17. reſ. 2. Barboſ. d. alleg. 73. num. 50. & ſeq.
70 *Jordan. d. lib. 7. tit. 18. num. 16. verſ. intellige &c.* ubi
addit, quod Oratoria erecta ſinè auctoritate Ordi-
narii non ſubjacent Viſitationi, nec procurationi,
per text. in cap. fin. ubi gloſ. & DD. de Cenſib.
71 Notandum tamen eſt, quod paupertas ope-
ratur quidem, ut nemo gravetur ad impoſſibile:
non autem eximit omninò, & ideò Clerici etiam
pauperes, quatenùs vires ſuppetunt, tenentur
concurrere, *Jordan. loco cit. d. tit. 18. num. 18. 39. &*
43. Bonacin. de Cenſur. in partic. diſput. 3. quæſt. 5. punct.
72 *4. num. 10.* ubi dicit, quod Epiſcopus recipiens ſo-
lùm victualia à pauperibus, quos viſitat, non te-
netur ad reſtitutionem: quia virtutem potius cha-
ritatis, quam juſtitiæ violat, recipiendo hujuſmo-
di victualia.
73 Obſerva quintò, quod Epiſcopus exiens per
Oppida, & Villas ſuæ Diœceſis, ut Confirmatio-
nis Sacramentum tantùm conferat, a nemine eſt
procurandus, *ut declaravit Sac. Congregatio teſte Bo-*
nacin. de Cenſur. in partic. d. diſput. 3. quæſt. 5. punct. 4.
num. 9. Barboſ. d. par. 3. alleg. 73. num. 53. quamvis
contrarium aſſerat *Jordan. loco cit. d. lib. 7. tit. 18.*
num. 29. per text. in cap. relatum, 10. quæſt. 3.
74 Obſerva ſexto, quod ubi eſt conſuetudo, ut
pro viſitatione aliquid ſolvatur, eſt in optione
eorum, qui viſitantur, ſi malint ſolvere conſue-
tum, vel potiùs victualia miniſtrare, *ut conſtat ex*
Concil. Trident. ſeſ. 24. de reform. cap. 3. & reſolvit
Sac. Congregatio, prout refert Jordan. d. tit. 18. nu. 77.
Bonacin. loco ſupra cit. d. diſput. 3. quæſt. 5. punct. 4.
num. 3. Zerol. in Prax. Epiſcop. ver. Viſitatio, §. 6.
dub. 2. Piaſec. loco cit. d. cap. 3. num. 64. Barboſ. d. alleg.
73. num. 55. & 56.
75 Obſerva ſeptimo, quod viſitati tenentur ad
illas expenſas, quæ conſiſtunt in victu, non au-
tem ad illas, quæ concernunt alia neceſſaria per-
ſonæ: Undè non tenentur medicinas viſitanti mi-
niſtrare, nec alias impenſas facere, quæ ad cura-
tionem ipſius Viſitantis, vel ſuorum ſpectant:
quia hujuſmodi impenſæ nomine victualium mi-
nimè comprætenduntur, *Gemin. in cap. ſi Epiſcopus,*
num. 2. de Cenſib. in 6. Jordan. d. lib. 7. tit. 18. num. 84.
Bonacin. de Cenſur. in partic. d. diſput. 3. quæſt. 5. pun. 4.
num. 2. verſ. ſecundò Viſitatorem &c. Zerol. loco ſupra
cit. d. ver. Viſitatio, §. 6. dub. 5. Barboſ. d. par. 3. alleg.
73. num. 57. ubi dicit, quod viſitati tenentur tan- 76
tùm ad procurationem, ſivè alimenta, non autem
ad vecturas, & laminas ferreas equorum, niſi ex
taret contraria conſuetudo, vel niſi Viſitator eſſet
Prælatus à Summo Pontifice delegatus: tunc enim
deberentur mercedes equorum, & viaticum, *gloſ.*
in clem. 2. de Cenſib. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 3.
cap. 42. quæſt. 8. Bonacin. loco ſupra cit. d. diſput. 3.
quæſt. 5. punct. 4. num. 2. & 6. Piaſec. d. cap. 3. num. 63.
Zerol. d. ver. Viſitatio, §. 6. dub. 3. Jordan. d. lib. 7.
tit. 18. num. 15. & 91. cum ſeq.
Obſerva ottavò, quod Monaſteria Monia- 77
lium etiam exempta cum debeant viſitari ab Ordi-
nario quoad Clauſuram, ideò ad procurationem
tenentur, *Jordan. d. vol. 2. de Re benefic. lib. 7. tit. 18.*
num. 17. idem dicendum eſt de Regularibus, qui 78
parochialem Eccleſiam Conventui ſuo unitam ha-
beut, *ut declaravit Sac. Congregatio Epiſcop. & Regul.*
in Spoletana 11. Januarii 1685.
Obſerva nono, quod poteſt Epiſcopus Archi- 79
diaconis, & aliis ſibì ſubjectis, viſitandi ius haben-
tibus, terminum præfigere ad viſitationem com-
plendam; poteſt etiam Comitatum, & equitatum
ſtatuere, nè Eccleſiæ graventur, *ut declaravit Sacra*
Congregatio, teſte Piaſec. in Prax. Epiſcop. par. 2. cap.
3. num. 62. Jordan. d. lib. 7. tit. 18. num. 21.
Obſerva decimò, quod procuratio debetur 80
Epiſcopo non ſolùm viſitanti, ſed etiam exeunti
ad conſecrationem Eccleſiarum, vel Cœmeterii
dedicationem, *cap. cum ſit, ubi gloſ. Butr. Abb. &*
alii de Simon. Jo. Andr. in cap. propoſuiſti, num. 4. de
Conſ. Eccleſ. Gratian. diſcept. for. cap. 57. num. 15.
Mandoſ. conſ. 8. num. 13.
An verò procuratio debeatur Epiſcopo, qui 81
exit ad reconciliandam Eccleſiam? negant DD.
citati, quià procuratio non debetur, niſi in caſi-
bus à jure expreſſis; non reperitur autem in jure
expreſſum, ut in caſu reconciliationis Eccleſiarum
Epiſcopo reconcilianti debeatur procuratio.
Probabilis tamen eſt ſententia aliorum aſſe- 82
rentium, procurationem deberi Epiſcopo etiam
Eccleſiam reconcilianti, ſed ſumptibus illius, cujus
culpa violata fuit: hic enim tenetur ad omnia
damna, *cap. fin. ubi DD. de Injur.* ſi verò non conſtat,
quiſnam violaverit, vel is ſolvendo non ſit, tunc re-
currendum eſt ad conſuetudinem loci, quatenus
extet: alioquin parochiani cum Rectore Eccleſiæ
ad procurationem tenerentur: & ſi iſti ſolvendo
non ſint, Epiſcopus gratis reconciliare debet, *cap.*
placuit 1. quæſt. 2. cap. cavendum 10. quæſt. 4. Jo. Andr.
& alii, in d. cap. propoſuiſti, de Conſ. Eccleſ. Jordan.
loco cit. d. lib. 7. tit. 18. num. 27.
Obſerva undecimò, quod ſi laici Epiſcopo 83
viſitanti, vel alias functiones exercenti procura-
tionem dare conſueverint, talis conſuetudo ſer-
vanda eſſet, *Jo: Andr. Imol. & alii in cap. 1. de cenſ.*
in 6. Jordan. d. lib. 7. tit. 18. num. 49. contrarium ta-
mèn reſolviſſe Sacram Congregationem refert,
Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3. alleg. 73. num. 45.
ubi dicit, quod talis conſuetudo ſervanda eſt
quam-

quamdiù ipſi laici voluerint, non tamèn cogi poſ-
ſunt, ſi recuſant.
84 Obſerva duodecimò, quod, exceptis vi-
ctualibus, Epiſcopus, & alii inferiores viſitantes
nec pecuniam, nec minus, quodcumque ſit, etiam-
ſi qualitercumque offeratur, accipere poſſunt non
obſtante quacumque conſuetudine etiam imme-
morabili: & ſi contrafecerint, duplum ejus, quod
acceperunt, intra menſem gravatæ Eccleſiæ reſti-
tuere tenentur: alias Patriarchæ, Archiepiſcopi,
& Epiſcopi ultra prædictam tempus reſtituere dif-
ferentes, ligantur interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ;
inferiores verò incurrunt ſuſpenſionem ab officio,
& beneficio, quouſque de duplo hujuſmodi gra-
vatis Eccleſiis plenariam ſatisfactionem impende-
rint, nulla eis in hoc dantium remiſſione, liberali-
tate, ſeu gratia valitura, *cap. exigit, de cenſib. Conc.*
85 *Trid. ſeſſ. 24. de ref. cap. 6.* niſi munera eſſent exigua,
ſeu levis momenti, vel in eadem viſitatione con-
ſumantur, quia tùnc non cenſentur prohibita,
Jo: Andr. in cap. 1. num. 6. de cenſib. Jordan. loco cit.
d. lib. 7. tit. 18. num. 81. & ſeq. Bonacin. de cenſur. in
86 *partic. diſp. 3. quæſt. 5. pun. 4. num. 2. & 19.* ſubdens,
quod dicta cenſura interdicti, & ſuſpenſionis fa-
cta dupli reſtitutione ceſſat abſque abſolutione,
ex trad. per gloſ. in d. cap. exigit, Alter. tom. 2. diſp. 13.
cap. 6. col. 3. verſ. Quare &c.
87 Notandum eſt etiàm, quod familiares Præ-
latorum jure ordinario viſitantium, accipientes
aliquid occaſione viſitationis ſubiiciuntur prædi-
ctis pœnis, *d. cap. exigit, & Concilii Trid. ſeſſ. 24. de*
88 *ref. cap. 3.* excepto Notario, ſeu Cancellario Epiſ-
copi, quem accipere poſſe competentem merce-
dem pro copia actorum, ſeu decretorum viſitatio-
nis ab eis, qui ea petunt, reſolvit *Navarr. conſ. 1.*
de cenſib. in nov. Praſec. in Prax. Epiſcop. d. cap. 3. num.
63. Barboſ. d. alleg. 73. num. 41. Bonacin. loco ſuprà cit.
num. 2. verſu in fin.
89 Notandum ſecundò, quod accipiens victua-
lia, dùm viſitat loca privilegio, aut conſuetudine
exempta ab hujuſmodi onere præſtandi victualia,
ſeu procurationem, ligatur eiſdem pœnis conten-
tis *in d. cap. exigit, & in Tridentino loco cit. ut d. Bonacin.*
d. diſp. 3. quæſt. 5. pun. 4. num. 12. & 18.
90 Notandum tertiò, quod procuratio ſolvenda
eſt Epiſcopo etiàm dùm viſitat beneficium a Car-
dinale S. R. E. poſſeſſum, quià hoc eſt onus reale
ſupèr beneficio, *ut reſolvit Sacra Congregatio Concilii*
in Neritonen. 13. Septembris 1631.

S V M M A R I V M

1 *An, & quando Judex laicus poſſit in bonis eum pu-*
nire, qui Clericatum aſſumpſit poſt commiſſum de-
lictum.
2 *Talis Clericus quoad pœnam corporis afflictivam à Ju-*
dice Eccleſiaſtico puniri debet.
3 *Declaratio, quod Clericatus aſſumptus fuerit in*
fraudem, ſpectat tantum ad Judicem Eccleſia-
ſticum, & interim Judex Laicus nihil poteſt
innovare.
4 *Quid ſi Clericus juramento affirmat, ſe emiſiſſe votum*
Clericatum aſſumendi.
5 *Ceſſat omnis præſumptio fraudis, ſi delinquens Sa-*
cros Ordines ſuſceperit, vel Religionem ingreſſus
fuerit.
6 *Quid ſi relegatus in Inſulam ad certum tempus,*
interim efficiatur Clericus, & diſcedat ab In-
ſula.
7 *Judex Laicus non poteſt punire Clericum, qui coràm*
eo falſum depoſuit.
8 *Judex Eccleſiaſticus poteſt punire Laicum in tali caſu,*
ſed tunc datur præventio inter Judicem Eccleſia-
ſticum, & Sæcularem.

An, & qualitèr Judex Laicus poſſit Clericum punire, ſi Clericatum aſſumpſit poſt commiſſum delictum.

C A P. XVIII.

POſſe Judicem Laicum in tali caſu contrà ta- 1
lem Clericum procedere ad pœnas pecunia-
rias, & amiſſionem bonorum, ſenſerunt
Boſſ. de for. compet. numer. 144. & de Pœn. numer. 38.
ubi de communi, Clar. in Pract. crim. quæſt. 36. verſ. ſæ-
pe numero, & verſ. ſequen. ubi dicit, quod ſi delin-
quens prius fuerat de ipſo delicto diffamatus, præ-
ſumitur Clericatum in fraudem aſſumpſiſſe, *Covar.*
Practic. cap. 32. num. 4. verſ. Tertia Concluſio &c. Franc.
deciſ. 209. & 384. Maſtrill. deciſ. 294. num. 10. Farinac.
quæſt. 8. numer. 107. Chartar. de execut. ſent. cap. final.
num. 308. verſ. non tamen pœna corporali &c. Vermigliol.
conſ. crim. 54. num. 7. conſ. 202. num. 6. & conſ. 470. num.
2. ubi refert ità cenſuiſſe Sac. Congregationem Concilii 33.
Maii 1626. Caball. reſol. crim. cent. 2. caſ. 108. numer. 2.
& ſeq. ubi ſubdit, quod in tali caſu Clericus à Ju- 2
dice Eccleſiaſtico quoad pœnam corporis afflicti-
vam puniri debet.
Hoc tamen intellige, poſtquàm Judex Eccle- 3
ſiaſticus declaravit talem Clericum in fraudem
Clericatum aſſumpſiſſe; quia declaratio, an Cle-
ricatus fuerit aſſumptus in fraudem, pertinet tan-
tùm ad Judicem Eccleſiaſticum; Undè Judex Sæ-
cularis, donèc Eccleſiaſticus declaraverit, interim
nullo modo poteſt contra Clericum procedere,
nec in bonis Clerici aliquid innovare, *Uldrad.*
conſ. 4. in fin. Valpell. de Libert. Eccleſ. par. 2. numer. 41.
verſ. ſed ſuppoſita &c. Carol. de Graſ. effect. 1. numer.
1079. Giurb. conſil. crimin. 15. numer. 33. verſ. im-
mò donèc declaretur &c. Vermigliol. conſil. 202. nu-
mer. 5.
Notandum eſt autèm, quod Clericatus non 4
cenſetur aſſumptus in fraudem, ſi Clericus cum
juramento affirmet, ſe votum emiſſe Clericatum
aſſumendi dummodò concurrat aliqua alia proba-
tio etiam non plena, veluti ſi probetur, quod
Clericus tempore non ſuſpecto extrajudicialiter
confeſſus fuerit, ſe emiſſe hujuſmodi votum occa-
ſione gravis infirmitatis, vel alterius periculi: tùnc
enim, cum teneatur votum adimplere, ceſſat om-
nis fraudis præſumptio, etiamſi aſſumat Clerica-
tum poſt occaſionem, vel diffamationem deli-
cti, *Bellett. Diſquiſit. Cleric. par. 1. tit. de favor. Cle-*
ric. perſonal. §. 2. numer. 17. & ſeq. Farinac. quæſt. 8.
numer. 114. Vermigliol. conſil. 98. numer. 7. Caball. caſ.
108. num. 15.
Notandum ſecundò, quod omnis præſumptio 5
fraudis ceſſaret, ſi talis delinquens etiam ſtatim
patrato delicto ordines Sacros ſuſceperit, vel Reli-
gionem ingreſſus fuerit, licèt profeſſionem adhùc
non emiſerit; quià in tali caſu conſtaret de animo
permanendi in ſtatu Clericali, *Feder. de Sen. conſ. 97.*
Jaſ. in l. cum quædam puella, ff. de Juriſd. omn. Judic.
Farinac. tit. de Inquiſit. quæſt. 8. numer. 106. vide quæ
dixi-

Digitized by Google

diximus in tract. de Regim. Eccleſ. lib. 4. cap. 1. numer. 28.

6 Notandum tertiò, quod relegatus à Judice Laico in Inſulam ad certum tempus, ſi interim efficiatur Clericus, vel Religioſus, & diſcedat ab Inſula, non poteſt per Judicem laicum duplicari relegatio, nec ab eo exigi pœna pecuniaria; ſed de hoc cognoſcet Judex Eccleſiaſticus, quià eſt novum delictum commiſſum à perſona, cujus ſtatus eſt mutatus, *ut dict. Caball. dict. caſ. 108. numer. 3.*

7 Addùnt nonnulli DD. quod Judex Laicus poteſt in bonis, ſeu pœna pecuniaria punire Clericum, qui coram eo falſum teſtimonium depoſuit, ſi procedat ex officio, & non ad inſtantiam partis, *ex regula textus, in l. nullum, Cod. de Teſtib.* ubi teſtis falſus à Judice, coràm quo falſum depoſuit, etiàm aliàs non ſuo puniri poteſt, *& ità ſenſerunt Feder. de Senis, conſ. 93. col. 3. ſub num. 2. Petr. de Anchar. in repet. cap. 1. de Conſtit. in 4. oppoſ. Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 82.* Sed hanc opinionem reprobant Canoniſtæ communitèr *in cap. verum, de for. compet. Felin. in cap. at ſi Clerici, ſub num. 10. de Judic. Caſtrenſ. in l. nullum, Cod. de Teſtib. Capy. deciſ. 5. num. 13. Afflict. deciſ. 230. num. 1. & 4. Marant. de ordin. Judic. in 6. par. princ. in 12. actu num. 4 & ſeq. Rolan. conſ. 12. num. 26. & ſeq. lib. 2. Diaz. in Pract. crim. canon. cap. 93. in ver. falſi teſtimonii rei, num. 2. Covar. Pract. cap. 18. ſub num. 8. & alii, quorum opinio verior eſt, & magis communis teſte Caball. caſ. 261. numer. 4. Clar. in Pract. crimin. quæſt. 38. verſ. ſed hic quæro &c.*

8 E contrà ſi Laicus falſum deponat coràm Judice Eccleſiaſtico, utique ab eo puniri poteſt, ità tamèn, ut poſſit etiam puniri à Judice Laico, inter quos erit locus præventioni, *Afflict. deciſ. 219. Maran. loco cit. num. 6. Boſſ. tit. de falſ. num. 107. & ſeq. Clar. quæſt. 28. verſ. quæro nunc &c. Farinac. quæſt. 8. numer. 27. & alii apud Caball. d. caſ. 261. numer. 4. & ſeq.*

S V M M A R I V M.

1 *Clericis ludus alearum, & taxillorum prohibetur ità, ut nec hujuſmodi ludo poſſint intereſſe.*
2 *Quando Clerici ludentes excuſentur à mortali.*

An Clericus ludere poſſit ad Aleas, & Taxillos.

C A P. XIX.

1 Reſp. negativè, *cap. penult. ibi, ad aleas, & taxillos non ludant, nec hujuſmodi ludis interſint, de vit. & honeſtat. Cleric. Concilium Tridentin in ſeſſ. 22. de reform. cap. 1.* ubi hujuſmodi ludus prohibetur ſub pœnis arbitrio Ordinarii imponendis.

2 Obſervant tamèn Doctores, quod Clericus ad aleas, & taxillos ludens excuſatur à peccato mortali, ſi raró & in quantitate modica recreationis gratia, in loco privato, & non publico, ac ſinè aliorum ſcandalo ludant, *Sanch. in opuſc. tom. 1. lib. 1. cap. 8. dub. 28. Cajetan. in Summ. ver. Clericus, & 2. 2. quæſt. 138. art. 3. in fin. Card. de Lugo de Juſtit. tom. 2. diſput. 21. ſect. 1. num. 11. Squillant. de obligat. Cleric. par. 2. num. 46. Layman. in Theolog. moral. tom. 1. lib. 3. de Juſtit. tract. 4. cap. 21. num. 2. & alii apud Dian. Reſolut. moral. par. 7. tract. 9. de Ludo, & ſuſpenſionib. reſol. 3.* ubi rectè advertunt, gravitatem hujus præcepti, & obligationis judicandam eſſe etiam ex conſuetudine Regionis, ex ludi qualitate (neque enim omnes ſunt æque juducentes) & aliis ſimilibus circumſtantiis, quæ facilè variari poſſunt.

S V M M A R I V M.

1 *Venatio Clericis eſt de Jure probibita*: limitatur num. 2. & ſeq.

De Clerico Venatore.

C A P. XX.

Clericis prohibita eſt venatio, quæ fit cum magno ſtrepitu Canum, & armorum, *Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. ibi, ab illicitiſque venationibus &c. cap. 1. & ſeq. de Cleric. Venator.* ubi ſancitur, quod ſi quis in hac voluptate *ſæpius* detentus fuerit, ſi Epiſcopus eſt, tribus menſibus à communione, ſi Presbyter, duobus, ſi Diaconus ab omni officio ſuſpendi debet; alii verò Clerici arbitrio Epiſcopi puniuntur, *Squillant. de obligat. Cleric. par. 2. num. 47. Leſſ. lib. 2. cap. 5. dub. 9. num. 1.* ubi addit, quod Clerici frequentantes hujuſmodi venationem mortalitèr peccant. 1

Obſervant tamèn Doctores, quod Clerici non incurrunt in prædictam pœnam, niſi poſt trinam monitionem, *cap. indignè, 12. quæſt. 2. Squillant. loco cit. d. par. 2. num. 47. ubi alios refert.* 2

Obſervant ſecundò, quod nec prædicta pœna incurritur, ſi venatio *raró* fiat, *Leſſ. loco cit. Sylv. in ver. venatio*, ubi dicit, quod jura, quæ videntur in contrarium, intelliguntur de his, qui talibus mentem nimis implicant, *Layman. in Theolog. moral. lib. 3. de Juſtit. tract. 1. cap. 5. numer. 15. fol. 232.* ubi dicit quod ſpectatis circumſtantiis loci, & perſonarum fieri poteſt, ut omni culpa vacet *venatio rara*, & moderata à Clericis etiàm cum Canibus inſtituta, vel neceſſitatis, vel exercitij cauſa, *Dian. par. 3. tract. 6. reſol. 19. fol. 212.* ubi dicit, quod ſi venatio eſſet omninò clamoroſa, ſi tamèn *raró fiat* cauſa recreationis, Clerici peccatum mortale non committerent. 3

Obſervant tertiò, quod Clericis licèt ponere laqueum, vel rete ſinè ſtrepitu, & clamore, & Canibus, quia Clericis interdicitur venatio ſolum ſi ſit clamoroſa, *Sylv. in ver. Venatio, circa med. Squillant. de obligat. Cleric. par. 2. numer. 47.* ubi dicit, quod quieta venatio cum retibus, laqueis, parviſque Canibus, maximè ſi raró fiat, non eſt Eccleſiaſticis omninò prohibita, *Pignatell. tom. 3. conſ. 58. num. 5.* ubi dicit, quod etiamſi venatio fieret cum Canibus, dummodò modeſtè, & cum ſilentio fiat, Clericis eſt permiſſa, ſubdens, *num. 10. cum ſeq.* quod venatio, & à fortiori, aucupatio eſt conceſſa Clericis recreationis gratia etiàm cum ſclopeto, quo uti poſſunt tamquàm inſtrumento pro aucupio, quià conceſſo fine cenſentur etiàm conceſſa omnia, quibus pervenitur ad ipſum finem, *Borell. controv. 45. numer. 25. Mart. de juriſd. par. 4. centur. 1. caſ. 57. numer. 17.*

S V M M A R I V M.

1 *Præcipuum onus Clericorum eſt recitatio Divini Officii.*

2 *Quid ſit Divinum Officium, ſeu Horæ Canonicæ.*

3 *Horæ Canonicæ formaliter conſideratæ ſunt actus Religionis.*

4 *Horæ Canonicæ non ſunt de Jure Divino.*

5 *Quare Dicantur Canonicæ.*

6 *Singuli fideles, poſtquàm ad rationis uſum pervenerunt, tenentur orare ex præcepto Religionis ſemel ſaltem ſingulis menſibus, & in articulo mortis.*

7 *Quinam teneantur recitare Officium Divinum*, & num. ſeq.

8 *Beneficiarii, ſi Divinum Officium prætermittant, non tenentur ad reſtitutionem fructuum, niſi elapſi ſint Sex Menſes à die captæ poſſeſſionis*, & num. 50. & ſeq.

9 *Divinum Officium, ſeu Horæ Canonicæ recitari debeat ſtudioſè ac devotè.*

10 *Quænam conditiones requirantur, ut Officium Divinum recitetur ſtudioſè, ac devotè.*

11 *An neceſſe ſit, ut recitans privatim Officium, ità verba proferat, ut ſe ipſum audiat.*

12 *Recitans Officium cum interruptione non peccat mortalitèr, ſed tantùm venialitèr.*

13 *Multæ confeſſiones interruptæ, quas pœnitens ob jactam cuiuſam unica vice complere non poterit, efficiunt unam integram confeſſionem obtenta in fine abſolutione.*

14 *An ſatisfaciat præcepto is, qui inceptum Officium interrumpit animo repetendi jam recitata, ſi poſteà non repetit.*

15 *An ſatisfaciat præcepto audiendi Miſſam is, qui Miſſam audit ex devotione, animo aliam audiendi, ut præcepto ſatisfaciat.*

16 *An is, qui dùm recitat Officium, vovit, ſe iterum recitaturum, teneatur ad reſtitutionem fructuum, ſi poſteà Officium iterùm non recitat.*

17 *Ad adimplendum præceptum Officii recitandi requiritur etiàm ipſius recitantis attentio.*

18 Oratio *non ſubſiſtit ſinè attentione.*

19 *Eccleſia poteſt actum internum præcipere, quoties internus eſt de ſubſtantia actus externi.*

20 *Recitans Officium abſque attentione, peccat mortaliter, & obligatur ad reſtitutionem fructuum, niſi ob materiæ parvitatem excuſetur, vel intentionem habeat repetendi.*

21 *Quid ſi dùm recitat Officium, voluntariè, & advertentèr occupat ſe in aliqua re incompoſſibili cum attentione interna.*

22 *An cum diſtractione involuntaria adeſſe poſſit virtualis attentio.*

23 *Poteſt quis eodem tempore audire Miſſam, & horas recitare.*

24 *Non eſt neceſſè, ut attentio ſit formalis, ſeu expreſſa, & explicita, ſed ſufficit implicita, & tacita.*

25 *Tempus recitandi Divinum Officium, incipit à media nocte antecedentis diei, & perſeverat uſque ad mediam noctem ſequentis incluſivè.*

26 *Non ſatisfacit præcepto qui pridiè recitat Officium pro ſequenti die, excepto matutino*, & num. 30.

27 *Obligatio affixa diei, non poteſt adimpleri antè adventum illius diei.*

28 *Qui uno die Officium non recitat, non tenetur elapſa die ad illud recitandum.*

29 *Obligatio affixa diei tranſit cum ipſo die*, & num. 61.

30 *Matutinum cum laudibus recitari poteſt ante mediam noctem, ſeu in Veſperis præcedentis diei poſt completorium*, & num. 33.

31 *Conſuetudo apta eſt ad legem inducendam, & ad eam abrogandam, vel reſtringendam.*

32 *Solemnitas diei ſequentis incipit à primis Veſperis.*

34 *Recitans matutinum in Veſperis præcedentis diei, poteſt differre laudes uſque in ſequentem diem.*

35 *Horæ Canonicæ recitandæ ſunt juxtà ordinem ab Eccleſia præſcriptum, videlicet priùs matutinum, & laudes, deindè prima, tertia, Sexta &c.*

36 *Præceptum adimplendum eſt non ſolùm quoad ſubſtantiam, ſed etiàm quoad modum.*

37 *Qui abſque juſta cauſa ordinem horarum non ſervat, peccat tantùm venialiter, nec tenetur repetere*: limitatur num. ſeq.

38 *Recitantes Officium in Choro extrà horas præſcriptas, gravitèr peccant, nec ſatisfaciunt propriæ obligationi.*

39 *Qui ex oblivione dixit Officium de Sancto, quod dicendum erat de feria, ſatisfacit repetendo omiſſa, licèt non repetat illa, in quibus utrumque Officium convenit.*

40 *An peccet mortalitèr qui Miſſam celebrat nondùm recitato matutino.*

41 *Divinum Officium ubique regularitèr recitari poteſt, dummodò locus ſit decens*: limitatur num. 86. & ſeq.

42 *Divinum Officium recitari non debet in loco, ubi impeditur attentio.*

43 *Recitans privatim Officium Sedendo, cum ſtandum eſt, vel è contrà, per ſe loquendo non peccat*: limitatur num. 44.

45 *Qui ad horas Canonicas recitandas tenetur, mortaliter peccat eas non recitando, aut earum partem notabilem ommittendo.*

46 *Graviter peccat qui die feſto notabilem temporis partem ſervilitèr inſumit.*

47 *Qui Miſſam, vel notabilem illius partem die feſto prætermittit, gravitèr peccat.*

48 *Qui omittit tertiam Divini Officii partem, aut aliquam integram horam, cenſetur omittere notabilem partem.*

49 *Omittens recitare Divinum Officium, vel ejus notabilem partem, non committit tot numero peccata, quot ſunt horæ canonicæ, ſed unum tantummodo peccatum.*

50 *Beneficiarius, qui titulo beneficii recitare debet Officium, tenetur antè Sententiam Judicis ad reſtitutionem fructuum pro rata omiſſionis Officii*: declaratur ibidem, & num. 52. & 71.

51 *Qui ommittit Divinum Officium etiam primis ſex menſibus poſt obtentam beneficii poſſeſſionem, mortalitèr peccat, ſicut qui illud omittit poſt ſex menſes.*

52 *Omittens recitare Divinum Officium, tenetur fructus omnium ſuorum beneficiorum in fabricas eorumdem Beneficiorum, vel pauperum eleemoſinas erogare*, & num. 53. & ſeq.

53 *An Beneficiarius in tali caſu poſſit fructus hujuſmodi applicare in fabricam domus beneficii, aut in meliorandis beneficii agris.*

54 *An Beneficiarius, qui tenetur reſtituere fructus, poſſit illos erogare in eleemoſinas pauperum alteriùs loci, vel in Miſſas pro defunctis.*

55 *Beneficiarius pauper poteſt ſibi applicare quod reſtituendum eſt ratione Officii omiſſi*: limitatur num. 56.

57 *Beneficiarius poteſt ſibi retinere fructus, quos titulo donationis accipit ab eiſdem pauperibus, quibus ipſe tradiderat.*

58 *Retineri poſſunt diſtributiones, ſi poſtquam ſine fraude*

de traditæ fuerint Canonicis præſentibus, iterum ab eiſdem reſtituantur.

59 Quinam teneantur Officium parvum B. Mariæ Virginis recitare, & quam pœnam incurrant illud omittentes.

60 Clerici Sacris ordinibus initiati ſub titulo patrimonii non tenentur ad reſtitutionem ob omiſſionem Divini Officii.

61 Onus Divini Officii eſt affixum diei.

62 An Beneficiarius, qui omiſit Officium uno die, ſit immunis à reſtitutione fructuum, ſi illud recitet alio die, & num. ſeq.

63 Non ſatisfacit præcepto jejunii, vel miſſæ is, qui alio die non præſcripto ab Eccleſia jejunat, vel Miſſam audit.

64 Omittens levem Divini Officii partem, non tenetur ad reſtitutionem.

65 An excuſetur à reſtitutione omittens Officium Divinum, ſi fructus reſpondentes, vel toti Officio, vel parti omiſſæ, ſint modicæ quantitatis.

66 Quid ſi Beneficiarius Officium omiſit paucis diebus in Anno.

67 Ad reſtitutionem tenetur qui eodem die in ſingulis horis paucos verſiculos omiſit, qui ſimul ſumpti gravem materiam conſtituunt.

68 Ad reſtitutionem tenetur qui abſque attentione Officium recitavit.

69 Recitantes ſine attentione Officium in Choro, non poſſunt retinere fructus, neque diſtributiones.

70 Beneficiarii, qui præter Officium alia onera ſubeunt, non tenentur ex omiſſione Officii ad integram fructuum reſtitutionem.

71 Ex quibus cauſis omittentes Divinum Officium excuſentur à recitatione horarum, & à fructuum reſtitutione.

72 Infirmitas tantùm gravis excuſat à recitatione Divini Officii, non autem levis.

73 Item excuſat à dicto onere gravis occupatio, dummodò neceſſaria ſit, & in aliud tempus differri nequeat: limitatur num.ſeq.

74 Si occupatio gravis anticipatam recitationem permittat, tenetur Beneficiarius Officium anticipatè recitare.

75 Quando impotentia excuſet à recitatione Divini Officii.

76 An Beneficiarius, qui ſolus non poteſt Officium recitare, teneatur Socium conducere, ut cum eo Officium perſolvat.

77 Diſpenſatio Summi Pontificis excuſat ab Officii recitatione.

78 An Epiſcopus in hoc diſpenſare poſſit.

79 Et an Superior Regularis poſſit ab hoc onere ſuos ſubditos eximere.

80 Beneficiarius, qui abſque ſua culpa non percipit ſui beneficii fructus, excuſatur à recitatione Divini Officii, quantum eſt ex vi beneficii: limitatur num. ſeq.

81 Quid ſi conſtitutus ſit in ordine Sacro.

82 Ignorantia probabilis legis excuſat à recitatione hujuſmodi, non tamen excuſat ignorantia pœnæ.

83 Item ab hoc onere excuſat naturalis oblivio, ſive inadvertentia: limitatur ibidem.

84 Metus gravis incommodi excuſat à Divini Officii recitatione.

85 Clerici Eccleſiæ Cathedralis, & Collegiatæ tenentur ſub mortali ſingulis diebus ad Officium in Eccleſia, ſeu Choro perſolvendum: limitatur num.ſeq,

86 Conſuetudine, aut privilegio Summi Pontificis induci poteſt, ut Canonici non teneantur ſingulis diebus ad Officium in Choro recitandum: & num. 87.

88 Onus minuendum eſt, ubi valdè modica eſt merces.

89 An peccent mortalitèr Religioſi Choro deputati, ſi ibi Officium non recitent.

90 Canonici, qui à Choro abſunt tempore à Concilio Tridentino permiſſo, non peccant.

91 Quid ſi abeſſent paucis diebus ultrà dictum tempus.

92 Canonici abſentes à Choro ultrà tres Menſes à Concilio præſcriptos, peccant mortaliter, etiamſi in Civitate maneant.

93 Canonici, & alii Choro deputati tenentur horas Canonicas canendo, & alta voce recitando perſolvere juxtà Eccleſiæ uſum.

94 Canonicus, qui Choro intereſt, auditque tantùm alios recitantes non ſatisfacit præcepto Eccleſiæ: limitatur num. 97.

95 Item qui ſuos verſiculos ſubmiſſa voce recitat, & alios alterius Chori attentè audit, non ſatisfacit debito ſervitio Chori: limitatur num. ſeq.

96 Quid ſi ex privilegio, vel ex fundatione, vel conſuetudine teneantur ſolùm aſſiſtere in Choro.

97 Canonici, qui aliàs per Manſionarios Officium recitare conſueverunt, abſentibus Manſionariis tenentur illud per ſe ipſos recitare:

98 An ſuæ obligationi ſatisfaciat qui ſuam partem recitat, ſi alium partem, quam alter Chorus recitat, non poſſit percipere.

99 Præcepto non ſatisfaciunt qui non dum expletis verſiculis à Sociis, alios ſequentes recitare incipiunt.

100 Diſtributiones debentur Canonicis, & aliis Choro aſtrictis, qui verè interſunt Divinis Officiis: limitatur num. 124. & ſeq.

Quænam dicantur, & ſint veræ, & propriæ diſtributiones, & quæ impropriæ ibidem.

101 Quid requiratur, ut quis lucretur diſtributiones.

102 Fidei profeſſionem non tenentur emittere Canonici Eccleſiæ Collegiatæ.

103 Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, qui intrà bimeſtre fidei profeſſionem non emiſit, amittit fructus, non autem diſtributiones: limitatur ibidem.

104 Obtinentes Canonicatum, cui certus ordo annexus eſt, privantur dimidia diſtributionum parte, ſi intrà Annum ad illum ordinem promoti non fuerint.

105 An Canonicus teneatur ad reſtitutionem hujuſmodi dimidiæ antè Sententiam Judicis.

106 Nuda præſentia non ſufficit ad lucrandum diſtributiones: limitatur num. ſeq.

107 An Canonicus, qui Choro aſſiſtit, lucretur aliquam partem diſtributionum, etiamſi non recitet, nec perſonaliter canat.

108 Diſtributiones dantur non ſolum pro cantu, ſed etiam pro aſſiſtentia in Choro.

109 An Canonici teneantur canere cantu figurato.

110 An Capitulum ſine conſenſu Epiſcopi poſſit diſtributionum taxam ſingulis præſcribere, & num. ſeq.

111 Capitulum ſine conſenſu Epiſcopi non poteſt ſtatuere ſuper modo lucrandi diſtributiones.

112 An Canonici abſentes ſpatio trium menſium, priventur eo tempore diſtributionibus quotidianis.

113 Beneficiarius, qui primis Sex Menſibus non recitat Officium, non lucratur diſtributiones.

114 An Beneficiarius publicus peccator, vel Concubinarius, ſi Divinis interſit, lucretur diſtributiones.

115 Canonicus, qui notabilem Officii partem attentè non recitat, non lucratur diſtributiones.

116 Qui non attendit, non dicitur præſens ad effectum lucrandi diſtributiones.

117 Canonicus ad reſtitutionem diſtributionum tenetur, ſi in Choro confabuletur, vel dormiat.

118 Canonicus, qui non eſt in ſuo ſtallo indutus veſtibus Canonicalibus, non lucratur diſtributiones.

119 An is, qui poſſidet duplicem Canonicatum compati-
bi-

Digitized by Google

bilem ex privilegio in eadem Eccleſia, poſſit dupli- ces diſtributiones utrique Canonicatus reſpondentes lucrari.

120 *Canonicus coadiutor cum futura Succeſſione, non ſibi, ſed Canonico coadjuto diſtributiones lucratur.*

121 *Canonicus coadiutor, ſi abſit ſua culpa, tenetur coa- diuto damnum diſtributionem reſarcire.*

122 *Quid ſi Coadjutus fuerit excommunicatus*, & num. 139.

123 *Abſens cauſa gravis infirmitatis lucratur diſtributio- nes*: limitatur nun. ſeq. & 184.

124 *Quid ſi Canonicus infirmus alias intereſſe non conſue- verit.*

125 *An laborans podagra, vel ſimili morbo lucretur diſ- tributiones.*

126 *Abſens ex juſta, & rationabili corporis neceſſitate lucratur diſtributiones*: declaratur num. 184.

127 *Quando quis dicatur abeſſe ob corporis neceſſitatem.*

128 *Diſtributiones, quas Canonicus injuſtè amiſit, repeti debent ab ipſiſmet Canonicis, quibus fuerunt appli- catæ*: limitatur num. 131.

119 *Quando in tali caſu detur actio contrà Judicem.*

130 *Quid ſi Canonici, quibus applicatæ fuerunt diſtribu- tiones, bona fide illas conſumſerint.*

131 *An ſuſpenſus ab Officio privetur diſtributionibus.*

132 *Clerico Excommunicato, vel Suſpenſo propter crimen, alimenta ex redditibus beneficii ſunt exhibenda*: li- mitatur num. ſeq.

133 *Quid ſi excommunicatus, vel ſuſpenſus fuerit propter contumaciam.*

134 *Suſpenſus à beneficio privatur fructibus, & diſtribu- tionibus, quæ Beneficiariis intuitu beneficii confe- runtur*: limitatur num. ſeq.

135 *Suſpenſus à beneficio non privatur eleemoſinis, quæ ob mortuoria, ſeu anniverſaria, & his ſimilia conferuntur.*

136 *Suſpenſus à Divinis Officiis cenſetur etiàm ſuſpenſus à diſtributionibus*: limitatur num. 139.

137 *Suſpenſus à Divinis Officiis non poteſt tanquam mi- niſter Eccleſiæ, ſed ſolùm tanquàm laicus Divina Officia perſolvere.*

138 *Suſpenſus, vel excommunicatus non denuntiatus, ſed toleratus aſſiſtendo Divinis Officiis lucratur diſtri- tiones.*

139 *Canonici tempore Interdicti ſpecialis non privantur diſtributionibus*: limitatur num. 142.

140 *Quid ſi Eccleſia, in qua Canonici Divina Officia ce- lebrare conſueverunt, polluta ſit.*

141 *Canonici tempore interdicti localis, generalis privan- tur diſtributionibus, ſi Divinis Officiis non inter- ſint.*

142 *Tempore interdicti localis generalis perſolvi debent Divina Officia ſervata forma cap. Alma mater.*

143 *Tempore ceſſationis à Divinis diſtributiones Canonicis ſubtrahuntur.*

144 *Canonicis datur actio ad repetendas diſtributiones contra eum, cujus culpa à Divinis Officiis ceſſatum eſt.*

145 *An Canonicus irregularis privetur diſtributionibus.*

146 *Canonicus degradatus verbaliter, vel actualitèr diſ- tributiones non lucratur.*

147 *Canonicus degradatus tàm verbaliter, quàm actua- litèr privatur omni Officio, & beneficio in perpe- tuum abſque ulla ſpe illud conſequendi*: limita- tur num. 150.

148 *Degradatus actualitèr privatur privilegio Clericali; Degradatus verò verbalitèr illud non amittit*, limitatur num. ſeq.

149 *Quid ſi degradatus à Sententia appellaverit.*

150 *Canonicus abſens ob evidentem ſuæ Eccleſiæ utilitatem, vel neceſſitatem, lucratur diſtributiones.* limi- tatur num. ſeq. declaratur num. 184.

151 *Quid ſi dubium eſſet, an negotium utile futurum ſit Eccleſiæ vel ſi de re levis momenti ageretur.*

152 *Canonicus, qui electus Vicarius Capituli Sede vacan- te abeſt, ut ſuum Officium exerceat, lucratur diſtributiones,*

153 *Canonicus Theologus, vel Canoniſta à Capitulo miſ- ſus ad Concilium generale, vel tamquàm Procu- rator ad Concilium provinciale, lucratur diſtri- butiones.*

154 *Canonicus Vicarius Epiſcopi, ſi abſit ad exercendum ſuum Officium, amittit diſtributiones.*

155 *Quid ſi Canonicus à Capitulo mittatur ad Summum Pontificem, vel alium Principem legationis titulo.*

156 *Diſtributiones debentur Canonicis, qui ab Epiſcopo ad Apoſtolorum limina mittuntur, vel ipſum ad eadem limina comitantur.*

157 *An iis, qui data opera curavit, ut ſibi à Capitulo demandentur Eccleſiæ negotia, poſſit tempore ab- ſentiæ diſtributiones lucrari.*

158 *Quid ſi abſens ex gravi negotio, aliquot horas, vel dies in ludos inſumat.*

159 *Non lucratur diſtributiones qui abeſt ob evidentem Eccleſiæ utilitatem ſinè Epiſcopi licentia.*

160 *An abſens in ſeruitio Papæ, Legati, aut proprii Epiſcopi lucratur diſtributiones.*

161 *Canonici a Capitulo deputati, ut Epiſcopus in nego- tiis peragendis ipſorum conſilium, aut conſenſum perquirat, ſi ex tali cauſa abſint, lucratur diſtri- butiones.*

162 *Quænam pars aſſignanda ſit Canonicis inſervientibus Papæ Legato, aut Epiſcopo, & quæ intereſſen- tibus, ſi omnes fructus conſiſterent in diſtributio- nibus*, & num. 16.

164 *Abſens ad tuenda Capituli jura lucratur diſtributio- nes, etiamſi congruum à Capitulo conſtitutum ſit Salarium.*

165 *Quid ſi abſit ad tuenda jura ſuæ præbendæ.*

166 *Archidiaconus lucratur diſtributiones, dùm in loco beneficii viſitat Eccleſiam, aut jura, vel redditus ſuæ præbendæ,*

167 *Qui fictione juris non ſolùm cenſentur præſentes, ſed etiàm intereſſentes, lucrantur diſtributiones pro- priè acceptas.*

An Canonicus Pœnitentiarius, & Theologus cenſe- antur intereſſentes, ibidem.

168 *An Canonicus Pœnitentiarius, & Theologus lucren- tur diſtributiones, quæ conferuntur comitantibus funus, vel celebrantibus anniverſaria.*

169 *An eodem Privilegio gaudeat Canonicus, qui de li- centia Superioris confeſſiones audit Canonicatu pœnitentiali vacante, vel in defectum Pœnitentia- rii abſentis.*

170 *Canonicus Theologus cenſetur præſens in Choro non ſolùm ea hora, qua legit, ſed etiam pro tota die.*

171 *Quid ſi alii tempore Divini Officii vigore conſuetudi- nis, vel juſſu Superioris Miſſas celebrent, vel con- feſſiones audiant.*

172 *An Canonicus, ſeu Dignitas, cujus præbendæ an- nexa eſt cura Animarum, lucretur in abſentia diſtributiones.*

173 *An hujuſmodi diſtributiones debeantur Parocho e- xercenti Animarum curam in Eccleſia diverſa ab ea, in qua Canonicatum, vel Dignitatem habet.*

174 *Canonicus abſens proptèr curam Animarum, an di- catur abeſſe in utilitatem Eccleſiæ.*

175 *An abſentes cauſa Studii, Vicarii foranei, Viſita- tores, & Examinatores, qui cauſa proprii Officii à Choro abſunt, lucrentur diſtributiones.*

176 *Abſentes cauſa Studii, & alii ſuprà nominati habentur pro præſentibus ad effectum lucrandi fructus.*

177 *Summus Pontifex tantū poteſt privilegium concedere, ut abſens diſtributiones lucretur*, & num. 178.

179 *Prælati inferiores non poſſunt diſpenſare in lege Superioris, niſi in caſibus à jure expreſſis.*

180 *Privilegium, ut abſens diſtributiones lucretur, ſtrictè eſt expiicandum ſervata verborum proprietate; & ideo non extenditur ad mortuoria, & anniverſaria.*

181 *Mortuoria, & anniverſaria non debentur abſentibus ob infirmitatem, vel ob evidentem Eccleſiæ utilitatem, vel ob injuſtum carcerem.*

182 *Qui Privilegium obtinuit, ut in abſentia diſtributiones lucretur, non poteſt eo uti, ſi ex uſu Divinus cultus notabiliter diminueretur.*

183 *Quando Privilegium revocari debeat.*

184 *Privilegium, quo Canonici ſine jactura diſtributionum duobus Menſibus in Anno abeſſe poſſunt, quando procedat.*

185 *Privilegium conceſſum abſenti, ut poſſit percipere fructus beneficii, ac ſi ipſe præſens eſſet, vel reſideret, non extenditur ad diſtributiones.*

186 *Quando Beneficiarii alio titulo, quam ratione abſentiæ privantur diſtributionibus, tùnc diſtributiones non aliis Canonicis, ſed fiſco Eccleſiæ applicantur.*

187 *Quid ſi omnes Canonici ſua culpa à Choro abſint, & quid ſi abſint omnes ſine culpa*; & num. 188.

189 *Diſtributionum remiſſio facta abſenti ab aliis Canonicis eſt illicita, & invalida*, & num. 190. & 192.

191 *An poſſint donari, vel remitti diſtributiones, quæ jam accreverunt remittenti.*

192 *An licita ſit tranſactio circà præteritas diſtributiones, dùm oritur dubium aliquod inter Canonicos.*

193 *An vendi poſſint diſtributiones futuræ.*

194 *An valeat conſuetudo, ut abſentibus diſtributiones debeantur.*

195 *Lex reprobans conſuetudinem cenſetur eam ſolùm reprobare, quæ ſinè cauſa inducta eſt, aut quæ intrinſecè eſt mala.*

196 *Permitti poteſt conſuetudo, ut Canonici abeſſe poſſint per duos, vel tres Menſes, & tamquàm præſentes reputentur quoad diſtributiones.*

197 *Permittenda eſt conſuetudo, qua Clerici nocturnis precibus aſſiſtentes tantum lucrantur, quantum ceteri, qui reliquis Divini Officii divinis horis interſunt.*

198 *An toleranda ſit conſuetudo, ſecundùm quam Canonicis, qui 40. Annorum ſpatio ſervierunt, diſtributiones tamquam præſentibus in Choro tribuuntur.*

199 *Permittenda eſt conſuetudo, ut Canonici Senio confecti diſtributiones capiant in abſentia.*

200 *Admitti poteſt conſuetudo, ut quis per alium ejuſdem Eccleſiæ Canonicum aſſiſtens, & ſerviens Eccleſiæ, fruatur diſtributionibus.*

201 *Privilegio induci poteſt, ut per alium inſerviens diſtributiones percipiat.*

202 *Ex conſuetudine immemorabili arguitur Privilegium, ſeu titulus.*

203 *An valeat conſuetudo, ut abſens cauſa Studii diſtributiones in abſentia percipiat.*

204 *Canonici exiſtentes in Servitio Papæ, vel Epiſcopi, poſſunt percipere diſtributiones, ubi adeſſet talis conſuetudo.*

205 *Conſuetudine induci poteſt, ut fructus primi Anni dentur hæredibus Canonici defuncti.*

De Horis Canonicis, ſeù de Officio Divino.

CAP. ULTIMUM.

QVia præcipuum onus Clericorum, qui vel 1
in Sacri Ordinibus conſtituti ſunt, vel beneficia poſſident, eſt quotidiana Divini Officii recitatio, ideo de hoc nobis præcipuè tractandum eſt in præſenti capite, in quo omnia, quæ ad hanc materiam ſpectant, breviter, ac dilucidè explicabimus.

De privata Divini Officii recitatione.

§. I.

2
PRæmittendum eſt Primò, quod Divinum Officium, ſeù horę Canonicæ per ſe materialitèr ſumptæ nihil aliud ſunt, quàm quædam laudes, & preces ab Eccleſia inſtitutæ ad orandum, & ore laudandum Deum ſingulis diebus, certiſque, ac definitis horis. Horæ autem 3
Canonicæ formalitèr conſideratæ ſunt actus religionis; quià Officii recitatio convenit cum aliis orationibus, quibus Deum colimus, & rerum omnium auctorem fatemur; hujuſmodi verò horæ non ſunt de Jure Divino, ut nonnulli ſenſerunt moti ex illo pſalmi 118. *ſepties in die laudem dixi* 4
tibi: ſed de Jure Eccleſiaſtico fuerunt inſtitutæ; undè, & dicuntur, *Canonicæ*, id eſt per Sacros canones præſcriptæ ad laudandum Deum, exemplo 5
Davidis Prophetæ, qui ſepties in die laudes dicebat Deo, *Sylu. in verb. hora, quæſt. 8. num. 9. & alii communiter.*

Præmittendum Secundo, quod ſinguli fideles, poſtquàm ad rationis uſum pervenerint, tenentur orare jure Divino, *ut conſtat ex illo Pauli Apoſtoli ad Coloſſenſes, cap. 4. orationi inſtate vigilantes in ea &c. & ex aliis ſcripturæ locis, S. Thom. 2.2. quæſt. 83. art. 2. Suar. tom. 2. De Relig. lib. 1. cap. 28. & 29.* ubi oſtendit, orationem neceſſariam eſſe non ſolum neceſſitate præcepti, ſed etiàm medii. Tenemur igitur ex præcepto Religionis orare aliquoties in vita, videlicet ſemèl ſaltem ſingulis Menſibus, & in articulo mortis, *Bonacin. in tr. de Horis Canon. diſp. 1. quæſt. 2. pun. 1. num. 11. & ſeq.* Subdens ibidem, quod hoc præceptum adimpletur tam oratione vocali, quàm mentali. 6

Præmittendum Tertio, quod Officium Divinum Jure Eccleſiaſtico tenentur recitare non ſolùm Clerici majoribus ordinibus inſigniti, ſed etiàm Religioſi Choro deputati ſecundùm conſuetudinem, vel peculiaria decreta Religionis, & obtinentes beneficium Eccleſiaſticum poſt captam ejuſdem beneficii poſſeſſionem, etiamſi iſti non ſint in Sacris conſtituti, *Azor. lib. 10. cap. 3. quæſt. 6. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 3. cap. 22. num. 14. & 16. Bonacin. loco cit. d. diſp. 1. quæſt. 2. pun. 4. num. 1. & ſeq. Garc. de Benef. par. 3. cap. 1. num. 39.* ubi dicit, quod beneficium quantumvis tenue obligat ad horas Canonicas; ſecùs ſi nullos haberet redditus. 7

Quamvis autèm Clerici beneficium Eccleſiaſticum habentes teneantur ſtatim ac poſſeſſionem beneficii adepti ſunt, Divinum Officium ſub pœna peccati mortalis recitare, tamèn ſi illud prætermit- 8

mittant non tenentur ad reſtitutionem fructuum, niſi elapſi ſint ſex menſes à die captæ poſſeſſionis *ut conſtat ex conſtitutione 135. Pii V. incip. ex proximo &c. vide Bonacin d. diſp. 1. quæſt. 2. pun. 5. num.* 8. His præmiſſis.

9 Dico primo, quod horæ Canonicæ recitari debent ſtudioſè, ac devotè, *cap. dolentes de celebr. Miſſ.*

10 Ut autèm ſtudioſè, ac devotè recitentur, primò requiritur, ut verba non omittantur, vel mutilentur, ſed omnia clarè, ac diſtinctè proferantur, *gloſ. & DD. in d. cap. dolentes, & eſt communis opinio.*

Secundo, requiritur, ut officium ſinè interruptione recitetur, quià non decet inchoatam cum Deo orationem ſinè cauſa intermittere, *Bonacin. d. diſp. 1. quæſt. 3. pun. 2. §. 1. num.* 26. quod procedit in interruptione, quæ in partibus unius, & ejuſdem horæ contingit, ut ſi quis inchoato matutino divertat ad alia negotia; non autèm in interruptione, quæ fit inter unam, & alteram horam, quam certum eſt fieri poſſe, *ut eſt communis Doctorum Senſus.*

11 Notandum eſt autem, quod non eſt neceſſe, ut recitans privatim Officium ità verba proferat, ut ſe ipſum audiat, ſed ſufficit, ut omnia verba diſtinctè proferat: quia oratio ore, & voce fieri poteſt etiamſi non audiatur ab ipſo recitante, alioquin ſequeretur, eum, qui ſe ipſum ex aliquo accidente audire nequit, dùm officium recitat, V. G. ob ſtrepitum malleatorum &c. non ſatisfacere præcepto, *Nau. cap. 20. de orat. num. 14. Suar. tom. 2. de Relig. cap. 28. num. 17. Malder. tract. 10. cap. 2. dub. 3. Layman. lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 8. & alii apud Bonacin. loco cit. d. diſp. 1. quæſt. 3. pun. 2. §. 1. num.* 24. quidquid in contrarium ſentiant *Reginald. lib. 18. num. 184. Medin. C. de orat. quæſt. 7. Filiuc. tract. 23. cap. 3. num. 117. & alii.*

12 Addunt nonnulli Doctores, quod recitans
officium cum interruptione non peccat mortalitèr,
ſed tantùm venialitèr, ſi abſque juſta cauſa contin-
gat, & ſatisfacit præcepto Eccleſiæ quoad ſubſtan-
tiam, ſivè ad longum ſivè ad breve tempus inter-
rumpat: quià preces interruptæ efficiunt unum
Officium, ſuamque habent ſignificationem; ſicùt
13 multæ confeſſiones interruptæ quas Pœnitens ob
peccatorum copiam, vel alia de cauſa unica vice
complere non potuit, efficiunt unam integram
confeſſionem obtenta in fine abſolutione, *ita Leſ.
lib. 2. cap. 37. dub. 10. num. 57. Nald. in ver. officium
Divinum, num. 6. Arragon. 2. 2. quæſt. 83. art. 12. ad
fin. Layman. lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 7. & alii apud
Bonacin. d. quæſt. 3. pun. 2. §. 1. num. 26. & ſeq. contrà
Emman. Sà in ver. horæ Canonicæ ad fin. Angleſ. de Orat.
quæſt. 5. diff. 5. Azor. 1. par. lib. 10. cap. 8. quæſt. 5.*

14 Addunt Secundo, quod ſatisfaceret præcepto
is qui inceptum officium interrumpit animo repe-
tendi jam recitata, ſed poſteà non repetit, vel qui
recitat Divinum officium nolens tùnc præcepto
ſatisfacere, ſed intendit iterum repetere ad ſatisfa-
15 ciendum præcepto: quemadmodum ſatisfacit præ-
cepto audiendi Miſſam is, qui Miſſam audit animo
non ſatisfaciendi præcepto per auditionem illius
Miſſæ, ſed intendit aliam audire, ut præcepto
ſatisfaciat; ratio eſt, quià in tali caſu facit opus
ab Eccleſia præceptum; Eccleſia enim ſimplicitèr
præcipit, ut quotidiè recitetur Officium Divinum,
& audiatur Miſſa diebus feſtis: conſequentèr ipſius
intentioni ſatisfit, etiamſi officium ex devotione
recitetur animo iterum tecitandi ad adimplendum
præceptum; idemque dicendum eſt de audiente
Miſſam ex devotione, animo aliam audiendi, ut
præcepto ſatisfaciet, cum ſit par ratio, *Vaſq. 1. 2.
quæſt. 100. art. 9. Molfeſ. tract. 5. cap. 2. num. 40. &
52. Garc. de Benef. par. 3. cap. 1. num. 198. Suar. tom.
2. de Relig. lib. 3. cap. 3. Nald. in ver. Divinum officium,
num. 3. Filiuc. tom. 2. tract. 23. cap. 8. quæſt. 1. num. 251.
Henriq. de Miſſ. cap. 25. n. 6. Bonacin. d. quæſt. 3. pun. 2. §. 1.
n. 31. & ſeq.* ubi ſubjicit, quod is, qui dum recitat 16
officium, vovit, ſe iterum recitaturum, non tene-
tur ad reſtitutionem fructuum, ſi poſteà officium
iterùm non recitat: quià non ex præcepto Eccle-
ſiæ, ſed voto tenebatur iterùm recitare; reſtitutio
autèm fructuū facienda eſt ob Divini Officii omiſ-
ſionem contrà præceptum Eccleſiæ, *quidquid in con-
trarium ſentiant Macign. de Horis canon. cap. 84. num. 8.
& ſeq. & alii apud Garc. loco cit. d. par. 3. cap. 1. nu. 190.
& ſeq.*

Notandum ſecundo, quod ad adimplendum 17
hujuſmodi præceptum officii recitandi, requiritur
etiam ipſius recitantis attentio ſivè illa ſit ad ver-
ba, ſivè ad ſenſum verborum, ſivè ad Deum, vel
Chriſti paſſionem, vel ad aliam rem piam cum in-
tentione laudandi Deum, vel ad Sanctos, ad quos
orationem dirigimus: ratio eſt, quià oratio non 18
ſubſiſtit ſinè attentione, *S. Thom. in 4. diſt. 25. Cajet.
2. 2. quæſt. 83. art. 3. Sotus lib. 3. de Juſtit. quæſt. 5. art. 5.
Azor. 1. par. lib. 10. cap. 12. quæſt. 6. Leſſ. lib. 2. cap. 37.
dub. 11. num. 64. & alii communiter*; Unde rationes
ſinè attentione reprehenduntur à Chriſti Domi-
no, *Matth. 15. ibi, populus hic labiis me honorat, cor
autem eorum longè eſt à me, Bonacin. in tract. de legib.
diſp. 1. quæſt. 5. punct. 5. num. 7. & ſeq. & de horis ca-
non. d. diſp. 1. quæſt. 3. punct. 2. §. 2. num.* 4. ubi dicit, 19
quod Eccleſia poteſt actum internum præcipere,
quoties internus eſt de ſubſtantia actus externi.

Ex quo infertur, recitantem officium abſque 20
attentione, peccare mortaliter, niſi ob materiæ
parvitatem excuſetur, vel intentionem habeat re-
petendi; Unde Beneficiarius, qui recitat Divi-
num officium animo voluntariè diſtracto, non ſa-
tisfacit præcepto, conſequenter tenetur repetere,
alioquin mortaliter peccat, & obligatur ad reſti-
tutionem fructuum, *Nau. de Orat. cap. 20. num. 32.
Tolet. lib. 2. cap. 13. in Addit. num. 3. Reginald. lib. 18.
num. 155. Layman. lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 9. & alii
communiter.*

Infertur ſecundò, eum non ſatisfacere præ- 21
cepto, ſed iterum ad recitandum teneri, qui dum
recitat Divinum officium, voluntariè, & adver-
tenter occupat ſe in aliqua re incompoſſibili cum
attentione interna, ut ſi intèr recitandum ſcribat,
pingat &c. ſecùs ſi detinetur in aliqua re exteriori
non incompoſſibili, ut ſi recitet, dùm ſe veſtit, vel
ſpoliat, vel lavat, vel dùm ambulat, aut campum
aſpicit, vel etiàm dum ſternit menſam, aut lectum,
*vide Sotum 10. de Juſtit. quæſt. 5. art. 5. Graff. 1. par.
lib. 2. cap. 52. num. 15. Bonacin. de Horis canon. d. diſp.
1. quæſt. 3. punct. 2. §. 2. num. 12. & ſeq.* ubi ſubjicit, 22
quod recitans Divinum officium ſi involuntariè,
aut inadvertenter detineatur in aliqua re incom-
poſſibili cum attentione, ſatisfacit præcepto: quià
cum diſtractione involuntaria adeſſe poteſt vir-
tualis attentio; undè non tenetur officium repete-
re qui non advertit, ſe ab oratione diſtrahi, licèt
fortè advertat, ſe alia cogitare, *Filiuc. tom. 2.
tract. 23. cap. 8. quæſt. 4. Suar. loco cit. cap. 26. num. 20.*

An verò poſſit quis eodem tempore audire 23
Miſſam, & horas recitare? Reſp. Affirmativè, quià
hæc ad unum finèm diriguntur, & attentio Divi-
ni officii non eſt incompoſſibilis cum auditione

T 2 Miſ-

Digitized by Google

Miſſæ, *Azor. 1. par. lib. 10. cap. 18. quæſt. 10. Cajet. 2. 2. quæſt. 83. art. 13. Angleſ. de orat. quæſt. 5. diff. 2. concl. 4. Squillan. de obligat. cleric. 1. par. dub. 35. num. 72.*

24 Obſerva tamen, buod non eſt nèceſſe, ut attentio hujuſmodi ſit formalis, ſeu expreſſa, & explicita, ſed ſufficit implicita, & tacita: quia cum utraque ſubſiſtit oratio, & actus humanus: undè ſatis eſt accipere Breviarium de more, & officium ita recitare, ut ſi recitans interrogaretur, quid faciat, reſponſurus ſit, ſe orare, aut velle præceptum adimplere; nam Breviarium de more accipiens, ſatis indicat, ſe illud accipere ad eum finem, ad quem alias breviarium adhiberi ſolet; item ſufficit, ſi accedat ad Eccleſiam de more, ibi officium recitaturus, quamvis poſtea recitat involuntariè diſtractus; ratio eſt, quià eo ipſo, quod aliquis voluntariè facit hujuſmodi actus, habet intentionem perſolvendi munus ſuum, conſequenter habet etiam intentionem attendendi, cum intentio non ſubſiſtat ſinè attentione, & attentio quaſi neceſſariò conſequatur intentionem orandi, *Navar. de Orat. cap. 13. num. 15. Suar. lib. 3. cap. 3. num. 6. Soto lib. 10. de Juſt. quæſt. 5. concl. 7. Leſſ. lib. 2. cap. 37. dub. 11. num. 71. Bonacin. d. diſp. 1. quæſt. 3. punct. 2. §. 2. num. 16. & ſeq.* ubi dicit, quod illa prior attentio durat virtualiter in proceſſu orationis, niſi expreſſè, vel tacitè revocetur; expreſſè autem revocatur, dùm recitans expreſſè vult non attendere; tacitè revocatur, dùm recitans advertit, ſe diſtractum, & nihilominus non repellit diſtractionem, nec revocat mentem ad attentionem, *Valent. tom. 3. diſp. 6. quæſt. 2. punct. 10. §. quomodo ſit recitandum &c. Mirand. in man. Prælat. tom. 1. quæſt. 37. art. 11. Azor. 1. par. lib. 10. cap. 12. Tolet. lib. 2. cap. 13. num. 9. Malder. tract. 10. cap. 2. dub. 2. Layman. lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 11.*

25 Dico ſecundò, quod tempus recitandi Divinum Officium, incipit à media nocte antecedentis diei, & perſeverat uſque ad mediam noctem ſequentis, quemadmodum incipit dies juxta communem Eccleſiæ viſum.

Hæc Concluſio approbatur ab omnibus, *ut d. Sylv. in ver. hora quæſt. 9.*

26 Hinc infertur, eum non ſatisfacere præcepto, qui pridiè recitat officium pro ſequēti die, excepto matutino: ratio eſt, quià non recitat intrà tempus ab Eccleſia præceptum: obligatio enim recitandi officium, eſt affixa diei in honorem, quem tali die
27 Deo exhibere debemus juxtà præceptum Eccleſiæ: obligatio verò affixa diei non poteſt adimpleri antè adventum illius diei, cum antè illum nondum adſit obligatio, ut patet à ſimili de jejunio ab Eccleſia præſcripto pro determinata die, de auditione Miſſæ præcepta in die feſto, *Nav. de orat. cap. 10. num. 52. Sylv. in ver. hora, quæſt. 9. Azor. 1. par. lib. 10. cap. 10. quæſt. 3. Reginald. lib. 18. num. 180. Bonacin.*
28 *de Hor. Canon. d. diſp. 1. quæſt. 3. punct. 3. num. 3.* ubi dicit, quod is, qui uno die non recitat, non tenetur elapſo die ad recitandum officium prætermiſſum, cum obligatio affixa diei tranſeat cum ipſo
29 die.
30 Dixi, *excepto matutino*, quià matutinum cum laudibus recitari poteſt antè mediam noctem, ſeù in Veſperis præcedentis diei: id enim permiſſum eſt ab Eccleſia, ut conſtat ex generali conſuetudi-
31 ne, quæ ſicut apta eſt ad legem inducendam, ità etiam ad eam abrogandam, vel reſtringendam;
32 idque ea ratione receptum eſt, quià ſolemnitas diei ſequentis incipit à primis Veſperis; & ideò jure merito completis Veſperis, & completorio nocturnæ preces ſubſequentis diei inchoantur; volens autem Matutinum recitare in Veſperis præcedentis diei, non tenetur ſolis occaſum expectare, ſed
poteſt Matutinum perſolvere poſt tempus comple- 33
torii, *Emman. Sà in ver. horæ canonicæ, num. 17. Bellarmin. lib. 1. de bon. oper. cap. 18. verſ. ſolet autem &c. Layman. lib. 4. tract. 1. cap. 3. num. 7. verſ. Adden.* ubi dicit, quod Matutinum cum laudibus inchoari poteſt quarta hora poſt meridiam completa, *Bona-*
cin. d. quæſt. 3. punct. 3. num. 10. & ſeq. Subdens, quod 34
laudes diferri poſſunt in tali caſu uſque in ſequentem diem.

Dico tertiò, quod horæ canonicæ recitandæ 35
ſunt juxta ordinem ab Eccleſia præſcriptum, videlicèt priùs recitandum eſt Matutinum, & Laudes, deinde prima, tertia, ſexta, & ſic deinceps.

Ratio hujus concluſionis eſt, quià præceptum 36
adimplendum eſt non ſolum quoad ſubſtantiam, ſed etiam quoad modum; ad modum autem præcepti pertinet ordo horarum, ut ſupra, *cap. presbyter, 91. diſt. cap. 1. ubi Doctores communiter, de celebrat. Miſſar.*

Notandum tamen eſt, quod is, qui abſque 37
juſta cauſa ordinem horarum non ſervat, recitando v. g. primam antè matutinum aut Veſperas ante alias horas, peccaret tantùm venialitèr, nec teneretur repetere, quià ita adimplet præceptum quoad ſubſtantiam: hora enim fuit præſcripta, & præcepta quaſi ſecundariò, & obligatio illius ſervandæ ſaltem per conſuetudinem eſt relaxata, *Molfeſ. tract. 5. cap. 2. num. 6. Leſſ. lib. 2. cap. 37. dub. 12. num. 78. Suar. lib. 4. de Relig. cap. 27. num. 3. & 9. Francolin. de Hor. canon. cap. 25. & alii communiter;*
quod intelligendum eſt de recitantibus privatim 38
officium Divinum: nam recitantes officium in Choro extrà horas præſcriptas, gravitèr peccarent, nec ſatisfacerent propriæ obligationi, tùm quià id ſinè ſcandolo fieri non poteſt: tùm quià tempus recitandi officium in Choro ab Eccleſia præſcriptum eſt, ut populus officio aſſiſtere poſſit; & ideò agitur de re gravi, & pertinente ad publicam utilitatem; tùm etiam quià *ex clem. 1. de celebrat. Miſſar.* conſtat, certis diei horis recitandum eſſe Divinum officium, & contravenientes cogi poſſe etiam ſub pœnis cenſurarum, *Navar. de Orat. cap. 3. num. 63. Sylveſt. in ver. hora, quæſt. 9. Reginald. lib. 18. num. 180. ad fin. Fillinc. tract. 23. cap. 6. quæſt. 12. num. 217. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 15. nu. 11. & ſeq. Molfeſ. tract. 2. cap. 2. num. 29. & 42. Carol. Macign. de horis canon. cap. 45. num. 5.* quidquid in contrarium ſentiat *Bonacin. d. tract. de Hor. canon. d. diſp. 1. quæſt. 3. punct. 4. num. 5.*

Notandum ſecundo, quod is, qui ex obli- 39
vione dixit officium de Sancto, quod dicendum erat de feria, ſatisfaceret repetendo omiſſa, quamvis non repetat illa, in quibus utrumque officium convenit, ratio eſt, quià quoad iſtam partem adimplevit præceptum quoad ſubſtantiam, *Bonacin. loco cit. d. quæſt. 3. pun. 4. num. 6. & alii communitèr.*

An verò peccet mortalitèr, qui Miſſam cele- 40
brat nondum recitato matutino? Reſp. negativè, præſertim ſi id faciat ex juſta cauſa, quo caſu ne veniale quidem peccatum committeret ratio eſt, tùm quià recitans primam antè matutinum non peccat mortalitèr, ergo neque celebrans Miſſam antè matutinum, cum matutinum nullam habeat connexionem, & ordinem cum Miſſa, ſed majorem connexionem habeat matutinum cum prima,

quam

Digitized by Google

quàm matutinum cum Miſſa: tùm etiam quià
recitans Veſperas antè Miſſam, non peccat morta-
litèr, quamvis conſuetudine receptum ſit, ut Miſ-
ſa dicatur antè Veſperas, ergo neque peccat mor-
taliter celebrans Miſſam antè Matutinum, ita So-
tus lib. 10. de Juſtit. quæſt. 5. art. 4. Valent. tom. 3.
diſp. 6. quæſt. 2. punct. 10. §. quo tempore recitandum ſit
officium, Vaſq. in Opuſc. de beneſ. cap. 4. §. 1. art. 6.
num. 65. dub. 3. Molſeſ. tract. 5. cap. 2. num. 31. Squil-
lant. de obligat. cleric. par. 1. dub. 27. num. 56. Leſſ. lib.
2. cap. 37. dub. 12. num. 81. Henriq. lib. 9. cap. 24.
num. 7. Arragon. 2. 2. quæſt. 83. art. 12. Suar. tom. 2.
de Relig. lib. 4. cap. 24. num. 6. & alii apud Bonacin.
d. diſp. 1. quæſt. 3. punct. 4. num. 11. quorum Senten-
tia valdè probabilis eſt, ac tuta in praxi, licèt
contrarium ſentiat, Sylv. in ver. Miſſa, quæſt. 6.
Navar. in man. cap. 25. num. 83. Azor. lib. 10. quæſt.
5. & alii apud Marign. de Hor. canon. cap. 46. num. 29.
41 Dico quartò, quod licèt Canonici, aliique
Choro deputati horàs Canonicas in Eccleſia per-
ſolvere debeant, ut infrà dicemus. tamen alii Di-
vinum Officium, ubique recitare poſſunt, dum-
modò locus ſit decens.
Hæc Concluſio communitèr recepta eſt, nec
habet contradictorem.
Dixi, dummodò locus ſit decens, quià licèt præ-
ceptum adimpleatur quovis in loco Divinum of-
ficium recitetur, tamen venialiter peccaret qui
ſinè cauſa in loco indecenti horas Canonicas per-
ſolveret, quià tunc non videtur adhibere venera-
tionem debitam rei Sacræ,, Navar. de Orat. cap. 21.
num. 32. Suar. lib. 4. cap. 27. num. 1. Reginald. lib. 18.
num. 178. Molſeſ. tract. 5. cap. 2. num. 80. Bonacin. de
42 Hor. Canon. d. diſp. 1. quæſt. 3. punct. 5. num. 6. ubi di-
cit, quod Divinum Officium recitari non debet in
loco, ubi impeditur attentio, ſicut impediri ſolet
in frequenti hominum conventu; ſeu tumultu.
43 Dico quintò, quod officium privatim reci-
tans ſedendo, cum ſtandum eſt, aut ſtando, vel
ſedendo, dùm genuflectendum eſt, per ſe loquen-
do non peccat.
44 Hæc concluſio probatur, quià ritus recitandi
officium hoc modo non videtur receptus ſub ri-
gore præcepti, ſed ſolùm majoris devotionis gratia
ſaltem in privata oratione; ſecùs eſſet in publica,
quià recitans in tali caſu rubricas non obſervan-
do, ſi id faciat abſque ulla cauſa, parvipendere vi-
detur Divina myſteria, in quorum cultum, & ho-
norem Eccleſia varias præſcripſit ceremonias, Suar.
tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 27. num. 2. Tolet. lib. 2. cap.
13. num. 12. Navar. de orat. cap. 4. num. 7. Filliuc.
tom. 2. tract. 23. cap. 8. quæſt. 6. ad fin. num. 265. Re-
ginald. lib. 18. num. 72. Molſeſ. tract. 5. cap. 2. num 99.
& ſeq.
45 Dico ſextò, quod is, qui ad horas canonicas
recitandas tenetur, mortalitèr peccat, eas non re-
citando, aut partem illarum notabilem omittendo.
46 Hæc concluſio probatur, quia in tali caſu
violat præceptum in re gravi pertinente ad virtu-
tem religionis, quemadmodum graviter peccat
qui die feſto notabilem temporis partem ſervilitèr
inſumit, aut Miſſam, vel notabilem illius partem
47 prætermittit, Sylv. in ver. hora, quæſt. 12. Navar.
de orat. cap. 7. num. 5. Leſſ. lib. 2. cap. 37. dub. 9. nu. 52.
Malder. tract. 10. cap. 2. dub. 3. Layman. in Theolog.
moral. lib. 4. tract. 1. cap. 4. num. 5. Bonacin. de Hor.
canon. diſp. 1. quæſt. 5. punct. 1. num. 1. & ſeq. ubi aſ-
48 ſerunt, quod is, qui omittit tertiam Divini officii
partem, aut aliquam integram horam, cenſetur
omittere notabilem partem.

An verò omittens recitare Divinum officium, 49
vel ejus notabilem partem, committat tot numero
peccata, quot ſunt horæ canonicæ omiſſæ? Reſp.
quod unum tantummodò peccatum committit,
quià dicitur tranſgredi unum præceptum habens
pro objecto totum officium, quod ex ſeptem horis
Canonicis integratur, Sylv. in ver. hora, quæſt. 12.
Emman. Sà, eod. ver. num. 13. Rodriq. in Sum. par. 1.
cap. 141. num. 16. Reginald. lib. 18. num. 145. Molſeſ.
tract. 5. cap. 5. num. 9. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. cap.
35. num. 18. & alii communitèr.
Dico ſeptimo, quod Beneficiarius, qui titulo 50
Beneficii recitare debet Divinum officium, tene-
tur antè ſententiam Judicis ad reſtitutionem fru-
ctuum pro rata omiſſionis officii.
Hæc concluſio intelligenda eſt, ſi Beneficia-
rius elapſis ſex menſibus poſt obtentam beneficii
poſſeſſionem, officium culpabilitèr omiſerit, ut ſu-
pra diximus, ideò qui uno die omittit totum offi-
cium, tenetur reſtituere omnes fructus, qui illi
diei reſponderent, ſi quotidiè dividerentur: qui
omittit matutinum, tenetur reſtituere medietatem
fructuum: qui recitato matutino omittit omnes
reliquas horas, tenetur ſimilitèr reſtituere medie-
tatem fructuum: qui verò unam tantùm horam
diſtinctam à matutino omittit, tenetur ſolùm ſex-
tam illius medietatis partem reſtituere, ut colligitur
ex Concilio Lateranenſi ſub Leone X. & ex Bulla B. Pii V.
135. in Novo Bullar. vide Navar. in man. cap. 25. num.
122. Quaran. in ver. horæ canonicæ, Bonacin. de Hor.
canon. diſp. 1. quæſt. 5. punct. 2. num. 2.
Obſerva tamen, quod non ſolùm is, qui omit- 51
tit Divinum officium poſt ſex menſes, ſed etiam
qui primis ſex menſibus illud omittit, peccat mor-
talitèr, niſi legitimo impedimento excuſetur, ut
conſtat ex dicta Bulla Pii V. Navar. in man. cap. 25.
num. 122. Tolet. in Sum. lib. 2. cap. 12. num. 4. Jordan.
de re beneſic. lib. 10. tit. 39. num. 4.
Obſerva ſecundò, quod omittens recitare 52
Divinum Officium tenetur fructus omnium ſuo-
rum beneficiorum in fabricas eorumdem benefi-
ciorum, vel in pauperum eleemoſinas etiam antè
Sententiam Judicis erogare, quia ſicut ratione om-
nium beneficiorum tenebatur officium recitare, ità
etiam fructus omnium beneficiorum pro rata offi-
cii omiſſi tenetur reſtituere, ut clarè conſtat ex dicta
Bulla Pii V. Bonacin. d. quæſt. 5. punct. 2. num. 16. &
punct. 4. num. 1. & ſeq. ubi dicit quod reſtitutio 53
hujuſmodi fieri poteſt etiam in utilitatem fabricæ
domus beneficii, aut etiam in meliorandis beneficii
agris, ut fructus in perpetuum augeantur.
An verò reſtitutio hujuſmodi fieri poſſit pau- 54
peribus non ſolùm loci, ubi exiſtit beneficium,
ſed etiam alterius loci? Reſp. affirmativè, quia
Bulla generalitèr loquitur de pauperibus, Filliuc.
tract. 23. cap. 10. quæſt. 9. & aliis apud Bonacin. d. quæſt.
5. punct. 4. num. 3. & ſeq. ubi ſubdit, quod hæc re-
ſtitutio fieri poteſt etiam in celebrandis Miſſis, vel
in aliis ſuffragiis offerendis pro defunctis.
Major difficultas eſt, an Beneficiarius pauper 55
poſſit ſibi applicare quod reſtituendum eſt ratione
officii omiſſi? Reſp. poſſe ſibi applicare, dummo-
dò verè pauper ſit: ratio eſt, quià Beneficiarius
pauper non videtur deterioris conditionis aliis
pauperibus, Emman. Sà, in ver. beneficium, num. 51.
Nav. in man. cap. 25. num. 191. Tolet. lib. 2. cap. 12.
num. 5. Layman. lib. 4. tract. 2. cap. 5. num. 1. & alii,
quorum opinio procedit, dummodò ex conſuetu- 56
dine, vel ſtatuto particulari non ſit facienda reſti-
tutio in aliquod certum pium opus, aut in uſum
alio-

aliorum Clericorum illius Eccleſiæ, ut accidit in diſtributionibus quotidianis: quià eo caſu non poteſt Beneficiarius pauper ſibi fructus applicare in præjudicium tertii, *Nald. in ver. officium num. 13. Rodriq. 1. par. cap. 146. num. 3. Bonacin. d. quæſt. 5. punct. 4. num. 9.*

57 Poteſt autem Beneficiarius ſibi retinere fru-
ctus, quos titulo donationis ceſſante fraude acci-
pit ab eiſdem pauperibus, quibus ipſe iam tradide-
58 rat, *ut d. Bonacin. loco cit. num. 10.* tùm quià id nullo
jure prohibetur, tùm etiam quià jure communi
retineri poſſunt diſtributiones, ſi poſtquàm ſine
fraude, & dolo traditæ fuerunt Canonicis præſen-
tibus, iterum ab eiſdem reſtituantur, *Covar. 2. var. cap. 4. num. 8. Suar. tom. 4. de Relig. lib. 4. cap. 10. num. 20. Philiarch. 1. par. lib. 1. cap. 13. Azor. 2. par. lib. 7. quæſt. 9. Fuſc. de Viſit. lib. 1. cap. 15. num. 25. Monet. de Diſtribut. 3. par. quæſt. 5. num. 6. Henriq. lib. 7. cap. 36. num. 3.*

59 Obſerva tertiò, quod quicunque penſionem, fructus, aut alias res Eccleſiaſticas, ut Clericus, percipit, tenetur recitare officium parvum B. Mariæ Virginis ſub pæna amiſſionis penſionum, fructuum, ac aliarum rerum erogan. in pauperes, vel in fabricam beneficii, ſuper quo vel penſio, vel onus fructuum tradendorum impoſitum fuit, eodem modo, quo ſupra diximus de beneficiario, *ex d. Bulla Pii V. & not. Navar. in man. cap. 25. nu. 122. Garc. de benef. 3. par. cap. 1. num. 37.*

60 Obſerva quartò, quod Clerici Sacris ordinibus initiati ſub titulo patrimonii non tenentur ad reſtitutionem fructuum ob omiſſionem Divini officii: quià Concilium Lateranenſe, & Bulla Pii V. loquuntur de obtinentibus beneficium, vel penſionem, *Tolet. lib. 2. cap. 12. num. 4. Bonacin. de Hor. canon. diſp. 1. quæſt. 5. punct. 2. num. 3.*

61 Obſerva quintò, quod cum onus Divini offi-
62 cii ſit affixum dici, & tranſeat cum ipſo die,
Beneficiarius illud alia die ſupplere non poteſt,
ut hoc modo à reſtitutione efficiatur immunis:
63 nam ſicut non ſatisfacit præcepto jejunii, vel
Miſſæ is, qui alio die non præſcripto ab Eccleſia
jejunat, vel Miſſam audit, ità neque ſatisfacit præ-
cepto Divini officii is, qui alio die officium recitat, *Sylv. in ver. hora, quæſt. 13. Henriq. lib. 13. cap. 13. Pet. Navar. lib. 1. de Reſtit. cap. 2. num. 180. Arragon. 2. 2. quæſt. 83. art. 13. quidquid in contrarium ſentiant alii Doctores apud Bonacin. d. quæſt. 5. punct. 2. num. 5.*

64 Obſerva ſexto, quod omittens levem Divini officii partem, non tenetur ad reſtitutionem, etiamſi fructus reſpondentes illi parti omiſſæ, ſint magnæ quantitatis, *Tolet. lib. 2. cap. 12. num. 6. Pet. Navar. lib. 2. cap. 2. dub. 3. num. 202. Navar. de orat. cap. 9. in fin. & cap. 10. num. 42. Molfeſ. tract. 5. cap. 5. num. 8. & 14.*

65 Obſerva ſeptimò, quod licèt omittens totum officium, vel notabilem partem peccet mortalitèr, excuſatur tamen reſtitutione, ſi fructus reſpondentes vel toti officio, vel parti omiſſæ, ſint modicæ quantitatis, ratione tenuitatis beneficii, & non ſint materia ſufficiens ad peccatum mortale furti, *ut poſt Suar. & Tolet. ſenſit Bonacin. d. quæſt. 5. punct. 2. num. 13.*

66 Addunt *Lopez Inſtruct. 2. par. cap. 95. Poſſevin. cap. 1. num. 35.* quod omittens canonicas preces paucis; exempli gratia, octo, vel decem diebus in Anno, non tenetur aliquid reſtituere, etiam ſi fructus beneficii ſint magnæ quantitatis: & hanc opinionem in uno, vel duobus diebus in Anno probabilem putat, *Filliuc. d. tract. 23. cap. 10. quæſt. 8.* contrarium tamen ſenſit in utroque caſu *Bonacin. loco cit. num. 8.*

Obſerva ottavò, quod tenetur ad reſtitutio- 67
nem is, qui eodem die in ſingulis horis paucos verſiculos omiſit, qui ſimul ſumpti gravem materiam conſtituunt: quià ſicut continuantur in ordine ad gravem culpam, ità etiam in ordine ad reſtitutionem, *Bonacin. de Hor. canon. d. diſp. 1. quæſt. 5. punct. 2. num. 15.* contrà *Monet. de Diſtribut. 2. par. quæſt. 3. num. 12. Filliuc. d. tract. 23. cap. 10. quæſt. 7. Dian. par. 5. tract. 14. reſ. 47.*

Obſerva nono, quod tenetur etiam ad reſti- 68
tutionem is, qui Divinum officium recitavit
abſque attentione, quià perindè eſt ac ſi non reci-
taſſet, *Navar. de orat. cap. 13. num. 17. Reginald. lib.
30. num. 88. Pet. Navar. lib. 2. de Reſtit. cap. 2. num.
240. & ſeq. Leſſ. lib. 2. cap. 37. dub. 11. num. 67. Monet.
de Diſtribut. 2. par. quæſt. 2. num. 20. & ſeq. Garc. de
Benef. 3. par. cap. 1. num. 186. Filliuc. tract. 23. cap. 10.
quæſt. 7. num. 321. & alii communitèr*; recitantes ve- 69
rò officium in Choro ſinè attentione non ſolùm
tenentur ad reſtitutionem fructuum, ſed etiam ad
reſtitutionem diſtributionum, *ut d. Bonacin. d. diſp.
1. quæſt. 5. punct. 2. num. 17.* contrà *Cordub. lib. 4.
quæſt. 13. Tolet. lib. 2. cap. 12. num. 6. Malder. tract. 10.
cap. 2. dub. 4. quæſt. 5. & alios apud Carol. Macign. de
Hor. canon. quæſt. 89. num. 11. & ſeq.*

Obſerva undecimò, quod Bulla Pii V. ſupra 70
enunciata circa fructuum reſtitutionem, obligat quidem omittentem Divinum officium ad reſtitutionem omnium fructuum reſpondentium ſcilicèt Divino officio, ad ratam officii prætermiſſi, non tamèn reſpondentium aliis oneribus, de quibus Summus Pontifex in præcitata Bulla non loquitur; ideò Parochus, & Epiſcopus omittentes officium, debent reſtituere tertiam, vel quartam partem fructuum pro rata: cæteras autem partes fructuum poſſunt ſibi retinere ratione aliorum onerum; Canonici item, aliique habentes obligationem reſidendi, reſtituere debent dimidiam, vel tertiam partem; alii habentes onera Capellaniæ reſtituere ſimilitèr debent dimidiam; penſionarii verò, & ſimplices Beneficiarii, qui ſolummodò tenentur ad horas canonicas, reſtituere debent omnes fructus pro rata officii; ratio, cur Bulla prædicta recipiat hanc explicationem, & moderationem, eſt, quià cum Parochus, & alii Beneficiarii prædicti non ſolùm recipiant fructus pro recitatione officii, ſed etiàm pro aliis laboribus, & oneribus, par eſt, ut in reſtitutione non ſolùm habeatur ratio officii omiſſi, ſed etiàm aliarum obligationum, & onerum, quæ cum ſint diverſa, facienda eſt etiam diverſa computatio, *ità ſenſerunt Henriq. lib. 13. cap. 13. nu. 2. Lop. 2. par. cap. 95. Emman. Sà in ver. beneficium, nu. 58. Leſſ. lib. 2. cap. 34. dub. 32. Aragon. 2. 2. quæſt. 83. art. 13. Tolet. lib. 2. cap. 12. num. 5. Rodriq. 1. par. cap. 164. num. 4. Molfeſ. in Summ. tr. 5. cap. 5. num. 8. Beia, caſ. 55. par. 1. Medin. Inſtruct. confeſſ. in expoſit. præcept. §. 11. Macign. cap. 28. num. 7. Nald. in ver. Divinum officium, num. 12. Layman. in Theolog. moral. lib. 4. tr. 2. cap. 5. num. 1. & 2. Bonacin de Hor. canon. d. diſp. 1. quæſt. 5. pun. 3. num. 2.* quorum ſententiam uti valdè probabilem praxis Beneficiariorum, & conſuetudo approbavit: licèt contrarium ſentiant, *Azor. 1. par. lib. 10. cap. 14. quæſt. 5. Reginald. lib. 30. num. 46. Valent. tom. 3. quæſt. 2. pun. ult. Malder. de uirtut. tr. 10. cap. 2. dub. 4. Filliuc tom. 2. tr. 23. cap. 10. quæſt. 5. Garc. de benef. par. 3. cap. 1. num. 28. & ſeq. & alii* apparentes, hanc Bullam in

rigo-

rigore explicandam eſſe, quià indiſtinctè, & abſque limitatione præcipit, ut omnes fructus reſtituantur cujuſcumque beneficii.

71 Dico octavò, quod infirmitas, gravis occupatio, impotentia, diſpenſatio, carentia fructuum, ignorantia, oblivio, & metus gravis incommodi excuſant à recitatione Divini Officii, & à fructuum reſtitutione, quià in foro conſcientiæ non debetur pœna, ubi non eſt culpa, *Reginald. lib.30. num. 44. Molſeſ. in Summ. tr.5. cap.5. num. 14. Azor. 1.par. lib.10. cap.14. quæſt.7. Squillàn. de obligat. Cleric. 1. par. dub. 32. num. 67.*

Hæc concluſio communitèr approbatur cum infraſcriptis limitationibus.

72 Notandum eſt igitur, quod ab hoc onere infirmitas tantùm gravis excuſat, vt ſi pronunciatio verborum valdè noceret corporis valetudini, *cap. Clericus victum, 91 diſt.* non autem infirmitas levis, qualis eſſet dolor ſtomachi, capitis, vel pectoris aut febris tertiana, & quartana, quià hæc non ſolent toto die vehementèr affligere, *Nav. in cap. 25. num.* 100. ubi dicit, febrim, quæ ſtatis horis recurrit, non excuſare Beneficiarium antè, vel poſt illas horas commode recitare valentem, *Mald. tr.10. cap.2. dub.5. Molſeſ. tr.5. c.4. n.20. Mocign. de Hor. canon. cap.14. n.2. Sot. 10. de Juſtit. qu.5. art.3. Tolet. lib.2. cap.14. num. 2. & alii apud Bonacin. d. diſp.1. quæſt. 6. num. 1. & ſeq.* ubi id remittit prudentis Medici judicio.

73 Notandum ſecundò, quod gravis occupatio excuſat, dummodò honeſta ſit, & neceſſaria, & Beneficiarius illam in aliud tempus commodè differre nequeat abſquè ſcandalo, vel peccato, vel notabili detrimento ſui, vel proximi; ratio deſumitur ex benigna Eccleſiæ intentione: quia non præſumitur cum tanto gravamine obligare; vndè ex hac cauſa excuſari poſſunt aliquando Concionatores, & Confeſſarii, vel etiàm alii, *Tolet. lib. 2. cap. 14. numer. 3. Sylv. in ver. hora, quæſt. ult. Reginald. lib. 18. num. 187. Layman. lib. 4. tr. 1. cap. 6. numer. 1.*

74 Obſerva tamèn, quod ſi occupatio gravis anticipatam recitationem permittat, tenetur Beneficiarius officium anticipatè recitare; ideò qui ſummo mane prævidet fore, ut toto ſubſequenti tempore confeſſionibus audiendis, vel gravibus negotiis detinendus ſit, tenetur ſummo mane officium anticipatè recitare: quia tùnc temporis viget obligatio præcepti, & poteſt adimpleri, *Sylv. loco cit. Graff. 1. par. lib. 2. cap. 54. Azor. 1. par. lib. 10. cap. 13. quæſt. 13.* itèm non poſſet voluntariè ſuſcipere aliud munus, cujus executio incompoſſibilis ſit cum horarum recitatione, quià eo caſu implicitè videtur velle Divini officii omiſſionem: niſi fortè adeſſet gravis aliqua neceſſitas dicti muneris ſuſcipiendi, ſeù illud reputetur hìc, & nùnc majus bonum, quàm ſit Divini officii recitatio: quia obligatio Divini officii non eſt tanti ponderis, ut ſemper obliget ad prætermittendum id, quo ſuſcepto officium recitari non poteſt, *Mont. 2. par. de Diſtribut. quæſt. 5. num. 25. & 28. Bonacin. d. diſp. 1. quæſt. 6. pun. 2. num. 3.*

75 Notandum tertiò, quod impotentia, qualis eſt cæcitas, debilitas, & carentia Breviarii excuſat quidem omittentem ab ea parte recitationis officii, quam recitare nequit, quià impoſſibilium non eſt obligatio, *l. impoſſibilium, ff. de Reg. jur.* non tamèn eum excuſat ab ea parte, quam recitare poteſt; vndè non excuſatur Beneficiarius ab ea parte, quàm memoria tenet; modò ea pars ſit notabilis, qui enim non poteſt totum præceptum adimplere, debet ſaltem adimplere partem, quam poteſt, cum impotentia ſolùm excuſet ab eo, ad quod eſt impotentia, *Graff. lib.1. cap.64. num. 3. & ſeq. Vega cap. 128. caſ.1. Valent. tom.3. diſp.6. quæſt.2. pun. 10. §. circà ſeptimum verſ. ſi tamèn &c.* quamvis contrarium teneant *Sanch. in Oper. moral. lib. 1. cap. 19. num.7. Leſſ. lib. 2. cap. 3. dub. 9 numer. 54. Azor. lib. 10. cap. 13. quæſt. 4. & 5. Reginald. lib. 18. num. 183. & ſeq. Layman. lib. 4. tr. 1. cap. 6. num. 1. & alii apud Bonacin. loco ſuprà cit. d. quæſt. 6. pun. 2. numer. 5. & ſeqq.* aſſerentes, eum, qui ob impotentiam non poteſt majorem officii partem perſolvere, ad nihil teneri; immò *Molſeſ. in Summ. tr. 5. cap.3. num. 27. Garc. de Benefic. 3. par. cap. 1. num. 222. Rodriq. 1. par. cap. 145.* abſolutè aſſerunt, eum, qui non poteſt matutinum cum laudibus recitare, ad nihil teneri, quia licèt hæc non ſit major officii pars, tamèn eſt pars illius prima, & præcipua; non eſt tamèn recedendum à prima ſententia, quæ tutior eſt, & probabilior.

An verò is, qui tenetur ad officium recitan- 76
dum, ſi illud ſolus recitare non poteſt, teneatur Socium conducere, ut cum eo officium perſolvat? Reſp. affirmativè, dummodo beneficium habeat, & commodè poſſit ſocium adhibere; ratio eſt quià qui tenetur ad finem, obligatur etiam ad media ad illum conducentia; ſecùs ſi beneficium non habeat: tùnc enìm non tenetur ſuis propiis ſumptibus Socium conducere ad hunc effectum; quia eo caſu non teneretur ex juſtitia, ſed tantùm ex religione, vel obedientia ad officium recitandum; obedientia verò, & religio non ità ſtrictè obligant, ſicut juſtitia, *Nav. de orat. cap. 11. num. 13. Mocign. cap. 14. num.6. Bonacin. loco cit. d. quæſt.6. pun.2. num. 8. & ſeq. Fillincc. tom.2. tr. 23. cap. 9. quæſt. 4. Squillant. de obligat. Cleric. par. 1. dub. 13.* ſubdens, quod non tenetur Socium conducere Beneficiarius Surdus, neque Surdaſter, ſi Socium recitantem audire non poſſit, niſi cum magna Socii vociferatione.

Notandum quartò, quod diſpenſatio Sum- 77
mi Pontificis excuſat ab officii recitatione: quià obligatio recitandi officii eſt de jure humano poſitivo, in quo Summum Pontificem validè diſpenſare poſſe etiam ſinè cauſa, tradunt *Valent. tom. 3. diſp. 6. quæſt. 3. pun. 10. Tolet. lib. 2. cap. 14. num.6. Bonacin. de Hor. canon. d. diſp. 1. quæſt.6. pun.3. num.1.*
& ſeq. Epiſcopus verò in hoc diſpenſare non poteſt, 78
cum in jure communi diſpenſandi facultatem non
habeat; poſſe tamèn Superiorem cum religioſis ſi- 79
bi Subditis ex cauſa ſtudiorum, negotiorum, aut alia juſta cauſa diſpenſare docent *Leſſ. lib.2. cap. 37. dub. 9. num. 51. Bonacin. loco cit. d. diſp. 1. quæſt. 2. pun. 2. num. 9. & quæſt. 6. pun. 3. num. 2.* ubi id intelligit de Supremo religionis Superiore, non autem de Superiore inferiori: quia Supremus Superior tantùm, non autèm inferior poteſt in regulis religionis diſpenſare; contrarium tamen aſſerunt, *Reginald. lib. 18. num. 141. & 186. Graff. 1. par. lib. 2. cap. 54. num. 9. Mocign. cap. 22. num. 8.* quorum ſententiam veriorem exiſtimo, cum id videatur Summo Pontifici reſervatum.

Notandum quintò, quod Beneficiarius, qui 80
abſque ſua culpa non percipit, nec percepturus eſt fructus beneficii, quantum eſt ex vi beneficii, excuſatur à recitatione Divini officii, quià par non eſt, ut incommodum ſentiat qui commodum, & fructus non percipit, *Garc. de benef. par. 3. cap. 1. num. 41. & ſeq. & alii communitèr.*

Dixi, *quantum eſt ex vi beneficii*, nàm ratione 81
Ordi-

Ordinis Sacri adhùc teneretur ad Divinum Offi-
cium recitandum, *Tolet. lib. 2. cap. 14. ad fin. Mal-
der. tr. 10. cap. 2. dub. 3. Azor. lib. 10. cap. 14. quæſt. 6.*
82 Notandum ſextò, quod licèt probabilis igno-
rantia legis excuſet à recitatione officii, tamèn
excuſat ignorantia pœnæ: hæc enim non excuſat
a culpa, immò neque à reſtitutione: quia hæc pœ-
na non eſt exorbitans, & extraordinaria, ſed con-
formis juri naturæ, *Leſſ. lib. 2. cap. 34. dub. 32. num.
183. Macign. cap. 18. num. 31 Bonacin. loco cit. d. quæſt. 6.
pun. 3. num. 8.*
84 Notandum ſeptimè, quod etiàm naturalis
oblivio, ſeù inadvertentia excuſet ab hujuſmodi
recitatione, cum comparetur ignorantiæ invinci-
bili, dummodo oblivio propria culpa non contige-
rit, vel prævifa non fuerit, *Angl. de Orat. quæſt.
10. diffinit. 4. & alii apud Bonacin. d. quæſt. 6. pun. 3.
numer. 9.*
85 Notandum octavò, quod etiàm metus gra-
vis incommodi excuſat à recitatione Divini Of-
ficii, cum talis metus regularitèr excuſet à
trangreſſione legis humanæ, *vide Bonacin. dict. tr.
Hor. canonic. disp. 1. quæſt. 6. pun. 3. in fin. &
in tr. de legib. disp. 2. quæſt. 8. pun. 2. numer. 3.
& ſeq.*

De Publica Divini Officii recitatione, quæ ſit in Choro.

§. II.

85 Dico primò, quod Clerici Eccleſiarum Ca-
thedralium, & Collegiatarum ſub mortali
tenentur ſingulis diebus ad horas canonicas
in Eccleſia, ſeù Choro per ſe ipſos, & non per
alios perſolvendas.
Hæc coclusio probatur, *ex cap. Clericus, diſt. 91.
& cap. ſi quis Presbyter, diſt. 92. cap. unic. de Cler. non
reſid. in 6. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de ref. cap.* 12. ratio
eſt, quià tales Clerici ad id tenentur ex officio,
conſequentèr ex juſtitia, quæ ex ſuo genere obli-
gat ſub mortali, *Cajet. in ver. hora, Suar. tom. 2. de
Relig. lib. 4. cap. 10. num. 16. Filliuc. tom. 2. tr. 23.
cap. 4. numer. 40. Bonacin. in tr. de Hor. canon. disp. 2.
quæſt. 1. pun. 1. numer. 10.*
86 Prædicta verò conclusio limitatur, niſi aliud
ſuadeat conſuetudo, aut Eccleſiæ inſtitutio, vel
privilegium a Summo Pontifice conceſſum: con-
ſtat enim conſuetudine, vel Eccleſiæ inſtitutione
induci poſſe, ut Canonici non teneantur ſingulis
diebus ad horas Canonicas in Choro recitandas,
87 *Bonacin. loco cit. pun. 5. num. 1. & ſeq.* ubi dicit, quod
in præcitatis juribus reprobatur quidem conſuetu-
do inſerviendi per alios extraneos: non tamèn
conſuetudo aſſiſtendi, & inſerviendi per alios
ejuſdem Eccleſiæ Canonicos, cum ob id Eccleſia
damnum non patiatur, nec ulla perturbatio in Ec-
cleſia ſequatur, dùm intereſt is, qui aliàs conſue-
vit intereſſe; dummodò talis conſuetudo legitimè
introducta fuerit, videlicèt ſaltèm ſpatio 40. An-
norum, *Suar. loco cit. d. cap. 10. num. 5. & cap. 12.
num. 13. Bonacin. d. disp. 2. quæſt. 1. pun. 1. num. 1. & ſeq.*
88 ubi dicit, quod ex cauſa tenuiſſimi ſtipendii hujus
modi conſuetudo induci poteſt ex ratione natu-
rali dictante onus minuendum eſſe, ubi valdè mo-
dica eſt merces.

Notandum tamen eſt, quod attenta dicta
conſuetudine 40. annorum illi tantùm Canonici,
qui in Civitate, ubi eſt Cathedralis, vel in ejus
Suburbiis ſunt præſentes, non autem alii poſſunt
ſubſtituere, & hujuſmodi ſubſtitutiones non de-
bent eſſe nimium frequentes, quod arbitrio Epiſ-
copi remittitur, qui propterea curare debet, nè
Canonici ea ſubſtituendi facultate abutantur, nec
ſubſtitui poſſunt alii Canonici, qui eodem tempo-
re ſervitio ſunt aſtricti, *ut reſoluit Sacra Congregatio
Concilii Tridentini in Ferentina juris ſubſtituendi ſub die
17. Novembris 1685.*
Limitatur ſecundò in Religioſis Choro depu- 89
tatis: iſti enim tenentur canonicas horas in Choro
recitare ex vi regulæ, quæ regularitèr non indu-
cit obligationem ſub mortali, modò illas extrà
Chorum privatim recitent, *Bonacin. loco cit. num. 10.
& alii communitèr.*
Limitatur tertiò in Beneficiariis, qui non ab- 90
ſunt ultra tempus à Concilio Tridentino permiſ-
ſum: nam licitum eſt Canonicis abeſſe ſpatio
trium Menſium quolibet Anno, *ut in ſeſſ. 24. de
ref. cap.* 12. & per conſequens eo tempore non pec-
cant, *Macign. de Hor. canon. cap. 64. num. 19. Bona-
cin. d. disp. 2. quæſt. 1. pun. 2. numer. 2.* ubi addit, 91
quod neque peccaret mortalitèr Beneficiarius, qui
tribus, vel quatuor diebus ultrà tempus in conci-
lio præſcriptum Divinis officiis non intereſt ratio-
ne parvitatis materiæ; ſecùs ſi ultrà abeſſet, quià 92
tùnc faceret contrà præceptum Concilii Tridenti-
ni, quod non ſolùm de reſidentia in loco beneficii,
ſed etiam de perſonali in Choro intereſſentia intel-
ligendum eſſe, Sacra Cardinalium Congregatio
in hoc puncto declarauit, *teſte Garc. de Beneſ. 3. par.
cap. 2. numer.* 323. ibi decretum hoc intelligendum
eſt, ut Canonici non poſſint abeſſe ab Eccleſia ſer-
vitio vltrà tres Menſes ſingulis Annis: nihilque
eis prodeſſe, quod in Civitate maneant, niſi Ec-
cleſiæ debitis horis inſerviant, non obſtante con-
ſuetudine in contrarium.
Dico ſecundò, quod Canonici, aliique Cho- 93
ro deputati tenentur Divinum Officium canen-
do, ſeù alta voce recitando perſolvere iuxtà Eccle-
ſiæ uſum.
Hæc conclusio probatur *ex cap. ult. 92. diſt. &
tradunt Sot. lib. 10. de Juſtit. quæſt. 5. art. 4. Graff. par.
1. lib. 2. cap. ſi num. 12. & cap. 52. num. 22. Macign. de
Hor. canon. cap. 66. Bonacin. d. disp. 2. quæſt. 1. pun. 3.
num. 5. & alii communitèr*; ratio eſt, quià quilibet
tenetur munus ſuum obire: munus autem Cano-
nici eſt canere, vel alta voce recitare.
Ex quo infertur, quod is, qui Choro inte- 94
reſt, auditque tantummodò alios recitantes, non
ſatisfacit præcepto; quià præceptum Eccleſiæ eſt
de recitandis horis canonicis; qui verò alios tan-
tùm audit, non dicitur recitare, *Bonacin. de Hor.
canon. disp. 1. quæſt. 3. pun. 2. §. 1. num. 15. & ſeq.* ſub- 95
dens, quod nec ſatisfacit debito ſervitio Chori is,
qui ſuos verſiculos ſubmiſſa voce recitat, & alios
alterius Chori attentè audit, licèt obligationi Di-
vini Officii recitandi eo caſu ſatisfaciat, itaùt offi-
cium repetere non teneatur; ratio eſt, quia reddi-
tus Eccleſiaſtici dantur Canonicis, ut inſerviant,
& canant cum aliis, *clem. 1. de celebrat. Miſſ. Sot. lib.
10. de Juſtit. quæſt. 5. art. 4. Graff. 1. par. cap. 41.
Azor. 1. par. lib. 10. cap. 11. quæſt. 5. Filliuc. tom. 2. tr. 23.
cap. 7. quæſt. 5. num. 146.*
Obſerva tamen, quod illi, qui ex privilegio, 96
vel ex fundatione, vel ex conſuetudine legitimè
præſcripta tenentur ſolùm aſſiſtere in Choro, ſa-
ti-

Digitized by Google

tisfacerent propriæ obligationi, etiamſi audiant tantùm alios recitantes, vel ipſi ſubmiſſa voce recitent, quià Manſionarii in tali caſu Canonicorum nomine perſolvunt; tenentur tamen tales Canonici attendere, & audire more orantium, alioquin vana, & inutilis eſſet eorum præſentia, *Leſſ. lib. 2. cap. 34. dub. 33. num. 184. Navar. cap. 22. de Orat. num. 101. Monet. de Diſtribut. quæſt. 2. num. 25. Azor. lib. 10. cap. 11. quæſt. 5. & 6. & alii apud Bonacin. de Hor. canon. diſp. 1. quæſt. 3. punct. 2. §. 1. nu. 18.*
97 *& ſeq.* ubi ſubjicit, quod Canonici, qui aliàs per Manſionarios officium recitare conſueverunt, abſentibus Manſionariis, tenentur per ſe ipſos officium recitare, alioquin Eccleſiam debito defraudarent ſervitio.

98 Obſerva ſecundo, quod ille ſatisfacit ſuæ obligationi, qui ſuam partem recitat, etiamſi aliam partem, quam Socii recitant, non poſſit percipere, dummodò ad illam attendat, nec tenetur ſupplere, niſi fortè Surdus ſit, *ità Emman. Sà in ver. horæ canonicæ num. 9. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 28. num. 15. Layman. lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 8.* quorum Sententia mihi videtur ſatis probabilis, quia per ſe ipſum non ſtat, quin verſiculos, qui à Sociis recitantur, percipiat: alioquìn recitantes innumeris ſcrupulis vexarentur; licèt contrarium teneant *Reginald. lib. 4. cap. 10. num. 87. & alii apud Bonacin. d. diſp. 1. quæſt. 3. punct. 2. §. 1. num. 9. & 20.*

Dixi, *dummodò ad illam attendat*, quia ea pars Chori, quæ tacet, debet attendere ad aliam, quæ canit, eamque audire: tenetur enim ex vi ſuæ obligationis ad officium concurrere, & totam orationem aliquo pacto facere ſuam, *ut ex communi Doctorum ſenſu, docet Bonacin. loco cit. d. quæſt. 3. punct. 2. §. 1. num. 20. & ſeq.*

99 Obſerva tertiò, quod illi ſuæ obligationi non ſatisfaciunt, qui nondùm expletis verſiculis à Sociis, alios verſiculos recitare incipiunt, quià pars, quæ anticipatè dicitur, non communicatur cum Socjis, cum eam audire nequeant, *Tolet. lib. 2. cap. 23. num. 9. Reginald. lib. 18. tract. 1. num. 146. Filliuc. tom. 2. tract. 23. cap. 6. quæſt. 9. & alii communitèr.*

De Diſtributionibus quotidianis.

§. III.

100 Dico primò, quod diſtributiones quotidianæ regularitèr debentur Canonicis, & aliis Choro aſtrictis, qui perſonalitèr interſunt Divinis officiis; Diſtributiones verò quotidianæ propriè acceptæ ſunt, quæ per ſingulas horas dividuntur, & diſtribuuntur quotidiè, etiamſi ſolutio non fiat dietim, ſed poſt longum tempus, *Garc. de Benef. par. 3. cap. 2. num. 440.* illæ verò diſtributiones, in quorum ſolutione non habetur reſpectus ad ſingulas horas, etiamſi reſidendo, & intereſſendo una hora lucrifiant, non ſunt propriè diſtributiones quotidianæ, ſed præbendæ, ſeu loco præbendæ, *vide Bonacin. de Hor. canon. diſp. 2. quæſt. 2. punct. 1. num. 2. & 6. Barboſ. de Canon. & Dignit. cap. 21. num. 2. Garc. loco cit.*

Prædicta concluſio probatur *ex cap. un. de Cler.*
101 *non reſid. in 6.* ſed intelligenda eſt concurrentibus infraſcriptis conditionibus; requiritur enim primò titulus, & poſſeſſio beneficii, ſeu Canonicatus: cum enim jus ad diſtributiones acquiratur ratione beneficii, is non dicitur habere beneficium, qui ejus titulum, & poſſeſſionem nondùm adeptus eſt. Secundo requiritur prima reſidentia, & fidei profeſſionis emiſſio intrà bimeſtre, *ex Concilio Tridentino ſeſſ. 24. de ref. cap. 12.* ubi decernitur, proviſos de Canonicatibus, & Dignitatibus in Eccleſiis Cathedralibus non facere fructus ſuos, nec eis poſſeſſionem ſuffragari, niſi fidei profeſſionem fecerint. Tertio requiritur, quod Canonicus ejus ſit ætatis, ut intra Annum promoveri poſſit ad ordinem Canonicatui annexum, alioquin collatio invalida eſſet, *cap. dilectus, ubi DD. de Præb.* quod intelligendum eſt, præciſo privilegio, ſeu diſpenſatione, quià Summus Pontifex diſpenſare poteſt ſuper hujuſmodi ætatis defectu; Undè qui Canonicatum antè legitimam ætatem ex diſpenſatione obtinuit, poteſt abſque alia dipenſatione diſtributiones intereſſentiæ reſpondentes percipere, illis diſtributionibus exceptis, quæ debentur ratione functionis ordinis, quem Canonicus non dùm ſuſcepit, *gloſ. in cap. ex ratione, ubi Panorm. & alii de ætat. & qual. Monet. de Diſtribut. quotid. 2. par. quæſt. 19. num. 44. Bonacin. de Hor. canon. diſp. 2. quæſt. 3. punct. 1. nu. 2. & ſeq.* Quarto ultrà litterarum ſcientiam in eo, qui ad diſtributiones admittendus eſt, requiritur moderata, & ſufficiens inſtructio in cantu, quo Divinum officium recitari ſolet, vel ſaltem, ut habilis, & idoneus cenſeatur, qui infrà Annum eam addiſcat: quià nullus ad officium admitti debet, cuius partes obire nequit, *cap. cum in cunctis, de elect. cap. fin. de ætat. & qual. Henriq. lib. 9. cap. 31. num. 8. Navar. de Hor. canon. cap. 11. num. 41. & ſeq. Monet. 2. par. quæſt. 19. num. 35.* Quintò requiritur, ut Canonicus Divinis officiis interſit, & inſerviat juxtà Superioris diſpoſitionem, *d. cap. un. de Cler. non reſid. in 6. cap. licet, de Preben. Clement. ut ii, qui, de ætat. & qual. Concil. Trident. ſeſſ. 21. de ref.*
cap. 3. & ſeſſ. 24. de ref. cap. 12. 102

Obſerva tamen, quod Canonici Eccleſiæ Collegiatæ non tenentur fidei profeſſionem facere, ſed tantùm Canonici Eccleſiæ Cathedralis, quià in Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. de ref. cap. 12.* nulla fit mentio de Canonicis Collegiatæ, *Sanch. & alii apud Bonacin. de Hor. canon. d. diſp. 2. quæſt. 3. punct. 1. nu. 1.*

Obſerva ſecundò, quod Canonici Eccleſiæ 103
Cathedralis non amitterent diſtributiones ob non factam fidei profeſſionem intra bimeſtre, quià Concilium *loco cit.* non loquitur de diſtributionibus, ſed tantùm de fructibus, *Monet. par. 1. quæſt. 6. & 7. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 166. num. 22. Squillan. de obligat. cler. par. 1. num. 99. Gonz. ad reg. 8. Cancell. §. 6. proem. num. 170. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 61. num. 30.* qui ibidem ſubjicit, quod quando Canonicatus non haberet aliquos fructus, ſed emolumenta omnia conſiſterent in diſtributionibus quotidianis, tunc, ut pœna adiecta per Concilium *d. cap. 12.* poſſit in aliquo verificari, debet intelligi de diſtributionibus, *Bonacin. loco cit. d. diſp. 2. quæſt. 3. punct. 1. num. 1. & punct. 2. num. 1. & ſeq.* ubi addit, quod obtinentes Canonicatum, cui certus ordo annexus eſt, privantur
dimidia diſtributionum parte, ſi intra Annum 104
juſto ceſſante impedimento ad illum ordinem promoti non fuerint, & iſta dimidia ſic ſubtracta accreſcit aliis intereſſentibus, *clem. 2. de ætat. & qualit. & ibid. gloſ. Concilium Tridentinum ſeſſ. 22. de ref. cap. 4.*
hæc tamen pœna non incurritur ipſo facto, nec 105
Beneficiarius tenetur ad reſtitutionem iſtius partis ante Sententiam, per illud verbum, *ſubtrahatur*, poſitum *in d. Clement.* quod actionem connotat, *Hoied. 1. par. quæſt. 17. num. 9. Macign. de Hor. canon. cap. 71. num. 131.*

Digitized by Google

106 Obſerva tertiò, quod nuda præſentia non ſuf-
ficit, ſed opus eſt, ut Canonicus, ſeu alius Choro
aſtrictus devotè recitet, & perſonalitèr canet, alio-
quin non lucratur diſtributiones, *Concil. Trident.*
ſeſſ. 24. de ref. cap. 12. Leſſ. lib. 2. cap. 39. dub. 33. num.
184. *Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 12. num. 10. &*
18. *Pet. Navar. lib. 2. de Reſtit. cap. 1. num. 222. Ma-*
107 *cign. de Hor. canon. cap. 68. num. 3. & ſeq.* poteſt ta-
men Canonicus in tali caſu percipere mediam par-
tem diſtributionum, quià non deeſt in totum ſuo
108 muneri, cum aſſiſtat Choro: Diſtributiones enim
non ſolùm dantur pro cantu, ſed etiam pro aſſi-
ſtentia in Choro, *vide Bonacin. de Hor. canon. d. diſp. 2.*
quæſt. 4. punct. 1. num. 2. ubi dicit, quod non tenen-
109 tur Canonici canere cantu figurato, ſed ſufficit,
ut, dum officium eo cantu canitur per Manſiona-
rios, aut alios, aſſiſtant, & taceant: ſic enim ad-
mittit recepta conſuetudo, *Pet. Navar. lib. 2. de*
Reſtit. cap. 2. dub. 3. num. 105. Comitol. In reſponſ. moral.
quæſt. 62. num. 2. Monet. 2. par. quæſt. 2. num. 5. & 8.
Garc. de Benef. 3. par. cap. 2. num. 517. & ſeq.

110 Obſerva quartò, quod non ſolùm Epiſcopus,
ſed Capitulum etiam ſine conſenſu Epiſcopi, poteſt
diſtributionum taxam ſingulis horis præſcribere,
ut videlicet tantum detur ei, qui matutino inte-
rerit, tantum ei, qui Miſſæ, aut primæ aſtiterit,
& ſic de reliquis horis, *cap. edoceri, de reſcript. cap.*
ex litteris, de conſtit. Monet. 2. par. quæſt. 13. num. 25.
Bonacin. loco cit. d. diſp. 2. quæſt. 4. punct. 1. num. 4. verſ.
111 *addo &c.* non poteſt tamèn Capitulum ſine conſen-
ſu Epiſcopi ſtatuere ſuper modo lucrandi diſtribu-
tiones, *Rot. in Lucana juris, 9. Aprilis 1601. coram*
Pamphilio, quam refert. Garc. de Benef. 3. par. cap. 2.
num. 363. ubi dicit, quod Capitulum ſine conſenſu
Epiſcopi non poteſt ſtatuere contra Canonicos in-
firmos alias ſolitos reſidere, nè admittantur ad
diſtributiones, niſi infirmitas fuerit eidem Capi-
tulo intimata.

112 Obſerva quintò, quod licèt Canonici abſen-
tes ſpatio trium Menſium non priventur fructibus,
privantur tamen eo tempore diſtributionibus, *ut*
declaravit Sac. Congregatio 3. Auguſti 1586. teſte Gon-
zal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proæm. num. 186. Ricc. deciſ.
494. *num.* 10.

113 Obſerva ſexto, quod licèt Beneficiarius, qui
primis ſex menſibus à die adepti Beneficii non re-
citat officium, non privetur fructibus juxtà con-
ſtitutionem Pii V. ſupra citatam, amittit tamen
diſtributiones: quià Pius V. de diſtributionibus
non loquitur: fructus enim à diſtributionibus di-
ſtinguuntur, & diſtributiones ſolis intereſſenti-
bus, & recitantibus debentur, *ut ſupra diximus*; &
hoc quidem procedit, etiamſi beneficium in ſolis
diſtributionibus conſiſtat, *ut declaravit Sac. Congre-*
gatio apud Garc. de Benef. 3. par. cap. 2. num. 250. &
ſeq. Bonacin. d. diſp. 2. quæſt. 4. punct. 1. num. 11. Monet.
2. par. quæſt. 17. num. 42.

114 Obſerva ſeptimo, quod Canonicus, qui Di-
vinum officium in Choro attentè, & ſtudioſè re-
citat, lucratur diſtributiones, etiamſi eſſet publi-
cus peccator, aut Concubinarius, quià facit quod
ab Eccleſia præſcriptum eſt ad diſtributiones ac-
quirendas: niſi poſt debitas monitiones juxtà Tri-
dentini præſcriptum *ſeſſ. 25. de ref. cap.* 14. ſuſpen-
ſus, vel excommunicatus fuerit, *Bonacin. loco cit.*
d. quæſt. 4. punct. 1. num. 12. Covar. in clem. ſi furioſus,
par. 1. num. 5. Ugolin. de Irreg. cap. 47. §. 3.

115 Obſerva octavo, quod Canonicus, qui no-
tabilem Divini officii partem attentè non recitat,
aut devotè non attendit, dum aliqua Divini offi-
cii pars perſolvitur, non lucratur diſtributiones,
ut ſi confabuletur, aut voluntariè obdormiat &c.
quià non dicitur Divinis officiis intereſſe modo ab
Eccleſia præſcripto: non enim ad id ſufficit mate-
rialis corporis præſentia, ſed requiritur præſentia
formalis, & humana, qualis requiritur ad oran-
dum, vel participandum in oratione: nec dicitur 116
præſens qui non attendit, *ut eſt communis Doctorum*
ſententia, teſte Bonacin. d. diſp. 2. quæſt. 4. punct. 1.
num. 13. ubi etiam reſolvit, quod Canonicus ad
reſtitutionem diſtributionum tenetur, ſi confabu- 117
letur, vel dormiat, vel quid ſimile faciat, dùm Sa-
cerdos in Miſſa ſecreta recitat, vel dum Antipho-
næ, reſponſoria, & ſimilia per Manſionarios ca-
nuntur, dummodò pars notabilis ſit: quià qui
confabulatur, vel dormit, dicitur ſolùm materia-
liter intereſſe.

Obſerva nono, quod Canonicus non lùcra- 118
tur diſtributiones, niſi ſit in ſuo Stallo indutus
veſtibus canonicalibus, *ut pluries reſolvit Sac. Con-*
gregatio teſte Bonacin. d. diſp. 2. quæſt. 4. punct. 1. nu. 14.
verſ. fin.

Obſerva decimò, quod habens dignitatem, & 119
Canonicatum, ſeu duplicem Canonicatum ex pri-
vilegio in eadem Eccleſia, non poteſt, præciſa di-
ſpenſatione, vel conſuetudine, duplices diſtribu-
tiones utrique Canonicatui reſpondentes lucrari,
ſed unam tantùm portionem: ratio eſt, quià qui
duos ſub eodem tecto Canonicatus poſſidet, non
magis reſidet, nec majus ſervitium Eccleſiæ præ-
ſtat, quam ſi unicum tantummodò haberet, ergo
par non eſt, ut duplices percipiat diſtributiones,
Azor. 2. par. lib. 7. cap. 7. quæſt. 13. Gom. in tract. de
expectat. num. 5. Garc. de Benefic. 3. par. cap. 2. num. 185.
Monet. de Diſtribut. 2. par. quæſt. 4. num. 6. Bonacin.
d. diſp. 2. quæſt. 4. punct. 3. num. 3. & ſeq. ubi ſubdit,
quod ad lucrandas duplices diſtributiones in tali
caſu requiritur conſuetudo legitimè præſcripta
ſpatio 40. Annorum, quia hæc conſuetudo eſt con-
tra ius: *quidquid in contrarium aſſerat Monet. loco cit.*
num. 18. ubi dicit, ad hujuſmodi conſuetudinem
inducendam ſufficere ſpatium decem Annorum.

Obſerva undecimò, quod Canonicus coadiu- 120
tor cum futura ſucceſſione, non ſibi, ſed Canoni-
co coadiuto diſtributiones lucratur, niſi alitèr
Summus Pontifex diſpoſuerit, vel niſi coadiutus
conſenſerit, ut coadiutori tribuantur; ratio eſt,
quia coadiutor non eſt verè Canonicus: undè nec
ad titulum hujuſmodi Canonicatus ordinari po-
teſt, niſi ipſi aſſignata ſint alimenta ob onus, quod
pro coadiuto ſubit, *Rot. in Salamantina coadiutoriæ*
25. Junii 1593. coram Penia, Calderin. in cap. 1. de
Cler. non reſid. Nav. conſ. 1. num. 5. & 7. de Cler. ægrot.
Nald. in ver. diſtributiones, num. 6. Ricc. deciſ. 494. nu. 7.
immò ſi coadiutor abſit ſua culpa, tenetur coadiu- 121
to damnum diſtributionum reſarcire, *ut cenſuit Sac.*
Congregatio apud Gonzal. de Reſervat. menſ. & altern.
Epiſc. gloſ. 5. §. 9. num. 65. & 122. Bonacin. de Hor.
canon. d. diſp. 2. quæſt. 4. punct. 4. num. 5. & ſeq. ubi 122
addit, diſtributiones hujuſmodi deberi coadiuto
etiam excommunicato, quod intellige, dummodò
denunciatus non fuerit, ut infrà dicemus *num.* 139.

Limitatur ſupradicta Concluſio in abſente 123
cauſa gravis infirmitatis: huic enim debentur di-
ſtributiones, etiamſi propria culpa in infirmita-
tem inciderit, quià fictione juris cenſetur præſens,
cap. un. de Cler. non reſid. in 6. cap. conſuetudinem extr.
eod. tit. cap. 1. de Cler. ægrot. cap. clericus victum, 91.
diſt. Jo. Andr. in d. cap. un. & ibid. Gemin. num. 5. late
Monet. 2. par. quæſt. 5. num. 47. & quæſt. 6. num. 22.

Bo-

Digitized by Google

Bonacin. de Hor. canon. diſp. 2. quæſt. 5. punct. 1. num. 1. & ſeq. infirmitas verò gravis in tali caſu dicitur, quæ non ſolùm abſolutè gravis eſt juxtà Medici judicium, ſed etiam quæ abſolutè levis eſt, ſi acceſſu ad Chorum gravis efficeretur, *& ità declaraſſe Sacram Congregationem, refert Garc. de Benef. 3. par. cap. 2. num. 363.*

124 Hoc tamen procedit, quando infirmus alias intereſſe conſuevit, quia tunc poſſet diſtributiones lucrari; ſecùs ſi alias intereſſe non conſueverat: hóc enim caſu non diceretur abeſſe propter infirmitatem, cum morbus per accidens ſe habeat ad abſentiam, *Decian. tom. 2. conſ. 69. num. 8. & ſeq. Monet. 2. par. quæſt. 5. num. 21. Covar. 3. var. cap. 13. num. 8. Azor. 2. par. lib. 7. cap. 7. quæſt. 11. & hanc eſſe communem Doctorum ſententiam teſtatur Bonacin. loco cit. d. quæſt. 5. punct. 1. num. 10. & ſeq.* ubi dicit, quod infirmo, qui aliquando intereſſe conſuevit, conferendæ ſunt etiam diſtributiones, habita ratione temporis, quo ſolebat intereſſe, & habita ratione diſtributionum, quas ſanus, & incolumis probabiliter lucratus fuiſſet, *l. quæ de tota, ff. de Rei vendic. l. à Titio, ff. de verb. oblig.*

125 Ex his infertur, quod non ſolùm laborans febre: ſed etiam podagra, vel ſimili morbo, ob quam pedibus ſubſiſtere, vel ad Eccleſiam accedere nequit, lucrari debet diſtributiones: quia dicitur abeſſe ob infirmitatem, *vide Bonacin. de Hor. canon. d. diſp. 2. quæſt. 5. punct. 1. num. 13. & ſeq. Bich. deciſ. 626. num. 1.*

126 Limitatùr ſecundò, in abſente ex juxta, & rationabili corporis neceſſitate: nam hic etiam lucratur diſtributiones, quamdiu neceſſitas durat, quia hic etiam fictione juris cenſetur præſens, *d. cap. un. de Cleric. non reſid. in 6. Azor. 2. par. lib. 7. cap. 7. quæſt. 10.* ubi dicit, quod tunc ob corporis ne-
127 ceſſitatem cenſetur quis abeſſe, cùm aliquo modo impeditur, quominus ad Eccleſiam ſe conferat; Undè ex tali cauſa dicitur abeſſe qui de conſilio Medici domo non egreditur ob valetudinis periculum, aut qui domi ſe continet cauſa ſumendæ medicinæ, qua corpus expurget aut qui ſanguine eo die minutus eſt, *Graff. 2. par. deciſ. lib. 3. cap. 15. num. 10. Azor. 2. par. lib. 7. cap. 7. quæſt. 10. & alii apud Monet. 2. par. quæſt. 6. num. 8.*

Secundò ex eadem corporis neceſſitate cenſetur abeſſe qui poſtquàm febre ſanatus eſt, Urbe egreditur, ut ſalubriori perfruatur aere, & viribus roboretur, *Bonacin. de Hor. canon. d. diſp. 2. quæſt. 5. punct. 2. num. 4. verſ. Secundo Diſtributiones &c.*

Tertiò qui ob cantum nimium defatigatus aliquantiſper ſe retrahit à Choro, ut ſpiritus aſſumat, ſeque, quantum fert neceſſitas, recreet, *Navar. de Hor. canon. cap. 69. ſub fin. Monet. par. 2. quæſt. 5. num. 50.*

Quartò, ex eadem cauſa cenſetur abeſſe Senex, qui ità Senio confectus eſt, ut Divinis officiis commodè intereſſe nequeat, dummodò aliàs intereſſe conſueverit, qualis eſt ſenex Septuagenarius, vel octuagenarius, *Hoied. cap. 17. num. 17. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cent. 1. caſ. 60. num. 10. Monet. par. 2. quæſt. 7. Azor. loco cit. quæſt. 12. Bonacin. d. quæſt. 5. punct. 2. num. 6.* ubi id Judicis arbitrio judicandum remittit.

Quintò, qui abeſt cauſa peſtis, dùm hæc in loco graſſatur, vel grave periculum eſt, ut ibi invaleſcat, *Menoch. loco cit. caſ. 153. num. 13. Monet. par. 2. quæſt. 5. num. 74. Bonacin. d. quæſt. 5. punct. 2. num. 7.*

Sexto ex eadem cauſa cenſetur abeſſe qui ob gravem metum injuſtè incuſſum reſidere, vel Divinis intereſſe non poteſt, ut ſi quis ob graves inimicitias poſt obtentum Canonicatum ortas abeſſe cogitur, dummodò per ipſum non ſtet, ut hujuſmodi inimicitiæ tollantur, *Bonacin. d. diſp. 2. quæſt. 5. punct. 2. num. 8. Monet. loco cit. par. 2. quæſt. 5. num. 63. Odd. de Reſtit. in integr. 1. par. quæſt. 7. art. 9. Tuſc. tom. 2. litt. D. concl. 514. num. 7. & 9. & cenſuit etiam Sac. Congregatio teſte Garc. de Benef. 3. par. cap. 2. num. 351. verſ. tertio fallit &c.* ubi dicit, quod poteſt Canonicus in alio viciniori, ac tutiori loco manere durante inimicitia, non tamen ultrà Annum, *Cherubin. ad Conſtit. 65. Pii V. Schol. 1.*

Septimò, qui abeſt ob litem, quam Capitulum contrà ipſum injuſtè proſequitur, *Nald. in ver. diſtributiones, num. 10. & alii.*

Octavo, qui privata vi detinetur, aut ab hoſtibus captus fuit, nec per ipſum ſtat, quin redeat, *Azor. 2. par. lib. 7. cap. 7. quæſt. 10. Graff. 2. par. deciſ. cap. 15. num. 10. Odd. de Reſtit. in integr. 1. par. quæſt. 7. art. 6. 7. & 8. Nav. conſ. 11. de Cler. non reſid. Marcig. de Hor. canon. cap. 71. num. 66. & alii communiter.*

Nono, qui ex injuſto Superioris præcepto abeſſe cogitur, vel injuſtè mittitur in exilium, vel in carcerem conjicitur, vel excommunicatus, ſuſpenſus, interdictus, aut degradatus fuit, *Rot. in Calaguritana 2. Junii 1586. coram Card. Plato, quam refert Tuſc. tom. 2. litt. D. concl. 514. num. 9. latè Bonacin. de Hor. canon. d. diſp. 2. quæſt. 5. punct. 2. nu. 10.* ſubdens, quod injuſtè carceratus, vel excommunicatus, &c. ſi commodè poſſit innocentiam probare, & non probat, aut impedimenta non aufert, non dicitur abeſſe ex corporali neceſſitate, ſed potius ex propria negligentia, *Monet. de Diſtribut. 2. par. quæſt. 5. num. 43. Marcign. cap. 71. num. 96.* probata verò innocentia ſi per Judicis ſententiam abſolutus fuerit, amiſſas diſtributiones recuperat, dummodò aliàs Choro intereſſe conſueverit, *Nald. in ver. diſtributiones, num. 10. Garc. de Benef. 3. par. cap. 2. num. 369. Nav. conſ. 10. & 11. de Cler. non reſid. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 9. num. 15. Monet. 2. par. quæſt. 5. num. 80. Covar. 3. var. cap. 13. num. 8. Layman. in Theol. mor. lib. 4. tract. 1. cap. 7. num. 2. Quaran. in ver. Diſtributiones, verſ. de Canonico &c. Bonacin. d. diſp. 2. quæſt. 5. punct. 2. §. 1. num. 1. & ſeq. & §. 2. num. 5.* Diſtributiones verò, quas Canoni- 128
cus amiſit ob injuſtam cenſuram, repeti debent ab ipſiſmet Canonicis, quibus applicatæ fuerunt: quià ipſis non fuerunt irrevocabilitèr applicatæ, 129
& in defectu Canonicorum datur actio contrà Judicem, qui injuſtè proceſſit, tàm pro diſtributionibus, quàm pro intereſſe damnorum, & expenſarum; verùm ſi Judex bona fide, & ſervato juris ordine cenſuram tulit, non tenetur in foro conſcientiæ ad reſtitutionem; idemque dicendum de Canonicis, qui diſtributiones ſibi applicatas con- 130
ſumpſerunt bona fide, nec in re aliqua facti ſunt locupletiores, *Felin. in cap. Apoſtolicæ 12. de except. Gutier. lib. 1. canonic. quæſtion. cap. 1. num. 13. Alter. de Cenſur. lib. 1. diſp. 6. cap. 9. col. 12. & 13. verſ. hanc opinionem &c. Garc. de Benef. 7. par. cap. 13. num. 12.*

Notandum tamen eſt, quod ſuſpenſus ab of- 131
ficio non privatur diſtributionibus, ſive officium ſit ordinis, ſivè juriſdictionis, quia ſuſpenſus ab officio non prohibetur, quin Divinis intereſſe poſſit, & conſequentèr diſtributiones percipiat; niſi fortè aliquæ diſtributiones conferantur ratione officii: quo caſu, cum officium exercere nequeat, conſequenter diſtributiones, quæ ratione officii

conferuntur, percipere non poteſt, *Navar. in man. cap. 27. num. 160. Suar. de Cenſur. diſp. 26. ſect. 3. Garc. de Beneſ. par. 7. cap. 14. num. 58. Bonacin. de Hor. canon. d. diſp. 2. quæſt. 5. punct. 2. §. 3. num. 2. & de Cenſur. diſp. 3. punct. 1. num. 2.* quamvis contrarium teneat *Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 51. num. 10.*

132 Notandum ſecundò, quod Clerico excommu-
nicato, aut ſuſpenſo propter crimen, alimenta ex
redditibus beneficii ſunt exhibenda, nè cogatur
gravatus inopia mendicare in obbrobrium ordinis
133 clericalis, *ut tradunt DD. communiter in cap. Paſtora-
lis, §. verùm, de Appell.* ſecùs eſſet ſi ſuſpenſus, aut
excommunicatus fuerit propter contumaciam:
quo caſu nihil illi ex redditibus Eccleſiæ datur,
etiamſi egenus, & pauper ſit, cum poſſit reſipiſce-
re à contumacia, ac tandem à ſuſpenſione, vel ex-
communicatione immunis effici, *gloſ. & Doctores
communitèr in d. §. verum, Covar. lib. 3. var. cap. 13.
num. 8. verſ. duodecimo hinc etiam &c.*

134 Notandum tertiò, quod licet ſuſpenſus à be-
neficio privetur fructibus, & diſtributionibus,
quæ beneficiarlis intuitu beneficii conferuntur,
cum ſuſpenſio à beneficio importet privationem
135 omnium emolumentorum, & redditum, qui per-
cipiuntur intuitu beneficii: non tamen privatur
eleemoſinis, quæ ob mortuoria, ſeu anniverſaria,
& his ſimilia conferuntur; ratio eſt, quia hæc non
dantur intuitu beneficii, ſed ratione perſonalis mi-
niſterii, *Sayr. de cenſur. lib. 4. cap. 6. num. 11. Bona-
cin. de Hor. canon. diſp. 2. quæſt. 5. pun. 2. §. 3. num. 3.*

Notandum quartò, quod ſuſpenſus à Divinis
136 officiis, cenſetur etiam ſuſpenſus a diſtributioni-
137 bus: quia ſuſpenſus a Divinis officiis non poteſt
ex officio, & tanquam Miniſter Eccleſiæ perſolve-
re Divina officia, ſed ſolum tanquam Laicus; con-
ſequentèr non poteſt diſtributiones percipere, cum
hæ conferantur perſolventibus Divinum officium,
& horas canonicas ex officio, & tanquam Mini-
ſtris Eccleſiæ, non tanquam Laicis; quod proce-
138 dit, dummodò fuerit declaratus ſuſpenſus; ſecùs ſi
non fuerit declaratus: quia cum in tali caſu tole-
retur ab Eccleſia, officia, quæ ab ipſo perſolvun-
tur, valorem habent ex meritis Eccleſiæ, ut in ſi-
mili dicitur de excommunicatis, aut interdictis
non denunciatis, ſed toleratis: iſti enim aſſiſten-
do Divinis officiis lucrantur etiam diſtributiones,
*Bonacin. loco cit. d. quæſt. 5. pun. 2. §. 3. num. 4. & §. 4.
num. 4. & ſeq. Macign. cap. 71. num. 81. & Monet. 2. par.
qu. 17. num. 22. & 51.*

139 Notandum quinto, quod Canonici tempore
interdicti ſpecialis non privantur diſtributionibus
quia per ipſos non ſtat, ne Divinis interſint, cum
in ea Eccleſia celebrare nequeant: quod enim cul-
paret, in damnum cedere non debet, *cap. 2. de
Conſt.* idemque dicendum, quando Eccleſia, in
qua celebrare conſueverunt, polluta eſt; quià ſi-
140 militer per ipſos non ſtat, nè Divina officia in ip-
ſa perſolvantur, *Monet. 2. par. quæſt. 16. num. 29.
Bonacin d. quæſt. 5. pun. 2. §. 6.* ubi enumerat caſus,
141 in quibus Eccleſia polluitur; tempore verò inter-
dicti localis generalis privantur diſtributionibus,
142 ſi Divinis officiis non interſint: quia eo tempore
perſolvi debent Divina officia, ſervata forma *cap.
Alma mater, de ſent. excom. in 6.*

143 Notandum ſexto, quod tempore ceſſationis
à Divinis ſivè particularis, ſivè generalis diſtri-
butiones Canonicis ſubtrahuntur: non enim licet
officia celebrare tempore ceſſationis à Divinis tàm
generalis, quam particularis, *cap. ſi Canonici, §.
144 ſcituri, de offic. ordin. in 6.* undè in tali caſu non ad-
mittitur excuſatio, quod per ipſos non ſtat &c.
ratio eſt, quia in hoc caſu ita lex ſpecificè diſponit
in d. §. ſcituri; datur tamen Canonicis actio ad re-
petendas diſtributiones contra eum, cujus culpa
à Divinis officiis ceſſatum eſt, *Covar. in cap. Alma
mater §. 4. num. 7. Monet. 2. par. quæſt. 16. num. 36. Bo-
nacin. de Hor. canon. d. diſp. 2. quæſt. 5. pun. 2. §. 5.
num. 3. ad fin.*

Notandum ſeptimo, quod Canonicus irregu- 145
laris ob irregularitatem præcisè non privatur di-
ſtributionibus: quià irregularis poteſt licitè Divi-
nis officiis intereſſe; irregularitas enim non impe-
dit Divini officii celebrationem, ſed ſuſceptionem
ordinum, & illorum exercitium, *latè Bonacin. de
Hor. canon. d. diſp. 2. quæſt. 5. pun. 2. §. 7.*

Notandum octavo, quod Canonicus realiter, 146
& actualiter degradatus, & etiam depoſitus, qui
dicitur degradatus verbaliter, non lucratur diſtri-
butiones; uterque enim privatur omni officio, & 147
beneficio in perpetuum abſque ulla ſpe illud con-
ſequendi: cum hac tamen diſtinctione, quod rea- 148
litèr, & actualiter degradatus privatur omni pri-
vilegio Clericali; depoſitus verò privilegium cle-
ricale non amittit, *cap. degradatio, de pæn. in 6. cap.
dilectus, cap. pro illorum, de Præb. Henriq. lib. 13. cap.
55. Covar. 3. var. cap. 13. num. 8. illat. 12. Monet. 2.
par. quæſt. 17. num. 27.* quod intellige, dummodò 149
degradatus legitimam appellationem non inter-
poſuerit, nam appellatio ſententiam, ejuſque effe-
ctum ſuſpendit, *l. 1. ubi DD. ff. de Appell. Bonacin.
d. diſp. 2. qu. 5. pun. 2. §. 8. num. 4.*

Limitatur tertio ſupradicta concluſio in Ca- 150
nonico, vel alio abſente ob evidentem ſuæ Eccle-
ſiæ utilitatem, vel neceſſitatem, dummodò alias
intereſſe conſueverit; quia tunc etiam cenſetur
præſens fictione juris; & ideò diſtributionibus
privari non debet, *d. cap. unic. de Cler. non reſid. in
6. & eſt communis Doctorum ſententia.*

Ad hunc autem effectum requiritur cauſa evi-
dens, nec ſufficeret, ſi dubia tantùm eſſet; & ideò 151
abſens non excuſatur, quando dubium eſt, an ne-
gotium, de quo agitur, utile futurum ſit Eccle-
ſiæ; idem dicendum, ſi de re levis momenti agere-
tur, & Canonicus diù in expediendo hujuſmodi
negotio abfuturus credatur: quià res modici mo-
menti pro nihilo reputatur, *Monet. 2. par. quæſt.
11. num. 33. Macign. de Hor. canon. cap. 71. num. 99.
latè Bonacin. d. diſp. 2. qu. 5. pun. 3. num. 1. & ſeq.*

Hinc infertur, quod diſtributiones debentur 152
Canonico, qui electus Vicarius Capituli ſede va-
cante abeſt, ut ſuum officium exerceat, vel tan-
quàm Theologus, aut Canoniſta à ſuo Capitulo 153
mittitur ad Concilium generale, vel tanquam pro-
curator ad Concilium provinciale, dummodò alias
conſueverit intereſſe, ut ſuprà diximus; quià iſti
cenſentur abeſſe ob evidentem ſuæ Eccleſiæ utili-
tatem, *Garc. de Beneſ. 3. par. cap. 2. num. 358.* ſubdens
num. ſeq. quod Canonicus Vicarius Epiſcopi ſi abſit
ad exercendum ſuum officium, non lucratur di- 154
ſtributiones; quia iſte non cenſetur abeſſe ob uti-
litatem ſuæ Eccleſiæ, *Monet. 2. par. qu. 11. num. 91.
Decian. to. 2. conſ. 69. num. 9.*

Idem dicendum ſi Canonicus à ſuo Capitulo 155
ad Summum Pontificem, vel alium Principem le-
gationis titulo mittatur etiam gratulationis cauſa;
tunc enim dicitur abeſſe ob utilitatem ſuæ Eccle-
ſiæ; quemadmodum in prophanis, qui ad ſimilia
negotia mittuntur, in Reip. utilitatem miſſi cen-
ſentur, *l. qui mittuntur, ff. ex quib. cauſ. major. Gil.
de Reſtit. in integr. 1. par. quæſt. 6. art. 10. num. 32. &*

36. *Ma-*

Digitized by Google

36. Monet. 2. par. quæſt. 5. num. 34. & quæſt. 11. num. 92. Bonacin. de Hor. canon. d. diſp. 2. quæſt. 5. pun. 3. num. 12. & ſeq. ubi dicit, quod diſtributiones de-
156 bentur etiam Canonicis, qui ab Epiſcopo ad Apo-
ſtolorum limina mittuntur, vel ipſum ad eadem limina comitantur, quia abeſſe cenſentur ob utilitatem propriæ Eccleſiæ, cum ad Sedem Apoſtolicam relaturi ſint ſtatum etiam propriæ Eccleſiæ, ut ipſius commodo proſpiciatur, *ita declaravit Sac. Congregatio teſt: Ricc. deciſ. 498. nu. 3. Garc. de Beneſ. 3. par. cap. 2. nu. 349.*

157 Infertur ſecundo eum, cui à Capitulo commiſſa ſunt negotia ad evidentem Eccleſiæ utilitatem ſpectantia, poſſe tempore abſentiæ diſtributiones percipere, ſi ea expediat tempore Divinorum officiorum, etiamſi alio tempore expedire potuerit: quia hic dicitur abeſſe ob evidentem ſuæ Eccleſiæ utilitatem *ſecundùm Bonacin. de Hor. canon. d. diſp. 2. quæſt. 5. pun. 3. num. 15.* licet contrarium teneat *Monet. de diſtribut. 2. part. quæſt. 5. num. 25. & 28.*

158 Infertur tertio abſentem ex gravi negotio expediendo lucrari poſſe diſtributiones, etiamſi aliquot horas, vel dies in ludos, vel recreationem inſumat, dummodò ludi hujuſmodi non fuerint cauſa, ut citiùs ſuſceptum negotium non expediret, quia adhùc dicitur abeſſe ob evidentem ſuæ ſuæ Eccleſiæ utilitatem, & ludi accidentaliter ſe habent ad principalem cauſam abſentiæ, *Navar. de Hor. canon. cap. 21. num. 64. Monet. 2. par. quæſt. 13. num. 47. Bonacin. d. diſp. 2. quæſt. 5. pun. 3. nu. 20.*

159 Notandum tamen eſt, quod Canonicus, qui
abeſt ſinè licentia Epiſcopi, non lucratur diſtributiones, etiamſi abſit ob evidentem Eccleſiæ utilitatem, ita diſponente Sac. Concilio Tridentino *ſeſſ. 23. de ref. cap.* 1. quod licèt ibi loquatur de Parochis, tamen ex identitate rationis comprehendit etiam Canonicos, alioſque ad reſidentiam aſtrictos, *ut ſenſit Rota in Calaguritana fructuum 16. Maii 1614. coram Ubaldo, & in Treveren. 10. Maii 1606. coram Manzanedo, Macign. de Hor. canon. cap. 68. nu. 14. & ſeq. Bonacin. loco cit. d. qu. 5. pun. 3. num. 22.*

160 Notandum ſecundo, quod abſens in ſervitio
Papæ, vel ejus Legati, aut proprii Epiſcopi, licet lucretur fructus ſui beneficii, quia fictione juris præſumitur reſidere, non tamen lucratur diſtributiones, præciſo privilegio, vel quadragenaria conſuetudine, ratio eſt, quia hic non dicitur abeſſe ob utilitatem propriæ Eccleſiæ, *cap. de cætero, & cap. ad audientiam de Cler. non reſid. Monet. de diſtribut. 2. par. quæſt. 8. num. 15. & quæſt. 9. nu. 3. & 13. Garc. de Beneſ. 3. par. cap. 2. num. 385. Hojed. 1. par. qu. 17. num. 5. Macign. cap. 71. num. 124. Rota in Romana S. Petri 8. Aprilis 1621. coram Pirovano, Bonacin. d. diſp. 2. quæſt. 5. pun. 3. §. 2. num. 2. & ſeq. Sbroz. de offic. Vic. lib. 1. quæſt. 43. num. 3. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 53. num. 142.*

161 Notandum tertio, quod Canonici à Capitu-
lo deputati, ut Epiſcopus in negotiis peragendis ipſorum Conſilium, aut conſenſum perquirat, ſi ex tali cauſa abſint, lucrantur diſtributiones, *Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. de ref. cap. 6. Monet. 2. part. quæſt. 7. num. 13. & ſeq. Bonacin. d. diſp. 2. quæſt. 5. pun. 3. §. 2. num. 1. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 3. alleg. 73. num. 6.*

162 Illud etiam eſt notandum, quod ſi omnes fru-
ctus conſiſterent in diſtributionibus quotidianis, eo caſu duæ partes deberentur Canonicis inſer-
163 vientibus Papæ, vel Legato, aut Epiſcopo, & tertia accreſceret intereſſentibus, *Nald. in ver. diſtributiones, num. 7. & alii apud Bonacin. d. diſp. 2. qu. 5. pun. 3. §. 2. num. 3. vide quæ diximus in tract. de Regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 16. num. 12. & ſeq.*

Infertur quarto, quod abſentes ad tuenda Ca- 164
pituli jura, non privantur diſtributionibus, etiam ſi congruum a Capitulo conſtitutum ſit ſalarium: quià ab eſſe dicuntur ob utilitatem ſuæ Eccleſiæ, *Monet. de Diſtribut. 2. par. quæſt. 11. num. 16. Macign. de Hor. canon. cap. 71. num. 104. Bonacin. loco cit. d. qu.*
5. pun. 3. quæſt. 5. pun. 3. §. 3. num. 1. & ſeq. Item 165
Canonicus abſens ad tuenda jura ſuæ præbendæ eadem ratione lucratur diſtributiones, etiamſi conſtituere poſſit procuratorem, *Navar. conſ. 14. de Cleric. non reſid. Rota in Calaguritana fructuum 26. Maii 1614. coram Ubald. quam refert Bonacin. de Hor. canon. diſp. 2. quæſt. 5. pun. 3. §. 3. num. 3. & ſeq.* ubi
dicit, quod Archidiaconus etiam lucratur diſtri- 166
butiones, dum in loco beneficii viſitat Eccleſiam, aut jura, vel redditus ſuæ præbendæ, quia cenſetur in re utili Eccleſiæ inſervire.

Limitatur quarto prædicta Concluſio in jis, 167
qui fictione juris non ſolum cenſentur præſentes, ſed etiam in Choro intereſſentes, quales ſunt Canonicus Pœnitentiarius, & Theologus: iſtis enim, dum munera ſua obeunt, debentur non ſolùm diſtributiones ſibi ex communi maſſa debitæ, ſed etiam diſtributiones propriè acceptæ, quibus privantur abſentes, *Conc. Triden. ſeſſ. 24. de ref. cap. 8. & 12. & ſeſſ. 21. de ref. cap. 3. cap. unic. de Cler. non reſiden. in 6. Garc. de Beneſ. 3. par. cap. 2. num. 465.* im-
mò debentur etiam diſtributiones, quæ conferun- 168
tur comitantibus, & proſequentibus funus, vel celebrantibus Miſſas, & Anniverſaria: quià cenſentur præſentes etiam proceſſionibus, & exequiis Defunctorum, quæ fiunt eo tempore, quo ipſi muneri ſuo incumbunt, *ut declaravit Sacr. Congregatio teſte Garc. de Beneſ. part. 5. cap. 4. num. 125. Bonacin. de Hor. canon. d. diſp. 2. quæſt. 5. pun. 3. §. 5. nu.*
3. & ſeq. ubi dicit, quod eodem privilegio gaudet 169
Canonicus, qui de licentia Superioris confeſſiones audit Canonicatu pœnitentiali vacante, vel in defectum Pœnitentiarii abſentis, *Nald. in verb. diſtributiones, num. 9. Gonz. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. num. 180. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 3. alleg. 56. num. 6. & ſeq. & alleg. 73. num. 6.* ubi ſubiicit, quod
Canonicus Theologus ea die, qua legit, lucratur 170
prædictas diſtributiones, etiamſi abſit ab Eccleſia, quià cenſetur præſens in Choro non ſolùm ea hora, qua legit, ſed etiam pro tota die, *ut cenſuit Sac. Congregatio teſte Monet. 2. par. quæſt. 10. num. 27. & qu. 11. num. 75.*

Idem dicendum de aliis, qui tempore Divi-
norum officiorum vigore conſuetudinis, vel juſſu 171
Superioris Miſſas celebrant, vel confeſſiones audiunt, vel alia Sacramenta miniſtrant: nàm etiam iſti, dùm hæc faciunt, cenſentur Choro intereſſe, & lucrantur diſtributiones, ſicut diximus de Theologo, & Pœnitentiario, *Barboſ. de Canon. & dignit. cap. 23. num. 16. Bonacin. de Hor. canon. diſp. 2. qu. 5. pun. 3. §. 4. num. 4.*

Notandum tamèn eſt, quod Canonicus, ſeù
Dignitas, cujus præbendæ annexa eſt cura Ani- 172
marum, non lucratur in abſentia diſtributiones propriè acceptas, dùm muneri parochiali incumbit, niſi ad id concurrat Eccleſiæ conſuetudo, vel privilegium, quo caſu cenſetur præſens in Choro, *ut cenſuit Sacra Congregatio prout refert Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 7. proœm. num. 195. Monet. 2. part. quæſt. 11. num. 71. Bonacin. de Hor. canon. diſp. 2. quæſt. 5. pun. 3. §. 7. num. 3. & 15.* ubi dicit, quod Canonico, ſeù
Digni- 173

Dignitati exercenti curam Animarum in Eccleſia
diverſa ab ea, in qua Canonicatum, vel Digni-
tatem habet, non debentur dictæ diſtributiones
propriè acceptæ, ſed aliæ, de quibus agimus ſu-
pra *num.* 101.

174 Secùs eſſet, ſi nulla concurreret conſuetudo,
aut privilegium: quia attento jure communi Di-
gnitas, ſeù Canonicus abſens propter curam
Animarum, non dicitur abeſſe ob utilitatem pro-
priæ Eccleſiæ, ſed in commodum ovium ſibi ſub-
ditarum, *ut colligitur ex conſtitut. 65. Pii V. incip.
cupientes &c.*

175 Notandum ſecundò, quod Canonici abſen-
tes cauſa ſtudii, Vicarii foranei, Viſitatores Diœ-
ceſis, & Examinatores a Synodo deputati, qui
cauſa proprii officii exercendi a Choro abſunt, eo
tempore non lucrantur diſtributiones propriè di-
ctas, niſi ſimilitèr concurrat vel ſpeciale privile-
176 gium Sedis Apoſtolicæ, vel conſuetudo legitimè
præſcripta: quia licèt iſti habeantur pro præſenti-
bus, ſeù reſidentibus ad effectum lucrandi fru-
ctus beneficiorum, non tamèn habentur pro inte-
reſſentibus in Choro, *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſ-
cop. par. 3. alleg. 53. num. 126. Bonacin. de Hor. canon.
d. diſp. 2. quæſt. 5. pun. 3. §. 8. num. 3. verſ. Hinc ergo &c.
& §. 9. num. 3. verſ. ex his &c.*

177 Notandum tertiò, quod ſolus Summus Pon-
tiſex poteſt facultatem, ſeù privilegium concede-
re, ut abſens diſtributiones lucretur, quia ſolus
Summus Pontiſex poteſt diſpenſare in iis, quæ
178 jure humano præſcripta ſunt; Prælati verò infe-
riores non poſſunt diſpenſare in lege Superio-
ris, niſi in caſibus à jure expreſſis, *cap. quod ſa-
per his, de major. & obed. cap. cum omnes, de con-
ſtitut. clement. ne Romani, de Elect. Macign. de Hor.
canonic. cap. 71. numer. 20. Gratian. diſceptat. forenſ.
cap. 166. latè Garc. de beneſ. par. 3. cap. 2. numer. 404.
ubi refert Sacræ Congregationis declarationes, Bo-
nacin. de Hor. canonic. d. diſp. 2. quæſtion. 1. punct. 4.
num. 1. & ſeq.*

179 Notandum quartò, quod privilegium alicui
conceſſum, ut abſens diſtributiones lucretur, odio-
ſum eſt, & conſequentèr ſtrictè explicandum, ſer-
vata verborum proprietate: tum quià adverſatur
juri communi prohibenti, nè diſtributiones abſen-
tibus conferantur, tum etiàm quià repugnat juri
aliorum Canonicorum, quibus diſtributiones ab-
ſentis accreſcunt, *cap. odia, de Reg. Jur. in 6. l. cum
quidam, ff. de liber. & poſthum.* & ideo non exten-
180 ditur ad mortuoria, & anniverſaria: hæc enim
non ſunt propriè diſtributiones quotidianæ, ſed
inſtar cujuſdam Salarii, aut eleemoſinæ ex men-
te defunctorum intereſſentibus tantum conferun-
tur, nec proveniunt ex beneficio, ſed ex confe-
rentium voluntate, *Ricciul. deciſ. 494. numer. 8.
Nald. in ver. diſtributiones, numer. 8. latè Bonacin. d.
diſp. 2. quæſt. 5. pun. 2. §. 1. num. 5. & pun. 4. nu. 5. & 6.* ubi
181 dicit, quod neque debentur hujuſmodi anniver-
ſaria abſentibus ob infirmitatem, vel ob eviden-
tem Eccleſiæ utilitatem, vel ob injuſtum carcerem;
licèt contrarium teneat *Quarant. in ver. diſtributio-
nes, verſ. ampliatur ſecundò &c.*

182 Notandum quintò, quod is, qui hujuſmo-
di privilegium obtinuit, non poteſt eo uti, ſi
ex uſu Divinus cultus notabilitèr diminueretur,
ut quando Canonicorum numerus ità diminui-
tur, ut Divina officia decentèr celebrari nequeant;
ratio eſt, quià hic caſus cenſetur per Epichejam
exceptus: nàm ſi Superior illum præcogitaſſet,
privilegium non conceſſiſſet, *cap. ſuggeſtum, de
Decim. cap. cum ad hæc, de Cler. non reſid.* ubi, quod
privilegium eſt revocandum, dùm Eccleſia ob 183
miniſtrorum defectum damnum patitur, & præ-
judicium indè recipit, *& ità declaravit Sacra Con-
gregatio teſte Bonacin. d. diſp. 2. quæſt. 5. punt. 4. numer.
7. & ſeq.*

Notandum ſextò, quod ſi Capitulum ob- 184
tinuit privilegium, ut Canonici ſine jactura di-
ſtributionum duobus Menſibus in Anno abeſſe
poſſint, non poteſt eo uti Canonicus, niſi inte-
gris decem menſibus in Anno Eccleſiæ inſervie-
rit, vel inſervire poſſit: undè Canonicus, qui
v. g. ſex, vel ſeptem menſibus antè finem Anni
aſſumptus fuit ad Canonicatum, frui non debet
privilegium duorum Menſium intrà hos ſex, vel
ſeptem menſes: tùm quià verſamur in materia
odioſa, & ideò ſtrictè explicanda, tùm etiàm
quià hic non dicitur uno Anno Canonicatum
poſſediſſe, *Bonacin. de Hor. canon. d. diſp. 2. quæſt. 5.
pun. 4. num. 9.*

Notandum ſeptimò, quod ſi Summus Pon- 185
tifex proprio reſcripto jubeat, abſenti conſigna-
ri fructus beneficii, ac ſi ipſe præſens fuiſſet, non
ex hoc ei debentur diſtributiones quotidianæ,
*gloſ. communiter recepta in cap. un. de Cleric. non reſid.
in 6. Capad. deciſ. ua. eod. cit. Covar. lib. 3. var. cap. 13.
numer. 2.*

Notandum octavò, quod ſi Beneficiarii alio 186
titulo, quàm ratione abſentiæ privantur diſtri-
butionibus, ut ſi priventur in pœnam criminis;
tùnc diſtributiones non ſunt conferendæ aliis Ca-
nonicis, ſed potiùs Fiſco Eccleſiæ, ſeù pio loco,
qui in locum Fiſci ſuccedit; ratio eſt, quia hæc
eſt natura privationis, & confiſcationis bono-
rum, ut Fiſco applicata cenſeantur, ſeù locis
piis, quæ habentur loco Fiſci, *Covar. lib. 2. var.
cap. 9. numer. 9. Dian. in Prax. crimin. cap. 142. Bo-
nacin. de Hor. canon. dict. diſp. 2. quæſt. 7. pun. 1. num. 3.*

Idem dicendum, quando omnes ſua culpa
à Choro abſunt, puta ob negligentiam, vel ob 187
interdictum latum contra ipſum Capitulum, vel
ob aliam conſimilem cauſam, quia tùnc diſtri-
butiones applicantur Eccleſiæ, quæ debito cultu
defraudata eſt, *Covar. d. lib. 3. cap. 13. num. 7. &
alii apud Macign. de Hor. canonic. cap. 71. numer. 107.
& apud Monet. de Diſtribut. 3. par. quæſt. 6. numer. 47.*
ſecùs eſſet, ſi Canonici abſque culpa abſint, ut 188
quià Eccleſia repentè diruta eſt, aut polluta, aut
quià omnes in morbum lapſi ſunt: in his enim,
& ſimilibus caſibus diſtributiones non cedunt Ec-
cleſiæ, ſed ipſiſmet Canonicis, *Bonacin. loco cit. d.
quæſt. 7. pun. 1. num. 5.*

Dico ſecundò, quod diſtributionum remiſſio 189
facta abſenti ab aliis Canonicis, quibus ob aſſi-
ſtentiam in Choro diſtributiones debentur, eſt il-
licita, & invalida.

Prima pars hujus concluſionis, videlicèt,
quod hujuſmodi remiſſio ſit illicita, probatur *ex
cap. un. de Cler. non reſid. in 6.* ubi cavetur, ne diſtri-
butiones conferantur abſentibus, *& ex Concilio Tri-
dentino ſeſſ. 24. de ref. cap. 12. ibi diſtributiones verò
qui ſatis horis interfuerunt, recipiant, reliqui quavis
colluſione, aut remiſſione excluſa his careant juxtà Boni-
facii decretum, incip. conſuetudinem &c. quod Sancta
Synodus in uſum revocat non obſtantibus quibuſcumque
ſtatutis, & conſuetudinibus*; idque jure merito indu-
ctum eſt, quià aliàs Divinus cultus valdè dimi-
nueretur in Choro, concepta ſpe, vel certitudine
non amittendi diſtributiones tempore abſentiæ,
*ut advertit. Bonacin. de Hor. canon. d. diſp. 2. quæſt. 5.
pun. 7.*

pun.7. §.1. num.1. & ſeq. & §.3. num. 1. Garc. de Beneſ. 3. par. cap. 2. num. 432.

190 Secunda pars, quod talis remiſſio ſit invalida, probatur ex eodem *Concilio loco cit.* dùm abſolutè diſponit, ut abſentes diſtributionibus careant quavis colluſione, aut remiſſione excluſa; & ideò abſentes, ſi diſtributiones ſibi remiſſas acceperint, non faciunt ſuas, ſed eas tenentur etiam antè Judicis ſententiam reſtituere fabricæ Eccleſiæ, quatenus indigeat, aut alteri pio loco Epiſcopi arbitrio, *ut declaravit Sac. Congregatio teſte Garc. de Beneſ.3. par. cap.2. num.432. vide Ricciul. deciſ.494. num.5. Quarant. in ver. reſidentia, verſ. item pro, oppoſitionem iliam &c.*

191 Obſervant tamèn Doctores diſpoſitionem Concilii procedere tantùm in remiſſione de futuro, hoc eſt in ea conditione diſtributionum, quæ nondum ſunt in poteſtate, & dominio remittentis, non autèm in remiſſione de præterito, videlicèt in condonatione earum diſtributionum, quæ jam accreverunt remittenti, etiamſi nondum applicatæ ſint donanti, neque ad ipſius manus pervenerint, ut quia ſunt adhùc penès Theſaurarium, aliumve, qui paratus eſt eas ſolvere: & ideò Canonicus, ſeù Capitulum poſſe aliis Canonicis abſentibus eas diſtributiones condonare, quæ jam accreverunt eidem Capitulo, vel Canonicis præſentibus, (dummodò id non fiat in fraudem legis, & nulla præceſſerit conventio) *ità Rodriq. in Summ. 1. par. cap. 33. numer. 3. ſub fin. Monet. de Diſtribut. 3. par. quæſtion. 5. numer. 6. Naid. in ver. diſtributiones, numer. 3. Navar. conſ. 7. de Cler. non reſid. Philiarc. 1. par. lib. 1. cap. 13. Macign. de Hor. canonic. cap. 81. numer. 152. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 30. numer. 17. Azor. 2. part. lib. 7. quæſtion. 9. Rota in Hyſpalen. 2. Maii 1603. coram Coccino*, quamvis contrarium teneant *Ricciul. deciſion. 494. numer. 4. Garc. de Beneſic. 3. par. cap. 2. numer. 431. Bonacin. de Hor. canonic. d. diſp.2. quæſt. 5. pun.7. §.1. num. 5. & §. 2. num. 2. Barboſ. de Canon. & Dignit. cap.22. num. 23.*

192 Obſervant ſecundò, licitam eſſe tranſactionem circa præteritas diſtributiones, cum dubium aliquod inter Canonicos conſurgit, an quis amittere debeat diſtributiones, vel an illas malè perceperit: quià nullo jure prohibetur tranſactio circà diſtributiones tempori præterito reſpondentes, *Bonacin. d. diſp. 2. quæſtion. 5. pun. 7. §. 3. num.*
193 *2. & 4.* ubi ſubdit, quod ſicùt vendi poſſunt beneficii fructus ſubſequentium Annorum, ita etiam vendi poſſunt diſtributiones futuræ: quia diſtributiones præcisè ſunt aliquid temporale, ſicut ſunt beneficii fructus ut ſic, & in illis Beneficiario liberum jus competit.

194 An verò valeat conſuetudo, ut diſtributiones abſentibus debeantur? Reſp. negativè, etiamſi hujuſmodi conſuetudo eſſet immemorabilis, quia hæc improbatur *in cap. un. de Cleric. non reſid. in 6. & in Conc. Trident. d. ſeſſ. 24. cap. 12. ità Covar. lib. 3. var. cap. 13. num. 2. Duen. reg. 206. & 134. limit. 6. Hojed. de Incompat. beneſ. par. 3. cap. 2. numer. 430.* Non deſunt tamèn Doctores, qui aſſerunt, hujuſmodi conſuetudinem validam eſſe, dummodò ex rationabili cauſa inducta ſit, ac legitimè preſcripta ſpatio ſaltem quadraginta Annorum, *ità Tuſch. tom. 2. litt. D. concl. 514. Macign. de Hor. canonic. cap. 71. & alii apud Garc. de Beneſic. par. 3. cap. 2. numer. 247. & ſeq. Bonacin. de Hor. canonic. diſp. 2. quæſtion. 5. punct. 6. nu-*
195 *mer. 1. & ſeq.* ubi dicit, quod lex improbans conſuetudinem, cenſetur eam ſolùm reprobare, quæ ſinè cauſa inducta eſt, aut quæ intrinſecè eſt mala.

Ex quo inferunt, quod permitti poteſt 196
conſuetudo quadragenaria, vel immemorabilis, ut Canonici Cathedralis, vel Collegiatæ Eccleſiæ abeſſe poſſint per duos, vel tres Menſes, & tamquam præſentes reputentur quoad diſtributiones percipiendas; hæc enim conſuetudo induci conſuevit ad honeſtam animi relaxationem, ut elapſo recreationis tempore Canonici Divinum officium majori cum alacritate, & ſpiritu iterùm aſſumant: expedit enim, ut aliquando Miniſtris Eccleſiæ quies aliqua detur, *Covar. lib. 3. var. d. cap. 13. numer. 5. Monet. 2. par. quæſt. 12. numer. 54. Cened. in Collect. ad jus canonic. 3. par. collect. 15. numer. 7. Macign. de Hor. canon. cap. 65. numer. 21.*

Inferunt ſecundò, eſſe permittendam ſimi- 197
lem conſuetudinem, qua Clerici nocturnis precibus aſſiſtentes tàntum lucrantur, quantum cæteri, qui reliquis Divini officii diurnis horis interſunt; quia juſta de cauſa inducta videtur hæc conſuetudo, videlicèt ut Clerici ſpe diſtributionum eo tempore acquirendarum, alliciantur ad Divinas laudes noctu decantandas, *Hoied. 1. par. cap. 17. numer. 11. Monet. de diſtribut. 2. par. quæſt. 12. numer. 42. Bonacin. loco cit. d. diſp. 2. quæſt. 5. punct. 6. numer. 14.*

Inferunt tertiò tolerandam eſſe quadragena- 198
riam conſuetudinem, ſecundùm quam Canonicis, qui quadraginta Annorum ſpatio ſervierunt, diſtributiones tamquam præſentibus in Choro tribuuntur: quià ſimilitèr hæc conſuetudo ex rationabili cauſa videtur inducta exemplo *l. a muneribus, ff. de muner.* ubi Imperator veteranos Milites proptèr longum ſervitium à muneribus perſonalibus eximit, *& ità ſenſerunt Cened. 2. par. collect. 15. numer. 8. Garc. de Beneſic. 3. par. cap. 2. numer. 344. Monet. 2. par. quæſt. 13. numer. 41. Bonacin. loco citato dict. quæſt. 5. punct. 6. numer. 7.* ubi ſubdit, quod hæc ſententia admitti non debet, quando ob dictorum Canonicorum abſentiam Divinum officium in Choro à reliquis decentèr perſolvi non poſſet.

Inferunt quartò permittendam eſſe quadra- 199
genariam conſuetudinem, ut Beneficiarii Senio confecti, quales ſunt ſeptuagenarii, diſtributiones capiant, etiamſi ad Chorum non accedant, quià Senectus ſufficientem exhibet excuſationis, & abſentiæ Cauſam, *Cened. 2. par. collect. 15. numer. 8. Monet. 2. par. quæſtion. 12. numer. 57. & alii apud Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 60. & apud Hojed. de Incompat. beneſic. 1. par. cap. 17. num. 16.*

Inferunt quintò àdmitti poſſe conſuetudi- 200
nem quadragenariam, & multo magis immemorabilem, ut quis per alium ejuſdem Eccleſiæ Canonicum aſſiſtens, & ſerviens Eccleſiæ fruatur diſtributionibus: tùm quia ex hoc non infertur damnum Divino cultui, vel Eccleſiæ, cui quaſi per accidens eſt, ut unus potius Canoni-
cus, quam altèr aſſiſtat, & inſerviat: tùm etiam 201
quia privilegio induci poteſt, ut per alium inſerviens diſtributiones percipiat: ex conſuetu-
dine autèm immemorabili arguitur privilegium, 202
ſeu titulus, *Monet. 2. par. quæſt. 12. numer. 48. Macign. cap. 67. numer. 8. Azor. lib. 10. cap. 11. quæſt. 6. Bonacin. dict. diſp. 2. quæſtion. 5. punct. 6. num. 17. Rot. in Zamoren. Canonicatus de Toro 18. Maii 1598. coràm Corduba*, quod intellige juxta decretum

Sac.

Sac. Congregationis Concilii, quod ſupra retulimus *num. 89.*

203 Inferunt ſextò validam eſſe ſimilem conſuetudinem, ut abſens cauſa ſtudii diſtributiones tempore abſentiæ capiat, quià talis conſuetudo ex juſta cauſa cenſetur inducta, *Covarr. lib. 3. var. cap. 13. numer. 5. Hojed. 1. par. de Incompat. benefic. cap. 17. numer. 10.*

204 Inferunt ſeptimò Canonicos exiſtentes in ſervitio Papæ, vel Epiſcopi poſſe percipere diſtributiones quotidianas, ſi adſit quadragenaria conſuetudo, quià hæc etiam ex juſta cauſa præſumitur inducta, *Covar. loco citato d. cap. 13. numer. 5. verſ. 3. eadem ratione &c. Duen. reg. 206. limit. 1. Hojed. d. cap. 17. numer. 10. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 166. numer. 19. Monet. par. 2. quæſt. 12. numer. 42. & alii apud Garc. de Benefic. par. 3. cap. 2. numer. 348.*

Inferunt octavò hujuſmodi conſuetudine induci poſſe, ut fructus primi Anni dentur hæredibus Canonici mortui, tùm quià hæc conſuetudo à jure non reprobatur: tùm quià inducta cenſetur ex juſta cauſa, ut ex hujuſmodi fructibus perſolvantur Defuncti debita, & anniverſaria officia pro ejus Anima facilius celebrentur, *ut cenſuit Sacra Congregatio teſte Bonacin. de Hor. canonic. diſp. 2. quæſtion. 5. punct. 6. numer. 12.* 205

F I N I S.

IN-

INDEX RERUM NOTABILIUM.

A

ABSENTIA.

Canonici, qui à Choro abſint tempore à Concilio Tridentino permiſſo non peccant *lib. 2. par.6. cap. ult. num.* 90.

Quid ſi abeſſent paucis diebus ultra dictum tempus *num.* 91.

Canonici abſentes à Choro ultra tres menſes à Concilio præſcriptos peccant mortaliter, etiamſi in Civitate maneant *num.* 92.

Mortuoria, & anniverſaria non debentur abſentibus ob infirmitatem, vel ob evidentem Eccleſiæ utilitatem, vel ob injuſtum carcerem *ibid. num.* 181.

Vide *in verbo Reſidentia*.

ABSOLUTIO.

Epiſcopus, vel ejus Vicarius poteſt abſolvere percuſſorem Clerici per ſe, vel per alium, quando percuſſio eſt levis *lib.* 1. *par.* 1. *cap.* 3. *num.* 122.

Solus Papa abſolvit à cenſura quando percuſſio eſt gravis, excepto mortis articulo *ibid. num.* 123. limitatur *num.* 129. *& ſequen.*

Quando Camera Apoſtolica teneatur ad debita per Clericum contracta *num.* 15.

G

GABELLA.

AN Clericus conjugatus teneatur ad datia, & gabellas *lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 8.
Et an teneatur ad onera perſonalia ibid. *num.* 9. & *num.* 19.
An filii legitimi Clericorum ſint immunes à gabellis, & collectis *num.* 27.
Immunitas à gabellis conceſſa Clerico venditori prodeſt etiam Laico emptori *num.* 31.
Quando Clerici excuſentur à gabellis *lib.* 1. *par.* 1. *cap.* 7. *num.* 12.

H

HABITUS.

CLerici in Sacris conſtituti, aut in minoribus Beneficia poſſidentes deferre debent tonſuram, & veſtes ſuo ordini congruentes *lib.* 2. *part.* 6. *cap.* 1. *num.* 1.
Clerici prædicti tonſuram, & habitum non deferentes qua pœna puniantur ibid. *num.* 2.
Clerici in minoribus conſtituti, qui Beneficia non poſſident, ſi ſucedant ſine habitu, & tonſura, amittunt privilegium fori etiam ſine ulla monitione, & quando hoc procedat *num.* 3.
In Jure non eſt definitum, quæ veſtes ſint congruæ, & verè clericales, & ideo in hoc attenditur conſuetudo Regionis *num.* 4.
Clerici conjugati debent uti illis veſtibus, quibus Clerici conjugati ejuſdem regionis utuntur *n.* 5.
An Clericus teneatur deferre utramque veſtem talarem, pallium ſcilicet, & togam, vel ſatis ſit, ut una ſit talaris *num.* 6
Quid ſi Clerici percipiant penſiones ſummam ducatorum ſexaginta auri de Camera non excedentes *num.* 7.
Conſtitutio Sixti V. quatenùs Beneficiis ipſo facto privat Clericos non deferentes veſtes talares, non eſt uſu recepta *num.* 8.
Quando Clericus non incedens in habitu, & tonſura excuſetur à prædictis pœnis *num.* 9.

HÆRETICUS.

Epiſcopus poteſt in foro externo hæreticos ad fidem redeuntes Eccleſiæ reconciliare præmiſſa abjuratione *lib.* 1. *part.* 4. *cap.* 46. *num.* 8.

I

IGNORANTIA.

IGnorantia Juris dividitur in invincibilē ſeu probabilem, & in vincibilem *lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 35. *num.* 8.
Ignorantia vincibilis dividitur in ignorantiam affectatam, craſſam, & ſupinam ibid. *num.* 9.
Quid ſit, vel quando datur inadvertentia, & oblivio *num.* 10.
Ignorans pœnam legis quoad alia ſibi notæ non invenit eam in foro conſcientiæ *num.* 14.
Quando ignorantia etiam craſſa, & ſupina excuſet à cenſuris *num.* 15. & *num.* 17.
Vide *in verb. Symonia*, *Cenſura*.

ILLEGITIMI.

Epiſcopus poteſt illegitimos habilitare ad obtinendas dimidias portiones, & inferiora Beneficia Eccleſiæ Cathedralis *lib.* 1. *part.* 4. *cap.* 50. *n.* 9.
Illegitimi non poſſunt Beneficium obtinere, neque miniſtrare in Eccleſia, in qua eorum Parentes Beneficium habent, vel habuerunt ibid. *num.* 10.
Penſio ad favorem illegitimorum non poteſt reſervari ſuper fructibus Benenecii, quod eorum Parentes obtinent, vel alias obtinuerunt *n.* 11.
Epiſcopus Clerico legitimo habenti Beneficium non ſufficiens poteſt aliud conferre, non autem illegitimo *num.* 27.
Duplex diſpenſatio eſt ſacris canonibus odioſa *n.* 28

Expoſiti non cenſentur illegitimi *num.* 34.
In dubio benigniora ſunt præferenda *num.* 35.
An valeat inſtitutio filii illegitimi ſub conditione, ſi filius ipſe à Principe legitimetur, vel ſi fiat Clericus, vel monachus *num.* 43.
Vide *in verbo diſpenſatio. Verbo filius.*

IMMUNITAS.

Occidens veneno dicitur committere homicidium proditorium, ita ut confugiens ad Eccleſiam non gaudeat Eccleſiæ immunitate *lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 3. *num.* 26. *&* *num.* 27.
Clerici confugientes ad Eccleſias gaudent immunitate Eccleſiaſtica in caſibus non exceptis in Bulla Gregorii XIV. *lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 5. *num.* 1. Limitatur *num.* 3. *&* *num.* 6.
Judices Eccleſiaſtici Clericos invitos ab Eccleſia extrahentes incurrunt cenſuras latas contra violantes Eccleſiaſticam immunitatem ibid. *num.* 2.
Privilegium immunitatis conceſſum eſt non perſonis, ſed locis ſacris ob eorum reverentiam *num.* 5.
Clerici Religioſi, & alii Regulares delinquentes hac immunitate non gaudent *num.* 6.
An ſacerdos, qui in habitu Sacerdotali extra Eccleſiam Divina miniſtrat, vel Eccleſiaſtica officia exequitur, immunitate gaudeat *num.* 7.
An contra confugientes ad Eccleſiam poni poſſint cuſtodes *num.* 8.
Quid ſi confugiens ad Eccleſiam occidatur *num.* 9.
An Clericus gaudeat Eccleſiæ immunitate *lib.* 1. *part.* 5. *cap.* 63. *num.* 8.

INFAMIS.

Infames infamia tam Juris, quàm facti ſunt irregulares *lib.* 1. *par.* 4. *cap.* 52. *num.* 1.
Infamia Juris dicitur, quæ ab ipſo jure canonico, vel civili imponitur *ibid. num.* 2.
Infames ſecundum leges regulariter ſunt infames etiam ſecundùm canones *num.* 3.
Infamia facti dicitur, cum quis notatur de aliquo crimine apud bonos, & gravos vires *num.* 4.
Infamia juris de æquitate canonica non incurritur ex delicto occulto *num.* 5.
Vide *in verbo diſpenſatio, ver. collatio.*

INGRATITUDO.

Ingratitudo vide *in verbo filius.*

INJURIA.

Injuria non ſolum pro convicio, ſed etiam pro omni, quod fit contrà jus, & infert damnum monaſterio *lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 16. *num.* 9.
Qui non ſolvit Eccleſiæ penſionem tempore ſtatuto, privat Eccleſiam jure ſuo, eique violentiam facit *ibid. num.* 10.

INSTANTIA.

An Inſtantia cauſæ reſpectu Clerici expiret triennio *lib.* 1. *par.* 1. *cap.* 1. *num.* 25.
An inſtantia cœpta cum defuncto laico continuetur in hæredem Clericum *ibid. num.* 26.
Vide *in verbo conventio, ver. Reconventio, ver. cauſa.*

INTERDICTUM.

Tempore generalis interdicti localis poſſunt Clerici in Eccleſia Divina officia celebrare ſecretò, ac ſubmiſſa voce, Januis clauſis, non pulſatis campanis, excluſis excommunicatis, & interdictis *lib.* 1. *par.* 1. *cap.* 11. *num.* 1. limitatur *num.* 13.
Canonici, & alii Beneficiarii tenentur eo tempore divinis officiis intereſſe, alias privandi ſunt diſtributionibus *ibid. num.* 2.
Clerici eo tempore publicè celebrantes, vel non ſervantes dictas circumſtantias ſunt irregulares *num.* 3.
Tempore interdicti localis prohibetur ille campanarum ſonus, quo populus ad divina officia convocari ſolet, non autem quoad concionem, vel ſalutationem angelicam *num.* 4.
Eo tempore excludi debent non ſolum excommunicati, & interdicti, ſed etiam non interdicti *num.* 5.
Item excludendi ſunt etiam Clerici, qui fuerunt cauſa interdicti, vel fuerunt ſpecialiter interdicti *num.* 6.
Quando laici privilegium habentes poſſint eo tempore divinis officiis intereſſe cùm eorum familia *numer.* 7.
An tempore interdicti laicus poſſit inſervire ſacerdoti celebranti *num.* 9.
An tempore interdicti divina officia celebrari poſſint in oratoriis privatis *num.* 10.
In Eccleſia ſpecialiter interdicta nullo modo poſſunt divina officia celebrari *num.* 11. limitatur *num.* 12.
An, & quando Parochi tempore interdicti miniſtrare poſſint ſacramenta *num.* 14. *&* *num.* 16.
An interdicta Eccleſia Parochiali poſſit Parochus in ea ſacramentum Baptiſmi miniſtrare *numer.* 15.
Parochus poteſt aſſiſtere matrimonio, quod tempore interdicti contrahitur *num.* 17.
Benedictio nuptialis tempore interdicti prohibetur *num.* 18.
An Sacerdotes approbati poſſint eo tempore miniſtrare ſacramentum pœnitentiæ *num.* 19.
An Parochi tempore interdicti miniſtrare poſſint ſacramentum extremæ untionis *num.* 20.
Et an ordines eo tempore conferri poſſint ibidem.
An ordo commendationis animæ eo tempore ſit prohibitus *num.* 21.
An, & quando tempore interdicti poſſit miniſtrari Sacramentum Euchariſtiæ *num.* 22. *&* *num.* 26. *&* *ſequen.*
Sacramentum Euchariſtiæ de jure divino ſumendum eſt in articulo mortis *num.* 23.
Quoties poteſt impendi abſolutio à ſimplici Sacerdote in periculo mortis, toties poteſt miniſtrari Euchariſtia tempore interdicti *num.* 24.
Parochi eo tempore miniſtrare poſſunt Euchariſtiam damnatis ad mortem, præliaturis prægnantibus, ac ſuſcipientibus periculoſam navigationem *num.* 25.
An interdicti teneantur in Paſchate adimplere præceptum annuæ communionis *num.* 27.
Clerici poſſunt quotidie ſuſcipere Euchariſtiam tempore interdicti *num.* 28.
An Clerici tempore interdicti localis, generalis, vel ſpecialis ſepeliri poſſint in Eccleſia, vel Cæmeterio ſacro *num.* 29.

An

An, & quando laici ſepeliri poſſint in loco ſacro tempore interdicti *num.* 30.
Quando exequiæ Clericorum, & etiam laicorum eo tempore ſolemniter celebrari poſſint *num.* 31.
Tempore interdicti localis poteſt miniſtrari ſacramentum confirmationis cum ſolita ſolemnitate *num.* 32.
An eo tempore licitum ſit in Eccleſia interdicta conficere chriſma in die Cœne Domini *num.* 33.
Quænam Sacramenta miniſtrari poſſint tempore ceſſationis à divinis *num.* 34.
Nomine Clericorum in hac materia veniunt omnes perſonæ Eccleſiaſticæ *num.* 35.
An Clerici, & Religioſi tempore interdicti teneantur diebus feſtis miſſam audire *num.* 36.
Clericus interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, ſi exerceat actus ordinis ſacri intra Eccleſiam, irregularitatem incurrit *num.* 37.
Quid ſi divina officia celebret in Cæmeterio, vel oratorio privato *num.* 38.
Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ poteſt ingredi Eccleſiam, & ibi privatim orare quando divina non celebrantur *num.* 39.
An, & quando interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ poſſit in Eccleſia ſepeliri *num.* 40.
Qua pœna puniantur ſepelientes in loco ſacro defunctos tempore interdicti in caſibus non permiſſis *num.* 41.

INVENTARIUM.

An Clericus creditor in confectione Inventarii coram Judice Laico citari poſſit *lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 19. *num.* 11.
Eccleſia, & Clericus non conficientes inventarium non tenentur ultra vires hæreditarias *lib.* 1. *par.* 5. *cap.* 64. *num.* 31.
Quilibet etiam laicus non conficiens inuentarium non tenetur in conſcientia ultra vires hæreditarias *ibid. num.* 33.

IRREGULARITAS, IRREGULARIS

An irregularitatem contrahat, qui amputat caput, vel aliud membrum cadaveris *lib.* 1. *par.* 1. *cap.* 3. *num.* 66. & *num.* 67.
An is, qui ſe defendit cum moderamine inculpatæ tutelæ, ſi ſequatur mors excuſetur ab irregularitate *ibid. num.* 77.
Quid ſi percuſſor in tali caſu potuiſſet fugere *num.* 78.
Moderamen inculpatæ tutelæ quando ſervatum cenſeatur *num.* 79.
Præſumitur facta percuſſio ad neceſſariam difenſionem, etiam ſi adeſſet tantùm terror armorum *num.* 80.
Clericus ut dicatur irregularitatem incurriſſe, quæ requirantur *lib.* 1. *par.* 3. *cap.* 41. *num.* 11.
Qui mortem aliter vitare non valens occidit invaſorem nullam contrahit irregularitatem *lib.* 1. *par.* 4 *cap.* 45. *numer.* 22.
Quid ſi ſervato moderamine inculpatæ tutelę occidat injuſtum Reipub. vel innocentis invaſorem *num.* 23.
Qui injuſtum aggreſſorem mutilat, aut occidit ob defenſionem famæ, aut honoris, vel bonorum irregularitatem incurrit *num.* 24.
Hæretici, Apoſtatæ à fide, & eorum defenſores etiam occulti ſunt irregulares, *lib.* 1. *par.* 4. *cap.* 46. *num.* 1.
An, & quando filii hæreticorum ſint irregulares *ibid. num.* 2.
An Epiſcopus poſſit diſpenſare in tali irregularitate *num.* 3.
Qui exterius hæreſim profert, ſed interius rectè ſenſit, non eſt irregularis, nec excommunicatus *num.* 4.
Qui exterius eſt Apoſtata à fide, eſt irregularis, etiamſi Idolum animo non adoret *num.* 5.
Qui ſenos digitos habet in manibus, non eſt irregularis *lib.* 1. *par.* 4. *cap.* 47. *num.* 7.
Omninò illitterati ſunt irregulares *lib.* 1. *par.* 4. *cap.* 49. *num.* 2.
Illitteratus, ſi de facto ordinetur, recipit caractecterem *ibid. num.* 3.
Scientia in ordinandis requiritur nō ex neceſſitate Sacramenti, ſed ex neceſſitate præcepti, *numer.* 4.
Quinam dicatur pœnitùs illitteratus *num.* 6. & *num. ſeqen.*
Minor ſcientia ſufficit, quando adeſt ſpes addiſcendi in futurum *num.* 7.
Suſcipiens ordines per ſaltum incurrit irregularitatem, ſi functionem ordinis ſacri per ſaltum ſuſcepit, vel prætermiſſi exerceat *lib.* 1. *par.* 4. *cap.* 51. *num.* 3.
Nullum crimen quantumvis enorme inducit irregularitatem, ſi non ſit notorium, ex capto homicidio *lib.* 1. *par.* 4. *cap.* 52. *num.* 6. & *num.* 39.
Nulla irregularitas inducit privationem beneficii ipſo jure *num.* 16.
Qui ex lege judaica, mahumetica, vel ethnica nuper, & in adulta ætate converſus eſt ad fidem Chriſtianam eſt irregularis *lib.* 1. *par.* 4. *cap.* 53. *num.* 1.
An Clericus poſſit abſque metu irregularitatis delinquentem accuſare in cauſa ſanguinis *l.* 1. *par.* 4. *cap.* 56. *num.* 1.
Quando Advocatus accuſatoris, & teſtes examinati in cauſa ſanguinis excuſantur ab irregularitate *num.* 2. & *num.* 8.
An excuſetur ab irregularitate qui accuſat ad evitandum grave damnum innocentis, vel Reipub. *num.* 3.
Quid ſi accuſator in accuſatione peteret vindictam, vel accuſaret aliqnem de injuria perſonali extraneis illata *num.* 4.
Clericus, & Laicus ſine nota irregularitatis poſſunt accuſare reum apud Judicem Eccleſiaſticum, & apud Inquiſitores *num.* 5.
Advocatus, qui reum defendit, nullam incurrit irregularitatem, etiam ſi ex ſuo patrocinio per accidens ſequatur pœna mortis accuſatoris *numer.* 6.
Quid ſi Advocatus accuſatori objecit crimen, & ob id ſequatur mors ejuſdem accuſatoris *num.* 7.
Ad incurrendam irregularitatem opus eſt, ut adſit cauſa proxima ad mortem, & ut dictum, vel factum ex ſui natura ſit ad illam directum *numer.* 9.
Clerici habentes temporalem juriſdictionem poſſunt abſque periculo irregularitatis Judici laico committere cauſas ſanguinis *num.* 11.
Clericus habens temporalem juriſdictionem poteſt ſententiam ſanguinis à Judice latam moderari in aliam pœnam capitalem mitiorem *num.* 12.
Quid ſi Clericus habens temporalem juriſdictionem exhibeat ſuam præſentiam in loco, ubi executioni mandatur pœna mortis *ibidem*.
Prælati Eccleſiaſtici ab irregularitate excuſantur,

dum

dum reum velut incorrigibilem ſæculari poteſtati tradunt *num.* 13.
Irregularis poteſt retinere beneficium, quod ante irregularitatem obtinuerat *num.* 14.
Confeſſarius, qui obligat pœnitentem ad confitendum delictum morte dignum, ſi juridicè interrogetur, non incurrit irregularitatem *numer.* 16.
Quid ſi Confeſſarius pœnitenti conſulat, ut conſentiat ſententiæ mortis juſtæ *num.* 17.
Confeſſarius irregularitatem incurrit, ſi conſulat reo, ut omittat appellationem jure conceſſam *num.* 18.
Clericus, qui in bello juſto offenſivo hortatus eſt milites in generali ad hoſtes occidendos, non eſt irregularis *num.* 21. limitatur *num.* 25.
Quid ſi in particulari aliquem occidi ſuaſerit, aut juſſerit *num.* 22.
Clericus, qui ſuis manibus arma movet, aut alia ratione concurrit realiter ad mortem, irregularitatem incurrit *num.* 23.
Irregularitas ex defectu lenitatis ab illis tantum incurritur, qui concurrent aliquo modo ad mortem, ut juſtitiæ miniſtri *num.* 24.
Clerici, & alii, qui qualecumque auxilium attulerunt in bello injuſto, contrahunt irregularitatem *num.* 25.
Qui homicidium ſuo nomine patratum poſtea ratum habet, non incurrit irregularitatem, nec tenetur ad damnorum reſtitutionem *num.* 28.
Nemo dicitur ratificare, quod ſuo nomine geſtum non eſt *num.* 30.
An quis in dubio debeat ſe reputare irregularem in foro conſcientiæ *num.* 32.
An, & quando Clericus, vel monachus artem Chirurgiæ, cum aduſtione, & inciſione exercens fiat irregularis *num.* 33.
Epiſcopus concedere poteſt Judici laico licentiam exhumandi corpus occiſi ab Eccleſia abſque metu irregularitatis *lib.* 1. *par.* 5. *cap.* 63. *num.* 5.
Ad incurrendam irregularitatem requiritur, quod actus ſit cauſa proxima ad mortem, vel ad membri mutilationem *ibid. num.* 6.
Vide *in verbo Diſpenſatio. verbo infamis.*

JUDEX.

Judex laicus non poteſt punire Clericum, qui aſſumpſit habitum Clericalem poſt commiſſum delictum *lib.* 1. *par.* 1. *cap.* 1. *num.* 7.
Delegatus ad certam cauſam non cognoſcit jure proprio, ſed nomine Delegantis *ibid. num.* 12.
Quando Judex laicus non poteſt Clericos armis privare *ibid. num.* 22.
Judex Eccleſiaſticus poteſt cogere laicos ad dividendum bona communia cum Clerico *lib.* 1. *par.* 1. *cap.* 2. *num.* 26.
Judex ſæcularis ligatur excommunicatione detinendo, vel jubendo Clericum detineri in cuſtodia, vel in domo *lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 3. *num.* 29.
Judex laicus non poteſt civiliter, aut criminaliter procedere contra laicum, qui poſtea aſſumpſit clericatum *lib.* 1. *par.* 1 *cap.* 4. *num.* 24.
Concubina Clerici à Judice Eccleſiaſtico punitur *ibid. num.* 52.
In quo caſu Judex laicus poſſit punire Clericum *num.* 53.
Judices Eccleſiaſtici Clericos invitos ab Eccleſia extrahentes incurrunt cenſuras latas contra violantes Eccleſiaſticam immunitatem *lib.* 1. *par* 1. *cap.* 5. *num.* 2.
Officium Judicis eſt cauſas cognoſcere, ſeu adhibere cognitionem, ſive ſententia ſit definita, ſive interlocutiva, ſive decretum extrajudiciale *lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 12. *num.* 1.
Et in his debet etiam Judex ſedere pro Tribunali *ibid. num.* 2.
Judex diebus feſtis in honorem Dei non poteſt ferre decretum, quia eſt interdictum tali tempore exercitium ſui officii prout etiam in feſtis in illius honorem *num.* 4. ac etiam in aliis feſtis Sanctorum *num.* 5.
Laici Judices nec directè, nec indirectè poſſunt cognoſcere de crimine Clericorum *lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 14. *num.* 54.
Clericus pro rebus Eccleſiæ, & pro ſuis propriis poteſt laicum convenire coram Judice Eccleſiaſtico *lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 16. *num.* 1.
Perſonæ miſerabiles poſſunt trahere laicos coram Judice Eccleſiaſtico *num.* 3.
Laicus ratione fructuum præbendæ ſibi locatæ conveniri debet coram Judice Eccleſiaſtico *numer.* 4.
Emphiteuta Eccleſiæ poteſt conveniri coram Judice Eccleſiaſtico pro ſolutione penſionis, & laudemii *num.* 5.
Conductor bonorum Eccleſiaſticorum gaudet eodem privilegio *num.* 6.
Conſervator Religioſorum poteſt procedere contra laicos debitores ex cauſa civili *num.* 7.
Judex laicus eſt omninò incapax in cauſa Clerici *lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 17. *num.* 2.
An, & quando laicus ſimul delinquens cum Clerico à Judice Eccleſiaſtico puniatur *lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 18. *num.* 3.
An Judex ſæcularis poſſit iterum punire laicum, ſi non fuerit ſufficienter punitus à Judice Eccleſiaſtico *ibid. num.* 4.
In delictis dividuis Judex laicus retinet laicos, & remittit Clericos ad Judicem Eccleſiaſticum *num.* 5.
Clericus etiam primæ tonſuræ non poteſt eſſe Judex inter laicos *lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 23. *num.* 1.
Laicus non poteſt eſſe Judex inter Clericos, nec juriſdictionem ordinariam exercere, niſi ſaltem prima tonſura ſit initiatus *ibid. num.* 4.
An, & quando Judex laicus poſſit in bonis eum punire, qui Clericatum aſſumpſit poſt commiſſum delictum *lib.* 1. *par.* 6. *cap.* 18. *num.* 1.
Talis Clericus quoad pœnam corporis afflictivam à Judice Eccleſiaſtico puniri debet *ibid. num.* 2.
Judex laicus non poteſt punire Clericum, qui coram eo falſum depoſuit *num.* 7.
Judex laicus poteſt punire laicum in tali caſu, ſed tunc datur præventio inter Judicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem *num.* 8.
Vide *in verbo dies feriati, ver. forus, feudum, ver. cauſa, ver. conventio, ver. lis, ver. reconventio, ver. Epiſcopus, ver. pacti.*

JURAMENTUM.

Clericus cum jurat, jurare debet tacto pectore *lib.* 1. *par.* 5. *cap.* 64. *num.* 7.
Laicus jurat tactis ſcripturis *ibid. num.* 8.
Clericus cum litigat, non tenetur jurare de calumnia per ſe ipſum, ſed per procuratorem *num.* 16.
Procurator Clerici poteſt jurare de calumnia ſine ſpe-

ſpeciali mandato ſecus ſi eſſet procurator laici *num.* 17.
Juramentum in litem affectionis non habet locum contra Clericum conventum in foro Eccleſiaſtico *lib.* 1. *par.* 5. *cap.* 64. *num.* 37. limitatur in juramento in litem veritatis *ibid.*
Quid ſit juramentum in litem veritatis, & affectionis, *ibid. num.* 38.

JURISDICTIO.

Probatio, quæ eſt fundamentum Juriſdictionis, debet eſſe ſufficiens, & concludens *lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 14. *num.* 59.
Clericus primæ tonſuræ eſt capax juriſdictionis Eccleſiaſticæ *lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 21. *num.* 13.
An Clericus conjugatus, & bigamus ſit capax hujus juriſdictionis *ibid. num.* 14.
Excommunicatus vitandus non poteſt juriſdictionem fori contentioſi exercere *lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 23. *num.* 7.
Juriſdictio ordinaria Clerico conceſſa durat, donec Clericus retinet dignitatem, vel munus Eccleſiaſticum, cui ea juriſdictio eſt annexa *lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 24. *num.* 1.
Juriſdictio ordinaria non expirat morte concedentis etiam re integra *ibid. num.* 2. limitatur *num.* 3. *& ſeq.*
Juriſdictio conceſſa ad beneplacitum expirat morte concedentis *num.* 3.
Juriſdictio coherens juriſdictioni concedentis tamquam acceſſoria expirat morte ipſius concedentis *num.* 4.
Quanto tempore duret juriſdictio delegata *num.* 5. *& num.* 9.
An juriſdictio Clerico conceſſa expiret per excommunicationem *num.* 6.
Juriſdictio Clerici ad aliquam cauſam delegati expirat per mortem delegantis, vel finito officio ipſius delegantis re integra *num.* 8. limitatur *num.* 11. *& ſequen.*
Per actum delegationis non transfertur efficaciter juriſdictio in delegatum, donec ea uti cœperit *num.* 9.
An diſpenſatio matrimonialis, quæ à Papa committitur Vicario Epiſcopi cum clauſula, ſi preces veritate nitantur, expiret morte Papæ *numer.* 10.
Juriſdictio Judicis delegati durat poſt mortem delegantis, ſi res non ſit amplius integra *numer.* 11.
Quando res non dicatur amplius integra *num.* 12.
An per ſub delegationem alteri factam à delegato res deſinat eſſe integra *num.* 13.
An geſta per delegatum jam revocatum valida ſint, ſi ignoretur revocatio *num.* 14.
Juriſdictio, quæ eſt acceſſoria gratiæ jam factæ, non extinguitur morte concedentis *num.* 15. *& num.* 28.
Quid ſi in commiſſione non detur nova poteſtas, ſed excitetur ordinaria *num.* 16.
Juriſdictio non expirat morte delegantis, quando commiſſio ſit nomine dignitatis ipſius committentis *num.* 17.
Dignitas nunquam perit *num.* 18.
Gratia ad beneplacitum dignitatis conceſſa non expirat morte concedentis, quando dignitas eſt perpetua, & ſucceſſorem habet *num.* 19. limitatur *num.* 20.
Commiſſio facta alicui expreſſo nomine dignitatis, & perſonæ cenſetur facta contemplatione perſonæ *num.* 21.
An talis delegatus poſſit in cauſa procedere, ſi tempore præſentationis reſcripti reſignaverit dignitatem *num.* 22.
Facultas alicui conceſſa conferendi beneficia perſonis incertis non expirat per mortem concedentis *num.* 23. declaratur, & limitatur *num.* 24.
Quid ſi detur poteſtas conferendi perſonis expreſſis *num.* 24.
Litteræ dimiſſoriæ per proprium Epiſcopum, vel ejus Vicarium conceſſæ, ut quis ad ordines promoveri poſſit ab alio Epiſcopo non expirant per mortem concedentis *num.* 25.
Facultas teſtandi à Papa conceſſa Epiſcopo, vel aliis non expirat per mortem ipſius Papæ *numer.* 26.
Delegatus Papæ regulariter non poteſt exequi ſuam ſententiam, niſi uſque ad annum *num.* 27. limitatur *num.* 28.
Quandiù durat poteſtas executoris litterarum Apoſtolicarum *num.* 28.
Poteſtas delegati, qui tulit cenſuram, durat etiam poſt appellationem, quoad effectum abſolvendi *num.* 29.
Juriſdictio voluntaria etiam delegata poteſt etiam extrà territorium exerceri *lib.* 1. *par.* 5. *cap.* 57. *num.* 6.
Clericus, qui à Judice laico fuit immiſſus in poſſeſſionem, non poteſt ſuper revocatione, poſſeſſionis coram eodem Judice laico conveniri *lib.* 1. *par.* 5. *cap.* 64. *num.* 44.
Quando Epiſcopus poſſit exercere juriſdictionem contentioſam in aliena diœceſi *lib.* 2. *par.* 6. *cap.* 13. *num.* 15.
An Epiſcopus poſſit citare ſubditum ſuum in aliena diœceſi *num.* 16.
Epiſcopus originis, vel domicilii poteſt excommunicare, vel alia pœna punire reum pro delicto commiſſo extra territorium *num.* 17.
Quando Judex originis, vel domicilii in cognitione cauſæ prævenit, non eſt facienda remiſſio ad locum commiſſi delicti *num.* 18.
Epiſcopus, qui de facto impeditur, ne juriſdictionem exerceat in propria diœceſi, poteſt illam exercere in alieno territorio in loco viciniori Epiſcopatus *num.* 19.

JUS CONGRUI.

Clerici poſſunt agere jure congrui contra laicos *lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 22. *num.* 4.

L

LAICUS.

Laicus, qui ſe obligavit per inſtrumentum, ſi poſtea efficiatur Clericus, non poteſt amplius coram Judice laico conveniri *lib.* 1. *par.* 1. *cap.* 4. *num.* 25.
Reus capitalis criminis accuſatus ſi efficiatur miles, non remittitur, ſed à Judice militiæ judicandus eſt *ibid. num.* 26.
Laicus non poteſt eſſe Judex inter Clericos, nec juriſdictionem ordinariam exercere, niſi ſaltem prima tonſura ſit initiatus *lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 23. *num.* 4.
Laicus non poteſt eſſe Judex, nec Arbiter, quan-

do

do agitur de perpetuo præjudicio beneficii, vel de cauſa ſpirituali *lib. 1. part, 3. cap. 34. numer. 9.*
Laici ſimul cum Clericis non habilitantur ad eligendum *nu. 11.*
Vide *in verbo compromiſſum, ver. Judex, ver. cauſa.*

LEGATUM.

Legatum pauperibus Clericis relictum debetur Clericis pauperibus *lib. 1. par. 2. cap. 26. num. 1.*
Relictum Eccleſiæ alicujus Sancti debetur pauperiori, ſi plures exiſtant in loco Eccleſiæ ejuſdem tituli *ibid. num. 2.* limitatur *num. 4.*
Cauſa Eccleſiæ, & cauſa pauperum æquiparantur *num. 3.*
Quid ſi Teſtator, qui legavit, in altera earum Eccleſiarum magis verſabatur *num. 4.*
Legatum relictum Eccleſiæ, vel pauperibus cenſetur annuum, & perpetuum *num. 5.*
Legatum relictum Eccleſiæ, vel pauperibus poteſt propria auctoritate capi *num. 6.*
Ex legato relicto Eccleſiæ, vel pauperibus non detrahitur falcidia *ibidem.*
Legatum rei alienæ ignoranter factum debetur Eccleſiæ, & pauperibus *num. 7.*
Legatum factum Eccleſiæ, aut pauperibus non compræhenditur ſub generali ademptione legatorum *num. 8.*

LEGITIMA.

An filiusfam. Clericus teneatur bona ſibi à Patre donata titulo patrimonii in legitimam imputare *lib. 1. par. 1. cap. 10. num. 13.*
Quando donatio dicatur ob cauſam, itaut donatarius, teneatur donationem in legitimam imputare *ibid. num. 14.*
Donata ob cauſam præſumuntur tradita in compenſationem legitimæ, niſi aliter conſtet de mente donantis *lib. 1. part. 3. cap. 40. num. 6.*

LEGITIMATIO.

Legitimatio filiorum facta ante delatam hæreditatem præjudicat venientibus ab inſtituto, ſecùs ſi poſt delatam ſucceſſionem *lib. 1. par. 2. cap. 14. num. 34.*

LEX.

Leges civiles, quæ jure canonico non contradicunt, ſervandæ ſunt etiam in foro Eccleſiaſtico *lib. 1. par. 1. cap. 1. num. 16.* limitatur *num. 17. & ſequen.*
Leges civiles pœnales non compræhendunt Clericos *ibid. num. 17.*
Leges civiles ſummum rigorem continentes juris canonici æquitati repugnant *num. 18.*

LIS, SEU RES LITIGIOSA.

Rei litigioſæ alienatio prohibita eſt *lib. 1. part. 2. cap. 17. num. 4.*
An Eccleſiaſtici ligentur vitio litigioſi *ibid. num. 5.*
An ſententia contra alienantem lata, executioni demandari poſſit contrà eum, qui lite pendente rem emit *num. 6.*
Quando res efficiatur litigioſa, ejuſque alienatio impediatur *num. 7.*
An, & quando Judex poſſit diſpenſare in vitio litigioſi *num. 8.*

LITTERÆ DIMISSORIÆ.

Litteræ Dimiſſoriæ vide *in verbo Juriſdictio.*

LOCATIO.

Locatio rerum Eccleſiæ facta ad plures annos valida eſt quoad triennium, *lib. 1. part. 3. cap. 38. num. 1.* contrarium *num. 4.*
Locatio rerum Eccleſię facta ultra triennium vitiatur in totum *ibid. num. 4.* limitatur *num. 7. & num. 9. & ſeq.*
Forma eſt individua *num. 5.*
Quid ſi locatio rerum Eccleſiæ facta ultra triennium utilis eſſet Eccleſiæ *num. 6.*
Triennium prędictum poteſt per ſtatuta Epiſcoporum limitari ad unum, vel duos annos *num. 8.*
Conductor, qui rem Eccleſiæ detinuit, non poteſt evitare ſolutionem penſionis, etiam ſi locatio facta fuerit ultra triennium *num. 9.*
Valida eſſet locatio facta ultra triennium, ſi in loco adeſſet talis conſuetudo *num. 10.*
In locatio rerum Eccleſiæ non numeratur annus, quatenus conſtat ex 12. menſibus, ſed ex recollectione *num. 11.*
Quando locatio rerum Eccleſiæ fieri poſſit ad novennium *num. 12.*
Clericus ſucceſſor regulariter non tenetur ſtare locationi factæ à prædeceſſore *lib. 1. par. 3. cap. 39. num. 1.* limitatur *num. 3. & ſeq.*
Conductor non tenetur ſtare conductioni etiam ſi Clericus ſucceſſor vellet ſtare locationi *ibid. num. 2.*
Succeſſor tenetur ſtare locationi factæ in perpetuum, vel ad longum tempus *num. 3.*
Longum tempus dicitur, ſi excedat decennium *num. 4.*
An & quando ſucceſſor teneatur ſtare locationi factæ pro neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ *num. 5.*
Quid ſi à conductore factæ fuerint expenſæ in arando, & ſerendo *num. 6.*
Et quid ſi expenſæ factæ fuiſſent contra formam pacti adjecti in inſtrumento prædeceſſoris *num. 7.*
An & quando maritus teneatur ſtare locationi factæ ab uxore, vel à ſocero ante dotis conſtitutionem *num. 8.*

LUDUS.

Clericis ludus alearum, & taxillorum prohibetur, ita ut nec hujuſmodi ludo poſſint intereſſe *lib. 2. part. 6. cap. 19. num. 1.*
Quando Clerici ludentes excuſentur à mortali *ibid. num. 2.*
Vide *in verbo Clericus.*

M

MANDANS MANDATUM.

MAndantes, vel conſulentes aut cooperantes eadem cenſura ligantur ſequuto effectu *l. 1. part. 1. cap. 3. num. 31.* limitatur *num. 32. 34. 40. & ſeq.*
Si Collegium mandaverit, ut Clericus læderetur,

an ſinguli de Collegio excommunicationem incurrant *ibid. num.* 32.
Qui dedit mandatum ad verberandum Clericum non excuſatur à cenſura, ſi mandatarius excedendo fines mandati illum vulneraverit *ibid. num.* 35.
Qui dedit mandatum ad vulnerandum tenetur de occiſo ſi ſequatur homicidium *ibid. num.*36. limitatur *num.* 37.
Quid ſi mandavit, aliquem offendi in certo loco, & mandatarius offendit in alio, ubi ratione loci augetur pœna *ibid. num.* 38.
Conſulens non excuſatur à cenſura revocando conſilium, ſed tenetur etiam conſulto perſuadere contrarium & etiam monere percutiendum, ut ſibi caveat *ibid. num.* 39. *&* *num.* 41.
Mandans excuſatur revocando mandatum expreſsè, vel tacitè *num.* 40. *&* 43.
Mandans non incidit in aliquam pœnam excepto peccato, quando mandatarius mandatum non acceptavit, etiam ſi illud poſtea exequatur *ibid. num.* 42.
Mandatum quando tacitè revocetur *num.* 43.
An quis ex mandato tacito incidat in cenſuram *num.* 44.
Quando cenſeatur datum tacitum mandatum *ibid.*
An, & quando aliquis incedat in cenſuram, ſi alius ejus nomine ſine mandato Clericum offenderit *num.* 45. *&* 47.
Ratihabitio comparatur mandato quoad incurendas pœnas ſpirituales, non autem quoad pœnas temporales *ibid. num.* 46. *&* *num.* 48.
Cenſura ligantur, qui ex officio tenentur obſtare, ſeu impedire, ne Clericus offendatur, & non obſtant, aut non impediunt *num.* 49. contrarium *num.* 51.
Quinam teneantur obſtare ſeu impedire in tali caſu *num.* 50.
Nemo punitur ex eo, quod delictum non prohibuerit excepto caſu læſæ majeſtatis *ibidem num.* 54.
Vide *in verbo Excommunicatio*.

MARITUS.

Maritus, quando convenitur actione reali, non gaudet aliquo privilegio *lib.* 1. *part.* 2. *cap.* 15. *num.* 43.

MATER.

Mater non poteſt plus relinquere filiis ſecundi matrimonii, quam primi *lib.* 1. *part.* 5. *cap.* 64. *num.* 4. Limitatur *num. ſeq.*
Mater poteſt plus relinquere filio Clerico ex ſecundo matrimonio *ibid. num.* 42.
Quando matris diſpoſitio inæqualis valeat in aliis caſibus *num.* 43.

MATRIMONUM.

An proprius Parochus alicuius ex contrahentibus poſſit aſſiſtere matrimonio in aliena Parochia, vel Diœceſi *lib.* 1. *part.* 5. *cap.* 57. *numer.* 5. *&* *num.* 9.
Proprius Parochus extrà ſuam diœceſim eſt perſona privata *ibid. num.* 9.
Proprius Parochus ſivè viri, ſivè fœminæ poteſt aſſiſtere matrimonio, quod contrahitur cum, alio etiam non ſubdito *num.* 10.
Quando Parochus poſſit aſſiſtere matrimonio omiſſis denunciationibus *num.* 15.
Matrimonium ſine denunciationibus eſt validum tam de jure antiquo quàm novo *num.* 16.
Benedictio matrimonii fieri debet à proprio Parocho *lib.* 1. *part.* 5. *cap.* 59. *num.* 1.
Benedictio hujuſmodi fieri debet ab eo Parocho, in cujus Parochia matrimonium celelebratur *ibid. num.* 2.
Benedictio matrimonialis non poteſt fieri niſi intèr miſſarum ſolemnia *num.* 3.
Parochus proprius debet recipere elemoſinam ratione benedictionis, & non alius *num.* 4.
Sacerdos ſive ſæcularis, ſive Regularis, qui auſus fuit ſponſos benedicere ſinè licentia Parochi, vel ordinarii, incurrit ipſo facto ſuſpenſionem ab officio *num.* 5.
Levior pœna legis novæ corrigit duriorem antiquæ *num.* 6.
Ab hac ſuſpenſionæ non ſolum Epiſcopus, ſed etiam Vicarius poteſt abſolvere *num.* 7.
Primæ nuptiæ ſunt benedicendæ, non autem ſecundæ *num.* 8. limitatur *num.* 10. *&* 13.
Quid ſi primæ nuptiæ declaratæ fueriut irritæ, & invalidæ *num.* 9.
An conſuetudo contraria in tali caſu ſit ſervanda *num.* 10. *&* *num.* 13.
An conjuges petentes, aut reddentes debitum ante hujuſmodi Bebedictionem peccent *numer.* 11.
Sponſi, qui non fuerunt alias Benedicti, poſſunt in ſecundis nuptiis Benedici, etiam ſi omnes eſſent vidui *num.* 12.
Conſuetudine receptum eſt, ut in ſecundis nuptiis conferantur Benedictiones, quando alter conjux Benedictionem non ſuſcepit *num.* 13.
Benedictiones hujuſmodi ab Eccleſia prohibentur eo tempore, quo ſolemnes nuptiæ vetitæ ſunt *num.* 14.
Contravenientes ultra peccatum mortale arbitrio ordinarii puniuntur *num.* 15.
Matrimonium quovis tempore celebrari poteſt *num.* 16.
Matrimonium ab Eccleſia prohibetur in adventu, & Quadrageſima quoad Benedictionem, & quoad alias extrinſecas ſolemnitates *num.* 17.
Matrimonium contrahi poteſt etiam tempore interdicti, & à perſonis ſpecialiter interdictis etiam in Eccleſia *num.* 18.
Tempore interdicti non eſt licita Benedictio nuptiarum *num.* 19.
Matrimonium poſt Sacros ordines contractum eſt invalidum *lib.* 2. *part.* 6. *cap.* 3. *num.* 4.
Clericus in ſacris conſtitutus, ſi de facto matrimonium contrahit, eſt ipſo jure excommunicatus, fit irregularis, & eſt de hæreſi ſuſpectus *ibid. num.* 9.
Clerici Græci non poſſunt matrimonium contrahere poſt Sacrum Subdiaconatus ordinem, poſſunt tamen uti matrimonio anteà contracto *num.* 12.
Vide *in verbo Beneficium ver. Sponſalia*.

MILES.

Milites Hjeroſolimitani ſunt verè Religioſi *lib.* 1. *part.* 2. *cap.* 14. *num.* 49.
Milites ſæculi gaudent privilegio ut non poſſint conveniri, niſi inquantum facere poſſunt *lib.* 1. *part.* 2. *cap.* 15. *num.* 2.

Re-

Digitized by Google

Recenſentur privilegia militibus competentia *ibid. num.* 57. & *num. ſeq.*
An milites, & Clerici donationem concubinæ ſactam repetere poſſint *num.* 66.
Quilibet excuſatur à tutela propter militiam ſupervenientem *lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 25. *num.* 4.
Vide *in verbo concubina*, *ver. Feudum*.

MISSA.

Cappellanus per alium miſſas celebrare poteſt, niſi expreſſe in erectione dicatur, quod perſeipſum celebret *lib.* 1. *par.*. 3. *cap.* 29. *num.* 11.
Sacerdos non jejunus poteſt in articulo mortis celebrare, ut ſe communicet pro viatico, ſi aliunde ſacram Euchariſtiam habere nequeat *lib.* 1. *part.* 5. *cap.* 58. *num.* 11.
Quilibet in articulo mortis poteſt etiam non jejunus communionem ſumere *ibid. num.* 12.
An Sacerdos non jejunus poſſit miſſam celebrare, ut conſacret particulam ad communicandum moribundum *num.* 13.
Moribundus, qui non habet copiam Sacramenti excuſatur *num.* 14.
An Sacerdos jejunus poſſit bis miſſam celebrare eadem die ad communicandum moribundum *num.* 15.
Non jejunus dicitur etiam ſi nihil præter ſolitam Calicis purificationem ſumpſerit *num.* 16.
An Sacerdos pro audienda confeſſione moribundi poſſit relinquere miſſam inchoatam *num.* 17.
In caſu neceſſitatis, ſi Parochus abſit, vel nolit Sacram Euchariſtiam deferre, quilibet Sacerdos etiam Regularis illam deferre poteſt *nu.* 18.
An Sacerdos poſſit aliquando abſque prævia confeſſione cum ſola contritione celebrare *num.* 19.
Parochi tam frequenter celebrare debent, ut ſuo muneri ſatisfaciant *lib.* 2. *part.* 6. *cap.* 6. *num.* 1.
Parochi, aliique curam animarum habentes tenentur per ſe, vel per alios ſingulis ſaltèm diebus feſtis celebrare *ibid. num.* 2.
Parochus iis diebus, quibus tenetur miſſam celebrare, non poteſt pro ea manuale elemoſinam recipere *num.* 3.
Parochus non tenetur ſingulis diebus celebrare, niſi ex conſuetudine, vel decreto Epiſcopi obligetur ad certum miſſarum numerum in hebdomada *num.* 4.
Parochus non tenetur ſingulis prædictis diebus Sacrificium pro ſuis ovibus offerre *num.* 5. & *num.* 6.
Simplices Sacerdotes legitimè non impediti tenentur aliquoties in anno celebrare *num.* 9.
Cappellani tenentur juxta inſtitutionem Cappellaniæ, & intentionem Fundatoris miſſas celebrare *num.* 10.
Quando Cappellanus teneatur quotidie celebrare, & quando poſſit Sacrum prætermittere ratione honeſtatis *num.* 11. & *num.* 13.
Cappellanus obligatus ad celebrandam miſſam quotidie, non tenetur tres miſſas in Nativitate Domini celebrare *num.* 12.
Cappellanus, quando ratione honeſtatis Sacrum prætermittit, non poteſt celebrare miſſam pro alio, & accipere ſtipendium *num.* 13.
Cappellanus, qui tenetur ſingulis diebus miſſam pro aliquo celebrare, poteſt quater, vel ſexies in anno pro ſe ipſo, vel ſibi conjuncto Sacrificium applicare *num.* 14.
Cappellanus, qui tenetur quotidie celebrare, ſi infirmitatè, vel alia cauſa impediatur, non tenetur per alium ſupplere, dummodo impedimentum brevi tempore duret *num.* 15.
Epiſcopus regulariter non poteſt compellere Cappellanum, ut ipſemet celebret *num.* 16.
Quid ſi fundator in erectione Cappellaniæ mandaverit, ut in ea præſentetur Sacerdos *num.* 17. & *num.* 20.
Cappellanus tenetur celebrare per ſeipſum, ſi ita in fundatione expreſſè cautum ſit *num.* 18.
An Cappellanus, qui tenetur certas miſſas celebrare, ut de Spiritu Sancto, vel de requiem, poſſit alias celebrare *num.* 21.
An Cappellanus, qui tenetur in certa Eccleſia, vel Altare celebrare, poſſit alibi Sacrum facere *n.* 22. & *num. ſeq.*
Epiſcopus ex juſta cauſa poteſt diſpenſare, ut Cappellanus alibi celebret *num.* 23.
An Cappellanus obligatus ad certas miſſas celebrandas poſſit eas anticipatè celebrare *num.* 24.
Quid ſi Teſtator mandavit, ut pro anima ſua celebrentur centum miſſæ abſque ulla preſcriptione eleemoſinæ *num.* 26.
Qui miſſam, vel notabilem illius partem die feſto pretermittit graviter peccat *lib.* 2. *part.* 6. *cap. ult. num.* 47.
Non ſatisfacit præcepto jejunii, vel miſſæ is, qui alio die non præſcripto ab Eccleſia jejunat, vel miſſam audit *num.* 63

MONACHUS, MONASTERIUM.

Monachus, Monaſterium. Vide *in verbo Feudum*

MULCTA.

Mulcta propter paupertatem in totum remittitur *lib.* 1. *part* 2. *cap.* 15. *num.* 28.

N

NEGOTIATIO NEGOTIATOR:

QUando Clericus negotiator teneatur ad gabellas *lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 14.
Quid requiratur ad hoc, ut Clericus dicatur negotiator *ibid. num.* 15.
Clericus negotiator compellendus eſt ad ſolutionem gabellæ per Judicem Eccleſiaſticum *ibidem num.* 16.
Clericis permittitur artificium, dummodo honeſtum ſit, & Clericali ordini conveniens, ſecus ſi artificium ſit vile *lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 7. *num.* 1.
Clerici lucrari poſſunt ex honeſto artificio etiam ſine neceſſitate *ibid. num.* 2.
In quo differat artificium à negotiatione *num.* 3.
An Clerici poſſint emere lanam, ut ex ea pannum conficiant, vel emere vuam, ut vinum faciant &c. *num.* 4.
Clerici non poſſunt pelles, vel coria aptare, taxillos, vel chartas luſorias, vel arma bellica conficere *num.* 5.
Clerici etiam in Sacris, & Beneficiati quando ſuccedunt conductori jure hæreditario poſſunt continuare conductionem uſque ad tempus præfinitum *num.* 6.
Quando Clerici etiam Beneficiati, & in Sacris poſſint aliorum agros conducere *num.* 7.

Neceſſitatis cauſa licitam reddit negotiationem *num.* 8.
An & quando Clerici exercere poſſint officium Advocati *num.* 9.
Clerici in caſu indigentię fungi poſſunt officio tabellionatus in curia Eccleſiaſtica *num.* 10.
An & quando Clerici poſſint aperire furnum, ſeu Tabernam *ibid. num.* 15.
An Clerici, qui res aliquas emerunt pro victu totius anni, poſſint vendere quod ſupereſt prætio majori quàm emerint *num.* 16.
Quando Clerici poſſint ſues, vel alia animalia emere, eaque poſtea vendere, *num.* 17. *& numer. ſeq.*
Clerici poſſunt emere paſcua, ut enutriant animalia, quæ ex patrimonio poſſident *num.* 18.
An Clerici poſſint arti fericæ operam dare *num.* 19.
An Clerici operas ſuorum Bovum poſſint aliis locare *num.* 20.

NEOPHITUS.

Non dicitur Neophitus qui decem abhinc annis, vel eo amplius Baptiſmum ſuſcepit *lib.* 1. *part.* 4. *cap.* 53. *num.* 2. contrarium *num. ſeq.*
Non dicitur Neophitus, qui ab infantia Baptiſmum ſuſcepit *ibid. num.* 4.
Vide *in verbo Ordo*.

NOVITIUS.

Novitius, qui infrà annum probationis à religione egreditur, omnia recuperat, & in priſtinum ſtatum remittitur *lib.* 1. *part.* 2. *cap.* 14. *num.* 47.

O

OBLATIO.

An Parochiani teneantur ex præcepto naturali, & Divino oblationes Parocho exhibere *lib.* 1. *par.* 5. *cap.* 62. *num.* 37.
Valet conſuetudo, ut oblationes præſtentur Parocho, vel aliis miniſtrantibus Sacramenta, etiam ſi iſti non indigeant *ibid. num.* 38.
Talis conſuetudo ſpatio decem annorum inducitur *num.* 39.
Oblationes, quæ fiunt in Eccleſia, debentur Rectori ejuſdem Eccleſiæ, *num.* 40. limitatur *num.* 42. *& ſeq.*
Oblationes in dubio præſumuntur factæ intuitu Eccleſiæ *num.* 41. *&* 43.
Quid ſi appareat de contraria intentione offerentis *num.* 42.
Quando oblationes debeantur Beneficiato Altaris, ſeu cappellæ *num.* 43.
Oblationes factæ imagini depictæ in pariete domus privatæ perſonæ debentur Eccleſiæ Parochiali *num.* 44.
Legatum factum Cappellæ, in qua erecta eſt confraternitas, debetur Eccleſiæ, ſeu ejus Rectori *num.* 45. limitatur *num. ſeq.*
Quid ſi Confratres tradant matrimonio puellas, vel faciant aliqua opera pietatis *num.* 46.
An oblationes, quæ Sacræ Imagini fiunt, poſſint alienari *num.* 47.
Oblationes, quæ fiunt à peccatoribus publicis, & ab excommunicatis denunciatis, recipiendæ non ſunt in odium peccati, niſi publicè conſtet de emendatione *num.* 48.
In quo differat oblatio à decima *num.* 49.
Primitiæ eodem jure cenſentur cum oblationibus *num.* 50.

OFFICIUM.

Officium Vide *in verbo Recitatio officii*.

OFFICIUM SECULARE.

Clericis cur vetitum ſit officia ſecularia cum juriſdictione exercere, alias quam pœnam incurraut *lib.* 1. *par.* 3. *cap.* 41. *num.* 1.
Sacerdos talia munera exercens incurit excommunicationem *ibid. num.* 4.
Clericus per modum proviſionis poteſt ſecularia exercere *num.* 6.
Quando valeant ſententiæ, & actus judiciales facti per Judicem Sacerdotem exercentem juriſdictionem Laicam *num.* 12.
Vide *in verbo Pena*.

ONUS.

Quando Clerici teneantur ad onera realia *lib.* 1. *par.* 1. *cap.* 2. *num.* 18.
Clerici etiam conjugati non tenentur ad onera perſonalia *ibid. num.* 19. Limitatur *num.* 22.
Quænam dicantur onera perſonalia *num.* 22.

OPINIO.

Communis Doctorum opinio non attenditur, quando altera contraria favet juriſdictioni Eccleſiæ, ſeu Clerici *lib.* 1. *par.* 5. *cap.* 63. *num.* 48.

ORDO, ORDINATIO.

Prima tonſura non eſt ordo, ſed præparatio ad ordines ſecundum Theologos *lib.* 1. *part.* 3. *cap.* 29. *num.* 2.
Epiſcopus poteſt ordines ſacros conferre Clerico, qui in ſua Diœceſi poſſidet Beneficium *lib.* 1. *part.* 3. *cap.* 32. *num.* 1.
Clericus non poteſt ordinari ad titulum Cappellaniæ ad nutum amovibilis, ſed illius ratione poteſt ad titulum ſufficientis patrimonii promoveri ab Epiſcopo talis Cappellaniæ *ibidem num.* 5.
Clericus poſſidens in aliqua diœceſi Beneficium tenue poteſt ab Epiſcopo illius diœceſis ordinari ratione Beneficii adjuncto patrimonio ſufficienti *num.* 6. Limitatur *num.* 7.
Clericus poſſidens in diverſis diœceſibus Beneficia poteſt à quolibet Epiſcopo illarum diœceſum ordinari *num.* 9.
Non poteſt Clericus ad ſacros ordines promoveri ſine titulo *lib.* 1. *part.* 4. *cap.* 44. *num.* 24.
Quando filii hæreticorum ad ordines promoveri poſſint *lib.* 1. *part.* 4. *cap.* 46. *num.* 6.
Omninò illitterati ſeu imperiti non poſſunt ab Epiſcopo ad ordines habilitari *lib.* 1. *part.* 4. *cap.* 49. *num.* 1.
Minor ſcientia ſufficit, quando adeſt ſpes addiſcendi in futurum *ibid. num.* 7.
Regulares benè legentes, licèt in lingua latina aliqualiter deficiant, tuta conſcientia poſſunt ab Epiſcopo ordinari *num.* 8.

Quid

Digitized by Google

Quid ſi illitteratus ordines jam ſuſceperit, & Beneficium adeptus fuerit *num.* 9.

Canonicatus Cathedralium hodie annexum habet ordinem ſacrum, *lib.* 1. *part.* 4. *cap.* 50. *num.* 6.

Quandoquis dicatur ſuſcipere ordines per ſaltum *lib.* 1. *part.* 4. *cap.* 51. *num.* 1.

Ordinarius ante legitimam ætatem obtenta deſpenſatione non poteſt in ſacris ordinibus miniſtrare niſi poſt implementum ætatis *ibid. num.* 7.

Non dicitur Neophitus, qui decem ab hinc annis vel eo amplius Baptiſmum ſuſcepit *lib.* 1. *par.* 4. *cap.* 53. *num.* 2.

Jura certum tempus non præſcribunt in quo aliquis dicendus ſit Neophitus, & in quo ad ordines nequeat promoveri *num.* 3.

Neophitus poteſt admitti ad minores ordines *numer.* 4.

Epiſcopus non poteſt ordinare familiarem, niſi per triennium ſecum fuerit commoratus, & beneficium ſtatim reipſa illi conferat juxta concilium Tridentinum *lib.* 1. *part.* 4 *cap.* 55. *num.* 1.

Diſpoſitio Concilii locum habet in proprio Epiſcopo, non autem in Epiſcopo titulari *ibidem num.* 2.

Familiaris quoad hunc effectum cenſetur, qui præſens per triennium continuum Epiſcopo inſervivit *num.* 3.

Epiſcopus familiari ſuo in tali caſu intra decem dies ad ſummum debet Beneficium conferre, etiam ſi minores ordines illi conferat *num.* 4.

An aliæ conditiones requirantur, ut quis efficiatur familiaris Epiſcopi *num.* 5.

A quo temp ore triennium computari poſſit *num.* 6.

An triennium hujuſmodi debeat eſſe completum *num.* 7.

Famuli familiarium Epiſcopi, qui expenſis ejuſdem Epiſcopi aluntur, gaudent eodem privilegio *num.* 8.

Familiaris ordinatus ab Epiſcopo non remanet ſuſpenſus ob ordinis executione, ſi Epiſcopus Beneficium ei ſtatim non contulerit, dummodo bona fide ordinatus fuerit *num.* 9.

Ubi culpa non eſt, par eſt, ut neque ſit pœna *num.* 10.

Epiſcopus familiarem ſuum triennalem poteſt ordinare etiam ad titulum patrimonii, vel penſionis, & tunc non tenetur Beneficium ei conferre *num.* 11.

Conſanguineus Epiſcopi convivens expenſis Epiſcopi in ejus domo dicitur familiaris ad effectum, ut ab eodem Epiſcopo poſſit ordinari *num.* 16.

Magiſter actorum ad hunc effectum dicitur familiaris Epiſcopi *num.* 17.

Qui promovetur ad ſacros ordines cenſetur contrahere conjugium ſpirituale *lib.* 1. *part.* 5. *cap.* 64. *num.* 6.

Qui Beneficium curatum adeptus fuit, infrà annum tenetur ſacerdotium ſuſcipere, alioquin elapſo anno eſt ipſo jure privatus tali Beneficio *lib.* 2. *part.* 6. *cap.* 2. *num.* 1.

Privatio hujuſmodi obligat in conſcientia ante Judicis ſententiam *ibid. num.* 2.

Canonici, & alii obtinentes præbendas, vel portiones, quibus ordo ſacer eſt annexus, tenentur infrà annum ordinem ſuſcipere requiſitum *num.* 3.

Quid ſi ordinem requiſitum infrà annum non ſuſceperint *num.* 4. & *num.* 11. & 12.

Qui Beneficium recepit ſine animo ſuſcipiendi Sacerdotium, vel alium ordinem Sacrum ei annexum, tenetur reſtituere omnes fructus perceptos etiam intra annum *num.* 5. limitatur *ibid.*

Quid ſi à principio habuit animum aſſumendi ordinem Sacrum Beneficio annexum ſed deinde mutavit voluntatem *num.* 6.

Et quid ſi Beneficium recipiat animo dubio ſuſcipiendi ordinem Sacrum vel cum propoſito conditionali illum aſſumendi, niſi aliud Beneficium convenientius ſibi offeratur *num.* 7.

Conditionalis intentio eſt vera intentio *num.* 8.

Quando Parochus, qui infrà annum non aſſumpſit Sacerdotium, excuſetur a pœna privationis ipſo jure *num.* 10.

Canonici, & dignitates negligentes intra annum ſuſcipere debitum ordinem privātur voce activa non autem paſſiva *num.* 11.

Privatus diſtributionibus non cenſetur privatus diſtributionibus extraordinariis, ſed tantum illis, quæ propriè, & ſtrictè diſtributiones quotidianæ dicuntur *num.* 12.

Clerici ad ſacros ordines promoveri non poſſunt, niſi conſtet, eos beneficium, vel patrimonium ad victum ſufficiens poſſidere *lib.* 1. *par.* 6. *cap.* 2. *num.* 13.

An Diaconi, vel Subdiaconi, & alii inferiorum ordinum teneantur in Eccleſia actum ſuorum ordinum exercere *lib.* 1. *par.* 6. *cap.* 6. *num.* 25.

An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum Canonico Cathedralis Eccleſiæ ob cauſam ſtudii, ut intra quinquennium non teneatur ſuſcipere ordinem Sacrum Canonicatui annexum *lib.* 1. *par.* 6. *cap.* 7. *num.* 22.

Vide *in verbo Diſpenſatio, ver. ſuſpenſio, ver. votum.*

P

PAROCHUS.

Parochus tenetur ſacramenta peſte infectis miniſtrare per alios, non autem per ſe ipſum *lib.* 1. *par.* 5. *cap.* 57. *num.* 14.

Parochus tenetur mortuos ſuæ Parochiæ gratìs ſepelire, niſi in loco adſit contraria conſuetudo *lib.* 2. *par.* 5. *cap.* 61. *num.* 10.

Parochus non poteſt, aliquem Eccleſiatica ſepultura privare ob decimas non ſolutas *lib.* 1. *par.* 5. *cap.* 62. *num.* 35.

Parochi Dominicis, & feſtis diebus tenentur doctrinam chriſtianam docere, ac populo prædicare per ſe, vel per alios *lib.* 2. *par.* 6. *cap.* 6. *num.* 7.

Parochi per ſe ipſos inter miſſarum ſolemnia ſermonem habere poſſunt etiam quando Epiſcopus ipſe prædicat *ibid. num.* 8.

Epiſcopus non poteſt Parochum occupare in officio Viſitatoris, Inquiſitoris, Vicarii, vel alio ſimili ultra bimeſtre *lib.* 2. *par.* 6. *cap.* 7. *num.* 23.

Parochi tenentur populo prædicare juxta Concilium Tridentinum *lib.* 2. *par.* 6 *cap.* 14. *num.* 1.

An, & quando Parochi poſſint per alios huic muneri ſatisfacere *ibid. num.* 2.

An excuſentur Parochi, ſi in Urbe, aut Parochia alii Concionatores doceant ea, quæ populus tenetur ſcire *num.* 3.

Vide *in verbo decima, verbo miſſa.*

PATER, PATRIA POTESTAS.

Epiſcopus propter Epiſcopalem dignitatem patria poteſtate ſolutus eſt *lib.* 1. *par.* 1. *cap.* 10. *num.* 9.

In Jure cautum non reperitur, ut Pater cogatur donare filio, ut efficiatur Clericus *ibid. num.* 15.

In bonis adventiis acquiſitis per filiumfam. ante Clericatum Pater retinet uſumfructum *numer.* 16.

Quid ſi filius aſſumatur poſtea ad Epiſcopatum *num.* 17.

Non ſolum Epiſcopus, ſed Clerici etiam primæ tonſuræ eximuntur à Patria poteſtate *lib.* 1. *par.* 5. *cap.* 64. *num.* 34.

Filius Religionem ingreſſus à patria poteſtate liberatur *ibid. num.* 35.

Pater, qui Religionem ingreditur patriam poteſtatem amittit *ibid.*

PATRIMONIUM.

An Clericus, qui fuit ordinatus ad titulum patrimonii, poſſit illud abſque licentia Epiſcopi alienare *lib.* 1. *par.* 3. *cap.* 40. *num.* 1.

Qui obtinuit beneficium per ſymoniam ab altero commiſſam, ipſo ignorante, tenetur cognita ſymonia beneficium reſignare *num.* 23 limitatur *num.* 24. *& ſequen.*
Quid ſi ſymonia commiſſa fuerit à tertio in odium proviſi, ut collatio addatur invalida *num.* 24.
Et quid ſi proviſus expreſſe contradixerit *num.* 25
An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum proviſo, ſi ex ignorante ſymonia à tertio commiſſa fuerit *numer.* 26.
An regula Cancellariæ de triennali proſit ſymoniaco ignoranti *num.* 27.
Cui reſtitui debeat pecunia accepta pro collatione, vel alia ſimili actione ordinata ad conſecutionem beneficii *num.* 28.

SYNODUS.

An, & quando exempti ad Synodum Diœceſanam accedere debeant *lib.* 2. *par.* 6. *cap.* 4. *numer.* 1.
Ad ſynodum accedere debent Sacerdotes etiam regulares, qui curam animarum exercent *ibid. num.* 2.
Alii Regulares, quorum Eccleſiis cura animarum eſt annexa, non tenentur ad ſynodum acedere *num.* 3.
Quid ſi in ſynodo ageretur de rebus gravibus ad ipſos quoque regulares pertinentibus *num.* 4.
Rectores Parochialium nullius Diœceſis tenentur accedere ad ſynodum Epiſcopi, à quo poſſunt viſitari *num.* 5.
Ad ſynodum tenentur accedere Abbates etiam exempti, qui per ſe, vel per Capellanos ad nutum amovibiles curam animarum exercent *num.* 6. limitatur *num. ſeq.*
Quid ſi curam exerceant per Vicarium perpetuum *num.* 7.
Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ accedere debet ad ſynodum per Nuntios, ſeu aliquos deputatos ex gremio Capituli, ſi extrà Civitatem, vel Oppidum Collegiatæ ſynodus celebretur *num.* 8.
Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, ac etiam Capitulum

tulum Collegiatæ ſi quaſi Epiſcopalem juriſdictionem habeant, de neceſſitate invitari debent *num*. 9. declaratur *num*. 10. & *ſeq*.

Ad ſynodum provincialem particulariter ſolent invitari qui de jure, aut conſuetudine intereſſe debent *num*. 10.

In ſynodo Diœceſana ſufficit vocatio per edictum generale *num*. 11.

Ad ſynodum accedere debent alii Prælati ſeculares, qui ſpecialiter non ſunt exempti, etiamſi juriſdictionem exerceant *num*. 12.

A ſententia dictorum Prælatorum ad Epiſcopum appellatur *num*. 13.

Prælati ſtrictè, & propriè dicuntur, qui contentioſam habent juriſdictionem *num*. 14.

Clerici habentes beneficia etiam ſimplicia tenentur ad ſynodum accedere *num*. 15.

An alii Clerici beneficia non poſſidentes teneantur ad ſynodum accedere *num*. 16.

Pro decretis in ſynodo evulgandis requirendum eſt conſilium Capituli Cathedralis *num*. 17. limitatur *ibidem*.

An ii, qui tenentur ſynodo intereſſe poſſint mittere procuratorem *num*. 18.

SOLEMNITAS.

Solemnitas diei ſequentis incipit à primis Veſperis *lib*. 2. *par*. 6. *cap*. *ultim*. *num*. 32.

SPOLIUM.

Spolium in penſione Eccleſiaſtica non procedit quando penſio non excedit 60. ducatos de Camera *lib*. 1. *par*. 1. *cap*. 10. *num*. 20.

Item ſpolium non habet locum in beneficio, quod non excedit 30. ducatos de Camera *num*. 21.

SPONSALIA.

Contractus matrimonii celebratus per verba de præſenti cum impubere 11. annorum reſolvitur in ſponſalia de futuro *lib*. 1. *par*. 3. *cap*. 30. *numer*. 8.

Vide *in verbo beneficium*.

STATUTUM.

Clerici quoad ordinatoria Judicii ligantur Statutis laicorum, ſicut exteri *lib*. 1. *par*. 1. *cap*. 1. *nu*. 23. limitatur *num*. 24. & *ſeq*.

Quid ſi ſtatuta hujuſmodi tollerent ea, quæ Clericis competunt de jure canonico *ibid*.

Statuta, & conſuetudines contra libertatem Eccleſiaſticam nullius ſunt roboris, & momenti *lib*. 1. *par*. 1. *cap*. 2. *num*. 5.

Statutum quo cavetur, ut certa eleemoſyna Clericis, aut Regularibus tradatur, non poteſt tolli per aliud Statutum *lib*. 1. *par*. 1. *cap*. 6. *num*. 5.

Statutum, ſi tollat Clericis ea; quæ illis tamquam civibus competunt, eſt contrà libertatem Eccleſiaſticam *ibid*. *num*. 6.

Statuta, ſeu Leges, per quas Eccleſiaſtici timidiores fiunt, libertati Eccleſiaſticæ adverſantur *num*. 7.

An validum ſit ſtatutum prohibens ne feuda vendantur perſonis Eccleſiaſticis *num*. 8.

Clerici poſſunt uti, ſi velint ſtatutis Laicorum, dummodò ſint generalia, & favorabilia *lib*. 1. *par*. 2. *cap*. 22. *num*. 1. limitatur *num*. 3. declaratur *num*. 10.

Clerici non poſſunt uti ſtatutis laicorum etiam favorabilibus, quando faciunt expreſſam mentionem de Clericis, vel Eccleſiis *ibid*. *num*. 3. limitatur *num*. 10.

Clerici poſſunt agere jure congrui contra Laicos, non è contra *num*. 4.

Clerici poſſunt uti ſtatuto Laicorum de cauſis compromittendis inter conſanguineos, & affines *num*. 5.

Clerici gaudent privilegiis Laicorum ſtatutariis pro ſe, non autem contra ſe *num*. 6.

Eccleſia poteſt ſe juvare præſcriptione ſtatutaria contra alios non è contra *num*. 7.

Statutum tribuens inſtrumento executionem paratam prodeſt Clericis, non tamen nocet *numer*. 8.

Statutum excluſivum fœminarum non procedit in teſtamento Clerici *num*. 9.

Statutum faciens de Clericis, vel Eccleſia expreſſam mentionem valet, quando diſponit ſimplicitèr privilegiando *num*. 10.

An Eccleſiæ, vel Clerici contrahentes cum laicis teneantur ſervare ſolemnitates à ſtatuto requiſitas *num*. 11.

Quid ſi ſolemnitas ſtatutaria veniret in derogationem, vel diminutionem ſolemnitatis introductæ de jure communi *num*. 12.

SUBSIDIUM CHARITATIVUM.

Quando Epiſcopus poſſit à ſuis ſubditis charitativum ſubſidium exigere *lib*. 2. *part*. 6. *cap*. 17. *num*. 37. & *num*. 45.

An alii Epiſcopo inferiores charitativum ſubſidium exigere poſſint *ibid*. *num*. 38.

An Capitulum ſede vacante poſſit charitativum ſubſidium exigere *num*. 40.

An Epiſcopus nondum conſecratus poſſit tale ſubſidium exigere *num*. 41.

An ad hunc effectum requiri debeat conſilium capituli, & Clericorum *num*. 42.

Charitativum ſubſidium non poteſt ab Epiſcopo exigi, niſi manifeſta, & rationabilis cauſa concurrat *num*. 43. & *num*. 45.

In dubio rationabilis cauſa non præſumitur in tali caſu *num*. 44.

Enumerantur caſus, in quibus Epiſcopus charitativum ſubſidium exigere poteſt *num*. 45.

An Religioſi exempti teneantur charitativum ſubſidium Epiſcopo præſtare *num*. 46.

Epiſcopus non poteſt à Laicis exigere hujuſmodi ſubſidium, exceptis Vaſſallis Eccleſiæ *num*. 47.

Clerici beneficia non obtinentes ad tale ſubſidium non tenentur *num*. 48.

Item hoc onere gravari non debent Clerici qui ex ſuis beneficiis nullos percipiunt fructus ob bella, vel alium caſum fortuitum *num*. 49.

Similitèr ad hoc ſubſidium non tenentur Clerici, qui ex ſuorum beneficiorum redditibus nihil habent ultra decentem victum *num*. 50.

Clerici ad dictum ſubſidium non tenentur de quotidianis diſtributionibus *num*. 51.

Ad hoc onus cogi non poſſunt moniales non habentes redditus ultra ſummam 14. ducatorum auri de camera pro victu cujuslibet *num*. 52.

Qualiter taxandum ſit ſubſidium charitativum *num*. 54.

Jus

Jus exigendi charitativum ſubſidium præſcribi non poteſt *numer.* 59.
Quid ſi concurreret præſcriptio temporis immemorabilis *num.* 56.
Epiſcopus poteſt ſuos ſubditos ad charitativum ſubſidium compellere etiam per cenſuras *numer.* 57.
Quando in materia hujus ſubſidij detur appellatio *num.* 59.
Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ non tenentur ad hujuſmodi ſubſidium pro beneficiis, quæ poſſident *num.* 60.
Quid ſi Eccleſia in confinibus duarum Diœceſum exiſtat, *ibidem*,

SUBSTITUTIO.

Clericus poteſt directo ſubſtituere *lib.* 1, *par.* 2 *cap.* 15. *num.* 57.
Subſtitutus hæredi ſinè filiis decedenti excluditur à monaſterio, in quo talis hæres profeſſionem emiſit *lib.* 1. *part.* 5. *cap.* 64. *num.* 28.
Quid ſi hæres clericatum aſſumpſerit, *ibid. num.* 29.

SUCCESSIO.

Succeſſio vide *in verbo Feudum*.

SUCCESSOR.

Succeſſor in beneficio non tenetur ad debita concontracta per ſuum prædeceſſorem ob proprium commodum abſque neceſſitate *lib.* 2. *part.* 6. *cap.* 12. *num.* 1.
Succeſſor in beneficio tenetur ad debita per prædeceſſorem contracta pro neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ *ibid. num.* 2. declaratur *num.* 14. limitatur *num.* 15.
Succeſſor in beneficio tenetur ad debita per ſuum prædeceſſorem contracta pro ſua neceſſitate *n.* 3. limitatur *num.* 15.

SUSPENSIO, SUSPENSUS.

Suſpenſus à beneficio non poteſt percipere fructus ipſius beneficii, ſed illi in utilitatem Eccleſiæ converti debent *lib.* 1. *par.* 3. *cap.* 42. *num.* 2.
Suſpenſus ab officio non poteſt miſſam celebrare, nec alias ſacrorum ordinum functiones exercere, aliàs irregularitatem incurrit *ibid. num.* 3.
Suſpenſus ab officio intelligitur ſuſpenſus ab officio ordinis, & juriſdictionis *num.* 4.
Clericus recipiens ordines ab Epiſcopo hæretico, vel aliàs excommunicato vitando incurrit ſuſpenſionem ab executione ordinum ſuſceptorum ſecus ſi talis Epiſcopus non fuerit declaratus excommunicatus *lib.* 1. *part.* 4. *cap.* 46 *num.* 9.
Qui per ignorantiam invincibilem recepit ordines ab Epiſcopo excommunicato vitando non excuſatur à dicta ſuſpenſione *ibid. num.* 11.
An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum ſuo ſubdito, qui ignoranter ordinatus fuit ab Epiſcopo excommunicato vitando *num.* 12.
Suſcipiens ordines per ſaltum ſuſpenſionem incurrit *lib.* 1. *part.* 4. *cap.* 51. *num.* 2.
Suſcipiens ordines per ſaltum non remanet ſuſpenſus ab ordinibus anteà ritè ſuſceptis *ibidem num.* 4.
An, & quando ordinatus ante legitimam ætatem ſuſpenſionem incurrat *num.* 8.
Sacerdos ſivè ſæcularis, ſivè Regularis, qui auſus fuit ſponſos benedicere ſine licentia Parochi, vel ordinarij incurrit ipſo facto ſuſpenſionem ab officio *lib.* 1, *par.* 5. *cap.* 59. *num.* 5.
Ab hac ſuſpenſione non ſolum Epiſcopus, ſed etiam Vicarius poteſt abſolvere *num.* 7.
Suſpenſus à beneficio non privatur eleemoſynis, quæ ob mortuoria ſeu anniverſaria, & his ſimilia conferuntur *lib.* 2, *par.* 6. *cap. ult. num.* 135.
Vide *in verbo Viſitator*, *ver. diſpenſatio per matrimonium*,

T

TEMPUS.

Tempus in compromiſſo oppoſitum non currit, niſi à die acceptationis *lib.* 1. *part.* 3. *cap.* 34. *numer.* 14.
Curſus fatalium non impeditur per compromiſſum ante ſecutam acceptationem *num.* 15.
Quando tempus ſtatim currat *num.* 16.
Quid ſi in compromiſſo nullum adjectum fuerit tempus *num.* 17.
Si nec partes, nec ſtatutum de tempore diſponat, arbitro conceditur triennium ad pronunciandum, arbitratori vero durat facultas, quandiù voluerit *num.* 18. limitatur *num. ſeq.*
Arbitrator præſumitur nolle arbitrari, ſi intra annum non pronunciaverit *num.* 19.
Laicus Patronus alicujus beneficii habet quadrimeſtre ad præſentandum *lib.* 1. *part.* 5. *cap.* 64. *num.* 9.
Patrono Eccleſiaſtico ad præſentandum dantur ſex menſes *ibid. num.* 10.
Quid ſi laicus eſſet compatronus cum Clerico *numer.* 11.
Magis dignus trahit ad ſe minus dignum *num.* 12.

TESTAMENTA.

In teſtamentis communibus de jure Canonico ſufficiunt duo teſtes cum Parocho *juxtà forma cap. cum eſſet* de teſtamento *lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 9. *numer.* 1.
An hæc concluſio procedat, quando teſtamentum fuit ita conditum ad cauſas prophanas *num.* 2.
Diſpoſitio *d. cap. cum eſſet* eſt obſervanda in foro Eccleſiaſtico ubique etiam in terris Imperii, & in terris Eccleſiæ in utroque foro *num.* 3.
Teſtamentum ita conditum validum eſt, ſivè conditum fuerit ab infirmis, ſive à ſanis *num.* 4.
An in teſtamento condito ſecundum formam Juris Canonici admittantur teſtes fœminæ, & alii, qui de jure civili repelluntur *num.* 5.
Quid requiratur, ut hujuſmodi teſtamentum fidem faciat *num.* 6.
An & quando teſtamentum nuncupativum, de quo non fuit confecta publica ſcriptura, fidem faciat *num.* 7.
An teſtamentum conditum ſecundum formam juris Canonici valeat, ſi ſacerdos adhibitus verè non ſit Parochus *num.* 8.
In urbe, & ejus diſtrictu teſtamentum coram Parocho, & duobus teſtibus conditum juxtà *d. cap. cum eſſet* non valet *num.* 9.
Textus in *d. cap. cum eſſet* procedit quoad eos, qui ſui juris ſunt, ſeù habiles ad teſtandum *num.* 10.
Filiifam. qui ſunt in patria poteſtate uti non poſ-

ſunt

ſunt beneficio d. textus etiam ſi matrimonium contraxerint *num.* 11.
Patria poteſtas non ceſſat per filii, vel filiæ matrimonium *num.* 12.
Filia nupta non poteſt teſtari de ſua dote adventitia *num.* 13.
An teſtamentum conditum per filium, vel filiam valeat ex vi clauſulæ codicillaris, vel in vim donationis cauſa mortis, ſi de illa in teſtamento mentio facta fuit *num.* 14.
An filiusfam. condere poſſit teſtamentum ad pias cauſas *num.* 18.
An valeant legata per filiumfam. facta ad favorem aliarum perſonarum in teſtamento condito ad pias cauſas *num.* 19.
Teſtamentũ conditum ad pias cauſas coram duobus teſtibus etiam ſine Parocho validum eſt de jure Canonico ubique etiam in terris Imperii *num.* 20.
Teſtamentum factum coram Judice in actis judicii abſque legitimo numero teſtium, ſeu cum minori numero validum eſt *num.* 21.
Quid ſi teſtamentum, vel alius actus geſtus fuerit coram Principe *num.* 22.
Quando publicæ ſcripturæ tabellionis credatur abſque interventu teſtium *num.* 23.
An ſtatutum annullans teſtamentum, quod non fuit intra certum tempus inſinuatum, compræhendat teſtamentum, in quo Clericus eſt hæres inſtitutus *num.* 24.
Schedula teſtamenti propria Teſtatoris manu ſcripta, & ſubſcripta, & confecta ad miſſas celebrandas pro anima ipſius Teſtatoris, vel ad aliam piam cauſam valida eſt, etiamſi teſtibus non fuerit munita *num.* 25.
Beneficiatus attento jure communi poteſt teſtari de fructibus ex beneficio collectis, & reconditis *lib.* 1. *part.* 1. *cap.* 10. *num.* 1.
Clericus de bonis quæſitis ex fructibus Beneficii, vel penſionis parte vivendo poteſt libere diſponere, ac teſtari *ibid. num.* 3.
Poteſt etiam Clericus teſtari de fructibus Beneficiorum ſuperfluis *num.* 4.
Quanta pars fructuum conſtituenda ſit pro commoda Beneficiarii ſubſtentatione *ibid. num.* 5.
Clericus filiusfam. poteſt teſtamentum condere de bonis adventitiis, quæ conſtante Clericatu acquiſivit *num.* 6.
Quid ſi in filiofam. Clerico non concurrant requiſita concilii Tridentini *num.* 10.
Clericus penſionarius poteſt teſtari de redditibus penſionis, quia penſio in mera temporalitate conſiſtit *num.* 18.
Teſtamentum Clerici prætereuntis, aut ſine cauſa exheredantis filios, vel Parentes non annullatur, nec ſubjacet querelæ inofficioſi teſtamenti *lib.* 1. *part.* 2. *cap.* 15. *num.* 58. declaratur *num. ſeq.*
An filiis, & parentibus in tali caſu debeatur legitima portio *lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 15. *num.* 59.
Irrita eſt donatio, teſtamentum aut legatum à Clerico factum ſuæ concubinæ *ibid. num.* 60.
Quid ſi in donatione, vel teſtamento fuerit interpoſitum juramentum *num.* 61.
Teſtamentũ Clerici nullo modo ſubjicitur ſtatutis laicorum, etjamſi laicum inſtituerit hæredem, & ſuper ejus hæreditate orta ſit lis coram Judice ſeculari *lib. primo par.* 5 *cap.* 64. *num.* 45.
Quid ſi Clerico decedenti ſuperſit fœmina & alius in eodem gradu proximiores, *ibid. num.* 46.
Vide *in verbo Concubina*, *verbo fructus*.

TESTIS.

Clericus de licentia ſui Epiſcopi poteſt eſſe teſtis in favorem rei *lib.* 1. *par.* 4. *cap.* 56. *num.* 15.
Clericus cogi non poteſt ad deponendum in cauſa criminali coram Judice ſeculari, & quid in cauſa civili *lib.* 1. *par.* 5. *cap.* 63. *num.* 1.

TORTURA.

An & quando Clericus poſſit de Jure torqueri *lib.* 1. *par.* 5. *cap.* 64. *num.* 50.

TRIBUTUM.

An & quando Clerici teneantur ad tributa *lib.* 1. *par.* 1. *cap.* 2. *num.* 22.

TUTELA.

Clericus non tenetur ſuſcipere tutelam *lib.* 1. *par.* 2. *cap.* 25. *num.* 1.
An & quando poſſit admitti ad Clericatum is, qui eſt tutor de præſenti, vel fuit tutor de præterito *ibid. num.* 2.
Clericus poteſt ſe à tutela excuſare etiam ſi in illa ſe ingeſſerit ante Clericatum *num.* 3.
Quilibet excuſatur à tutela propter militiam ſupervenientem *num.* 4.
Clericus volens admittitur ad tutelam legitimam proximorum conſanguineorum *num.* 5.
Tutela eſt officium pium *num.* 6.
Clericus poteſt ſuſcipere tutelam legitimam, quando eſt unica, ſecus ſi eſſent plures *num.* 7.
Clericus etiam volens non poteſt admitti ad tutelam teſtamentariam, vel dativam *num.* 8. Limitatur *num.* 9.
An Clericus poſſit cogi ad ſuſcipiendam tutelam pauperum, vel miſerabilium perſonarum *numer.* 10.
Clericus, qui noluit acceptare tutelam legitimam, non privatur ſucceſſione pupilli, nec amittit legatum ſibi à Teſtatore factum cum hac conditione, ut ſuſciperet tutelam filiorum ipſius Teſtatoris *num.* 11.

V

VALOR.

Quomodo intelligatur valor ducatorum *lib.* 2. *p.* 6. *cap.* 16. *num.* 18.

VENATIO.

Venatio Clericis eſt de jure prohibita *lib.* 2. *par.* 6. *cap.* 20. *num.* 1. Limitatur *num.* 2. *& ſequen.*

VISITATIO.

Certum tempus à Jure non eſt præſcriptum, intrà quod Epiſcopus teneatur viſitationem concludere *lib.* 2. *par.* 6. *cap.* 17. *num.* 65.
Oratoria erecta ſine auctoritate ordinarii non ſubiacent viſitationi nec procurationi *ibidem numer.* 70.
An Epiſcopus recipiens victualia à pauperibus, quas viſitat, teneatur ad reſtitutionem *num.* 72.

Viſi-

Viſitati tenentur ad expenſas, quæ conſiſtunt in victu, non autem ad eas, quæ concernunt alia neceſſaria perſonæ *num.* 75.

An viſitati ultra victum teneantur ad vecturas, & laminas ferreas equorum *num.* 76.

Epiſcopus poteſt Archidiaconis, & aliis ſibi ſubjectis viſitandi jus habentibus terminum præfigere ad viſitationem complendam, eiſque comitatum, & equitatum ſtatuere *num.* 79.

Epiſcopus, & alii inferiores viſitantes nec pecuniam, nec munus a viſitatis accipere poſſunt *num.* 84. & *num.* 89. limitatur *num.* 85.

Quid ſi munera ſint levis momenti, vel ſi in eadem viſitatione conſumantur *num.* 85.

Familiares Prælatorum jure ordinario viſitantium nihil occaſione viſitationis accipere poſſunt *nu.* 87. limitatur *num. ſeq.*

Cancellarius Epiſcopi poteſt competentem mercedem pro copia actorum, ſeu decretorum viſitationis ab eis. qui ea petunt, accipere *num.* 88.

Vide *in verbo procuratio*.

VISITATOR.

Viſitatores recipientes munera tenentur ea reſtituere infra menſem, alias incurrunt ſuſpenſionem ab officio, & Beneficio *lib.* 1. *par.* 3. *cap.* 42. *num.* 1.

Viſitatores nihil recipere poſſunt, niſi moderatam procurationem *ibid. num.* 5.

Hæc prohibitio extenditur etiam ad familiam ipſorum viſitatorum *num.* 6. declaratur *num.* 8.

An viſitatores loco procurationis ſibi debitæ in victualibus poſſint recipere pecuniam *num.* 7.

Viſitatores non tenentur in defectum familiæ non reſtituentis *num.* 8.

Innocens pro alterius culpa non debet pœnam luere. *num.* 9.

Viſitatores à prædictis pœnis excuſantur ſi alio titulo, quam ratione viſitationis munus aliquod accipiunt *num.* 10.

Item excuſantur, ſi munus modicæ ſummæ recipiant *num.* 11.

Summa aureorum duorum in jure pro modica habetur *num.* 12.

Ignorantia etiam craſſa, ſupina, & affectata excuſat à prædicta pœna ſuſpenſionis *num.* 13.

Præſumptiò importat dolum, & temeritatem *numer.* 14.

VOTUM.

Qui ſacros ordines ſuſcepit, tacitè emittit votum ſolemne caſtitatis, & tenetur ad illam ſervandam *lib.* 2. *part.* 6. *cap.* 3. *num.* 1. limitatur *n.* 10. & *ſeq.*

Votum caſtitatis ex inſtitutione Eccleſiæ annexum eſt ſacris ordinibus *ibid. num.* 2.

Qui vult ſtatutum aliquem, cenſetur velle etiam onera illi ſtatuti annexa *num.* 3.

An ſuſcipiens ſacros ordines cum intentione poſitiva non vovendi teneatur ſervare caſtitatem *num.* 5.

Eccleſia poteſt aſtringere ſponte ordinatos ad onera ordinibus annexa *num.* 6.

Leges ſemel legitimè promulgatæ ligant omnes etiam invitos *num.* 7.

Qui cum animo non vovendi continentiam ſuſcipit ſacros ordines peccat mortaliter *num.* 8.

Non tenetur ad ſervandam continentiam is, qui invalidè ſacros ordines ſuſcepit *num.* 10.

Item non tenetur, qui ordinatus fuit per vim, aut metum cadentem in conſtantem virum, niſi poſtea ratificet verbo vel facto *num.* 11.

An, & quando teneatur ad ſervandam caſtitatem is, qui ſacros ordines ſuſcepit ante uſum rationis, vel ante pubertatem *num.* 13.

Hodie votum ſolemne caſtitatis ſivè expreſsè emiſſum in profeſſione ſive tacitè in ſuſceptione ordinis ſacri non valet, ſi fiat ante 16. annum expletum *num.* 14.

Vide *in verbo Diſpenſatio*.

USUSFRUCTUS.

In bonis filiiſam. Clerici quaſi caſtrenſibus non quæritur uſusfructus Patri *lib.* 1. *par.* 1. *cap.* 10. *num.* 8.

Clericus habet peculium quaſi caſtrenſe, in quo Pater Clerici nullum habet uſumfructum *lib.* 1. *part.* 2. *cap.* 15. *num.* 74.

Bona, quæ in aliis ſunt adventitia, in Clericis ſunt quaſi caſtrenſia *ibidem*.

Beneficiatus æquiparatur uſufructuario *lib.* 1. *par.* 3. *cap.* 35. *num.* 1.

An, & quando Pater amittat uſumfructum in bonis adventitiis filii per aſſumptionem ejuſdem filii ad Clericatum *lib.* 1. *par.* 5. *cap.* 64. *num.* 36.

FINIS.

Digitized by Google

CONSTITUTIONES SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI AD MATERIAM JURIUM CLERICORUM

Decretum Congregationis ſpecialitèr deputatæ ſuper Reformatione Indultorum eximentium à ſervitio nonnullos Canonicos, & Beneſiciatos Vrbis.

SAnctiſs. D. N. INNOCENTIUS Papa XII. ad cujus notitiam pervenit, ſervitium Baſilicarum, & Collegiatarum Eccleſiarum Urbis valdè diminui propter Indulta concedi ſolita nonnullis illarum Canonicis, & Beneſiciatis quocunq; nomine nuncupatis, vel ratione munerum, quibus funguntur, vel cauſa ſtudii, cum exemptione ab hujuſmodi ſervitio, & cum privilegio lucrandi fructus, & diſtributiones etiam quotidianas, tametſi iiſdem Eccleſiis non inſerviant, deputavit particularem Congregationem Eminentiſſimorum DD. Cardinalium Carpinei, Mareſcotti, de Nortfolch, Colloredi, & Panciatici, nec non Illuſtriſſimorum DD. Sperelli, Altoviti, Pallavicini, & Sacripantis, qui & ejuſdem Congregationis Secretarius ſit, ad effectum examinandi eadem Indulta, & proponendi illas moderationes, reformationes, revocationes, & conſiderationes, quæ deſuper opportunè viſæ fuiſſent.

Quæ ſanè Congregatio in Palatio prædicti Eminentiſſimi Carpinei, ter coacta, nimirùm ſub diebus 13. & 20. Aprilis proximè præteriti, & 7. currentis menſis Maij cenſuit, ſi eidem Sanctiſſimo D.N. placuerit, hujuſmodi Indulta quoad Nuncios Apoſtolicos, nec non Intimos, & eidem Sanctiſſimo actu inſervientes familiares, ac Subdatarium, & Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarium non eſſe immutanda.

Quoad Gubernatores, & Vice-Legatos Provinciarum, Civitatum, & locorum Status Eccleſiaſtici, qui durante abſentia numquam poſſunt Eccleſiis intereſſe, nec non Procuratorem Generalem Montium, ac familiares S. R. E. Cardinalium (firmo tamen quoad eorumdem Cardinalium Caudatarios remanente decreto moderatorio Sac. Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium Sac. Concilii Tridentini Interpretum die 19. Auguſti 1690. edito) eſſe revocanda, & expedire, quod impoſterùm non concedantur.

Indultum inſervienti Secretariæ Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium Conſultationibus negociorum ditionis temporalis ejuſdem S. R. E. Præpoſitorum conceſſum eſſe reformandum, & impoſterùm reſtringendum ad illos dies, & horas dumtaxat, quibus ratione hujuſmodi ſervitii actualitèr præſtandi impeditus fuerit, cjus conſcientia deſuper ſtrictiſſimè onerata.

Indulta cauſa ſtudii pro lucrandis fructibus dumtaxàt, nec aliter pro lucrandis diſtributionibus quotidianis eſſe concedenda, quam pro Eccleſiis quarum redditus conſiſtunt, vel in ſolis diſtributionibus quotidianis, vel in eiſdem diſtributionibus vnà cum aliquibus fructibus tenuis præbendæ, dempta tamen tertia parte, quæ intereſſentibus accreſcat; nec paritèr concedenda ultrà triennium, neque majoribus vigintiquinque annis, quinimò hujuſmodi etate vigintiquinque annorum expleta, eadem Indulta, licèt idem triennium adhuc expletum non fuerit, expirare.

Omnes denique habentes Indulta pro ſingulis diebus, & horis, quibus ratione ſervitii in eorum muneribus, ſeù Officiis actualitèr præſtandi impediti fuerint, adhuc eſſe punctandos, toties quoties Eccleſiæ, ſeù Choro non interfuerint, ſed in qualibet hebdomada hujuſmodi puncta poſſe, & debere deleri, ſeu tolli pro illis tantum diebus, & horis, quibus Indultarii allegaverint particularia impedimenta ratione eorumdem munerum, eorum conſcientia deſuper ſtrictiſſimè onerata, & circa hujuſmodi impedimentorum relevantiam judicio proprii Vicarii cujuslibet Eccleſiæ, in Eccleſiis verò, ubi non adeſt hujuſmodi Vicarius, judicio dignioris Canonici eſſe deferendum.

Facta per me infraſcriptum hac die 8. Maii 1693. relatione prędictarum reſolutionum Sanctiſſimo D. N. Sanctitas Sua illas probavit, & à die prima Junii proximè venturi mandavit inviolabilitèr obſervari, Indultis tam à ſe, quam à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus ſuis quomodolibet conceſſis, & aliis contrariis quibuſcumque non obſtantibus, quibus pro obſervatione præmiſſorum ampliſſimè derogavit.

Joſeph Sacripantes Secret.

Decreta Congregationis à Sanctiſſimo Domino Noſtro ſpecialitèr deputatæ ſuper moderatione Indultorum ſuſcipiendi Ordines extra tempora à Iure Statuta.

SAnctiſſimus Dominus Noſter INNOCENTIUS Papa Duodecimus pro paſtorali ſuo in commiſſum ſibi Gregem Dominicum zelo, ac tuendæ Diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſtudio proſpicere volens, ne Indulta ſuſcipiendi extra tempora à Jure ſtatuta Ordines nimis facilè concedantur, Congregationi particulari Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium Carpinei, Caſanatis, Mareſcotti, Colloredi, Panciatici, & Albani, nec non Illuſtriſſimorum Dominorum Sperelli, Ciampini, Sacripantis, meique Secretarii infraſcripti ſpecialitèr deputatæ expendendas commiſit Cauſas, ex quibus præfata Indulta tribui ſolent, ut Sanctitati Suæ referri poſſet, quæ ratio deinceps ineunda, moduſque adhibendus videretur in conceſſione ſimilium Indultorum.

Quæ quidem Congregatio in ædibus præfati Eminentiſſimi Carpinei die 10. Novembris, atque iterum 7. Decembris Anni currentis habita, re maturè diſcuſſa, cenſuit Indulta hujuſmodi, ſi Sanctiſſimo placuerit, concedi poſſe ex cauſis infraſcriptis, videlicèt.

Ut quis Beneficio, vi cujus arctatur ad Preſbiteralem Ordinem ſuſcipiendum, vel alteri etiam perpetuo Beneficio, quod obtinet, vel Capellaniæ ad vitam ſibi conceſſæ per ſeipſum inſervirire poſſit. Ob penuriam Sacerdotum in illis Partibus, vel in Monaſterio pro Regularibus. Ob ſolatium Patris, vel Matris, dummodò quinquaginta ætatis annos excedant, & Orator ſaltèm per triennium in Clericali habitu honeſtè, & laudabilitèr vixerit. Item concedi poſſe cenſuit eadem Indulta Referendariis utriuſque Signaturæ, Familiaribus Summi Pontificis, Canonicis Cathedralis, vel etiam Collegiatæ Eccleſiæ, eorumque Coauditoribus, Magiſtris, ſeù etiam Baccalaureis in Sacra Theologia; Doctoribus utriuſque, vel ſaltem Canonici Juris, ſeù Licentiatis, dummodo ſingulos præfatos Gradus in publica, & approbata Univerſitate obtinuerint; Iis etiam, qui ſaltem pro triennium ſedulam Theologiæ ſtudiis operam navaverint, ac tandem vigeſimum ſextum ætatis annum excedentibus, ſi per triennium in Clericali habitu honeſtè, & laudabilitèr vixerint.

E contra cenſuit non expedire, ut eadem Indulta concedantur ex eo, quod quis Diaconus, Subdiaconus, litterarum Apoſtolicarum Scriptor ſit, ſeù Magiſter in Artibus, Nobilis, aut Præſens in Curia, vel quod Phyloſophiæ curſum abſolverit, aut alicui Eccleſiæ adſcriptus fuerit, ad cujus ſervitii titulum ex Apoſtolico Indulto Clerici ordinari poſſunt, aut onus Miſſarum, non tamèn ex Beneficio Eccleſiaſtico proveniens, habere ſe doceat.

Inſuper cenſuit Indulta hujuſmodi denegandaeſſe iis, qui aliqua Diſpenſatione indigent impedimenti ex eorum delicto provenientis; & Sede Epiſcopali vacante infra annum à die vacationis minimè danda iis, qui Beneficii Eccleſiaſtici recepti, ſeù recipiendi occaſione arctati non fuerint.

Item numquam concedenda pro Feſtivis Diebus continuis, ſed ſemper pro interpolatis aliquo temporis ſpatio arbitrio Epiſcopi definiendo.

Denique cenſuit Epiſcopos omnes, ac etiam Apoſtolicos Nuncios, & Legatos Literis in forma Brevis circularibus admonendos, decreviſſe Sanctitatem Suam Indulta prædicta non ità paſſim, ſed ex certis tantum, legitimiſque cauſis concedere, nec Epiſcopos ad eorum exequutionem aſtringere, ſed illam ſemper ipſorum arbitrio, onerata eorumdem conſcientia, relinquere. Idem per eadem Indulta licentiam non tribui promovendi quempiam ad Patrimonii titulum, niſi ad normam Concilii Tridentini Seſſ. 21. cap. 2. Eos verò omnes, qui ab Apoſtolica Sede facultates obtinent conferendi Ordines extra Tempora, vel aliis reſpectivè tribuendi licentiam, ut conferant, maximè cavere debere, ne præſcriptos ſibi in iiſdem facultatibus limites cujuſvis conſuetudinis, aut exempli prætextu tranſgrediantur.

Hæc autem omnia, & ſingula ſupraſcripta Decreta, audita ex me integra eorum relatione, Sanctiſſimus Dominus Noſter laudavit, & approbavit, ac tàm in Dataria, & Secretaria Brevium, quàm à cæteris omnibus Miniſtris, & Officialibus Curiæ, ad quos pertinet, perpetuò, & inviolabilitèr ſervari mandavit, ſublata omnibus quacumque facultate prædicta Indulta alitèr, quam ad formam eorumdem Decretorum in poſterùm expediendi. Hac die 14. Decembris 1693.

Carolus Auguſtinus Fabronus Secret.

Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini INNOCENTII Papæ Duodecimi Conſtitutio ſuper exemptione Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Prælatorum Inferiorum Regni Neapolis à Spoliis, & fructibus inconſumptis, & incommixtis ſuarum Eccleſiarum ad Cameram Apoſtolicam hactenùs ſpectantibus, & deinceps in beneficium Eccleſiarum applicandis, & erogandis.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

INſcrutabili Æternæ Sapientiæ arcano univerſi Orbis Eccleſiis, meritis licèt imparibus, præſidentes, vigilis more Paſtoris, in omnes agri Dominici partes mentis noſtræ oculos circumferimus, ut quidquid earumdem Eccleſiarum, illarumque Antiſtitum ſtatui, decori, commodis, tranquillitati, & neceſſitati convenire cenſemus, ad majorem Dei gloriam, ſolicitis, & beneficis ſtudiis promoveamus, prout rerum, locorum, & temporum circumſtantiis attentè penſatis in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Hinc dum ad Regni Neapolis Metropolitanas, & alias Cathedrales Eccleſias, ut plurimum ino-

Digitized by Google

inopes, & exiguas, utpotè inter ſe valde propinquas, & ad magnum numerum centum triginta quinque, comprehenſis invicem unitis, aſcendentes, quot in pluribus, ac etiam majoribus Regnis, & Dominiis non exiſtunt, convertimus noſtræ conſiderationis intuitum, non ſine gravi animi mœrore perpendimus, pleraſque earum Archiepiſcopales, & Epiſcopales, necnon aliquorum Præſulum inferiorum, ſeu Dignitatum quaſi Epiſcopalem juriſdictionem, ſeu Ordinariorum jura habentium Menſas, ob diœceſum anguſtias, incolarum, & agricolarum deficientiam, terremotuum frequentiam, aliaſque temporum injurias, dignitatis ſplendori neceſſariis, ſeu congruis carere redditibus, iſtoſque reſpectu aliquarum Menſarum hujuſmodi vix ad annuam ſummam ſcutorum ducentorum, vel aliam paulò majorem aſcendere; Et propterea præfatas Metropolitanas, & alias Cathedrales, ceteraſque dictorum Prælatorum Inferiorum Eccleſias illa, quam Dei Domus expoſceret, majeſtate, & eleganti ſtructura, necnon decenti ſupellectile ſacra, neceſſariiſque reparationibus indigere, Miniſtrorum quoque Eccleſiaſticorum ſufficientiam, & idoneitatem ob hujuſmodi vel inopiam, vel non opulentiam deſiderari, piàque opera inibi in dies decreſcere, & alicubi defeciſſe. Unde etiam aures benigniùs, & attentiùs porreximus querimoniis nuper ad Nos pro parte Ven. Fratrum noſtrorum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum ejuſdem Regni delatis de Spoliorum Subcollectoribus, quibus tametſi per opportunas Sedis Apoſtolicæ, ejuſque Officialium proviſiones ſatis mandatum fuiſſe noſcatur, ut viventibus Præſulibus hujuſmodi à bonorum ex redditibus ſuarum Eccleſiarum, & multò magis aliunde per eos acquiſitorum ſequeſtratione, poſſeſſione, & occupatione prorſus abſtinerent; nihilominus aliqui ex eiſdem Subcollectoribus, ſuis facultatibus abutentes, nec pœnas, quibus in tranſgreſſores, ut par eſt, juſtitia mediante, animadverti non fuit prætermiſſum, reformidantes, quinimo ubi magis commiſeranda fuiſſet inopia, vel anguſtia, moleſtias, & rigorem lucri gratia multiplicantes, ſub ſequeſtrationis, aſſecurationis, vel alio prætextu hujuſmodi, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Prælatos Inferiores ægritudine preſſos, & in extremis etiam laborantes commodo, uſu, & poſſeſſione bonorum præfatorum, vel aliquorum ex illis privare, ſeu aliter ipſos, ipſiſque inſervientes perturbare præſumpſerunt.

Cupientes propterea ejuſmodi malis opportuunum adhibere remedium, ac decori, commodis, & indigentiis reſpectivè Eccleſiarum, & Antiſtitum hujuſmodi, iſtorumque in extremis, & ſicde ſumma rerum agentium, tremendumque Dei judicium mox ſubiturorum, quantùm fieri poteſt, quieti, & tranquillitati in hac parte conſulere; Motu proprio, ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ab omni, & quocunque jure, quod ad Cameram noſtram Apoſtolicam ex antiquiſſima conſuetudine, & Conſtitutionibus Apoſtolicis hactenus ſpectaſſe dignoſcitur, percipiendi, exigendi, habendi, & aſſequendi omnes, ſingulas, & quaſcunque pecunias, res, effectus, jura, ſemoventia, & bona etiam ſtabilia, cujuſcunque pretii, valoris, ſpeciei, qualitatis, & quantitatis exiſtant, per memoratos Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Prælatos Inferiores dicti Regni, etiam ex Ordinibus Regularibus aſſumptos, ex redditibus, fructibus, & proventibus ſuarum Eccleſiarum quomodocunque verè, & propriè acquiſita, Spolia nuncupata, nec non fructus naturales à ſolo ſeparatos & civiles tempore mortis perceptos, ſeu exactos ex redditibus præfatarum Eccleſiarum etiam incõſumptos, & incommixtos, non tamen pendentes, ſeu inexactos, ſpecialis dono gratiæ perpetuis futuris temporibus dictos Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Prælatos inferiores Regni præfati omninò eximimus, & liberamus, ac exemptos, & liberatos eſſe fore, & cenſeri volumus, & mandamus; Ad effectum tamen, & non aliàs, aliter, nec alio modo, ut præmiſſa omnia, & ſingula ad præfatas Metropolitanas, aliaſque Cathedrales, & reliquas, quibus memorati Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ſeù Prælati præſederint, illiſque non indigentibus, ad Parochiales Eccleſias eorum regimini commiſſas ſpectare, ac ad earumdem favorem, & in beneficium, ſeù utilitatem cedere, applicari, converti, ſeù erogari debeant. Præfatis tamen Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Prælatis, ut congruos uſus, applicationes, & erogationes præmiſſorum in beneficium, & utilitatem hujuſmodi Eccleſiarum in quos, ſeù quas eadem præmiſſa applicanda, eroganda, ſeù expendenda eſſe cenſuerint, deſignare valeant, permittimus, indulgemus, & opportunam facultatem deſuper concedimus, & impartimur, ac ſuper præmiſſis omnibus etiam conſcientiam præfatorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Prælatorum oneramus.

Quod ſi Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Prælati prædicti ad hujuſmodi deſignationem, ſeù diſpoſitionem devenire noluerint, vel nequiverint, adhuc præmiſſa omnia, & ſingula ad dictas Eccleſias ut præfertur, ſimiliter ſpectare, & ad favorem, ſeù in beneficium, uſum, & utilitatem earumdem Eccleſiarum, prudenti Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Prælatorum hujuſmodi ſucceſſorum arbitrio, cum ſuorum Capitulorum ſcientia, & conſilio convertenda, applicanda, & eroganda eſſe, & fore, omninò volumus, & mandamus.

Ad hæc Capitulis, & Canonicis dictarum Eccleſiarum, & aliis quibuſcunque inhibemus, nè viventes etiam ægrotantes, & in extremis conſtitutos Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Prælatos præfatos commodo, uſu, & poſſeſſione omnium præmiſſorum, vel aliquorum ex illis ſub ſequeſtrationis, aſſecurationis, vel alio prætextu privare, ſeù illos, illiſque inſervientes quoquo modo perturbare, ſeù moleſtare præſumant, ſed dumtaxat poſtquam iidem Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Prælati fuerint viam univerſæ carnis ingreſſi, memoratis Capitulis, eorumque Vicariis Capitularibus reſpectivè præmiſſorum Inventarium ritè, & fideliter conſcribendi, illaque interim aſſecurandi Archiepiſcopis verò, Epiſcopis, & Prælatis præfatis ſucceſſoribus ſuper præmiſſis, prout de jure inquirendi, procedendi, judicandi, & exequendi, ac cum ſcientia, & conſilio ſuorum reſpectivè Capitulorum, ut præfertur, convertendi, applicandi, & erogandi, omnem, & quamcunque facultatem, juriſdictionem & auctoritatem neceſſariam, & opportunam reſpectivè concedimus, & impartimur.

Propterea literas Apoſtolicas fœl. rec. Pauli III. Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quin gentefimo quadrageſimo ſecundo, tertio nonas Ianuarii, & Pii IV. die vigeſima ſexta Maii milleſimo quingenteſimo ſexageſimo, aliorumque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum,

ſi quæ ſunt, ſuper præmiſſis editas, etiam ſpeciali, & individua nota dignas, necnon omnes, & quaſcunque facultates, juriſdictiones, & auctoritates tam in genere, quàm in ſpecie, dilecto filio moderno, ac pro tempore exiſtentibus in dicto Regno Sedis præfatæ Nunciis, & Collectoribus generalibus, illorumque Subcollectoribus conceſſas in omnibus & ſingulis, quæ præmiſſis adverſantur, moderamus reformamus & ad limites, ac formam præſentium reducimus & pro moderatis, reformatis & reductis haberi volumus & decernimus, illis aliàs in ſuo robore permanſuris; Sicque & non aliter facultates, juriſdictiones, & auctoritates hujuſmodi in poſterum quomodocunque concedendas, obſervari, attendi & exequi volumus & mandamus; Diſtrictiùs etiam inhibentes omnibus, & ſingulis nunc, & pro tempore in dicto Regno exiſtentibus Subcollectoribus, ſeu aliis Officialibus, & Miniſtris, ne ſub indignationis noſtræ, privationis Officiorum, aliiſque gravibus arbitrariis pœnis audeant quoquo modo, ſeu in aliqua parte præſentibus contravenire.

Per præſentes tamen non intendimus recol. mem. Romanorum Pontificum pariter Prædeceſſorum noſtrorum Pii V. ſuper rebus ſacris, vaſibus ornamentis, & paramentis Eccleſiaſticis, ad Eccleſias, quibus defuncti præſederant, ſpectantibus tertio kal. Septemb. anno ejuſdem Incarnationis milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo Iulii III. die 26. Junii Anno Incarnationis præfatæ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo cum illius declarationibus, Sixti V. die prima Januarii anni anni milleſimi quingenteſimi octuageſimi noni, & Urbani VIII. die 5. Aprilis anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi octavi ſuper fructibus Eccleſiarum tempore mortis Archiepiſcoporum, ſeù Epiſcoporum, vel aliorum pendentibus, vel inexactis, necnon præfatorum Pii IV. die 25. Aprilis anni milleſimi quingenteſimi ſexageſimi primi, & Sixti V. kal. Februarii anno prædictæ Incarnationis milleſimo quingẽteſimo nonageſimo, ſuper dd. Eccleſiarum fructibus pro tempore, quo illarum Sedes vacaverint, aliaſque, ſi quæ ſint, ſuper his editas literas Apoſtolicas, harum omnium, & ſingularum tenores circa præmiſſa pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, in aliquo immutare, infringere, ſeu revocare, ſed eaſdem in ſuo robore, & ſtatu quoad hæc ſalvas, illæſas, & illibatas adhuc permanere declaramus, volumus, atque ſancimus.

Decernentes, eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, etiam ex eo quod omnes, & ſinguli ſupradicti, ac alii quicunque in præmiſſis quomodolibet jus, vel intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes, cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis, ſeu aliàs ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni exiſtant jiſdem præmiſſis non conſenſerint, nec ad ea vocati, ſeu auditi fuerint, tametſi ſuorum indultorum, vel privilegiorum vigore conſentire, ſeu vocari, & audiri ſemel, vel pluries quoquo modo debuiſſent, aut ex alia quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, nllo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, alioque quolibet etiam quantumvis magno, ac formali, & ſubſtantiali defectu notari, impugnari, infringi, in controverſiam revocari, ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcunque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari nullatenus poſſe, ſed eaſdem præſentes literas ſemper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque, & quomodocunque ſpectabit, inviolabiliter obſervari. Sicque & non aliter per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, S. R. E. Camerarium, & Cardinales etiam de Latere Legatos, necnon Cameræ præſatæ Theſaurarium Generalem, & Præſidentes Clericos, præfatumque in d. Regno Nuncium, & Collectorem, alioſque quoſcunque qualibet auctoritate, praeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, & definiri debere; Irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus præmiſſis, & quatenùs opus ſit de jure quæſito non tollendo, aliiſque Noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, & piæ mem. Symmaci, Pauli II. Pauli IV. aliorumque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, & alienatis recuperandis, ac præfati Pii IV. de gratiis qualecunque intereſſe dictæ Cameræ concernentibus intra certum inibi expreſſum tempus exhibendis, & regiſtrandis, itaut eaſdem præſentes literas ibidem exhiberi, & regiſtrari nunquam neceſsè ſit, aliiſque quibuſcunque Apoſtolicis, & in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Eccleſiarum præfatarum, ac Nunciaturæ Neapolis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, decretis, uſibus, ſtylis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, & indultis, ac literis Apoſtolicis ſub quibuſvis tenoribus, & formis, cum quibuſcunque etiam derogatariarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, & irritantibus, aliiſque decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus etiam Conſiſtorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, ac etiam pluries confirmatis, innovatis & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & inſerentur, jiſdem præſentibus, pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè, pleniſſimè, & ampliſſimè derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.

Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis. manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra

trà

Digitized by Google

trà illud habeatur, quæ haberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omninò hominum liceat paginam hanc noſtrarum exemptionis, liberationis, voluntatum, mandatorum, permiſſionis, indulti, conceſſionum, onerationis, moderationis, reformationis, reductionis, decreti, inhibitionis, declarationis, ſanctionis, & derogationis infringere, ſeu ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo tertio, tertio kalendas Februarii Pontificatus noſtri anno tertio.

B.Card.Prodatarius. I.F.Card.Albanus.

Viſa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco ‡ plumbi

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini INNOCENTII Divina Providentia Papæ XII. Conſtitutio, qua plura declarantur, ac præſcribuntur pro tollendis abuſibus, & fraudibus circà Ordinationes alienorum Subditorum.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

SPeculatores Domus Iſrael, quæ eſt Sancta Dei Eccleſia, per ineffabilem Divinæ Bonitatis abundantiam conſtituti, eò potiſſimùm ab ipſis Pontificatus Noſtri primordjis Paſtoralis vigilantiæ noſtræ ſtudia convertenda eſſe duximus, ut, qui in ſortem Domini vocantur, ſacriſque addicuntur miniſteriis, quippè quos irreprehenſibiles eſſe convenit, ut præeſſe valeant corrigendis, ac in quos tanquam in ſpeculum reliqui oculos conjiciunt, ex iiſque ſumunt quod imitentur, tales ſint, qui dignè poſſint Dominica Sacramenta tractare, ac ædificent cunctos tam fidei ſcientia, quàm operum diſciplina.

Sanè hoc inito conſilio, non alios, quantum fieri poteſt, quàm qui in ſanctitate, & juſtitia per ordinatiſſimos Eccleſiaſticæ Militiæ gradus ſtatis intervallis ambulaverint, ac piè, & fidelitèr in miniſteriis anteactis ſe geſſerint, ad Sacerdotium aſſumi, ſacraſque ordinationes, juxtà priſcum Eccleſiæ morem, præſcriptis à jure temporibus orationi, & jejunio conſecratis, haberi cupientes, ſeveriorem quamdam in concedendis Indultis ſuſcipiendi ſacros Ordines extrà tempora hujuſmodi, & interſtitiis ad id deſignatis minimè ſervatis, ultrò Nobis propoſuimus adhibendam rationem; qua videlicèt ſervata, ante meritum laboris, ante tempus examinis, ante experientiam diſciplinæ, Sacerdotalis honor non probatis minimè tribuatur, nec unquam heri ſacrilegi, hodiè Sacerdotes, heri prophani, hodiè ſacrorum Antiſtites, veteres vitio, virtute rudes, & recentes, diſcipuli ſimul, ac Magiſtri pietatis creentur; ſed ii tantum, juxtà conſtitutas à Majoribus Leges, ab humili gradu fidelis Populi ad ſacrarum adminiſtrationem ſublimitatem promoveantur, qui poſt mutatum habitum ſæcularem diuturna converſatione inter Clericos fuerint comprobati, ac multo tempore didicerint, quæ poſtmodùm alios docere tenentur; Cæterùm per ea ipſa Indulta, quæ ſuper præmiſſis parciùs quidem, ac ex certis tantùm, & magis rationabilibus cauſis concedere decrevimus, contraria quavis illorum interpretatione penitus improbata, ſalutarem illam, quam ſacri Generalis Tridentini Concilii Decreta de non ordinandis ad patrimonii titulum niſi illis, quos Epiſcopi pro neceſſitate, vel commoditate ſuarum Eccleſiarum aſſumendos judicaverint, præſcribunt diſciplinam, nequaquam relaxatam intelligi; quinimò nec unquam ad Indulta hujuſmodi exequenda Epiſcopos ipſos arctare, ſed illorum executionem arbitrio ſemper eorumdem Epiſcoporum, quorum conſcientias hac in re ſtrictiſſimè oneratas voluimus, prorsùs relinquere declaravimus; ſperantes in Domino eos, qui, juxtà Apoſtoli monitum, nemini citò manus imponendas eſſe probè norunt, ſibi, & univerſo gregi attendentes, in quo eos poſuit Spiritus Sanctus regere Eccleſiam Dei, reverenda ipſis ſpiritibus Angelicis miniſteria ab hominibus ſine conſideratione apprehendi nunquam permiſſuros, nec temerè præripi paſſuros, quæ vita probata dumtaxat accipere promeretur. Omnes inſuper, & ſingulos cujuſcumque tandem gradus, ordinis, & dignitatis fuerint, quibus ex hujus Sanctæ Sedis gratia ſacros Ordines præfatos extrà eadem tempora conferendi, vel aliis, vel illos ſic conferre valeant, indulgendi poteſtas fieri conſuevit, cum divinos Ordines largiri diſtricti ſemper eſſe Judicii oporteat, ſeriò monitos voluimus, ut præſcriptos ſibi deſuper in ſuis quique facultatibus terminos religiosè cuſtodiant, nec eos cujuſuis conſuetudinis, aut exempli prætextu nullatenùs tranſgrediantur.

Verùm quò impenſius Apoſtolicæ gubernationis curam, & cogitationes in hæc intendimus, eò majori cum animi noſtri dolore ex quamplurium Venerabilium Fratrum noſtrorum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in diverſis Regionibus exiſtentium delatis ad Nos querelis accepimus, graviora quotidiè malignari inimicum in Sancto, ſacrilega ſcilicèt illorum impudentia in dies creſcente, qui propriæ ſalutis immemores, Clericales Ordines ſibi forſan à propriis Præſulibus denegatus, ſeu quos, aliquibus canonicis ſibi obſtantibus impedimentis, denegari meritò verentur, ab alienis Epiſcopis, non quæ JESU Chriſti, ſed eas, quæ ad ipſos non pertinent, Oves in animarum ſuarum perniciem quærentibus, nec tot canonicas damnationes contra uſurpantes alienæ plebis hominem latas perhorreſcentibus, abſque ſuorum Prælatorum commeatu, hoc eſt dimiſſoriis, commendatitiiſue eorum literis deſtituti, quinimò eis inſciis, & ſæpè etiam invitis, ſub minus legitimis Beneficii Eccleſiaſtici, Originis, Domicilii, ſeu etiam familiaritatis, ac continuæ Ordinantium Epiſcoporum commenſalitatis quæſitis titulis, in ſacrarum legum fraudem, & contemptum, illegitimè ſuſcipiunt, atque ita non intrantes per oſtium, & nihilominùs Tabernaculum Domini cum macula inhabitare non dubitantes, ſacrificium in ſacrilegium convertunt, Judicium abſque mi-

Digitized by Google

miſericordia ſibi conſciſcunt , Deoque minimè placentes, & tamen placare velle præſumentes, non modò eum non placant, ſed magis irritant, dum videntur in cordibus ſuis dicere : non requiret .

Hinc eſt quod Nos ex commiſſæ Nobis divinitus Apoſtolicæ ſervitutis munere, abuſus, fraudes, ac ſcandala hujuſmodi penitùs, & omninò è medio tollere , ac irreligioſam contrafacientium audaciam, quantùm Nobis ex alto conceditur, compeſcere, & reprimere volentes, nec non fel. rec. Urbani VIII. contra malè ordinantes, & malè ordinatos, quæ incipit : Secretis , aliorumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, ac etiam Conciliaribus hac in re editis Conſtitutionibus, & Ordinationibus inhærentes, illaſque quoad ea, quæ præſentibus non adverſantur, quatenus opus ſit, innovantes; de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ejuſdem Concilii Tridentini Interpretum , qui quæcumque ante hàc ſuper præmiſſis ab ipſorum Cardinalium Congregatione in particularibus caſibus edita decreta, declarationes, ſeu reſponſa ad earumdem præſentium limites reducenda eſſe cenſuerunt, conſilio, ac etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ad Omnipotentis Dei Gloriam, Eccleſiæ utilitatem, veteris diſciplinæ inſtaurationem, totiuſque Chriſtiani Populi ædificationem, Hac generali noſtra, & perpetuò valitura Conſtitutione decernimus, & declaramus, nulli Epiſcopo, ſeu cujuſvis loci Ordinario , tametſi Cardinalatus honore fulgeat, licere exterum quempiam, ac ſibi ratione Originis, ſeu Domicilii, juxtà modum inferius declarandum, legitimè contracti non Subditum ad Clericalem tonſuram promovere, cuiuſvis Beneficii Eccleſiaſtici ei ſtatim, ac tonſura hujuſmodi inſignitus fuerit conferendi, ſeu ad quod is à Patronis jam præſentatus, ſeu nominatus fuerit, prætextu, etiamſi Beneficium prædictum de novo ea expreſsè adiecta lege fundatum fuiſſe conſtiterit, ut quis immediatè poſt Clericalem characterem ſuſceptum ad illud inſtituatur; Præterea Clericum, qui legitimè jàm à proprio Epiſcopo ad eamdem Clericalem tonſuram, ſeu etiam ad minores Ordines promotus fuerit, non poſſe ab alio Epiſcopo ratione, ac titulo cujuſcumque Beneficii in illius Diœceſi obtenti ad ulteriores Ordines promoveri, niſi ante eorumdem ſuſceptionem Teſtimoniales literas proprii Epiſcopi tàm Originis, quàm Domicilii ſuper ſuis Natalibus, ætate, moribus, & vita ſibi concedi obtinuerit, eaſque Epiſcopo Ordinanti in actis illius Curiæ conſervandas exhibuerit.

Licèt verò Clericus ratione cujuſvis Beneficii in aliena Diœceſi obtenti ſubiici dicatur Juriſdictioni illius Epiſcopi, in cujus Diœceſi Beneficium hujuſmodi ſitum eſt, eam tamen de cætero hac in re inconcuſsè ſervari volumus Regulam, ut nemo ejuſmodi ſubjectionem ad effectum ſuſcipiendi ordines acquirere cenſeatur, niſi Beneficium prædictum ejus ſit redditus, ut ad congruam vitæ ſubſtentationem ſivè juxta Taxam Synodalem, ſivè, ea deficiente, juxta morem Regionis pro promovendis ad Sacros Ordines, detractis oneribus, per ſe ſufficiat, illudque ab Ordinando pacificè poſſideatur, ſublata quacumque facultate ſupplendi quod deficeret fructibus ejuſdem Beneficii cum adiectione Patrimonii etiam pinguis, quod ipſe Ordinandus in eadem, ſeu alia quavis Diœceſi obtineret; ac Epiſcopus ſic Ordinans tam de prædictis Teſtimonialibus Literis, quàm de redditu Beneficii hujuſmodi expreſſam in conſueta collatorum Ordinum atteſtatione mentionem facere debebit.

Cæterùm Subditus ratione Originis is tantùm ſit, ac eſſe intelligatur, qui naturaliter ortus eſt in ea Diœceſi, in qua ad Ordines promoveri deſiderat, dummodò tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occaſione nimirùm itineris, Officii, Legationis, Mercaturæ, vel cujuſvis alterius temporalis moræ, ſeu permanentiæ ejus Patris in illo loco, quo caſu nullatenùs ejuſmodi fortuita nativitas, ſed vera tantum, & naturalis Patris origo erit attendenda. Quod ſi quis tanto temporis ſpatio in eo loco, in quo ex accidenti, ſicut præmittitur, natus eſt, moram traxerit, ut potuerit ibidem canonico aliquo impedimento irretiri, tunc etiam ab Ordinario ejus loci literas Teſtimoniales, ut ſupra, obtinere, illaſque Epiſcopo Ordinanti per eum in collatorum Ordinum Teſtimonio ſimiliter recenſendas præſentare teneatur.

At ſi Pater in alieno loco, ubi ejus filius natus eſt, tamdiù, ac eo animo permanſerit, ut inibi verè Domicilium de Jure contraxerit, tunc non origo Patris, ſed Domicilium per Patrem legitimè, ut præfertur, contractum pro Ordinatione ejuſdem filii attendi debeat.

Subditus autem ratione Domicilii ad effectum ſuſcipiendi Ordines is dumtaxàt cenſeatur, qui, licet alibi natus fuerit, illud tamen adeò ſtabilitèr conſtituerit in aliquo loco, ut vel per decennium ſaltèm in eo habitando, vel majorem rerum, ac bonorum ſuorum partem cum inſtructis Ædibus in locum hujuſmodi transferendo, ibique inſuper per aliquod conſiderabile tempus commorando, ſatis ſuperque ſuum perpetuò ibidem permanendi animum demonſtraverit; & nihilominùs ulteriùs utroque caſu ſe verè, & realiter animum hujuſmodi habere jurejurando affirmet. Si quis tamen à propriæ originis loco in ea ætate diſceſſerit, qua potuerit alicui canonico impedimento obnoxius effici, etiam Ordinarii ſuæ originis teſtimoniales literas, ut ſupra, afferre debebit, ac de illis expreſſa ſimiliter mentio in ſuſceptorum Ordinum Literis facienda erit.

Ad hæc nullus Epiſcopus alienæ Diœceſis Subditum Familiarem ſuum ad aliquos Sacros, ſeù Minores Ordines , vel etiam primam tonſuram promovere , ſeù ordinare præſumat abſque ejus proprii, originis ſcilicèt, ſeu Domicilii Prælati Teſtimonialibus literis, ut ſupra, & niſi ad præſcriptum *Concilii Tridentini præfati ſeſſ. 23. cap. 9.* De Reform. Familiarem prædictum per integrum, & completum triennium in ſuo actuali ſervitio ſecum retinuerit, ac ſuis ſumptibus aluerit; Beneficium inſuper, quod ei ad vitam ſuſtentandam, juxtà modum ſuperiùs præfinitum, ſufficiat, quacumque fraude ceſſante, ſtatim, hoc eſt ſaltem intrà terminum unius menſis à die factæ ordinationis, re ipſa illi conferat, ac in Ordinationis hujuſmodi Teſtimonio expreſſam itidem familiaritatis, ac literarum prædictarum mentionem facere teneatur.

Porrò, ut quicumque fraudis aditus omninò præcludatur, volumus, & Apoſtolica Authoritate ſtatuimus, atque decernimus, ut Epiſcopus quilibet ſuos ratione originis, ſive Domicilii Subditos Clericos quoſcumque ab alienis Epiſcopis qua-

Digitized by Google

quavis authoritate, etiam cum ſuis commendatitiis literis promotos, nedum ad formam *Concilii Tridentini ſupradicti ſeſſ. 14. cap. 3.* De Reformat. quoad ſcientiam examinare valeat, verùm etiam Ordinum eis collatorum teſtimoniales literas, gratis tamen, recognoſcere, ac diligenter perquirere an quoad illos præſentis Conſtitutionis forma, & diſpoſitio adimpleta fuerit, aſſignato ſic promotis termino competenti ei magis benèviſo ad docendum de ejuſmodi adimplemento, ita ut quos eo termino elapſo id minimè præſtitiſſe compererit, à Suſceptorum Ordinum exercitio, ſi ita, & quamdiù ei expedire videbitur, ſuſpendere, illiſque, nè in Altari, aut in aliquo Ordine miniſtrent, interdicere poſſit.

Ità verò præmiſſa omnia, & ſingula perpetuò, ac inviolabiliter obſervari, atque adimpleri volumus, ut ſi quid in iiſdem præmiſſis, ſeu eorum aliquo ſecus fiat, Ordinans quidem à Collatione ordinum per annum, ordinatus verò à ſuſceptorum Ordinum executione, quamdiù proprio ordinario videbitur expedire, eo ipſo ſuſpenſus ſit, aliiſque inſuper gravioribus pœnis pro modo culpæ noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis arbitrio infligendis uterque ſubjaceat.

Decernentes pariter eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſimè, & inviolabiliter obſervari. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, ac Sedis præfatæ Nuncios, alioſque quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſuis etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, in genere, vel in ſpecie, ſeù alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeù quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur, & inſererentur, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, eiſdem præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxàt ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Volumus autem, ut præſentes Literæ in Valuis Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, publicentur, & affigantur, ſicque publicatæ, & affixæ, omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perindè arctent, & afficiant, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent; Quodque earumdem præſentium tranſumptis, ſeù exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta munitis eadem prorsus fides tàm in Judicio, quàm extrà illud, ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum Decretorum, Declarationis, Voluntatis, Statuti, & Derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quarto, Pridiè nonas Novembris, Pontificatus Noſtri Anno Quarto.

B.Card.Prodatarius. I.F.Card.Albanus.

Viſa de Curia J. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco ✝ Plumbi.

Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini INNOCENTII PAPAE XII. Conſtitutio Moderatoria facultatum Protectorum Ordinum Regularium.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

CHriſti fidelium, qui ſpretis ſæculi hujus illecebris ſub ſuavi Religionis jugo Divini Numinis ſeſe manciparunt obſequiis, ſalubriori regimini, & fœlicioribus in Domino progreſſibus, quantùm Nobis ab Alto conceditur, proſpicere ſatagentes, inter multiplices curas, quibus occurrentium rerum negotiorumque varietatibus obſidemur, ad illam quoque noſtræ conſiderationis aciem dirigimus, per quam hujuſmodi Religioſorum Ordines S. R. E. Cardinalium protectioni commiſſi, ita ejuſdem protectionis perfruantur ſubſidio, ut clauſtralis diſciplinæ vigor illibatus permaneat, Inſtitutique obſervantia ſarta tecta ſervetur, ac propterea, quæ curæ hujuſmodi Protectorum, & quæ cenſuræ Superiorum regularium reſpectivè, & magis aptè conveniunt, congrua diſtinctione ordinentur, ſeu potius, quæ reſpectu alicujus Ordinis, per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros provide deſuper ordinata noſcuntur, quo ad illum confirmationis noſtræ munimine conſtabiliantur, & quo ad eumdem, & alios Ordines præfatis Protectoribus, ſive ſimiliter, ſive diſſimiliter commendatos, pro una, eademque regula, ad limites tamen præſentium, pariformiter conſtituantur.

Sanè

Sanè licet Sanctus Franciſcus de Aſſiſio in ejus Regula, per Sedem Apoſtolicam confirmata, hiſce verbis præceperit–Per obedientiam ad hoc injungo Miniſtris, ut petant à Domino Papa unum de Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, qui ſit gubernator, protector, & corrector iſtius Fraternitatis, ut ſemper ſubditi, & ſubiecti pedibus ejuſdem S. R. E. ſtabiles in Catholica paupertatem, & humilitatem, & ſanctum Evangelium Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quod firmiter promiſimus--Nihilominùs nonnulli Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri Protectoris hujuſmodi facultates declarandas, fineſque, quibus illæ concludi deberent, præſcribendos eſſe, in Domino exiſtimarunt, ſuiſque deſuper editis literis decreverunt.

Cùm enim aliqui eorumdem Protectorum ſuam poteſtatem nimium extendiſſe dicerentur in pluribus, ex quibus in ordine Minorum graves perturbationes, & ſcandala fuiſſent exorta, fœl. rec. Gregotius Papa XI. prædeceſſor noſter ſuis ſexto Kal. Junii Pontificatus ſui anno tertio expeditis literis, ut idem Ordo in ſua primæva quiete permaneret, de virtute in virtutem iret aſſiduè, & quibuslibet amotis præpedimentis, eradicatiſque ſpinis, & tribulis, fructum non ſolum conſuetum, ſed etiam vberiorem afferret, ad radicalem ſubmotionem turbationum, & ſcandalorum ejuſmodi jam exortorum,& nè orirentur in poſterum, providere, ac ejuſdem Ordinis pro tempore exiſtentibus Protectoribus tranſgreſſionis ſuæ poteſtatis occaſionem tollere efficaci remedio cupiens: Auctoritate Apoſtolica eiſdem Protectoribus diſtrictius inhibuit, nè præſumerent quæcunque ordinata, ſtatuta, ſive diſpoſita, aut ordinanda, ſtatuenda, ſeu diſponenda per generalia, vel provincialia, aut cuſtodialia Capitula infringere, reprobare, corrigere, ſuſpendere, aut diſpenſare ſuper ipſis, ſeu contra ea vel eorum aliquid quomodolibet immutare, niſi contra præmiſſos articulos in præfata regula, ut præfertur poſitos, vel aliquem ipſorum exiſteret maniſeſtè.

Aut quemcunque Prælatum, ſeu officialem dicti Ordinis, ſeu alicujus loci ejuſdem quocunque nomine nuncuparetur, ponere, ſeu inſtituere, aut deponere, deſtituere, ſeu privare, aut à ſuo officio ſuſpendere, ſeu impedire ſuper ejus libero exercitio quovi modo.

Aut aliquem Fratrem Ordinis antedicti ad lectoratum, aut quamcunque lecturam, ſeu ſtudium, vel gradum promovere, aut promotos ab eis removere, ſen etiam revocare.

Aut de loco ad locum mittere, aut mutare, ſive alicui Fratrum eorumdem eundi ad quodcunque Monaſterium, vel locum alium, vel domum, vel aliquam perſonam, licentiam impartiri.

Et nè inſuper quemvis ſingularem Fratrem memorati Ordinis de quocunque crimine, vel delicto punire, vel à pœna, ſeu pœnitentia liberare, aut eam minuere, augere, vel immutare.

Aut etiam alicui Fratri locum, cameram, cellam, libros, vel alias res dicti Ordinis concedere, vel ejus vſui deputare.

Aut quemcunque per Prælatos ejuſdem Ordinis,aut alios deputatum quomodolibet amovere.

Nec etiam de rebus, aut correctione Fratrum dicti Ordinis, niſi in caſibus præmiſſis contentis in præſata regula, ſeu eorum aliquo ſe aliquatenus intromittere quovis modo, itaut dictus Ordo, ſeu Fratres ejuſdem Ordinis in nullo ſubeſſent futuris Protectoribus, niſi in caſu, in quo ipſorum Fratrum Communitas, vel generale Capitulum (quod abeſſet) à prædictis articulis, vel eorum aliquo deviaſſent, alioquin ſi ſecus feciſſent, id decrevit irritum, & inane.

Et nihilominus Fratres, qui contra ejuſmodi inhibitionem quidquam impetraſſent,ſeu poſt inhibitionem ejuſmodi uſi fuiſſent etiam per alios impetratis, punirentur illis pœnis, quibus fuiſſent pro gravibus culpis ſecundum ſtatuta dicti Ordinis puniendi, & nihilominus eſſent actibus privati legitimis, & à ſuis, ſi quæ habuiſſent, ſuſpenſi officiis ipſo facto.

Cæterùm memoratus Gregorius Prædeceſſor eoſdem futuros Protectores hortatus fuit attentius, quod per facti efficaciam ſic nominis ſui officii procurarent effectum, ut Ordo ipſe per eos non læderetur in aliquo, ſed potiùs ab adverſis, pro tempore forſan imminentibus, ſuo opportuno defenſionis clypeo protegeretur, & à noxiis præſervaretur: ſic acturi providè, & æquitatis, ac modeſtiæ limites ſervaturi, ut non traheretur ad noxam, quod proviſum fuerat ad ſalutem, ſed ex charitativis geſtis eorum Ordo præſatus quietem, & conſolationem perciperet, & ipſi Protectores magnum apud Deum præminm ſortirentur, & ſuper contrario non oporteret dictæ Sedis providentiam aliud remedium adhibere.

Succeſſivè rec. mem. Sixtus Papa IV. etiam Prædeceſſor noſter, qui cùm ſibi in minoribus conſtituto memorati Ordinis generalis cura, & adminiſtratio incubuiſſet, ſaluberrimum, opportunum, & neceſſarium dicto Ordini fuiſſe conſpexerat, ut Protectores ultra præfixum, ab ejuſdem Ordinis regula, auctoritatem non extenderent, nam expertus fuerat, & viderat, quanta pax, quies vtilitas, quantaque commoda præſato Ordini, & Fratribus ejuſdem ex firma, & inconcuſſa præfatarum literarum dicti Gregorii pariter Prædeceſſoris obſervantia provenerant, quæ, & quantæ perturbationes, jacturæ, incommoda, damna, & gravia ſcandala in dicto Ordine ſuſcitata fuerant,quoties illius Protectores ſuæ auctoritatis limites excedere attentantes, in particularibus dicti Ordinis, & Fratrum ejuſdem cauſis, & negotiis ſe intromettere, & uſurpata ſibi auctoritate ea videre, cognoſcere, judicare, & decernere voluerant: Cupiens ut Religio, & Ordo præſatus, quem affectuoſiſſima charitate complectebatur, utpotè quia in eo à teneris annis enutritus, & doctrina, ac regularibus diſciplinis, & moribus inſtitutus fuerat, quieto conſiſtens ſtatu, virtutibus, & meritis augeretur, & multiplicaretur, ut Fidei Catholicæ, & Chriſtianæ Reipublicæ augmentum, & multiplex, ac ſolidum fundamentum ex ejuſdem Ordinis Fratrum operibus, & exemplis ſapientia, & ſplendore, ac fructuoſis ſtudiis, & prædicationibus provenirent, promptiſſimo, & liberali animo uti dignum cenſuit, & debitum, ut ea, quæ pro ipſius Ordinis quiete, pace tranquillitate, & proſperitate à Romanis Pontificibus Peædeceſſoribus providè ſtatuta, & ordinata fuerant, illibata perdurarent, ſuæ approbationis munimine ſolidavit, interpretatus fuit, & declaravit, proùt ipſius Ordinis tranquillitati conſpexit ſalubritèr expedire.

Præmiſſa igitur dictarum memorati Gregorii Prædeceſſoris literarum inſertione, ac prævia hujuſmodi narrativa, idem Sixtus Prædeceſſor, ut de cætero ipſius Ordinis profeſſoribus omnis evagandi extra Religionem occaſio tolleretur, &

vera

Digitized by Google

vera ſuis Prælatis obedientia, in qua Religionis verum, & ſolidum firmamentum, & robur conſiſtit, exhiberetur, præfatique Ordinis, & Fratrum ejuſdem negotia, & cauſæ non alibi, neque per alios, quàm in ipſo Ordine; & per ipſius Prælatos tractarentur, agitarentur, judicarentur, & determinarentur, tunc exiſtentis Generalis dicti Ordinis Miniſtri, & totius generalis Capituli in hac parte ſupplicationibus inclinatus, inhibitionem, & literas præſatas memorati Gregorii Prædeceſſoris auctoritate Apoſtolica ſuarum tenore literarum approbavit, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decrevit.

Et per eas Protectori pręfato pro tempore exiſtenti, niſi in illis caſibus, & articulis in regula dictorum Fratrum expreſſis, & præſati Gregorii Prædeceſſoris literis declaratis, neque in illis, dum non univerſi, ſed aliqui ipſius Ordinis profeſſores in quovis numero à Fidei unitate, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientia deviarent, vel regulam præfatam non ſervarent, ſed de eorumdem deviantium, & non obſervantium regulam correctione, aut reductione, ac aliis quibuſlibet cauſis, & negotiis dicti Ordinis ſe intromitteret, inhibitum fuiſſe, dicta auctoritate decrevit, & declaravit.

Hortatuſque fuit illum, qui ad officium Protectionis hujuſmodi, quod tunc per obitum bo: mem: Beſſarionis Epiſcopi Sabinenſis dicti Ordinis, dum viveret, Protectoris, vacabat, aſſumi, & deputari contigiſſet, & ipſius ſucceſſores dicti Ordinis Protectores, ac eis in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo inhibuit, nè extrà prædictos articulos, & caſus in regula præfata contentos, & expreſſos, nec etiam in illis, cum non univerſus Ordo, ſed aliqua ipſius pars, vel ſpeciales perſonæ errarent, ipſorum Fratrum querelas audire, ſeù de ipſorum cauſis, & negotiis contrà literas, & declarationes hujuſmodi intromittere ſe quoquo modo præſumerent, ſed curarent, vigilarent, & intenderent, uti erat eorum officium, & prædicti Sancti Franciſci, & præfatæ Sedis intentio fuerat, ipſum Ordinem in quieto, tranquillo, & pacifico ſtatu conſervare, & augere, & ab impugnantibus, moleſtantibus, & perturbantibus protegere, defendere, & tueri, nè ſecus agendo Ordinem præfatum non ſolùm non protegerent, conſervarent, & exaltarent, ut tenebantur, ſed in animarum ſuarum perniciem, & dicti Ordinis detrimentum, & ſcandalum perturbarent, deſtruerent, & confunderent, ut in ejuſdem Sixti Prædeceſſoris Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundò, quinto Kal. Februarii, Pontificatus ſui anno ſecundo expeditis literis continetur.

Quas, hac alias præfatas memorati Gregorii Prædeceſſoris literas piæ mem. Julius Papa II. etiam Prædeceſſor noſter, qui in minoribus conſtitutus, Cardinalatus honore fulgens, dicti Ordinis Protector viginti ſex annis, & ultra fuerat, dictoſque Fratres tanquam peculiares filios in viſceribus charitatis gerens, eadem commoda, & tranquillitatem ſinceris affectibus exoptabat, prævia ambarum præfatarum inſertione, aliis ſuis literis ſub Dat. Anno Incarnationis præfatæ milleſimo quingenteſimo octavo, Idibus Octobris, Pontificatus ſui Anno quartò, approbavit, ac earumdem ſuarum literarum patrocinio communivit.

Cupientes itaque, ut pluries animo attentè revolvimus, etiam in hac parte Apoſtolicæ ſolicitudinis ſtudium apponere, ac nolentes ſalutaris proviſionis remedium jamdiu à Nobis præmeditatum, ac etiam à quampluribus diverſorum Ordinum Regularibus ſupplicitèr petitum, diutius differre, dictorumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum veſtigiis inhærentes, motu proprio, ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, necnon de nullorum Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum pietate, doctrina, prudentia, & rerum uſu præſtantium adhunc effectum de mandato noſtro congregatorum conſilio, præfatas memoratorum Gregorii, Sixti, & Julii Prædeceſſorum literas tenore præſentium approbamus, confirmamus, & innovamus, & ad priſtinum ſtatum priſtinumque uſum reducimus, & reintegramus, illiſque in omnibus, & per omnia perpetuum, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus.

Inſuper, ut in omnibus, & ſingulis quorumcumque Regularium Ordinibus memoratorum Protectorum curæ commiſſis, ſeù committi conſuetis, una, cum eademque, & pariformis, hujuſmodi Protectionum ſit, & perpetuò eſſe debeat regula, & diſciplina, omnia, & quæcumque tam in præfatordm Prædeceſſorum, ut prefertur, confirmatis, quàm in præſentibus noſtris literis contenta, in omnibus, & ſingulis, ſive Sancti Franciſci, ſive cujuſcumque alterius Regulæ, vel Inſtituti, ac quomodocumque erectis, reformatis, ſeù exiſtentibus, ac erigendis, reformandis, ſeù futuris, & quomodolibet nuncupatis, ſeu nuncupandis Ordinibus, Religionibus, Congregationibus, vel Reformationibus tam virorum, quàm mulierum, curæ Protectorum Ordinis cujus illi, ſeù illæ exiſtunt, generalitèer commiſſorum, ſeù commiſſarum obſervanda, attendenda, ac omnimodæ exequutioni demandanda eſſe, & fore, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, hac in perpetuum valitura Conſtitutione ſancimus, & mandamus. Et nihilominus ne hujuſmodi Protectores in aliquibus negociis, cauſis, ſeù rebus, quæ univerſum Ordinem, ſeù totum corpus Religionis non concernunt, ex quacumque cauſa, occaſione, titulo, ſeu prætextu ſeſe quoquo modo intromittant, ſeù ingerant, etiam tenore pręſentium penitus prohibemus, ſtatuimus, atque decernimus.

Hinc cum retento præfatarum à Nobis confirmatarum, & ad omnes Ordines Regulares extenſarum, ac præſentium noſtrarum literarum themate, congruere, & in conſequentiam venire videatur, ut memorati Protectores etiam à cognitione, & definitione cauſarum, ſeù litium, vel negotiorum dictos Regulares, vel eorum bona, jura, domos, aliaque ut præfertur particularitèr concernentium paritèr, ſeù magis abſtinerent. Vice autem verſa cauſæ, lites, inſtantiæ, petitiones, vel negotia hujuſmodi, ſive ex indultis, privilegiis, aut Conſtitutionibus Apoſtolicis, ſivè ex Regulis, vel Statutis, ſeù Ordinationibus aliquorum Ordinum, ſivè ex declarationibus, vel decretis dictæ S.R.E.Cardinalium aliquibus Congregationibus præpoſitorum, ſivè ex uſu, vel quacumque conſuetudine, in aliqua inſtantia, ſeù gradu cujuſcumque appellationis, vel recurſus a memoratis Protectoribus, ſeù eorum aliquibus hactenus cognita, examinata, ſeù judicata fuerint,

rint, vel cognoſci, examinari, ſeù judicari potuiſſe, vel debuiſſe dignoſcerentur, ſeù prætenderentur: Propterea ut modus, forma, & ordo in præfatis confirmatis, & extenſis, ac præſentibus noſtris literis conſtituti, ſuum plenarium, & conſimilem etiam in hac parte ſortiantur effectum, omnibus, & ſingulis præfatis Indultis, Privilegiis Conſtitutionibus, Regulis, Statutis, Ordinationibas, Declarationibus, Decretis, uſibus conſuetudinibus, quorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti eſſent, pro plenè, & ſufficientèr expreſſis habemus, pleniſſimè, & ampliſſimè motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, derogamus, & derogatum eſſe volumus, & mandamus, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ac quamcumque inſtantiam, ſive gradum cujuſcumque appellationis, vel recurſus coram Protectoribus, ſeù ad Protectores hujuſmodi, removentes, tollentes, ſeù reſecantes quamcumque inſtantiam, prout de jure, & juxta ordinis inſtituta relinquimus, & cujuſcumque appellationis, ſeù recurſus gradum, quem ſingulis Cardinalibus Protectoribus tenore præſentium omninò, & abſolutè adimimus, ipſis Cardinalibus, inſimul tamen in Congregatione negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium Præpoſita convenientibus, earumdem tenore præſentium reſtituimus, concedimus, tribuimus, & impartimur, ſeù verius utrumque, ſeù duplicem appellationis gradum, qui ſuper premiſſis prius ad Cardinales Protectores præfatos, & ſucceſſivè, vel reſpectivè, omiſſo medio, ad memoratam Congregationem devolvebantur, in eadem Congregatione conſolidamus, annectimus, & unimus, & ad unum cognitionis, ſeù appellationis gradum reducimus.

Ad hæc cum paritèr ex Indultis, Privilegiis, ſeù Conſtitutionibus Apoſtolicis, vel ex Regulis, Statutis, ſeù Ordinationibus, ſivè ex uſibus, & conſuetudinibus, vel aliàs quoquo modo, aliqua nonnullos Prælatos Superiores, ſeù alios in aliquibus Ordinibus eligendi, ſeù deputandi, vel alia quæque facultas, ſeù auctoritas nonnulla quæcumque gerendi, committendi mandandi, demandandi, ſeu ordinandi præfatis Protectoribus, ſeù aliquibus eorum quomodolibet attributa, commiſſa, commendata, ſeù demandata ſpecialitèr, vel generalitèr contra formam præfatarum Gregorii, & Sixti Prædeceſſorum literarum exiſtat; Hinc Nos hujuſmodi electiones, ſeù deputationes ad limites Sacrórum Canonum, ſeù Regularum, & Inſtituti, vel ad modum, & formam in Comitiis generalibus, ſeù per Nos auctoritate Apoſtolica ſtatuendum, & ſtatuendam reducimus, & reductas eſſe volumus, & mandamus: Quo verò ad cætera facultatem, ſeu auctoritatem, quam iiſdem ſingulis Cardinalibus Protectoribus in premiſſis, & circà ea penitus adimimus, eorumdem Cardinalium Congregationibus, juxtà cujuslibet Congregationis facultates, congrua congruis referendo, ſimilitèr reſtituimus, concedimus; tribuimus, & impartimur, ſub ea tamen moderatione, ſeù declaratione, ut præfatæ Congregationes in illis dumtaxàt, quæ ad Protectores hujuſmodi ex Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſeù ex Statutis, Regulis, vel Conſtitutionibus cujuslibet reſpectivè Ordinis, non autem ex uſu, conſuetudine, vel aliàs ſpectarunt, loco eorumdem Protectorum ſubrogentur, & ſubrogatæ ſint, & intelligantur.

Quià verò ſæpè ſæpiùs contingit, ut in Cauſis, ſeù negotiis, quæ in memoratis dictorum Cardinalium Congregationibus proponuntur, exquiratur ſuper expoſitis informatio, ac quandoque etiam votum, ſed delegetur reſolutorum exequutio, eamdem proportionem, ſeù diſtinctionem, quam præmiſimus, etiam in hac parte ſervari mandamus. ut nimirùm in reſpicientibus totum Ordinem Protectorum Curæ, ut præfertur, commiſſis, ſeù relictis, iiſdem Protectoribus; In cæteris verò Cauſis, & negotiis, Superiori generali, ſivè Procuratori generali, & in utroque, ſeù alterutro caſu, etiam Congregationi ſivè Aſſiſtentium, ſivè Definitorum, ſivè Conſultorum, ſivè aliter quomodocumque nuncupatæ hic in Urbe, vel in alio Italiæ loco exiſtenti, in qua Ordinis negotia tractantur, ſeù tractari ſolent, vel debent, & quo ad illos Ordines, in quibus hujuſmodi inſimul, & continuè conveniens Congregatio non exiſtit, ſeù exiſtit, ſed extrà Italiam, ejdem Procuratori Generali vel ſoli, vel inſimul etiam nonnullis aliis ejuſmodi Ordinis Superioribus ſeù Prælatis, tametſi in diverſis locis in Italia ſeù extra eam reſpectivè, ut præfertur, commorantibus, arbitrio ſemper cujuslibet ex præfatis Cardinalium Congregationibus, juxtà rerum, locorum, & perſonarum qualitates, & circumſtantias reſpectivè, informatio, & Votum ut præfertur, necnon exequutio hujuſmodi, congrua congruis referendo, & ſervata cæteroquin quoad ſingulos Ordines forma propriæ Regulæ, ſtatutorum, ſeù Inſtituti, remittatur, delegetur, ſeù committatur.

Perpendentes etiam Chriſtianæ Reipublicæ præ cæteris expedire, ut Ordinibus Regularibus Prælati inculpatæ vitæ, morumque integritate, virtutibus, meritis, rerumque experientia præſtantiores, & aptiores præficiantur, & ad hunc effectum omnimodam, & ab humanis reſpectibus undequaque immunem, & ſacroſanctam libertatem in illorum electionibus, nedum mirabiliter conferre, ſed requiri, memoratos Protectores in Domino hortamur, & enixè obſecramus, ac Electoribus paritèr in Domino, & virtutæ Sanctæ Obedientiæ diſtrictè præcipimus, ſeù hortationes obſecrationes, & præcepta hujuſmodi renovamus ut incomitiis præſertim generalibus, quibus eoſdem pro tempore præſidere, & reſpectivè intereſſe contigerit, nedum inter ſe, & aliis intrà clauſtra degentibus, ſed exteris ipſis quibuſcumque etiam Laicis, quacumque majeſtate, præeminentia, gradu, & dignitate fulgentibus, propriæ indifferentiæ, ac unici in Dei gloriam, & Religionis bonum reſpectus, ità ſe præbeant ſingulare ſpecimen, & exemplar, talemque hujus rectæ intentionis, & melioris operationis odorem diffundant; ut illi propterea vexationes, & importunas commendationes, ubi Spiritus Paraclitus ſpirat, & præſidet, inutiles, & incongruas eſſe, ſeù fore, certius agnoſcentes, ab iiſdem prorſus abſtineant, ſeù deſiſtant, indeque tàm intrinſecus, quàm extrinſecus, omnibus vexationibus, commendationibus, machinationibus, humaniſque finibus eliminatis, & exploſis, integra, illibata, & intacta Vocalibus remaneat eligendi facultas, & tàm Superioris Generalis, quàm aliorum reſpectivè Prælatorum, undequaquè libera, optima, & canonica ſequatur electio, ad quàm cum Voto, ſi quod, & eo modo, quod Protectori juxtà cujuſque Ordinis Regulas, Statuta, vel aliàs competit,

Digitized by Google

tit, Deum, ejuſque honorem, & gloriam dumtaxat præ oculis habens, concurrat. Nolumus tamen abſentium vota, nec Protectoris, nec cujuſcumque alterius nec etiam ipſarum Cardinalium Congregationum auctoritate ſuppleri, ſeù alios Vocales eorumdem abſentium loco, ſeù vice ſubrogari, deputari, ſeù eligi, ſed jus eligendi in ſolis, juxta juris, & inſtituti regulas ad hunc effectum aſſumptis, & in deſtinatis loco, & tempore convenientibus conſolidari, ſeù aliàs, prout de jure, permanere omninò volumus, & mandamus.

Ut autem præmiſſa omnia, & ſingula eo magis debitum conſequantur effectum, & executioni demandentur, ac ad majorem cautelam, ſeù declarationem, omnia, quæcumque, & ſingula, qua in præmiſſis confirmatis, ac extenſis, & præſentibus noſtris literis ſunt quoquo modo explicitè, vel implicitè memoratis Protectoribus interdicta, in poſterum annullamus, caſſamus, & irritamus, ſeù potiùs nulla, caſſa, inania, irrita, nulliuſque roboris, & momenti ipſo jure, ipſo facto omni meliori modo declaramus, atque decernimus. Mandantes iiſdem nunc & pro tempore in futurum exiſtentibus Protectoribus, ne cuncta, vel ſingula præmiſſa quoquo modo injungant, faciant, mandent, committant, permittant, ſivè tolerent; necnon quibuſcumque Regularibus utriuſque ſexus, tùm Superioribus etiam Generalibus, tùm Subditis, ne iiſdem omnibus, & ſingulis, ut præfertur præmiſſis pareant, obediant, morem gerant, adhæreant, ſeù illa tolerent, vel permittant, ſivè omnia, vel ſingula præmiſſa quæcumque fiant, ſeù attententur per ſententias, vel decreta, ſivè in forma judiciali, ſivè extrajudiciali, tàm per patentes, quàm per privatas literas, ſeù epiſtolas, ſivè per ſeipſos, ſive per quoſcumque alios, nedum per viam præcepti, juſſionis, mandati, vel commiſſionis, ſed etiam commendationis; & ſivè palàm, ſivè ſecretè, tùm in quibuſcumque ſcriptis, tum oretenùs, & tàm directè, quàm indirectè, mediatè, vel immediatè, ac aliis quibuſcumque formis, & modis, nihil penitùs omiſſo, præfatorum omnium conſcientias deſuper onerantes.

Propterea omnes, quaſcunque, & ſingulas facultates, auctoritates, & juriſdictiones quomodocunque, qualitercunque, & quandocunque, tàm in genere, quàm in ſpecie omnibus, & ſingulis antehac, ſive nunc exiſtentibus Protectoribus hujuſmodi, & tàm eorum perſonis, quàm gradui, muneri, vel officio conceſſas, & attributas, vel communicatas, ſeù ab illis quoquo modo exerceri conſuetas, etiam ſpeciali, & individua mentione, moderatione, ſeu revocatione dignas, earumdem omnium, & ſingularum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti eſſent, pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, in omnibus, & ſingulis, quæ præmiſſis adverſantur, moderamur, reformamus, & ad limites, modum, formam, & tenorem præſentium reducimus, & pro ſic moderatis, reformatis, & reductis haberi, cenſeri, & intelligi volumus, & decernimus; Sicque pariter, & non aliàs quàm ſervata forma præſentium, & omnium, ac ſingulorum in illis contentorum facultates, juriſdictiones, & auctoritates hujuſmodi, necnon deputationes eorumdem Protectorum in poſterùm quomodocunque concedendas, attribuendas, ſeu communicandas, & reſpectivè faciendas, obſervari, attendi, intelligi, & exequi omnino volumus, & mandamus.

Quò circa præfatæ Congregationi memoratorum negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum, Cardinalium & dilecto filio Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus quatenus omnibus, & ſingulis præmiſſis ſemper ſalvis, & in ſuo robore permanentibus, Congregatio, vel Auditor præfati præſentes literas in ea parte, quæ prædictam moderationem, ſeu limitationem facultatum Protectorum hujuſmodi, ac in contrarium deſuper ab iiſdem Protectoribus gerendorum, nullitatem, ſeu irritationem dumtaxat concernunt, ubi, & quando opus fuerit, quoties pro parte quorumcunque deſuper intereſſe habentium Congregatio, vel Auditor præfati fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque deſuper efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes in dicta parte dumtaxat firmiter obſervari, & ſingulos, quos eædem literæ in dicta parte concernunt, illis pacificè gaudere, non permittentes eos quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Decernentes, eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, etiam ex eo quod omnes & ſinguli ſupradicti, ac alii quicunque cujuſvis ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ vel dignitatis, ſeu alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni, in præmiſſis quomodolibet jus, vel intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes, jiſdem præmiſſis non conſenſerint, nec ad ea vocati, ſeu auditi fuerint, tametſi ſuorum indultorum, vel privilegiorum vigore conſentire, ſeu vocari, & audiri ſemel, vel pluries quoquo modo debuiſſent, aut ex alia quacunque juridica, privilegiata, & rationabili, ac etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum neceſſariò exprimenda foret, cauſa, & occaſione, colore, pretextu, titulo etiam oneroſo, & capite etiam in corpore juris clauſo, ullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio ſeu intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet etiam maximo, ſubſtantiali, eſſentiali, & formali, aut incogitato defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, reſcindi, in controverſiam revocari, ad terminos Juris reduci, ſeù adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcunque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, quempiam in Judicio, vel extra illud uti, ſeù ſe juvare nullatenus poſſe, ſed eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcunque ſemper, & perpetuo firma, valida, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri, & obtinere debere, & ab omnibus ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque, & quomodocunque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſsè obſervari; Sicque, & non alitèr per quoſcunque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & quoſcunq; Nuncios, & Cardinales etiam de latere Legatos, necnon quaſcunque eorumdem Cardinalium Congregationes, & quoſvis alios qualibet auctoritate præeminentia, & poteſtate fungentes, & quandocunque functuros; ſublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere; irritum quoque et inane, quidquid ſecus ſuper-

Digitized by Google

his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus omnibus, et ſingulis præmiſſis, et quatenus opus ſit, noſtris, et Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, et ſignanter illa de jure quæſito non tollendo, et alia, quod Cardinales in Conſtitutionibus, et regulis per Nos edendis non comprehendantur, niſi illæ eorumdem Cardinalium favorem concernant, vel ipſæ edendæ Conſtitutiones de illorum, ſeu majoris partis eorum conſilio editæ fuerint, aliiſque quibuſcunque etiam in Generalibus, Provincialibus, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, et ordinationibus, etiam Apoſtolicis, necnon quorumcunque, et ſingulorum Ordinum Regularium, Religionum Congregationum, ſeu Reformationum Inſtitutis, Regulis, Statutis, Decretis, et Ordinationibus quibuſcunque etiam in limine erectionis, fundationis, ſeu reformationis, etiam in Comitiis Generalibus quoquo modo factis, ac uſibus ſtylis, et conſuetudinibus quibuſcunque etiam centenariis, et immemorabilibus, Privilegiis quoque et Indultis, ac literis Apoſtolicis quibuſcunque ſub quibuſvis tenoribus, & formis, & cum quibuſcunque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, et poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, ac aliàs quomodolibet, in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis confirmatis, et approbatis, ac pluriès, et quantiſcumque vicibus innovatis; Quibus omnibus, et ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, et ſingulorum tenores, formas, cauſas, et occaſiones, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, et forma in illis tradita obſervata exprimerentur, et inſererentur, iiſdem præſentibus pro plenè, et ſufficienter expreſſis, inſertis, ſervatis, et ſpecificatis reſpectivè habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum harum ſerie ſpecialiter, et expreſsè, ac pleniſſimè, et ampliſſimè derogamus, et derogatum eſſe, volumus, et mandamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, et ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorsùs fides in judicio, et extra illud habeatur, quæ haberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omninò hominum liceat paginam hanc noſtrarum approbationis, confirmationis, innovationis, reductionum, reintegrationis, ſanctionis, mandatorum, prohibitionis, ſtatuti, decretorum, derogationum, voluntatum, ademptionum, reſtitutionum, conceſſionum, conſolidationis, annexionis, unionis, hortationis, obſecrationis, præcepti, renovationis, annullationis, caſſationis, irritationis, declarationis, onerationis, moderationis, et reformationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo tertio, Quartodecimo kalendas Martii Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

B.Card.Prodatarius. I.F.Card.Albanus.
Viſa de Curia I. Sacripantes.
D. Ciampinus.
Loco † plumbi
Regiſtrata in Secretaria Brevium.

Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini INNOCENTII Divina Providentia Papa XII. Conſtitutio, qua, ad tollendum abuſum illicitarum Capitulationum, quas, occurrente vacatione Eccleſiarum, ſeu Monaſteriorum, ab iis, ad quas electio perſonarum illis præficiendarum ſpectat, interdum fieri contingit, innovantur Conſtitutiones Nicolai III. Pii V. & Gregorii XIII. in ſimilibus edita, cum additione pœnarum, ac prohibitione dictarum Capitulationum ſub eiſdem pœnis.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Eccleſiæ Catholicæ per univerſum Orbem diffuſæ regimini, meritis licèt imparibus, Divina diſpoſitione præſidentes, ea, quæ à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris ſive ad illicitorum, ac præſertim Eccleſiaſticæ libertati adverſantium juramentorum abuſum tollendum, ſive ad quamcumque avaritiæ labem à perſonis in ſortem Domini vocatis, quas non quæ ſua ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti quærere maximè convenit, excludendam, prudenti, ſalubrique conſilio, ac illo, qui ſecundùm ſcientiam eſt, zelo conſtituta, & ordinata eſſe noſcuntur, Apoſtolici muniminis noſtri patrocinio libenter roboramus, noviſque præſidiis, ut ſerventur exactiùs, conſtabilimus, ac aliàs deſuper conceſſæ Nobis à Domino poteſtatis partes ſtudioſa charitate interponimus, ſicuti Eccleſiarum omnium, quam gerimus, ſolicitudo poſtulat, Noſque, omnibus maturæ conſiderationis trutina perpenſis, ad Omnipotentis Dei gloriam, rectam, ac felicem Eccleſiaſticarum rerum directionem, necnon animarum pretioſo Unigeniti Dei filii Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſanguine redemptarum ſalutem expedire in Domino arbitramur. Dudum ſiquidem, poſtquam fel. rec. Nicolaus Papa III. Prædeceſſor noſter, accepto in nonnullis Eccleſiis de earum conſuetudine obſervari, ut cum earum Prælati ad Eccleſias ipſas primò accederent, vel cum de recipiendis ibidem novis Canonicis ageretur, nec Prælatos admitti, nec Canonicos aliter recipi in iiſdem Eccleſiis, niſi juraſſent ſtatuta, & conſuetudines ipſarum Eccleſiarum ſcripta, & non ſcripta inviolabiliter obſervare; Inter Laicos quoque multarum Civitatum, Caſtro-

ſtrorum,& Terrarum eum conſuetudinis morbum in ſuis Poteſtatibus, Rectoribus, vel Officialibus aſſumendis irrepſiſſe, ut ipſi Poteſtates, Rectores & Officiales ad ejuſmodi Poteſtarias, Rectorias, & Officia nullatenùs admitterentur, niſi priùs ſe ſtatuta ipſorum locorum clauſa ſervaturos ſimiliter juraſſent. In ſtatutis verò, ac conſuetudinibus ſupradictis interdùm aliqua reperiri illicita, ſive impoſſibilia, vel Eccleſiaſticæ libertati obviantia; ne ſub tali generalitate jurandi ſic Jurantibus peccandi occaſio præberetur, animarum periculis obſiſtere cupiens, ſalubri ſua, ac generali Conſtitutione præceperat à quibuſcumque ſcientibus contineri in prædictis conſuetudinibus, & ſtatutis illicita, impoſſibilia, vel libertati Eccleſiaſticæ obviantia, juramenta hujuſmodi nullo modo præſtari; Ac præterea decreverat talia juramenta ea intentione facienda, vel facta, ut etiam illicita, vel impoſſibilia, ſeu Eccleſiaſticæ libertati obviantia obſervarentur, cum etiam ſub tali intentione præſtari non poſſent abſque Divinæ Majeſtatis offenſa in hujuſmodi illicitis, impoſſibilibus, ſeu libertati Eccleſiaſticæ obviantibus non ſervanda: quin potiùs pro animarum ſalute ſi ſub forma prælata, vel ſimili aliquos ignorantes prædicta illicita, ſeu impoſſibilia, vel libertati Eccleſiaſticæ obviantia jurare contigiſſet, ad obſervanda dumtaxat licita, poſſibilia, & libertati Eccleſiaſticæ non obviantia Jurantium intentionem referri debere; declarans inſuper juramenta ſub hujuſmodi generalitate qualitercumque, & ſub quacumque verborum forma præſtita, vel præſtanda, ad licita, poſſibilia, ac Eccleſiaſticæ libertati non obviantia dumtaxat extendi, ipſoſque Jurantes ad alia per præſtationem juramenti hujuſmodi non teneri; rec. me. Gregorius Papa XIII. etiam Prædeceſſor noſter per quaſdam ſuas deſuper ſub plumbo expeditas literas, quarum initium: Inter Apoſtolicas &c. prædictam Nicolai Prædeceſſoris Conſtitutionem, itidemque alias omnes canonicas ſanctiones de abuſu, & reprobatione juramentorum hujuſmodi promulgatas innovavit, voluitque eas ubique ab omnibus, etiam quoad præterita, inviolabiliter obſervari. Præterea præcepit, & interdixit Prælatis, Canonicis, & aliis ſupradictis, necnon Eccleſiarum Capitulis,& Monaſteriorum, cæteriſque Conventibus, Civitatum quoque, Caſtrorum, & Terrarum Communitatibus, & perſonis quacumque dignitate præditis, ne ulla omninò juramenta illicita, impoſſibilia, damnoſa, vel libertati Eccleſiaſticæ, aut decretis Concilii Tridentini obviantia ſive ante, ſive poſt electiones, confirmationes, proviſiones, receptiones, admiſſiones, aut alios actus ubicumque, ac quocumque tempore, etiam prætextu cujuſvis conſuetudinis quantocumque tempore obſervatæ, quæ potiùs corruptela eſſet cenſenda, ſive in genere, ſive in ſpecie præſtare, reddere, vel exigere, neve ſuper præſtitis, redditis, vel exactis eò uſque quempiam in judicio, vel extra illud inquietare auderent quoquomodo, vel turbare. Ac illos, qui juramenta illicita, impoſſibilia, damnoſa, vel Eccleſiaſticæ libertati, aut decretis dicti Concilii obviantia exigere contendiſſent, Epiſcopos quidem, & alios quoſcumque Pontificali dignitate præditos à divinis ſuſpendit; Capitula verò, & Conventus, eorumque Eccleſias, & loca omnia interdicto Eccleſiaſtico ſuppoſuit, ac ſingulares perſonas excommunicationis ſententia innodavit, inhabileſque fecit ad obtenta, & alia obtinenda eo ipſo, ſibique, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti relaxationem ſuſpenſionis, & interdicti, necnon abſolutionem ab excommunicationis ſententia hujuſmodi perpetuò reſervavit. Decernens eos, qui talia juramenta ſcienter præſtitiſſent, uſu, & commodo rei, ac gratiæ, cujus cauſa juraſſent, eò ipſo privatos eſſe; alios verò ignorantes ad præſtitorum juramentorum hujuſmodi obſervationem minimè teneri, & aliàs prout in præfatis Gregorii Prædeceſſoris literis, quarum tenorem præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſo, ac de verbo ad verbum inſerto haberi volumus, uberiùs continetur. Porrò antequam literæ hujuſmodi emanaſſent, ſimilis mem. Pius Papa V. etiam Prædeceſſor noſter, ejuſdem Concilii Tridentini decretis, quibus ne quidquam, quod in uſus pios non convertatur, in electione, præſentatione, nominatione, inſtitutione, confirmatione, collatione, vel alia proviſione, ſive admiſſione ad poſſeſſionem alicujus Cathedralis Eccleſiæ, vel beneficii, Canonicatuum, aut Præbendarum, vel partem proventuum, ſeu ad diſtributiones quotidianas quoquomodo perſolvi poſſit, ſtrictiſſimè prohibetur, inhærens, ſuam hac in re Conſtitutionem ediderat tenoris, qui ſequitur, videlicet: Pius Epiſcopus, Servus, Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Durum nimis, & incommodum arbitramur quod Eccleſiarum Miniſtri in iis, quæ ad ipſorum ſuſtentationem ſuppeditant, diſpendia patiantur. Quocircà cum hanc ad rem, ſimulque prohibendam ab Eccleſia Dei avaritiæ pravitatem, editas antehac ſanctiones minimè ſatis eſſe intelligimus, novæ Conſtitutionis ſubſidio cogimur providere. Cum itaque aliàs ex plurium Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum conſtitutionibus, aut ex prava conſuetudine obſervari intelligeretur, ut in electione, præſentatione, nominatione, inſtitutione, confirmatione, collatione, vel alia proviſione, ſive admiſſione ad poſſeſſionem alicujus Cathedralis Eccleſiæ, vel beneficii, Canonicatuum, aut Præbendarum, vel partem proventuum, ſeu ad diſtributiones quotidianas certæ conditiones, ſeu deductiones ex fructibus, ſolutiones, promiſſiones, compenſationeſve illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus Eccleſiis dicuntur Turnorum lucra, interponerentur, licèt Sancta Synodus hæc deteſtata, mandaverit Epiſcopis, ut quæcumque hujuſmodi, quæ in uſus pios non converterentur, atque ingreſſus eos, qui ſimoniacæ labis, aut ſordidæ avaritiæ ſuſpicionem haberent, fieri non permitterent, ipſique diligenter de eorum conſtitutionibus, ſive conſuetudinibus ſuper prædictis cognoſcerent; & illis tantùm, quas probarent, exceptis, reliquas ut pravas, & ſcandaloſas rejicerent, eos verò, qui adverſus prædicta quavis ratione commiſiſſent, pœnis contra Simoniacos editis teneri decreverit, multorum tamen indomita cupiditate tam prædicta, quàm alia ad beneficium, & commodum ipſorum Miniſtrorum edita, aut omninò contemnuntur, aut in varios ſenſus traducta perperàm eluduntur. Quare Nos pro Divini cultus exercitio, ſimulque evocatorum ad illum, auxilio pleniùs, evidentiuſque conſulendum fore rati, revocamus, & abolemus omnia, & quæcumque privilegia,conſuetudines,& ſtatuta quarumcumque Eccleſiarum Cathedralium, & Metropolitanarum, ac majorum, necnon Collegiatarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, aut alio quovis præſidio munita, ac etiam ſupra hominum memo-

Digitized by Google

memoriam, & longiſſimo, & quantocumque tempore etiam continuo obſervata, ſive pro ſolvendis Eccleſiarum, vel Prælatorum debitis, ſive pro ſupportandis illorum oneribus, ſive aliis etiam majoribus, maximis, & urgentiſſimis cauſis conceſſa, & approbata, ac etiam multiplicatis vicibus innovata, extenſa, & moderata, quod vacantibus ipſarum Eccleſiarum Dignitatibus, Canonicatibus, Præbeudis, portionibus, beneficiis, & officiis, fructus, ac etiam quotidianæ diſtributiones ex eis primo ab ipſa vacatione anno, aut longiore, vel etiam breviore tempore proventuri, menſæ Epiſcopali, ſeu Capitulari, aliove loco integrè, vel partim remaneant, ſeu applicentur, aut in communes uſus cedant, ſeu inter alios Canonicos, & perſonas Eccleſiæ, ſen Capituli dividantur. Quodque nullus etiam Apoſtolica authoritate proviſus in Canonicum recipi, aut ad dignitatem, ſeu portionem, beneficium, vel officium admitti, vel aliàs in ejus poſſeſſionem induci poſſit, niſi priùs de obſervandis hujuſmodi privilegiis, conſuetudinibus, & ſtatutis juramentum præſtiterit, & obtentæ illorum derogationi, ac fructuum, & diſtributionum perceptioni renunciaverit, ſeu Capitulo, & perſonis prædictis ceſſerit, ſeu (ut appellant) dulciaria, ant quid aliud præſtiterit: quorum omnium tenores, cauſas, & effectus habenmus præſentibus pro expreſſis, quibuſcumque illa concepta ſint formulis, necnon irritantibus, & aliis decretis roborata. Volentes ea omnia vires, & effectum de cætero non habere. Præcipimus igitur, & interdicimus omnibus Epiſcopis, Capitulis, Collegiis, & perſonis, ad quos id pertinet, ne poſthàc fructus, aut diſtributiones hujuſmodi, nec prorſus illam eorum partem retineant, neve ipſorum ceſſionem, vel renuncitionem, aut dulciaria, vel alia quomodocumquè petant, vel exigant, aut quemquam ſivè Ordinaria, ſive Apoſtolica authoritate proviſum, ad præſtandum hujuſmodi juramentum inducant, aut illi prædicta non ſacienti poſſeſſionem impediant, vel removentur. Quicumque contrafecerint, ſi Eccleſiarum Antiſtites, tamdiù à Pontificalis officii exercitio ſint ſuſpenſi, donec ſatisfactione prævia illis per Sedem Apoſtolicam ſuſpenſio relaxetur: Capitnla verò, & Collegia quæcumque Eccleſiaſtico ſubjaceant interdicto, ac ſingulares perſonæ in excommunicationis ſententiam incurrant, à qua, niſi in mortis articulo conſtitutæ, ab alio, quàm à Romano Pontifice, abſolutionis beneficium nequeant obtinere. Decernentes hujuſmodi præſtita juramenta non tenere, nec quemquam illis obligari, quinimò jurantes in hujuſmodi cenſuram incidere necnon irritum, & inane quidquid secùs ſuper his per quoſcumque ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus ſtatuimus, ut ubicumque huiuſmodi fructus, & diſtributiones Fabricæ, vel Sacriſtiæ, aut alterius pii loci uſibus ultrà ſemeſtre tempus reperiuntur conceſſi, horum dumtaxàt dimidia pars ipſi Sacriſtiæ, vel Fabricæ, aut pio loco deinceps tribuatur alterum verò Beneficiati prædicti integrè percipiant. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, ant excommunicari non poſſint per liteas Apoſtolicas uon facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, decreto prædictæ Synodi, ac etiam Conſtitutione fel. recordat. Joannis Papæ XXII., quæ incipit: Suſcepti, & aliis juribus hac de re diſponentibus nihilominus aliàs in ſuo robore duraturis. Cæterum per prædicta non intendimus illis præjudicare Capitulis, Collegiis, Menſis, aut perſonis fructus, & diſtributiones inter vacationem beneficiorum, & eorum collationem, ſive poſſeſſionis apprehenſionem provenientes ex ſtatuto, conſuetudine, vel privilegio hujuſmodi percipientibus, vel retinentibus, quo minus ipſi illos interim, ut anteà, exigere valeant, & habere. Poſtremò volumus, ut præſentium exempla etiam impreſſa, Notarii publici, manu, & Prælati Eccleſiaſtici, ejuſve Curiæ ſigillo obſignata, eamdem illam prorsùs fidem ubique locorum in judicio, & extrà illud ſaciant, quam facerent ipſæmet præſentes, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ revocationis, abolitionis, præcepti, interdicti, decreti, ſtatuti, intentionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, Pridie Kalen. Junii; Pontificatus noſtri Auno quinto. Cùm autem, ſicut non ſine gravi animi noſtri dolore, ex quamplurium, ac præſertim nonnullorum Venerab. fratrum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum ad Apoſtolatum noſtrum delatis querelis accepimus, adeò creverit tam ſalutarium legum tranſgreſſorum impudentia, ut non deſint qui ſive avaritiæ, quæ eſt idolorum ſervitus, improbo affectu, ſive ambitioſo Eccleſiaſticorum graduum cupiditatis conſilio ducti, hominibus trepidè paciſcentibus fidem habentes, & tamen Deo veraciter promittenti minimè credentes, ſacras ipſas electiones, quas Sanctiſſimi Eccleſiæ Canones omni prava pactione ſubmota peragi tam diſtrictè præcipiunt, *illicitis, injuſtis, ac per tot Apoſtolicas ſanctiones reprobatis conventionibus per Electos, quicumque illi ſint, obſervandis*, quibus Canonica Præſulum juriſdictio, ut plurimùm circumſcribitur, vacantium Eccleſiarum jura læduntur, ac ipſius etiam Apoſtolicæ Sedis authoritas interdùm violatur, temerè inquinare ſatagant, atque ita abominationem deſolationis in Sanctuarium invehere, ſacraſque Eccleſiæ dignitates, ad quas olim nonniſi ex perſecutionis tolerantia aſcendebatur, ut turpem quæſtum, ac tenebrarum negotium commutare minimè vereantur, non ſine graviſſima Eccleſiaſticæ diſciplinæ perturbatione, fidelium ſcandalo, ac ſalutis animarum detrimento: Hinc eſt quòd Nos, qui libertatis, juriſdictionis, aliorumque Jurium Eccleſiaſticorum aſſertores in Terris à Domino conſtituti ſumus, omniumque Chriſti fidelium curam ſupernà diſpoſitione gerimus, abuſus quoſcumque circà præmiſſa introductos è medio tollere, illiſque in futurum omnem anſam præcidere, necnon animarum periculis, quantùm Nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes, habita ſuper iiſdem præmiſſis cum particulari Congregatione Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ejuſdem Concilii Tridentini Interpretum, qui rem maturè diſcuſſerunt, diligenti deliberatione, de illorum conſilio pariter, & aſſenſu, ac etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula

gula

gula præmiſſa à præfatis Nicolao, Pio, & Gregorio Prædeceſſoribus conſtituta, ordinata, interdicta, decreta, & reſpectivè declarata, ut præfertur, expeditaſque deſuper illorum Conſtitutiones, ſeu literas ſupradictas tenore præſentium perpetuò approbamus, confirmamus, & innovamus, illiſque perpetuæ, atque irrefragabilis Apoſtolicæ firmitatis robur, patrocinium, & præſidium adiicimus. Præterea, ut eadem præmiſſa firmius, atque inviolabilius de cætero obſerventur, ultra omnes, & ſingulas pœnas in iiſdem Conſtitutionibus, ſeu literis impoſitas, privationis Dignitatum, Canonicatuum, & Præbendarum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum, & quoad Regulares, etiam vocis activæ, & paſſivæ, ac graduum, munerum, & officiorum quorumcumque per eos reſpectivè obtentorum, perpetuæque inhabilitatis ad illa, & alia ſimilia, vel diſſimilia quæcumque in poſterùm quomodolibet obtinenda pœnas per contrafacientes ipſo facto, abſque alia declaratione incurrendas, adiungimus. Porrò ad penitùs extirpandum, atque evellendum abuſum capitulationum, pactionum, conventionum, concordatorum, ſeu ſtatutorum quorucumque, quæ perperam, ac adverſùs Sacrorum Canonum, & Conſtitutionum Apoſtolicarum diſpoſitionem, occurrente Eccleſiarum quarumlibet, præſertim Cathedralium, & Metropolitanarum, ſeu Monaſteriorum quorumvis vacatione, ab iis, ad quos electio perſonarum idonearum ipſis Eccleſiis, ſeu Monaſteriis ad electionem hujuſmodi reſpectivè præficiendarum juxtà privilegia, & indulta Apoſtolica eis deſuper conceſſa, aut alias legitimè ſpectat, ſiue ante, ſive poſt electionem prædictam interdum iniri, condi, aut fieri conſueverunt, motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus earumdem tenore præſentium omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, vel dignitatis fuerint, ſub eiſdem omninò pœnis ſuperiùs expreſſis, quarum abſolutionem, ſeu relaxationem Nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti dumtaxat ſpecialiter reſervamus, diſtrictè prohibemus, & interdicimus, ne capitulationes, pactiones, conventiones, concordata, ſeu ſtatuta hujuſmodi ante ipſam quidem electionem; ſeu etiam poſtulationem de cætero inire, condere, aut facere audeant quovis modo, ſeu præſumant; Illaque proindè, quatenùs de facto contra præſentis noſtræ prohibitionis formam inita, condita, ſeu facta fuerint, nulla, inania, invalida, irrita, viribuſque, & effectu penitùs, & omninò vacua, ac nullius roboris, & momenti eſſe, & perpetuò fore, neminemque ad illorum, ſeu cujuslibet eorum, etiamſi juramento vallata ſint, obſervantiam teneri, aut obligatum exiſtere, vel fore decernimus, & declaramus. Quæ verò electione, ſeu poſtulatione hujuſmodi ſecuta quomodolibet iniri, condi, ſeu fieri contigerit, ad Nos, ſeu eumdem Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem quamprimùm deferri, atque ita noſtro, & Sedis Apoſtolicæ judicio ſubjici præcipimus, ſuſpenſa interim eorum omnium, & ſingulorum executione, donec, & quouſque ab eadem Sede, ſine cujus authoritate nihil omninò in ſimilibus paciſci fas eſt, Apoſtolicæ confirmationis robur in totum, vel in partem receperint. Cæterum per præſentes non intendimus ea, quæ antehac contra ſupradictarum Nicolai, Pii, & Gregorii Prædeceſſorum, ſeu forſan aliarum Apoſtolicarum Conſtitutionum, ſeu literarum formam quomodolibet geſta fuerunt, nullatenus approbare, nec pœnas ea de cauſa per tranſgreſſores incurſas remittere, vel condonare. Decernentes pariter eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in premiſſis, ſeu eorum aliquo ius, vel intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis exiſtant, & alias ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione digni illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque cauſæ, propter quas præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ, & juſtificatæ fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & ſubſtantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, ad terminos juris reduci, ſeu in controverſiam vocari, aut adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, ſeu impetrato, àut etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam in judicio, vel extrà illud uti, ſeu ſe jurare poſſe, ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſſè obſervari, ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis præfatæ Nuncios, alioſve quodlibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungente, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenùs opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque Apoſtolicis, ac in univerſalibus, provincialibuſque, & ſynodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon Eccleſiarum, & Monaſteriorum quorumvis, & illorum Ordinum, aliiſve quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Eccleſiis, Monaſteriis, ac Ordinibus, illorumque Præſulibus, Capitulis, Abbatibus, aliiſque Superioribus, & perſonis quibuslibet ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, ac Conſiſtorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis,

ac

ac quantiſcumque vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quovis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & insererentur, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, ac pleniſſimè, & ampliſſimè derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque; Aut ſi præfatis, vel aliis quibuslibet communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Ut autem eædem præſentes literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus illas, ſeu earum exempla ad valuas Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque generalis in Monte Citorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari; ſicque publicatas, & affixas omnes, et ſingulos, quos illæ concernunt perindè arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, et perſonaliter intimatæ fuiſſent; Utque ipſarum præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorsùs fides tam in judicio, quàm extrà illud ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 22. Septembris 1695. Pontificatus noſtri Anno quinto.

I. F. Cardinalis Albanus.

RESOLUTIONES
SACR. CONGR. CONCILII
Materiam Jurium Clericorum Concernentes.

NULLIUS DISTRIBUTIONUM.

Sabbati 18. Decembris 1666.

SUMMARIUM.

1 *Beneficiato infirmo extra loca reſidentiæ, debentur diſtributiones quotidianæ.*
2 *Limita quando adeſt conſuetudo in contrarium legitimè præſcripta.*

SUpplices quærunt ex hac Sacr. Congregatione nulli Canonici, & Beneficiati.

Primò. An diſtributiones quotidianæ lucretur Canonicus, ſeu Beneficiatus, qui ſolitus cæteroqui inſervire, à Civitate legitimæ vacationis tempore, diſcedens, in vicinum Oppidum (unde ſub fine dictæ vacationis poteſt opportunè reverti ad inſerviendum Eccleſiæ) ſe contulit: Ibique ſupervenientis infirmitatis corporalis impedimento ita detinetur, ut ad Civitatem redire, & choro intereſſe non valeat.

Et quatenùs reſpondeatur lucrari, queritur.

Secundò, an hoc locum habeat quamvis in ea Eccleſia vigeat contraria conſuetudo.

1 Ad primum Sacra Congregatio cenſuit lucrari.

2 Ad ſecundum cenſuit non habere locum ſi conſuetudo ſit legitimè præſcripta.

AQUILANA,

Seù Nullius Pizzuli Electionis Concionatoris.

Sabbati 15. Julii 1695.

SUMMARIUM.

1 *Durante lite ſuper Electione Concionatoris, ſolet Sacra Congregatio illius deputationem per modum proviſionis demandare.*
2 *Communitas manutenenda eſt in poſſeſſione nominandi Concionatorem.*

COntendentibus Archipresbytero, & Univerſitate Terræ Pizzuli ſuper Jure eligendi Concionatorem, delegata fuit ſine præjudicio Jurium ambarum Partium Electio ejuſdem Epiſcopo Aquilano, at inſtante Univerſitate die 2. Maii 1693. datæ fuerunt literæ remiſſoriales ad probandam conſuetudinem, & Teſtes examinati, contra quos Archipresbyter exceptiones ſuas opponens ante actorum tranſportationem obtinuit die 11. Julii dicti anni receſſum à deciſis, & ad mentem, quæ fuit, quod Secretarius curaret conſignari Proceſſum, eumque poni ad partes, facta proinde Proceſſus conſignatione in Secretaria, concordatum fuit dubium quod Parte utraque informante ex Juribus circumferendis reſolvendum proponitur.

An, & ad quem ſpectat Jus eligendi Concionatorem in Terra Pizzuli pro tempore quadrageſimali.

Die

Digitized by Google

Die 11. Decembris 1694. Sacra Congregatio utraque Parte informante diſtulit reſolutionem,
1 & interim committendum cenſuit, prout præſentis decreti tenore benignè committit Eminentiſſimo Domino Cardinali Mareſcotto ejuſdem Sacræ Congregationis pro Præfecto, ut pro imminenti Quadrageſima nomine Sacræ Congregationis, & ſine præjudicio Jurium ambarum Partium deConcionatore provideat, eique benedictionem impetratur.

Diebus 11. Decembris 1694. & 11. Junii proximi præteriti. Dilata reſolutione præſentis cauſæ, dignentur EE. VV. ſolium reaſſumere, & ex Juribus utraque Parte informante circumferendis decernere.

An, ad quem ſpectat Jus elegendi Concionatorem in Terra Pizzuli pro tempore Quadrageſimali.

2 Manutenendam eſſe Communitatem in quaſi poſſeſſione nominandi Concionatorem Sabbati 2. Junii 1696.

In deciſis, & Amplius.

CIUITATIS CASTELLANÆ

Punctaturarum.

Sabbati 5. Maii 1696.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus punctaturas quando præſcribere poſſit contra Canonicos non obſtante conſuetudine in contrarium.*

Cum in Cathedrali Eccleſia ob deficientiam diſtributionum, & Punctaturarum Epiſcopus Gozzadinus in Synodo celebrata de anno 1626. inhærendo facultati ſibi delegatæ à Sacro Concilio *cap. 3. ſeſſ. 11. de Reform.* tertiam partem fructuum omnium Canonicatuum ejuſdem Eccleſiæ in quotidianas diſtributiones cōvertit, modumque punctandi in ſingulis horis præſcripſit, ipſoque vivente Synodalis Conſtitutio ſuum habuit effectum. Verùm quia tractu temporis in deſuetudinem abivit, modernus Epiſcopus iterum ſuo decreto punctaturam ad uſum revocavit, decreta etiam ſequeſtratione tertiæ partis fructuum cujuslibet Præbendæ in diſtributiones convertendæ. Canonicis autem ad hujuſmodi ordinatione reclamantibus prætextu longevæ contrariæ conſuetudinis, ac tenuitatis præbendarum ſummæ EE. PP. juſtitiæ, & ſapientiæ erit ex Juribus utrinque circumferendis decernere,

1 An decretum Epiſcopi ſuper diſtributionibus quotidianis, & punctaturis, ſit exequendum.

Affirmativè.

MONTIS POLITIANI

Reſtitutionis in integrum.

Sabbati 16. Junii 1696. & 30. Auguſti 1698.

S V M M A R I V M.

1 *Reſtitutio in integrum quando concedenda ob vim, & metum, quibus emiſſa fuit profeſſio.*

Nobilis Virgo Maria Victoria de Gagnonis, expleto probationis anno in Monaſterio Monialium Divi Bernardi, cum eſſet in ætate annorum 18. ſub nomine Sororis Mariæ Fidauræ profeſſionem emiſit die 8. Junii 1687 juxtà formam ab aliis Monialibus dicti Monaſterii emitti ſolitam.

Lapſo quinquennio de quo tempore ex Conſtitutionibus particularibus ejuſdem Monaſterii Moniales occaſione velationis emittere ſolent aliam profeſſionem, quam vocant expreſſam, ad differentiam primæ, quam emittunt ſub nomine tacitæ, eadem Soror Maria Fidaura non ſolum noluit dictam ſecundam expreſſam profeſſionem facere, ſed ulterius cœpit coram Epiſcopo reclamare adverſus nullitatum primæ cum præſuppoſito, quod fuiſſent emiſſa per vim, & metum ſibi à Parentibus illatum, porrectiſque precibus Sanctiſſimo Domino Noſtro pro obtinenda reſtitutione in integrum, adversùs lapſum Quinquennii, illiſque de more ad hanc Sacram Congregationem remiſſis, compilatus fuit Proceſſus remiſſorialis ſuper aſſertis minis, & violentiis, ſubindeque propoſito ſub die 26. Novembris 1695. dubio — An petita reſtitutio in integrum eſſet concedenda? Placuit Sac. Congregationi reſolutionem differre injungendo interim Epiſcopo Cluſino tanquam viciniori, ut authoritate Sac. Congregationis explorare faceret Moniales ſuper infraſcriptis.

Primò An Soror Fidaura expleverit integrum annum Novitiatus.

Secundò An fuerit capitulariter acceptata ante profeſſionem.

Tertiò An ejus voluntas fuerit præcedentèr legitimè explorata præviis monitionibus.

Quartò An quæ formula ſit illius profeſſionis, quam Moniales dicunt tacitam, & velationis quam dicunt expreſſam.

Et quintò demùm An inibi ſit communis reputatio, quod ad effectum validæ profeſſionis neceſſarius ſit interventus ſecundæ, quam vocant expreſſam.

Epiſcopus Cluſinus exequendo mandata Sac. Congregationis interrogatis omnibus Monialibus mediante perſona ejus Cancellarii ſuper præinſertis articulis, earum depoſitiones ad Sacram Congregationem tranſmiſit, cum autem eadem Sacra Congregatio congruum exiſtimaverit illas Partibus non pandere, idcircò expediens viſum fuit earum integram copiam una cum prioribus relationibus Epiſcopi Montis Politiani, & ejuſmodi Epiſcopi Cluſini per manus EE. PP. tranſmittere, quibus hodiè perpenſis una cum aliis Juribus ab utraque Parte circumferendis dignabuntur EE. PP. decernere.

An ſit locus petitæ Reſtitutioni in integrum.

Negativè.

Eadem.

Sabbati 30. Auguſti 1698.

PRopoſita præſenti Cauſa die 16. Junii 1696. ad inſtantiam Sororis Mariæ Fidauræ in Sæculo Mariæ Victoriæ de Gagnonis, negativa prodiit reſolutio; Sed obtenta per Oratricem nova audientia, expeditæ fuerunt in Nunciatura Apoſtolica literæ monitoriales ad effectum habendi revelationes Teſtium magis concludenter deponentium ſuper violentiis ſibi illatis à Parentibus, & à Fratre natu majore in actu ingreſſus in Monaſterium; Cumque illarum vigore receptæ fuerint plures revelationes, seù Teſtium depoſitiones, ſucceſſivè de mandato Sac. Congregationis ſervatis ſervandis, ac citata Parte repetitæ, & quæ una cumProceſſu originali nuper delatæ fuerunt ad Urbem. Hinc in præſenti Congregatione Partibus utrinque monitis, cauſa redit ad novum examen ſub conſueto dubio.

An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis ſub die 16. Junii 1696. in caſu &c.

Prævio receſſu à deciſis concedendam eſſe reſtitutionem in integrum, & Epiſcopus vicinior procedat prout de Jure contra eos, qui coegerunt, ac metum incuſſerunt ad formam Concilii.

V E N E T A,

Seù Mantuana Nullitatis Profeſſionis.

Sabbati 28. Julii 1696.

S V M M A R I V M.

1 *Quibus concurrentibus detur reſtitutio in integrum adverſus profeſſione ob vim,& metum,& non completa legitima ætate emiſſam.*

MAgdalena Farner die 29. Februarii 1691. Monaſterium Convertitarum Venetiis ingreſſa, in eo poſt duos solùm menſes vigore aſſertæ licentiæ, seù diſpenſationis hujus Sacræ Congregationis profeſſionem emiſit ſub nomine Sororis Baptiſtinæ, ſed prætendens inductam ſuiſſe ad profitendum per circumventionem, & metum ſibi illatum, à Nobili Viro, à quo fuerat præcedenter deflorata, in quarto ſuæ profeſſionis anno, & ſic nondum lapſo quinquennio fugam arripuit, & una ſimul cum alia Moniali nomine Magdalena Baſſa Mantuam ſe contulit, ibique in Monaſterio Convertitarum loco depoſiti collocata Judicium nullitatis, quod Venetiis intentare non valuerat, ſervatis ſervandis coram Vicario Generali promovere cœpit.

Verùm cauſa hujuſmodi ex peculiaribus motivis in hac Sacra Congregatione ex integro avo-
1 cata, pluribuſque Teſtibus examinatis, tam coram b.m.Cardinali Cerro Epiſcopo Ferrarien.ſpecialitèr delegato, quàm coràm Nuntio Apoſtolico Venetiarum, tandem ſub die 31. Januarii 1688. cum propoſitum fuiſſet dubium an coſtaret de nullitate profeſſionis negativa prodiit reſolutio, ſucceſſivè etiam confirmata ſub die 25. Junii ſequentis anni.

Adverſus hujuſmodi reſolutionem impetratam per Magdalenã nova Audientia datæ fuerunt aliæ literæ ad dictum Reverendiſſimum Nuncium, tam proformali extractione fidei ejuſdem Baptiſmatis, quàm pro tranſmiſſione copiæ decreti hujus Sacræ Congregationis ſuper diſpenſatione novem menſium Novitiatus, unà cum decreto Patriarchæ Venetiarum pro illius exequutione facto.

Quibus quidem diligentiis per Reverendiſſimum Nuntium adimpletis, novas ſuperaddente eadem Magdalena non gravabuntur EE. PP. decernere.

An ſit ſtandum vel recedendum à deciſis ſub diebus 31. Januarii 1688. & 25. Junii 1689. in caſu &c.

Non propoſita.

Sabbati 18. Auguſti 1696.

Previo receſſu à deciſis non conſtare de validitate Profeſſionis, & ad mentem.

JANUEN RESTITUTIONIS

In integrum.

Sabbati 1. Decembris 1696.

S V M M A R I V M.

1 *Solet Sacra Congregatio Ordinariis injungere, ut procedant Juris remediis contra vim inferentes ad profitendum.*

2 *Probato metu, danda eſt reſtitutio in integrum adverſus profeſſionem illo mediante emiſſam.*

FRater Bonaventura à Cyrenenſi, in Sæculo Bartholomeus Parodus, poſt expletum annum probationis in Religione Minorum Obſervantium Reformatorum S. Franciſci Regularem profeſſionem emiſit in Conventu S. Mariæ de Monte Civitatis Januæ die 21. Septembris 1675. ac deinde ad ætatem legitimam proventus ad omnes Sacros Ordines promotus fuit, nullo tamen intra ſpatium viginti, & ultra annorum expleto Religionis Officio,

Anno 1693. & ſic poſt decem, & octo annos à die emiſſæ Profeſſionis, præſatus Frater Bonaventura fretus jurata declaratione utriuſque Genitoris adminiculata à dicto unius famulæ, quod ſcilicet eorum importunis ſuaſionibus, nimis, & percuſſionibus coactus fuerat ad profitendum, quodquæ ab eis pluriès intra quinquennium impeditus remanſerat, ne formalitèr reclamaret, prævio ſupplici libello per Sanctiſſimum ad hanc Sacram Congregationem remiſſo, petiit in integrum reſtitui adverſus lapſum quinquennii.

Cùm autem in Congregatione habita die 30. Januarii 1694. reſcriptum fuiſſet, ut Archiepiſco-
pus procederet Juris remediis contra Genitores, 1
qui vim filio intuliſſe fatebantur, ſuſpenſa interim reſolutione ſuper petita reſtitutione in integrum, expletaquè poſtea per eoſdem Genitores pœnitentia ab Archiepiſcopo in exequtionem præfati decreti injuncta, repropoſita pluriès cauſa, tandem ſub die 14. Januarii 1695. reſponſum fuit Negativè, ſed iterum propoſita die 28. præteriti menſis Januarii Sac. Congregatio cenſuit; Coadjuvan-

Digitized by Google

juvandas eſſe probationes. In cujus reſcripti exequutionem procuratæ fuerunt per Inſtantem aliæ depoſitiones, tum Religioſorum, tum ejus Sororis ad comprobandas, nedum violentias, & minas ſibi illatas, ſed etiam extrajudiciales reclamationes per ipſum continuò emiſſas, factaque denuo per Genitorem ratificatione primæ depoſitionis, ſub qua poſtremo deceſſit, ipſo Oratore tantum informante, & Religione non contradicente, iterum decidendum proponitur.

An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis ſub die 15. Januarii 1695.

a Prævio receſſu à deciſis eſſe locum reſtitutioni in integrum.

LUCANA DISPENSATIONIS.

Sabbati 12. Januarii 1697.

SUMMARIUM.

1 *Diſpenſatus ad ordines quando dicatur ad Beneficia diſpenſatus.*

2 *Clericus oculo dextro orbatus ſi ex Apoſtolica diſpenſatione Miſſam celebrat, non indiget alia diſpenſatione ad obtinenda Beneficia, etiam curata.*

JOannes Vincentius Bottinus Clericus in Minoribus cupiens ad Sacerdotium aſcendere, & patiens citra ejus culpam defectum virtutis viſivæ in oculo Canonis, obtinuit à Sanctiſſimo literas diſpenſationis directas Eminentiſſimo Epiſcopo ſub his verbis -- *Fraternitati ſuæ per præſentes committimus, & mandamus, quatenus inſpecto prius per te ipſum, & diligenter conſiderato oculi hujuſmodi defectu, ſi talis non ſit, nec ex eo tanta proveniat deformitas, ut ſcandalum generet in Populo, aut Divinis præſtet impedimentum, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, cum eodem Joanne Vincentio ſuper defectu hujuſmodi; itaut illo non obſtante ad reliquos Sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordines prædictos ſervatis, ſervandis libere, & licitè poſſit, & valeat authoritate noſtra Apoſtolica arbitrio ſuo diſpenſes* -- harum literarum vigore Orator promotus fuit ab Eminentiſſimo Epiſcopo ad Subdiaconatus Ordinem cum ſpe de proximo cæteros alios aſſequendi.

Cùm autem exorta fuerit dubitatio, an taliter
1 diſpenſatus indigeat alia diſpenſatione quoad Beneficia, & dignitates, etiam in Cathedrali, ſive quia regulare eſt, quod diſpenſatus ad ordines non cenſeatur diſpenſatus ad Beneficia, ſive quia in orbato oculo Canonis duplex concurrat impedimentum, aliud inhabilitans à miniſterio Altaris, & ab exercitio Ordinis Sacri, & aliud proveniens à deformitate, quæ inhabilitare videtur ad omnes ordines, & conſequenter etiam ad Beneficia, *ut ex Canon. d. bon. conſidat* 50. *diſtinct. deducitur in deciſ.*625. *coram Seraphin.*

At è converſò contendente Oratore, regulam præfatam, quod diſpenſatus ad ordines non videatur diſpenſatus ad Beneficia procedere in irregularitate totali, & abſoluta proveniente ex delicto, non autem in partiali procedente ex aliquo corporis defectu, qui utpotè cauſa partialis nequit ad omnia inhabilitare, *ut ait Caſtropal. par. 6. tract. 19. de cenſur. diſp. 5. punct. 5. num. 6. Giballin. de irregularit. cap. 2. par. 1. num. 4. & 5.*

Deformitatem verò inhabilitantem ad omnia, quam enormem vocat *Archid. in Can. ſi Evangelica* 55. *diſtinct.* & ſuper qua Papa diſpenſare non ſolet, *ut teſtatur Corrad. in praxi diſp. lib. 3. cap. 6. num. 23.* non verificari de qualibet macula, aut defectu, ſed in eo cui erutus ſit oculus cum magna effoſſione, *ut eſt caſus in d. Can. ſi Evangelica*, vel in corpore vitiatis, qui patiuntur defectum in magnis membris nempe in brachio, manu, & ſimilibus *juxta diſtinct. Geminian. & Turrecremat. ibidem*, quam quidem enormem deformitatem excluſam in præſenti caſu penitus remanere ex ipſa collatione Subdiaconatus per Eminentiſſimum Epiſcopum Oratori jam facta in executionem præcedentis diſpenſationis ſic, ut ſupra qualificatæ, & reſtrictæ ad caſum modicæ deformitatis.

Hinc ad tollendum omne dubium inſtetit Orator apud hanc Sac. Congregationem pro opportuna declaratione, & allatis ſuper dubiis infraſcriptis reſolutionibus ejuſdem Sac. Congregationis dictum fuit ut cauſa deſcriberetur in folio. Quare tam ex his, quam ex aliis ab Oratore deducendis non gravabuntur EE. VV. decernere.

An Orator nova diſpenſatione indigeat quoad Beneficia etiam curata, & Canonicatus, & Dignitates etiam in Cathedrali. 2

Tenor reſolutionum Sacræ Congregationis.

Ariminen. die 16. Martii 1619. Congregatio cenſuit Oratorem oculo dextero ut proponitur orbatum, ſi ex diſpenſatione Apoſtolica Miſſam celebret, ex hoc capite non indigere alia diſpenſatione ad obtinenda Beneficia, etiam curam Animarum habentia.

Die 26. Aprilis 1659. lib. 21. Decret. fol. 624.

Sacra Congregatio &c. ſæpius cenſuit, & cenſet, & præſertim in Nuſcana, ideſt Ariminen. 16. Martii 1619. Clericum oculo dextero orbatum ſi ex diſpenſatione Apoſtolica Miſſam celebret, ex hoc capite non indigere alia diſpenſatione ad obtinenda Beneficia Eccleſiaſtica etiam cum cura Animarum.

Non indigere.

BITUNTINA DEPUTATIONIS Subcollectorum.

Sabbathi 4. Maii 1697.

SUMMARIUM.

1 *Subcollectores Apoſtolici qua gaudeant exemptione.*
2 *Non gaudeat in loco, in quo non ſunt Subcollectores.*
3 *Notarius illa gaudet, ſecus verò Curſor.*
4 *Durante tamen tempore deputationis, & non ultra.*
5 *An debeat eſſe Doctor Judex deputari ſolitus pro Cauſis Civilibus Subcollectorum.*
6 *Illegitimus, & natus ex damnato coitu deputari non poteſt in Subcollectorem.*

REſident in Civitate Bitunti tres Subcollectores, ſeu Commiſſarii Nuntiaturæ Neapolis, alter nomine Franciſcus Padula deputatus pro Civitate, & Diœceſi Bituntina, ſecundus Dominicus Matthias Deputatus pro loco, ſeu Abbatia Nullius Faſani, & tertius denique Vitus Ciocca pro loco Nullius Rutiliani, omnes Presbyteri illius Cathedralis Eccleſiæ laudati à Curia Epiſcopali ſuper moribus, & doctrina.

Quoniam vero occaſione iſtorum Subcollecto-

rum, illorumque exemptionis, variæ exortæ fuerunt controverſiæ, aliæque in dies continuò oriuntur inter Curiam Epiſcopalem, & Nuntiaturam, adeout ex hac cauſa deventum etiam fuerit ad carcerationes, & publicationes cenſurarum: Idcircò ut aliquando hujuſmodi diſſidiis finis aliquis imponatur, data fuerunt pro parte Epiſcopi ſex infraſcripta dubia, ſuper quibus audita, tam ipſius Epiſcopi, quam Nuncii Apoſtolici relatione dignabuntur EE. PP. Partibus hinc inde monitis, & informantibus declarare.

1 Primo an Padula Subcollector Bitunti gaudeat exemptione à Juriſdictioue Epiſcopi in cauſis Civilibus, tam activis, quam paſſivis.

2 Secundò an Matthias & Cioccha Subcollectores deputati pro juriſdictionibus Fani, & Rutiliani, & Commorantes Bitunti aliqua in dicto loco gaudeant exemptione.

3 Tertiò an itidem Notarius, & Curſor Commiſſarii, ſeu Subcollectoris Bitunti commorantis gaudeant pariter exemptione, & in quibus cauſis.

4 Quartò an generaliter dictus Notarius gaudere debeat exemptione à die, & pro tempore ſuæ deputationis, vel potius in actu exercitii dumtaxat.

5 Quintò an Judex deputari ſolitus à Nuntiatura pro cauſis civilibus Subcollectorum debeat eſſe Doctor alicujus publicæ Univerſitatis, vel ſaltem ſit ei dandus Aſſeſſor.

6 Et ſextò denique an illegitimus, vel natus ex damnato coitu poſſit deputari Subcollector, vel quatenùs fuerit jam deputatus, licitè poſſit in dicto officio continuare?

Ad primum ſerventur decreta generalia anni 1677.

Ad ſecundum, non gaudere, & Epiſcopus procedat in futurum.

Ad tertium, unicum Notarium tantum gaudere ad formam decretorum generalium, non verò Curſorem.

Ad quartum, gaudere durante tempore deputationis.

Ad quintum, arbitrio, & prudentia Nuncii Apoſtolici.

Ad ſextum, negativè quoad primam partem, quo verò ad ſecundam reſpondebitur in caſibus particularibus.

TRICARICEN. ORDINATIONIS.

Sabbathi 6. & 27. Julii 1697.

S V M M A R I V M.

1 *Ad titulum patrimonii non poteſt Epiſcopus familiarem ſuum ordinare, utilitate, vel neceſſitate Eccleſiæ non obſtante.*

MAndat Sacrum Concilium *in cap. 9. ſeſ. 23. de refor.* per hæc verba — *Epiſcopus familiarem ſuum non ſubditum ordinare non poſſe, niſi per triennium ſecum fuerit commoratus, & Beneficium quocumque fraude ceſſante ſtatim re ipſa illi conferat* — Cumque hujus decreti diſpoſitio fuerit nuper innovata à SS. D. N. per ejus Conſtitutionem ſuper ordinandis his verbis — *Non poſſe Epiſcopum ſuum familiarem ordinare, niſi ad præſcriptum Sacr. Concilii per integrum triennium in ſuo ſervitio retinuerit, & inſuper Beneficium quod ei ad vitæ ſuſtentationem juxta modum ſuperius præfinitum ſufficiat, quacumque fraude ceſſante ſtatim, hoc eſt, ſaltem infra terminum unius menſis à die factæ ordinationis re ipſa illi conferat.*

Hinc Epiſcopus Tricaricen. aſſerens pluries deciſum fuiſſe ab hac Sacra Congregatione licere Epiſcopo familiarem triennalem ad titulum patrimonii promovere, concurrente neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ, *ut apud Garc. de Benefic. par. 2. cap. 5. num. 81.* (licet è converſò *Pignat. conſult.* 189. *nu.* 32. *lib.* 9. aſſerat id intelligendum eſſe de patrimonio ſupplente inſufficientiam Beneficii) ſupplex modo petit ab EE. VV. declarare.

An ſtante noviſſima Conſtitutione SS. D. N. poſſit Epiſcopus familiarem triennalem ad titulum patrimonii promovere ad Sacros ordines ob neceſſitatem, vel utilitatem Eccleſiæ, nullo collato Eccleſiaſtico Beneficio. 1

Negativè.

ROMANA JURIS SEPELIENDI.

Sabbathi 17. Auguſti 1697.

S V M M A R I V M.

1 *Miles præſidiarius ſepeliri debet in illa Parochiali, à qua in vita Sacramenta recepit, non autem in illa, in qua domum, vel familiam retinet.*

LAurentius Creſcius à quatuordecim annis circiter Miles Præſidiarius Arcis S. Angeli, cum de menſe Auguſti anni 1695. in morbum incidiſſet, illicò ſe ad propriam domum tranſtulit, ubi Uxor cum familia degebat, ſitam in Parochia SS. Simeonis, & Judæ, ibique poſt paucos dies ex hac vita deceſſit.

Habita obitus notitia, Parochus Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ excitavit prætenſionem tumulandi illius cadaver tanquam ſubditi ratione Militiæ ejus Parochiali Eccleſiæ, intra cujus limites exiſtit Caſtrum Sancti Angeli, ſed expedito Monitorio coram Eminentiſſimo Vicario ad inſtantiam Parochi SS. Simeonis, & Judæ, obtinuit iſte proviſionale decretum ſepeliendi cadaver in ſua Eccleſia ſine præjudicio jurium ambarum partium, & cum obligatione de reſtituendo illud, & emolumenta in caſum ſuccumbentiæ, quod decretum in formali Judicio poſtea proſequuto fuit confirmatum per ſententiam abſolutoriam favore Parochi SS. Simeonis, & Judæ ab eodem Eminentiſſimo prolatam.

Non acquievit Parochus S. Mariæ hujuſmodi ſententiæ, ſed habito recurſu ad SS. D. N. ſub prætextu evitandi diuturnitatem & diſpendium longiſſimæ litis, quodque agatur de articulo exemplari quoad omnes Parochos Urbis, obtinuit ex decreto R. P. Auditoris Sanctitatis ſuæ remiſſionem cauſæ ad hanc Sac. Congregationem coram qua propterea concordato infraſcripto dubio, grave non erit EE. VV. ex Juribus utrimque deducendis declarare.

An Cadaver quondam Laurentii Creſcii actualis Militis in Arce S. Angeli fuerit ritè, & rectè tumulatum in Eccleſia Parochiali SS. Simeonis & Judæ, vel potius ſint reſtituenda emolumenta funeris Eccleſiæ Parochiali S. Mariæ Tranſpontinæ, & quid in ſimilibus caſibus ſit ſtatuendum. 1

In

In caſu de quo agitur negativè quoad primam partem, affirmativè verò quoad ſecundam.

ROMANA CAPITULI ODOARDUS.

Sabbathi 22. Martii, & 14. Aprilis 1698.

S V M M A R I V M.

1 *Abſque ſpeciali commiſſione Eminentiſſimus Urbis Vicarius admittere poteſt Clericos ad Beneficia Cap. Odoardus.*

INſtituit Sacerdos Dominicus de Nigris jam per annum, & ultra ob æs alienum in carceribus detentus, ſpeciale Judicium in Tribunali Eminentiſſimi Urbis Vicarii ſuper admiſſione ad miſerabile Beneficium cap. Odoardus de ſolution. & ad probandum requiſitum ſuæ paupertatis, curavit plures teſtes examinari; Verùm opponentibus creditoribus, ipſum tanquam obligatum in forma Cameræ Apoſtolicæ ad idem Beneficium admitti non poſſe per quoſvis Judices ordinarios, juxta Conſtitutiones Gregorii XIII. & Pauli V. relatas *à Rota in deciſ. 207. num. 15. par. 15. rec.* Hinc porrectis per Oratorem precibus SS. D. N. pro commiſſione obtinenda, placuit Sanctitati ſuæ per organum R. P. Viceſgerentis inſtantiam remittere ad hanc Sac. Congregationem ad effectum examinandi articulum, an juxta antiquum ſtylum ſui Tribunalis, de quo teſtatur *Scannarol. de viſitat. carcerator. lib. 3. §. 9. cap. 3. num.* 39. poſſit Eminentiſſimus Vicarius debitores in forma Cameræ obligatos ad præfatum Beneficium admittere abſque alia ſpeciali commiſſione, ſive quia hunc Beneficio tanquam ordini Clericali conceſſo non poſſit in præjudiciũ ejuſdem ordinis, nec tacitè, nec expreſſe renunciari, ſivè quia antiqua formula obligationis Cameralis hujuſmodi renunciationem non contineat, cum fuerit ſolum ſuperaddita per Galleſium, ſed à Curia Romana non recepta, ut advertit *Zacch. ad eundem Galleſium de oblig. Camer. qu. 19. num. 14. & 15.*

Quo circa poſt auditum deſuper Eminentiſſimum Vicarium de hujuſmodi inconcuſſo, & inveterato ſtylo ſui Tribunalis plenè teſtantem, idem Orator, ne in dedecus Sacerdotalis dignitatis cogatur in carceribus marceſcere ſupplex orat ab EE. VV. declarari, monitis, & contradicentibus ejus creditoribus.

An Eminentiſſimus Vicarius in vim ſuarum facultatum admittere poſſit Oratorem carceratum,
1 ceteroſque alios debitores in forma Cameræ obligatos ab Beneficium cap. Odoardus abſque ſpeciali commiſſione SS. D. N. Dilata.

Die 14. Aprilis 1698.
Affirmativè.

H E R B I P O L E N.

Sabbathi 29. Novembris 1698.

S V M M A R I V M.

1 *Suffraganeus ſubtrahendus non eſt a juriſdictione Metropolitani per delegationem alterius Judicis in illius locum, ſed recurrere tenetur in caſibus particularibus, in quibus ſe gravatum prætendit.*

IN præcibus SS. D. N. porrectis, & per Sanctitatem ſuam ad hanc Sac. Congregationem remiſſis expoſuit Epiſcopus Herbipolen. quod poſt caſſatas à Sede Apoſtolica capitulationes, quas occaſione ejus electionis inierat cum Capitulo ejus Eccleſiæ Cathedralis, ſtatim ipſe pro debito Paſtoralis officii manus admonuit Eccleſiaſticæ diſciplinæ reparandæ, tuendiſque Sac. Concilii Tridentini Decretis, præſertim contra Capitulum, & Canonicos ejuſdem Eccleſiæ, ſed cum ejus decreta frequentiſſimis appellationibus, quæ interponuntur ad Metropolitanum Moguntinum, *qui ratione Canonicatus, quem adhuc retinet in eadem Eccleſia eſt unus ex Capitularibus Herbipolen.* remaneant ſine effectu in graviſſimum Juriſdictionis Epiſcopalis, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ præjudicium: Idcirco ſupplex petiit cauſas omnium prædictarum appellationum interpoſitarum, atque interponendarum à præfato Capitulo in univerſum, vel à ſingulis Capitularibus committi Nuncio Apoſtolico Colonien. prævia illarum vocatione à Curia Metropolitana, uti ſibi legitimè ſuſpecta.

Ad normam itaque dd. Precum, & reſcripti Sanctitatis ſuæ, monito, & informante, tam Procuratore Capituli Herbipolen., quam Eminentiſſimi Metropolitani proponitur hodie ab EE. VV. reſolvendum.

An in cauſis appellationum à ſententiis, & decretis Epiſcopi Herbipolen. interpoſitarum, ſeu interponendarum per Capitulum, & Canonicos Eccleſiæ Cathedralis, ac quomodolibet intereſſe ipſius Capituli, ſive etiam ſingulorum Capitularium concernen. deputandus, & delegandus ſit Reverendiſſimus Nuncius Apoſtolicus Colonien. in locum Eminentiſſimi Moguntini Metropolitani in caſu &c.

Negativè, & pro videbitur in caſibus particularibus. 1

R E S P O N S I O J U R I S

In hac Cauſa D. Advocati Urſayæ.

S V M M A R I V M.

1 *Injurioſum reputatur Superiorem privare ordinaria juriſdictione in ſubditos.*
2 *Ideoque non niſi ex cauſis valde arduis practicari ſolet.*
3 *Eminentiſſimi Archiepiſcopi Moguntini inſignes prærogativæ.*
4 *A decretis Suffraganeorum appellatur ad Metropolitanos.*
5 *Appellationis remedium inſtitutum fuit ad innocentiæ præſidium.*
6 *Illius uſus vetuſtiſſimus, & neceſſarius eſt.*
7 *Contra Judicum venenum datur appellationis theriaca.*
8 *Suffraganeus non debet ſe intromittere, nec aliquid moliri circa appellationes ad Metropolitanum interpoſitas.*
9 *Sciens aliis eſſe præpoſitum, non debet moleſtè ferre ſibi alium eſſe Prælatum.*
10 *Appellationibus ad Metropolitanum interpoſitis deferre tenetur Suffraganeus.*
11 *Reverentiam omnem cum honore exhibere tenetur Suffra-*

fruganeus ſuo Metropolitano .

12 *Ad Epiſcopum deſertur appellatio ab illo actu , in quo etiam ipſe intervenit non tanquam Prælatus , ſed uti Canonicus .*

13 *Quo caſu appellari dicitur ab inferiore ad Superiorem .*

14 *Præſes Provinciæ cognoſcere poteſt de Viribus illius decreti , in quo tanquam unus de Decurionibus intervenit .*

15 *Canonicus factus Epiſcopus judicare poteſt de jis , quæ fecit cum aliis quando erat in Capitulo.*

16 *Metropolitanus duplicem repræſentans perſonam , uti privatus non ſibi præjudicat in exercitio Juris Metropolitici .*

17 *Non obſtante quod Epiſcopus ſit Canonicus ad ipſum deſertur appellatio, quando non intervenit in actibus Capitularibus à quibus appellatur.*

18 Textus in cap. cum R. de offic. & poteſt. Judic. de legat. *in quibus terminis loquatur .*

19 *Metropolitanus , eſt Judex Ordinarius Suffraganeorum .*

20 *Judex delegatus faciliùs recuſatur ad differentiam Judicis Ordinarii .*

21 *Metropolitanus duplicem repræſentat perſonam .*

22 *Affines Conſanguinei non dicuntur proprii affines .*

23 *In Judiciis præ oculis ſemper habenda eſt æqualitas .*

24 *In Germania exceptio ſuſpicionis Judicum Eccleſiaſticorum non de facili admittitur , & de ratione remiſſivè .*

25 *Appellationes ibidem devolvuntur ad Conſiſtorium Metropolitani , non ad ipſummet Archiepiſcopum .*

26 *Suſpecta allegari non poſſunt Collegialia Tribunalia .*

27 *Minuſque Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales , & aliis Eminentiſſima pollentes dignitate .*

28 *Mentio cum laude DD. kunchel , & Engbelort .*

29 *Quando in Collegiali Tribunali unus , vel alter eſt ſuſpectus de Judicibus , reliqui non ſuſpecti judicare poſſunt .*

30 *Manifeſtam redolet Calumniam allegare ſuſpectos omnes Doctores alicujus Civitatis .*

31 *In partis aſſertionibus nullum conſtitui poteſt fundamentum .*

32 *Nemo innocens eſſe poteſt , ſi accuſare ſufficeret .*

33 *Appellationes in quibus caſibus recipiendæ per Metropolitanum à decretis Suffraganeorum remiſſivè,* & num. 35.

34 *Tribunalia Urbis adeunda ſunt à decretis Metropolitanorum .*

36 *Erronea eſt opinio Epiſcoporum , ut ab omnibus decretis in Viſitatione prolatis non detur ad Metropolitanum appellatio ſuſpenſiva .*

37 *In quibus caſibus illa detur.*
Datur etiam à correctione exceſſivum morum .

38 *Ex conſuetudine in Germania Epiſcopi non ſe intromittunt in reformatione Cleri, niſi in caſu negligentiæ Decani , ad quem ſpectat Juriſdictio .*

39 *Quæ conſuetudo approbata fuit in Concilio Lateranenſi per Innocentium III.*

40 *Adſunt in Germania Cleri , qui Epiſcopi ordinariæ poteſtati non ſubſunt .*

41 *Privilegia , & exemptiones Cleri in Germania fidei Catholicæ nimium utiles fuerunt .*

42 *Præcipiente Epiſcopo aliquid contra receptas Eccleſiæ conſuetudines datur ad Metropolitanum appellatio ſuſpenſiva .*

43 *Quando plura obſtant vincula , ſi unum removeatur , remanent alia .*

44 *A decreto Epiſcopi contra ſtatutum Eccleſiæ admitti debet à Metropolitano appellatio ſuſpenſiva .*

45 *Pactiones , & conſuetudines , & ſtatuta neceſſaria ſunt proſſicui gubernio in dominiis electivis .*

46 *Prætextu litis permitti non debet , ut Suffraganeus à juriſdictione Metropolitani ſubtrahatur .*

EMinentiſſime , & Reverendiſſime Domine .
Negativè reſpondendum videtur; Injurioſum
enim reputatur quemcumque Superiorem 1
privare ſua ordinaria juriſdictione in Subditos ad
Text. *in cap. Cum perſonæ de Privil. in 6. & in leg.*
prima , C. de Exequut. rei judic. & antiquioribus cu-
mulatis noviſſimè Rota *in Giennen. juris mutandi 21.*
Februarii proximè præteriti , §. Cùm enim expræenarrata
coram bo. mem. Urſino , & reſpondit hæc Sac. Con-
gregatio *in Oſtunen. Indulti 26. Aprilis labentis anni ,* 2
Propterea que non niſi ex cauſis valdè arduis , &
cum maxima difficultate id practicari ſolet cum
inferioris notæ Judicibus , ut advertit Marcheſ.
de Commiſſ. par. 2. §. 2. de Judic. ſuſpec. num. 58. fol.
397. & proſequitur eadem Rota adductis concor-
dantibus *in dicta Giennen. Juris mutandi , §. Cùm enim*
ſatis, ubi probat hoc eſſe etiam de mente Sac. Con-
cilii Tridentini, cujus verba refert, & exornat.

Multò minus hoc practicandum videtur in 3
noſtro caſu cum Eminentiſſimo Metropolitano
Moguntino , de cujus Dignitate , qualitatibus, &
prærogativis benè Gonzal. *in cap. Bonæ memoriæ lit.*
A. verſ. Tandem de Elect. ubi ex Martino Scoto ad
rem noſtram refert : *Papinus in Civitate Sueſſionem*
à Sancto Bonifacio Archiepiſcopo in Regem unctus Re-
gni honore ſublimatus eſt , & ob id deinde poſt Papam
Secundus habetur Moguntinus Archiepiſcopus in hodier-
num diem, & meliùs Phil. Reinhard. Vitriar. *in In-*
ſtitut. Jur. public. Roman. German. lib. 3. tit. 10. de
Jurib. ſingul. Elector. Eccleſ. competen. à num. 1. uſq. ad
20. ubi in principio obſervat , Maximilianum Im-
peratorem in diplomate ann. 1498. eum appellaſſe
obriſten. Churfürſten , hoc eſt primùm , ſeu Supre-
mum inter omnes Electores, nec etiã Boemiæ Rege
excepto , *Villabald. in Vita S. Bonifacii Cap. 44. Petr.*
Krantzpolican. in Cathal. Epiſcopor. Mogunt. Philip.
Doſſer. diatrib. 2. fol. mihi 212. Hallier. de Hierarch.
Juriſdic. lib. 4. & 34. fol. mihi 644. Arnold. Lubecenſ.
in ſuplem. Hormold. lib. 6. cap. 3. & Thomaſin. *de*
Vet. & Nov. Eccleſ. diſcipl. par. 1. lib. 1. cap. 31. nu. 2.
& omni ponderatione digna ſunt verba Zachariæ
Papæ ad Bonifacium Moguntinum Archiepi-
ſcopum, regiſtrata *in can. Petiſti 7. quæſt. prima*, ibi :
Hoc nullum concedi alii patimur, quod tibi charitate cogente
largiri cenſuimus ? & Card. Caraffa *in Legat. ad tract.*
Rhen. fol. 158. & 239.

Pro recurſibus enim , & appellationibus ad
eundem fundatam habent intentionem DD. Ca- 4
pitulares Herbipolenſes *in cap. Romana de Appellat.*
in 6. ubi latè Monach. *num. 4. & ſeqq.* & Pignatel.
Conſ. 34. numer. 10. tom. 8. Quod Appellationis
remedium favorabile eſt , atque ad innocentiæ
præſidium inſtitutum , ut legitur in Sac. Concilio
Tridentino *ſeſſ. 13. de Reform. cap. 1.* & obſervant
Fagnan. *in cap. Dilectus il primo num. 32. de Reſcript.* 5
& Paſqualig. *quæſt. Moral. centur. 2. quæſt. 82. num. 7.*
illiuſque uſus nedum vetuſtiſſimus; ſed neceſſarius
eſt ex cumulatis *in tom. 1. diverſ. Conſil. German. conſ.*
29. num. 36. ubi ex Bald. *in leg. prima , Cod. ſi de mo-* 6
mentan. poſſeſſ. advertitur contra Venenum Judi-
cum datam eſſe Theriacam appellationis . 7

Poſtquam igitur Reverendiſſimus Suffraga-
neus Herbipolen. tanquam Judex interpellatus
mediante ſua Sententia , vel Decreto propriæ ſa-
tisfecit obligationi , & Zelo , functus dicitur ſuo
officio , nec debet amplius in cauſis ſe intromitte-

re,

Digitized by Google

re, vel circa appellationes ad Metropolitanum in-
8 terponendas aliquid moliri, ut obſervant Sbroz-
zius *de Offic. Vicar. lib. 2. quæſt.* 131. *num.* 4. & de
Angel. *de Offic. Baron. cap. 5. num. 6. verſ. quod autem.*
Multoque minus ægrèferre, quod ſentientes ſe
gravatos ab ipſius Decretis ſervatis ſervandis recur-
rant ad legitimos Superiores -- *Qui enim ſcit ſe qui-
buſdam eſſe Præpoſitum, non moleſtè ferat aliquem ſibi eſſe
Prælatum, ſed obedientiam, quam exegerit, etiam ipſe*
9 *dependat* -- ſunt verba Textus *in Can. Qui ſcit 2. quæſt.*
6. ibique egregiè Gloſ. *lit. B.* ubi quod ſicuti
Epiſcopus vult deferri appellationibus ad ipſum
factis; ita, & ipſe deferre tenetur appellationibus
ad Superiores interpoſitis, & obſervat Quarant. *in*
10 *Summ. verb. Archiepiſcopi authoritas num. 6. verſ. Et
Suffraganei fol. mihi* 45. Idque probat etiam ex *tom.*
1. *Epiſt. Innoc. III. fol. mihi* 228. cum illis verbis ad
Arelatenſis Eccleſiæ Suffraganeos directis -- *Cùm
ſecundùm doctrinam Evangelicam quæcumque vultis, ut
faciant vobis homines, & vos eis eadem facere debetis, eam
reverentiam vos convenit præſtare Prælatis, quam vobis
vultis à ſubditis exhiberi* -- & *fol.* 108. in alia Epiſtola
ſcripta Epiſcopo Lexovien. Suffraganeo Rotho-
11 magen. ibi -- *Ad hæc ne propter hoc tu videaris ab ipſius
ſubjectione ſubtrahi, volumus, ut ſibi tanquam Metro-
politano tuo debitam obedientiam exhibeas cum honore.*

Non obſtat, quod Eminentiſſimus Metropo-
litanus ſit etiam Canonicus Herbipolenſis; Nulla-
tenus enim implicat dari appellationem ad Epi-
ſcopum, vel Archiepiſcopum ab illo actu, in quo
idem Epiſcopus, vel Archiepiſcopus intervenit,
12 non uti Prælatus, ſed tamquam Canonicus per
utriuſque Juris ſanctionem, ut de Jure Canonico
habemus Textum literalem *in cap. a Collatione de
Appellat. in* 6. ubi Repetentes communitèr, ſignan-
tèr verò Jo: Andr., Geminian., Butr. Anchar.,
& Barboſ. *num.* 1. Abb. *in cap. Poſtulaſtis num.* 10. *de
Conceſs. Præben.* ibique Ananias *num.* 11. *verſ. Præ-
terea*, Caſtrenſ. *in leg. 1. §. Solent num. 3. ff. Quand.
appelland. ſit*, Everard. *in Topic. legal. loco de tanquam,
ſeù reſpectivis num.* 9. ubi, quod cùm in his caſibus
Epiſcopus, vel Archiepiſcopus non interveniat
13 uti Prælatus, ſed tanquam Canonicus, non appel-
latur ab eodem ad eumdem; ſed appellatur ab In-
feriori ad Superiorem, quod obſervat etiam Scacc.
*de Appellat. lib. 3. cap. 2. quæſt. 8. num. 60. verſ. ſecùs
tamen eſſet*, Venerius *in Examin. Epiſcoporum lib. 4.
cap. 29. de Decano Capituli num.* 33. & firmavit Rota
in deciſ. 193. *num.* 3. *par.* 4. *rec.* Et de Jure Civili Sta-
tutum eſt *in l. 1. §. Solent, ff. Quand. appelland. ſit*,
14 ubi quod ab ordine Decurionum appellatur ad
Præſidem, licèt Præſes interfuerit in Concilio tan-
quam unus de Decurionibus, ibique Bartol. *nu.* 1.
ubi *num.* 4. probat, Canonicum factum Epiſcopum
poſſe judicare de his, quæ fecit cum aliis quando
15 erat in Capitulo, & Caſtrenſ. *pariter num.* 1. Abb.
in citato cap. Poſtulaſtis num. 10. *de Conceſ. Præben.*

Et in individualibus terminis ſimilis contro-
verſiæ inter Reverendiſſimum Suffraganeum Her-
bipolen. & Curiam Metropolitanam Moguntinam
noviſſimè reſolvit Sacra hæc Congregatio *in Her-
bipolen.* 28. *Septembris* 1697. ubi in fine narrationis
16 facti egregiè advertitur -- *Qualitatem Patroni* (*Emi-
nentiſſimi ſcilicet Archiepiſcopi Moguntini*) *impedire non
potuiſſe exercitium Juris Metropolitici in eadem perſona
duplici Jure, & titulo conſiderata*. Eò magis, & abſq;
ulla prorſus difficultate, dum Eminentiſſimus Me-
tropolitanus, quamvis ſit Canonicus Herbipo-
lenſis, tamen non intereſt Capitulo, minuſque
aliquam partem habuit, aut habebit in futurum in
illis actibus, à quibus ad ipſum fuit interpoſita, &
forſan interponetur appellatio, quod operatur, ut
ne dum eadem appellatio omni Jure admittenda
ſit, ſed etiam, ut ſecluſa Eminentiſſima, qua inſi- 17
gnitus eſt, Dignitate, nullomodo recuſari poſſit
uti ſuſpectus. eo quia voluntatem ſuam nullate-
nus propalavit, juxtà celebrem theoricam Innoc.
Canoniſtarum Patris *in cap. Irrefragabili num. 2.
verſ. Sed dices de Offic. Judic. Ordin.* quem ibidem com-
munitèr ſequuntur Repetentes, & ſignantèr Ho-
ſtienſ. *num.* 7. Joan. Andr. *num.* 25. Zabarell. *num.* 4.
Abb. *eodem numero*, & Fagnan. *in citato cap. §. Ex-
ceſſus num. num.* 17. ubi quod eſt valdè notabilis,
quodquè cum illa theorica tranſeunt omnes Do-
ctores.

Quibus non contradicit Text. *In cap. Cum R.* 18
de Offic. & Poteſt. Judic. Deleg. Non enim loquitur
de Judice Ordinario, ſed de Delegato, ut ex lectu-
ra, prout in iiſdem quoque terminis loquuntur
omnes aliæ authoritates in contrarium adductæ.
Nos autem ſumus in terminis toto cœlo diverſis,
dum Metropolitanus dicitur, & eſt Judex non De-
legatus, ſed Ordinarius Suffraganeorum, ut ad- 19
vertunt Sbrozz. *de Offic. Vicar. lib. 2. quæſt. 58. nu.* 1.
Quarant. *in Summ. verb. Archiepiſcopi authoritas num.*
10. *fol. mihi* 47. *Genuenſ. in prax. cap. 70. num.* 1. &
Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 7. num.* 24. Diverſi-
tatis autem ratio in eo conſiſtit, quod in Judice
Delegato faciliùs admittitur, & ſine injuria practi- 20
catur recuſatio, vel ſuſpenſio, dum ſecum agitur
dè acquirenda juriſdictione. Secus autem eſt in
Judice Ordinario, qui amitteret, quam habet Ju-
riſdictionem, ut ponderat Card. de Luca *de Judic.
diſc. 3. num.* 63. Quam reſponſionem facto ipſo pro-
bavit, & admiſit Reverendiſſimus Herbipolen pro-
cedendo in prima inſtantia, & procedere intendens
in futurum in cauſis ſuorum Capitularium, quo-
rum tres utpotè Canonici tàm Herbipolenſis,
quàm Bambergenſis Eccleſiæ, in qua ipſe Cano-
nicatum retinet, ſunt etiam ipſius Concanonici.

Præterea in cauſis appellationum à ſententiis
Suffraganeorum Metropolitanus non procedit uti
Canonicus juxta terminos dicti Textus; ſed tan-
quam Prælatus à Jure determinatus ad eaſdem ap- 22
pellationes recipiendas, ratione duplicis illius Per-
ſonæ, quas repræſentat, ut benè obſervat Fagnan.
*in cap. irrefragabili, §. Exceſſus num. 13. & ſeq. de offic.
Judic. ordin.* & Card. de Luca *de feud. in annot. ad diſc.*
2. *num.* 15. *verſ. Quinimò*, & individualitèr reſolvit
Sacra hæc Congregatio *in citata Herbipolen.* quæ eſt
in caſu duriori; Inibi enim Eminentiſſimus Me-
tropolitanus non proceſſerat tanquam unus de
Corpore Capituli, ſed tanquam unicus Patronus
Parochialis Herzogenaurach, & tamen Sacra hæc
Congregatio ratione duplicis Perſonæ per ipſum
repreſentatæ approbavit inſtitutionem Parochi
ejuſdem Eminentiſſimi Metropolitani piùs dene-
gatam à Reverendiſſimo Herbipolen. Suffraganeo.

Minus obſtat, quod Eminentiſſimus Metro-
politanus quamplures habeat conſanguineos, &
affines in Capitulo Herbipolen. Quia quoad Af-
fines factum non aſſiſtit: Licèt enim unus ex Illu-
ſtriſſima Familia de Stadian in Uxorem duxerit
ejus Sororem, non inde tamen ſequitur, quod alii
DD. de Stadian Affines ejuſdem Sororis, ſint etiam
Affines Eminentiſſimi Metropolitani ad literalem
Textum *in cap. Quod ſuper de Conſang. & Affinit.* &
obſervat Lancell. *in Inſtit. Canon. lib. 2. tit. 13. de* 22
triplici cognat. §. Quamquam autem. Quo verò ad
Conſanguineos, objectio retorquetur ad homi-
nem,

Digitized by Google

nem, quia Reverendiſſimus Hebipolenſis habet
unum Germanum fratrem, & duos Conſanguineos
Concanonicos Eccleſiæ Bambergenſis, qui inſimul
ſunt Canonici Herbipolenſis. Si igitur hac con-
ſanguinitate non obſtante, in prima inſtantia ſuam
exercet Ordinariam Juriſdictionem in ſuos Con-
canonicos tanta ſibi arctitudine junctos, neſcimus
videre qnare ſervando illam æqualitatem, quæ in
Jndiciis ſemper præ oculis habenda eſt, *leg. fin. Cod.
de fructib. & lit. expenſ.* Card. de Albic. *de Inconſtant.*
23 *in Judic. quæſt. 2. num. 9. & quæſt. 37. num. final.* eam-
dem Juriſdictionem Ordinariam in ſecunda in-
ſtantia, & per viam appellationis exercere nequeat
Eminentiſſimus Metropolitanus Moguntinus?

Quæ ſi procedunt in caſu, in quo Metropoli-
tanus, ut in Italia practicatur, ſolus judicat de vi-
ribus ſententiarum ſuorum Suffraganeorum, quan-
tò magis admitti debent in Germania, ubi inau-
dita forſan eſt ſimilis exceptio ſuſpicionis Epiſco-
24 porum, & Metropolitanorum ratione conſangui-
nitatis, & affinitatis ex motivo conſiderato à Car-
dinali Pallavicino *in Hiſtoria Concilii Tridentini lib.
24. cap. 12. num. 11.* & à Card. Caraſ. *in Legation. ad
tract. Rben. fol. 58. & 215.* Et ubi ex nimium lauda-
bili conſuetudine appellationes devolvuntur ad
Conciſtorium Archiepiſcopi, conſtans ex qualifi-
catis Perſonis, tàm ratione Eccleſiaſticæ dignita-
tis, quàm doctrinæ, & experientiæ, de qua con-
ſuetudine mentionem cum laude facit Card. de
25 Luca *in relat. Curiæ diſc. 32. num. 95.* de caquè ocu-
latus Teſtis eſt Kockier. *in vindic. libert. Eccleſ. par.
1. cap. 12. num. 19.* quem refert Eminentiſs. D. meus
Card. Præfectus *in defenſ. Eccleſ. juriſdict. cap. 8. nu. 38.*
Et in effectu in noſtra controverſia manus appo-
ſuiſſe idem Conſiſtorium patet ex inhibitione ex-
hibita in contrario *Summ. dato in præterita Congre-
gatione num. 4.* ibi: *Judices Sanctæ Moguntinæ Sedis,
&c.*

Et ex hac conſideratione aliud æquè validum
reſultat fundamentum rejectionis contrariæ in-
26 ſtantiæ; Non enim adeſt in Curia propoſitio for-
ſan magis certa, magiſque in praxi recepta, quàm
Collegialia Tribunalia recuſari non poſſe, neque
pro ſuſpectis allegari ex adductis per Ridolph. *in
prax. par. 1. cap. 7. num. 133. & ſeq.* & Marcheſ. *de
commiſſ. par. 2. de commiſſ. ſuſpenſ. Judic. §. 2. num. 4.
& ſeq. fol. 391.* Præſertim quando lis eſt coram Per-
27 ſonis Eminentiſſima dignitate fulgentibus, qualis
eſt Moguntinæ Sedis Archiepiſcopus, ut obſervat
Rota *in decis. 307. num. 17. par. 18. rec.*

Non attento, quod in eadem Conſiſtorio ad-
ſint DD. Kunkel, & Enghelort, olim Defenſores
in Urbe Capituli Herbipolenſis; nullum enim re-
28 linquit ſuſpicandi locum nota probitas, integri-
tas, doctrina, & zelus harum qualificatarum per-
ſonarum, quæ Libros contra hæreticam pravita-
tem accuratè ſcripſerunt, typiſque mandarunt, &
non triginta nobiles Acatholicos, ſed multos cen-
tenos ad Catholicam Fidem reduxerunt, ut in
Germania ſatis notum eſt, & quoad D. Kunkel
conſtat ex publicis documentis coram Eminentiſ-
ſimo Prodatario exhibitis, quando Sanctiſſimus
D. Noſter in concurſu quadraginta aliorum con-
currentium illi contulit Præpolituram ſimplex Be-
neficium nuncupat. Collegiatæ inſignis S. Mauri-
tii Auguſtanæ Civitatis; Et tamen his demptis
remanent alii ſex Conjudices pluſquam ſufficien-
tes ad cognoſcendum de viribus quarumcumque
29 ſententiarum, ut docet Marcheſ. *de commiſſ. par. 2.
§. 2. de Judic. ſuſpic. num. 3. in fine fol. 390.* Imò in
omnem caſum illorum loco ſubrogari poſſent alii
Reverendiſſimo Herbipolen. non ſuſpecti. Non
enim credimus pro ſuſpectis haberi omnes Docto-
res, omneſque qualificatas Perſonas celebris Mo-
guntinæ Civitatis, quia id redoleret manifeſtam 30
calumniam juxta opinionem Alberic. *in l. Apertiſ-
ſimi in fine, Cod. de Judic.* Marcheſ. *de commiſſ. par. 2.
§. 2. de Judic. ſuſpic. num. 1. fol. 390. &* Card. de Luca
de Judic. diſc. 4. num. 15.

Omitti poterant magnæ amplificationes faci-
litatis recipiendi, & admittendi appellationes abſ-
que ulla legali juſtificatione; Nam impropriè titu-
lus egregii documenti attribuitur Epiſtolæ Reve-
rendiſſimi Herbipolen. Sanctiſſimo Domino No-
ſtro directè, dum in illa tanquam in Partis aſſer-
tionibus nullum conſtitui poteſt fundamentum
ex vulgatis juribus, & ad propoſitum benè Rota
in Surrentina Manutentionis 4. Maii 1695. §. Diſcep- 31
tationes coram R. P. D. Scotto, & melius Gaſp. de
Valduar. *obſervat. 2. numer. 1.* ubi referendo cele-
bre factum Numerii ait: *& quis innocens eſſe poterit* 32
ſi accuſaſſe ſufficiat.

In hac ſiquidem parte habemus Textum
Concilii Tridentini nimis clarum, & quamplures
æquè literales determinationes Summorum Pon-
tificum Clementis, & Urbani VIII. ſpecificantes
caſus, in quibus appellationes admitti, vel non ad-
mitti debent per Metropolitanos à Suffraganeo-
rum ſententiis regiſtratas à Quarant. *in Summ. verb.* 33
Archiepiſcopi authoritas num. 20. & ſeqq. & à Barboſ.
ad Concil. ſeſſ. 13. de reform. cap. 2. Aut igitur Conſi-
ſtorium Sanctæ Sedis Moguntinæ ſuas adimplet
partes, prout hactenus inviolabilitèr adimplevit,
& non habet, de quo conquæratur Reverendiſſi-
mus Suffraganeus Herbipolen. Aut verò prætén-
ditur exadversò, quod in hoc deficiat, & doceri
debet, petitam, & denegatam fuiſſe moderatio-
nem inhibitionis, iſtique eſſent caſus, in quibus
adiri ſolent Urbis Tribunalia per appellationem à
Decretis Metropolitanorum, ut in terminis obſer- 34
vat Card. de Luca *in Miſcell. Eccleſ. diſc. 1. num. 80.*
Non autem per novas, inſolitaſque vias limita-
re, & coarctare Metropolitanorum juriſdictio-
nem fas eſt.

Non eſt autem verum, quod ab omnibus de-
cretis factis per Suffraganeos in viſitatione non
detur ad Metropolitanum appellatio ſuſpenſiva,
dum plures recenſentur caſus in dd. Pontificiis de-
determinationibus illam admittentibus, ut videre
eſt apud Barboſ. *ubi ſuprà num. 21.* & ſignantèr ca- 35
ſus ille expreſſus *in Summ. exadverſo num. 3.* ibi
ſub pœna certò ſecuturæ caſſationis: quam Reveren-
diſſimus Suffraganeus decreto ſuo in prima in-
ſtantia lato indixerat, ut egregie obſervat Card. 36
de Luca *in Miſcell. Eccleſ. diſc. 1. num. 73.* ubi quod
erronea eſt opinio, quàm generalitèr habere
videntur Epiſcopi, ut omnia, quæ in viſitatione
demandantur appellationem non admittant, &
Card. de Albic. *in addit. ad Pamphil. decis. 149. num.
11. verſ. Limitatur*; Et in terminis fortioribus,
quod ab exceſſiva etiam, & injuſta morum corre-
ctione, præcipuè quando in Judicii forma proce-
ditur, admittatur appellatio ſuſpenſiva obſervant
Kokier. *in Conſtit. Concil. Later. impreſſ. poſt tract. de
juriſd. in exempt. par. 1. §. 7. ſub numer. 44.* Dian. *oper.
moral. tom. 7. tract. 1. de dub. Regular. reſol. 11. num. 2.* 37
& firmavit Rota *in decis. 21. num. 21. apud* Novar. *in
Summ. Bullar.* ubi alii allegantur concordantes, &
reſolvit Sacra Congregatio Epiſcoporum ex ora-
culo vivæ vocis ſan: me: Clementis VIII. Teſte
Car-

Digitized by Google

Cardinali de Albic. *in addit. ad Pamphil. d.deciſ.* 149. *num.* 11. *&* 12. Et de Sententia hujus Sacræ Congregationis latè Fagnan. *in cap. irrefragabili num.*6. *de Offic. Judic. Ordin. & in cap. ad noſtram à num.* 11. *uſque ad fin. de appellat.* ubi quod, excepto Cardinali Carafa, omnes alii unanimitèr ſteterunt pro admiſſione appellationis ad utrumque effectum, & quia Cardinalis Moronus dixerat, agendum eſſe cum Sanctiſſimo, Sanctitas Sua, facta relatione, Congregationis ſententiam approbavit.

Ejuſdem prorſus inſubſiſtentiæ eſt alter præ-
38 textus reformationis Canonicorum; Ex vetuſtiſſima ſiquidem conſuetudine Germaniæ in illa Epiſcopi ſe ingerere non poſſunt, niſi in caſu negligentiæ Decani, ad quem ſpectat juriſdictio Teſtibus Pirhing. *in Jur. Canon. tom.* 2. *lib.* 2. *decretal. tit.* 2. *ſect.*3. §.1. Quid ſit Judex competens *num.* 74. Vvagnarech. de *Sacr. Canon. lib.* 2. *tit.* 2. ibi: *talis Conſuetudo eſt in Germania, ubi Decani Eccleſiarum Cathedralium Juriſdictionem habent in Canonicos, & Clericos Capitulo deſervientes, quorum correctioni non ſe immiſcent Epiſcopi, niſi Decani ſint negligentes, & officio ſuo deſint*: quæ conſuetudo approbata fuit in generali Concilio Lateranenſi per Innocentium Tertium,
39 ut videre eſt *in cap. Irrefragabili de Offic. Judic. Ordin.* ubi egregie Gloſſ. *verb. per Capitulum, vel per Decanum*, & latiſſimè Fagnan. poſt antiquiores, quos citat, & ſequitur, obſervans *num.* 7. quod tunc demum Epiſcopus poteſt in his caſibus in correctione ſe intromittere, quando poſt præfixum ab eo terminum, correctio ſequuta non fuit, & Rota *dec.* 154. *num.*18. *par.*19. *rec.* & in terminis durioribus, quod
40 in Germania adſint Cleri, qui nullatenus ſubſunt Epiſcopi ordinariæ poteſtati obſervat Card. Caraſ. *in Legat. ad tract. Rhen. fol.* 55. ibi *Cleri tam primarii, quàm ſecundarii, neuter enim ſubeſt Epiſcopi ordinariæ poteſtati*: Quibus Cleri exemptionibus, & privilegiis adſcribunt communitèr Authores puritatem, Catholicæ Religionis in diverſis Germaniæ Diœceſibus, ut videre eſt apud Petr. Crathepol. *in annal. Colonien. relatum à Raynald. tom.* 20. *annal. anno* 1531. *num.* 66. *in fine* Capher. *in Synthemat. vetuſta ad diem* 4. *Februarii* Card. Pallavic. *in hiſtor. Concil. Tridentin. lib.* 7. *cap.* 1. *per totum* Famian. Strad. *de Bell. Belgic. lib.*5. *anno* 1584. *fol. mihi* 362. *verſ. ne induſtiis Matth. ab Iſelt. in Hiſtor. ſui tempor. anno* 1583. *fol. mihi* 786. *verſ. Capitulum Sur. in Comment. rer. in orb. geſtur.*
41 *anno* 1545. *fol. mihi* 383. *verſ. per hoc ferè tempus, & anno* 1544. *fol.* 401. *verſ. itaque Clerus, & Nicol. M. Pallavic. in defenſ. Pontiſc. Roman. tom.*1. *lib.*3. *cap.*10. 11. *&* 12.

Si igitur hujuſmodi conſuetudine non attenta, nullo termino præfixo, & Decani negligentia non probata, Reverendiſſimus Suffraganeus Herbipolenſis plura edidit in hac parte decreta; non habet de quo conquæratur ſi DD. Capitulares inſignitèr gravati congruam appellationem ad
42 legitimum Superiorem interpoſuerunt, quam in his caſibus admitendam eſſe in terminis reſpondit Sacra hæc Congregatio *in Virduen.* relata à Nicolio *in Floſcul. verb. Viſitatio ordinaria numer.* 13.

Ea autem quæ dicuntur de Capitulationibus, nil commune habent cũ preſenti dubio, poterantq; congruentiùs omitti; Prætermittere tamen non poſſumus, quod in hac parte proceditur exadverſo cum ſuppoſito inſubſiſtenti; Nam Capitulationes caſſatæ non fuerunt à particulari Congregatione deputata, ut exadverſo aſſeritur; ſed dumtaxat Reverendiſſimus Epiſcopus abſolutus à Jurejurando, quo ſe ad illarum obſervantiam obſtrinxerat, ne ſcilicet a limine Judicii tamquam perjurus in caſus contingentia repelleretur, neve vigore ejuſdem jurisjurandi poſſet conveniri. Proindeque 43
nullo modo dicitur abſolutus ab aliis vinculis utriuſque legis Canonicæ, & Civilis, necnon municipalium Statutorum, & inconcuſſæ Conſuetudinis circa ea, ad quæ antea tenebatur, & modo tenetur præſcindendo etiam à Capitulationibus; Ubi enim plura obſtant, ſi unum removeatur, remanent alia *cap. Paſtoralis ibique Gloſ. verb. Indulgentia de Privil.* Gratian. *diſcept.* 96. *num.* 8. *Gomez. ad regul. Cancell. gloſ.* 13. *numer.* 96. *Sperell. deciſion.* 112. *numer.* 23. *in fine, & ſeq. de Juſt. de diſpenſ. matrim. lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 79. *& ſeqq. & Rota coram Ludoviſ. deciſion.* 87. *numer.* 6. *ibique Adden. numer.* 16.

Iſteque eſt caſus regiſtratus in contrario *Summ. numer.* 4. dum Dominus Decanus non Capitulationum vigore; ſed in exequutionem antiqui, & perpetui Statuti nullatenus aboliti per 44
noviſſimam Conſtitutionem Sanctiſſimi Domini Noſtri petiit in ſuffraganea Curia Herbipolen. Imperiales mille ſibi debitos à Camera Epiſcopali, ob annuam, & continuam Reſidentiam, quam peragere cogitur, cui cum hac conditione ſatis onerosa fructus Decantatus olim aucti fuerunt, in qua inſtantia cum contrarium paſſus fuerit decretũ, ab ipſo omni Jure permittebatur appellatio ad Metropolitanum uti n puncto obſervat *Dec. in cap.*4. *num.*6. *verſ. Sed conſiderandum eſt de Appellat.* quem refert, & ſequitur *Surau. de Adjunct. quæſtion.* 26. *num.*8. *ver. Item ſi aliquid præciperetur contra Statutum.*

Ex hoc autem, quod etiam remoto juramenti obſtaculo, Reverendiſſimus Herbipolenſis aliis vinculis obſtrictus remaneat pro regiminæ ſuæ Diœceſis, nullo modo illius ſuperioritas diminuitur, ſed potiùs id in ipſius regiminis gloriam, & felicitatem redundat, ut loquendo de Imperatore advertit *Arumeus de Comit. Imper. cap.* 3. *numer.* 28. ibi *Qua propter ut aliorum Regum, ita & Imperatoris noſtri Majeſtas ſecundum formam ab Electoribus inſtitutam regulari debet &c. ſecundum quam veluti Cynoſuram Imperium dirigit, quod dum facit nihil indecorum, aut contrarium Majeſtati committit* - & generaliter de aliis Civitatibus Germaniæ *Nicol. Myler. de Princip. & Statib. Imper. cap.* 39. *numer.* 9. Knipſchild. *de Jurib. Civit. Imper. lib.* 2. *cap.*9. *numer.* 3. ubi quod nullus in toto orbe Chriſtiano Princeps exiſtit, cujus Majeſtatem non comprimat, vel juſjurandum, vel pactio, *& Limnæus de Jur. public. tom.* 1. *cap.*12. *num. prim.* ibi - *In omnibus ferè non ſolum Nationibus, & Gentium Univerſitatibus, verùm etiam in aliis Minoribus Circuli Univerſitatibus, & corporibus obſervatum conſtantiſſimè hucuſque etiam depræhendere licet, Regum, Imperatorum, Principum, Magiſtratuumque poteſtatem certis juramentorum, pactorumq; formulis fuiſſe coarctatum, nè ſcilicèt ad gubernacula rerum evecti ex poteſtate in tempeſtatem, ex adminiſtratione in effrenem ruerent Mentium, licem publicamque pro privato habentes peſſundarent, aut everterent* - *& Michael. ab Iſelt. de Bell. Colon. lib.* 3. *fol. mihi* 433. *verſ. habet præterea Diœceſis.*

Pro coronide demùm dignentur EE.PP. duo præcipuè ponderare. Primum, quod etiamſi Reverendiſſimus Epiſcopus Herbipolenſis in dicta Epiſtola ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum ſcripta, & in Summario exadverſo data, petierit appellationum cauſas recipiendas eſſe, vel hic

Digitized by Google

Urbe, vel coram Reverendiſſimo Nuntio Coloniæ; Illius tamen DD. Defenſores in ſupplici libello porrecto eidem Sanctiſſimo, atque in ſupradicto Dubio vnicè ſe reſtrinxerunt ad dictum modernum Reverendiſſimum Nuntium ex motivo omnibus obvio.

Secundum verò eſt, quod ad formam prædicti Dubii prætenditur, appellationes concernentes etiam intereſſe ſingulorum Capitularium cognoſci non poſſe a Metropolitano. Patet igitur quòd non Affinium prætextus, non Conſanguineorum exiſtentia, neque aſſerta ſuſpicio unius, vel alterius de Conſiſtorio, ſed alius ſit finis præſentis diſputationis, & utinam non ille ab Innoc. III. perpenſus in perſona Suffraganei Lexovienſis, juxta animadverſa ſupra *numer.* 11. & gene-
46 raliter improbatas *à Divo Bernardo lib. 3. de conſiderat. cap. 4. in princip. relato à Paulutio in Juriſprud. Sacr. tom. 1. lib. 2. tract. 2. cap. 121. de Metropol. num. 4. verſ. Per Sedem cum iſtis verbis. Murmur loquor, & querimoniam Eccleſiarum, truncari ſe clamitant, ac demembrari, vel nullæ, vel paucæ admodum ſunt, quæ plagam iſtam, aut non doleant, aut non timeant: Quæris quam? Subtrahuntur &c. Epiſcopi Archiepiſcopis &c. bona ne ſpecies hæc? Mirum ſi excuſari queunt, vel opus*. Itaut Promotor Moguntinæ Sedis, cui plures aliæ, cum tranquillitate maxima ſubſunt inſignes Eccleſiæ Vvormatienſis ſcilicèt, Spirenſis, Eyſtettenſis, Argentinenſis, Curienſis, Auguſtana, Paderbonenſis, Conſtantienſis, jure meritò conquæri poſſe videatur, Se cum uno Suffraganeo Franciç Orientalis Duce pacem habere non poſſe.

Quarè &c.

Dominicus Vrſaya Advoc.

ROMANA FUNERUM.

Sabbati 20. Decembris 1698.

S V M M A R I V M.

1 *Capellani Confraternitatum in aſſociatione Cadaverum incedere debent immediatè poſt Confratres. Etiam ſi Cadaver ſepelliendus ſit in Oratorio Confraternitatis.*

DElatis ad hanc Sacram Congregationem pluribus controverſiis exortis ſuper modo incedendi in aſſociatione funerum inter Archiconfraternitates, & Parochos Urbis; Sacr. Congreg. die 10. Januarii 1682. ad primum Dubium reſcripſerat: *Præcedat Confraternitas, deindè Crux ejuſdem Eccleſiæ deferenda per Clericum ipſius, poſteà ſequatur Clerus Regularis, & tandem Sæcularis.*

At cùm exindè controverſiæ evaſiſſent acriores, adeut Confraternitates, ut plurimum ſe abſtinerent ab aſſociatione funerum; Eminentiſſimus Vicarius ad eas compeſcendas, Partibus auditis, nonnulla edidit decreta, & præ cæteris infraſcriptum circa locum aſſignandum Cappellanis earumdem Confraternitatum in delatione Cadaverum ad earum Eccleſias: *Cappellani Confraternitatum incedant cum Stola immediatè poſt ipſam Confraternitatem, ſed ſi Cadaver tumulandum venit ad Eccleſiam, ſeù Oratorium ipſius Confraternitatis, tunc Cappellanus ejuſdem incedere poterit in fine Proceſſionis etiam cum Stola ad ſiniſtram Parochi.*

Huic decreto aſſerit Archiconfraternitas SS. Stigmatum acquieviſſe plures Parochos, ſed reclamantibus aliis, motoque Judicio manutentionis coràm Auditore ejuſdem Eminentiſs. Vicarii poſt jàm relaxatum mandatum de manutenendo favore Parochorum, ſupervenit decretum Aud. Sanctiſſimi Domini Noſtri mandans, ut idem Judex iterum audiat de voto hujus Sacræ Congregationis. Quapropter Partibus hinc indè monitis, & informantibus exquiritur hodie ab EE. VV.

An, & in quo loco, & quando Cappellanus dictæ Archiconfraternitatis incedere debeat in aſſociatione Cadaverum, quæ deferuntur ad ejus Eccleſiam in caſu &c.

Cappellanos Confraternitatum indutos ſuper pelliceo, & Stola incedere debere immediatè poſt Confratres, etiamſi Cadavera tumulentur in eorum Eccleſiis, & Oratoriis.

A Q U I L A N A

Jurispatronatus.

Sabbati 20. Decembris 1698.

S V M M A R I V M.

1 *Attentatus dicitur actus geſtus pendente lite in Sacra Congregatione.*

2 *Clericus renuncians Clericatui admitti debet ad ferendum ſuffragium in illo actu, qui geritur à ſolis Laicis.*

3 *Poſtquam actum renunciationis reaſſumere poteſt habitum de Epiſcopi conſenſu.*

POſſidet Univerſitas Pizzuli ab immemorabili Juſpatronatus Eccleſiæ Parochialis S. Laurentii, & nonnullarum Cappellaniarum in ea exiſtentium, in quarum vacationibus aſſeritur conſueviſſe fieri nominationes per ſolos Laicos in unum congregatos. Cùm autem occaſione vacationis alterius ex dictis Cappellaniis Joannes Paulus Paſchalis, Antonius, & Aloyſius Quintii Clerici ejuſdem Univerſitatis ad effectum habendi votum in proxima præſentatione, ſeù nominatione vellent Clericatui renunciare, illum tamen reaſſumpturi poſt aliquot dies, quemadmodum fecerant in alia vacatione anni 1693. Hinc Univerſitas, ſivè illius Syndicus ad impediendam hujuſmodi, ut aſſerit, fraudolentam renunciationem, recurſum habuit ad hanc Sacram Congregationem, quæ die 30. præteriti menſis Auguſti cenſuit: *Hujuſmodi cauſam remittendam eſſe ad Sacram Congregationem Immunitatis.*

Verùm commiſſa iterum illius cognitione huic Sacræ Congregationi ex reſcripto ejuſdem Sacræ Congregationis Immunitatis, & inſtante Syndico Univerſitatis declarari nullam, & atten-

tatam

Digitized by Google

tatam præſentationem factam ſub die 4. præteriti menſis Septembris a ſolis ſex perſonis non conſtituentibus tertiam partem Univerſitatis, & quod magis eſt cum interventu illorum, cum quibus ratione Clericatus lis pendebat in hac Sacra Congregatione, placuit EE. VV. demandare, ut cauſa deſcriberetur in folio: Quocirca ex Juribus utrinque plenius deducendis, dignabuntur Eminentiæ Veſtræ decernere.

1 Primò. *An nominatio Cappellani facta in perſonam Aloyſii Quintii ſit attentata.*

Affimativè.

Secundò. *An in nominatione novi Cappellani admittendi ſint ad ferendum Suffragium una cum Laicis Antonius Quintius, Joan. Baptiſta Paſchalis, & alii, qui ad prædictum effectum renunciarunt Clericatui, & quatenus affirmativè.* 2

Affirmativè.

Tertiò. *An eiſdem Clericis, non obſtante d. renunciatione Clericatui in poſterum licitum ſit redire ad Statum Clericalem.* 3

Affirmativè de licentia Epiſcopi in caſu, de quo agitur.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

DECISIONES
SAC. ROTÆ ROMANÆ
AD MATERIAM
JURIUM CLERICORUM.

R. P. D.

CARPINEO

CASALEN. QUARTÆ FUNERALIS

1. Julii 1665.

ARGUMENTUM.

An Quarta Funeralis debeatur à Regularibus in genere, & an teneantur illam ſolvere in ſpecie de obventionibus extrà diem funeris de Privilegiis Bernarbitarum, & aliorum Regularium.

SUMMARIUM.

1 *De omnibus Funeralibus obveutlonibus ſolvi debet Portio Parnchialibus, illarumque Reſtnribus, qui babent ſundatam intentionem in curis aſſiſtentia.*

2 *Pro Quarta ſunerali Juris nſſiſtentia comvetit Capitnlo Cnthedralis Eccleſiæ, cul ſuit unitn Parochialis, vel iu ſignum matricitatis.*

3 *Clericorum Regulnrium S. Pauli Decollatl, vulgò Bernnrbitarum Congregatio.*

4 *Clerici Regulnres Bernabitæ non ſunt exempti à Quarta ſunerali.*

5 *Privilegia exemptiva à ſolutione Qunrtæ ſureralis debent cnntinere derogationem Clementinæ Dudum de Sepulturis.*

6 *Communicatio Privilegiorum extendi non debet, nd ea quæ ſunt aliis præjudicialin.*

Etiam privilegia communienta contineant derogtionem Clementinæ Dudum de Sepulturis.

7 *Clauſula* quorum tenores, *& aliæ ſimiles operantur circa non expreſſa.*

Maxime qunndo non fuit inſertus tenor Privilegii communicari.

8 *Privilegia Cnnonicorum Regularium Congregationis Lateranenſis non continent txemptionem à Qunrta ſunerali.*

9 *Privilegin babentia præſervativam* Salva Juſtitia Eccleſiarum, *à quibus mortuorum corpora aſſumnntur, præſervnnt Jus Quartæ ſuneralis ipſis Eccieſiis,* & num. 19.

Eamque præſervant juxta conſuetudinem Regionum.

10 *Exemptio à Canonica portione, quoad certas cnſus, arguit quod Exemptio in aliis caſibus non expreſſis conceſſa ſuerit.*

11 *Drogntio Clementinæ Dudum de Sepulturis, qnond certos effectus non extenditur ad Qnartam ſuneralem.*

Neque ad alia Jurn præſervatn.

12 *Declaratur Deciſ. 149. coram Roins.*

13 *Privilegia Religionis Franciſcanæ continent expreſſam derogntionem Clementinæ Dudum, de Sepulturis.*

14 *Privilegia Religionis Theatinorum continent communicationem omnium Privilegiorum Regularium Eximentinm à ſolutinne Quartæ Funeralis.*

15 *Recenſentur Privilegia Ordinis Minnrum de obſervantia, & Prædicatorum, quod ad Qunrtam ſuneralem.*

16 *Clerici Regulares Bernabitæ ſunt diſtincti à Theatinis.*

17 *Clericorum Bernnbitarum, & Theatinorum Inſtitutio recenſetur.*

18 *Si in Privilegin communicativo apparere poteſt Voluntas Papæ communicnndi exemptionem à Quarta ſunerali.*

Tunc Qunrta non debetur.

19 *Privilegia cum præſervntiva Jurium Eccleſiarum non eximunt à ſolutione Quartæ ſuneralis.*

20 *Communicatin Privilegiorum aliorum Regularium, qui non babent exemptionem à Qunrtn, niſi per modum communicationis non dicuntur continere exemptionem à qnarta ſunerali.*

21 *Ex multiplicitate Privilegiorum Communicatnrum non præſumitur in Papa ſcientia tot Privilegiorũ.*

22 *Grntia communicationis Privilegiorum non dicitur ex certa ſcientia, neque cum Cnuſæ cognitione, niſi fuerit inſertus tenor Privilegii communicati, ſeu Papæ narratus, vel per ſuos Officiales diſcuſſus.*

23 Declaratur Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 13. *ubi derogatur Privilegiis conceſſis citrà quadraginta annos locis piis, quæ jam antea ſolvebant quartam.*

24 *Monaſteria, & Loca Pia, quæ intra quadraginta annos ante Concilium fuerunt ædificata, vel in dies ædificantur non comprehenduntur* ſub Decreto Concilii ſeſſ. 25. de reform. cap. 13.

25 *Quia in monaſteriis ædificatis intra 40. annos ante Concilium, vel in illis, quæ in dies ædificantur non concurrunt Qualitates decreti Concilii ſuper ſolutione quartæ.*

26 *Ex abrogatione Privilegiorum in uno caſu, non poteſt à contrario ſenſu in aliis induci conceſſio novi privilegii.*

27 *Conſtitutio inducta ad diminutionem non debet ex oppoſito operari augumentum.*

28 Concilium Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 13. *præſervavit conſuetudinem, & quaſi poſſeſſionem ſolvendi Quartam favore Cathedralium, & Parochialium.*

DECIS. I.

DEfuncta Comitiſſa de Gaſtimatia, ejuſque cadavere Eccleſiæ Sepulturæ de ſero tradito, volens ſequenti mane Comes Fabritius Maritus in ſuffragium animæ ipſius juſta perſolvere, ſolemniori apparatu in eadem, Eccleſia S. Pauli Ordinis Bernabitarum, ubi pridiè cadaver humatum fuerat exequias poſthumas celebravit. Hinc inter Capitulum Cathedralis, & dictos Bernabitas ſuborta controverſia ſuper traditione quartæ funeralis, fuit de merito Vicarii Generalis deſcripta pompa Funeralis, & diſtinctim adnotatæ candelæ accenſæ, & intortitia una cum inſignibus familiæ foribus, & parietibus Eccleſiæ appenſis, quæ omnia definitiva ſententia declaravit pro quarta parte ad Capitulum ſpectare.

Appellarunt PP. Bernabitæ ad Metropolitanum, coram quo Cauſam deinde non proſequentes, illam ſuper obſeruatione Concilii Trident. *in cap. 13. ſeſſ.* 25. de reformat. introduxerunt in Tribunali A. C. à cujus Locumtenente ſententiam reportarunt favorabilem, in qua declaratum fuit obſervatum eſſe dicti Concilii obſervationem, ac diſpoſitionem, & illos non tamen ad tradendam quartam obventionum, quæ extra diem funeris percipiuntur; Undè Cauſa ad Rotam devoluta dubitavi; An quarta deberetur, quod dubium, cum duas implicitè inſpectiones contineat, an ſcilicet dicti Procuratores in genere quartam funeralium ſolvere tenerentur, & an tenerentur in ſpecie de obventionibus extra diem funeris DD. affirmativè reſpondentes ad primam, reſolutionem alterius novæ diſputationi reſervarunt.

Moti ſunt ex clara juriſdiſpoſitione tàm ex *text. in cap. 1. de ſepul.* quàm ex Concilio Viennenſi in *Clemen. dudum, §. verum eod. tit.* quibus in locis di-
1 ſponitur expreſſè quod de omnibus funeralibus obventionibus ſolvatur portio Parochialibus, illarumque Rectoribus, quorum proindè intentionem ex hac ſolum Juris aſſiſtentia fundatam eſſe probat pluribus adductis *Rice. in ſua prax. reſolut.* 300. *num.* 3. *par.* 4. & ſequitur aliis relatis *Barboſ. de Offic. & poteſt. Paroch. par. 3. cap. 25. num. 3. & ſeqq. Sammuel. in tract. de ſepult. elect. diſput. 4. cent. 1.* & dixit *Rot. in deciſ. 49. num. 1. & 3. coram Card. Millino deciſ.* 101. *num.* 1. coram Card. Cavalerio, & in Burgen. quartum funeralium 15. Junii 1662. §. *habent enim coram Reverendiſſimo D. meo Decano*, quam Juris aſſiſtentiam pro hujuſmodi quarta funerali
ſoli Capitulo Cathedralis Eccleſiæ competere, vel 2
ex quo ipſa eſſet unica Paſtoralis in Civitate Caſalen. vel quia hoc jus ſibi reſervaſſet in ſignum matricitatis, quando aliæ Parochiales Eccleſiæ, ibidem fuerunt erectæ fuit in ſpecie firmatum in alia Caſalen. quartæ funeralis coram bo. mem. Pirovano, quæ eſt in ordine 376. parte 1. rec.

Nec a tali ſolutione eximi valent PP. Bernabitæ virtute alicujus privilegii exemptivi, nam
illorum Congregatio, quæ ſub nomine Clerico- 3
rum Regularium S. Pauli Decollati primitus fuit approbata à S. Mem. Clem. VII. in ſua conſtitutione 37. potitur privilegiis ſibi poſtmodum conceſſis à S. Mem. Paulo III. in Conſtitutione 5. quæ
talem exemptionem à ſolutione quartæ funera- 4
lium non continet, & quidem cum ſpecifica dero-
gatione Clementinæ Dudum, ut requireretur 5
cum ſit Conſtitutio Conciliaris *ad text. in cap. ex parte de Cappell. Monach.* eum aliis in propoſito allegatis *in deciſ. 122. par. 1. rec.* & in noſtris terminis *in d. deciſ. Caval.* 101. *num.* 1. ſed ſolum illi communicat privilegia, & indulta aliàs Canonicis Regularibus Congregationis Lateranenſis conceſſa, in
quibus licet fortaſſe derogatum fuerit dictæ Cle- 6
mentinæ, attamen communicatio extendi non debet ad ea, quæ ſunt aliis præjudicialia *Pen. deciſ.* 1090. *num.* 14. & in puncto fuit reſolutum *in d. deciſ.* 101. *Caval. num. 2. verſ. & licet fortaſſe.*

Idque non obſtante clauſula quorum tenores, aliis efficaciſſimis quia non operantur circa non
expreſſa, maximè quando non inſertus fuit tenor 7
privilegii communicati, ut per optimas rationes decìſum fuit in Valentina Decimarum 24. Novembris 1613. *coram Lancloto impreſſa apud Morchſ. de commiſſ. par. 1. fol. 639. & in deciſ. 83. num. 6. poſt Tamburin. de jur. Abbat. tom. 3.*

Præterea animadverterunt DD. quod nec
etiam in privilegio communicato legitur talis 8
exemptio, imò ex Bulla Sixti quarti decima contrarium apparet dum *in §. 20.* in quo dictis Canonicis Regularibus conceditur facultas habendi ſe-
pulturas in eorum Eccleſiis, & Cimiteriis adeſt 9
clauſula præſervativa, ſalva juſtitia illarum Eccleſiarum a quibus mortuorum corpora aſſumuntur, ex qua Jus Eccleſiis juxta conſuetudinem Regionum præſervatur *ad text. literalem in cap. certificari de ſepulturis, Barboſ. in collect. Concil. ſeſſ. 25. cap. 13. nu. 5. verſ. Regulares tenentur de reform. & Rota per ipſum adducta deciſ.* 83. apud *Tamburin. de Jur. Abbat. in fin. tom. 3.*

Quod etiam confirmatur *in §. ſequenti ejuſdem Bullæ*, in quo eximuntur quidem Canonici Regu-
lares a Canonica portione rerum, quæ vel pro or- 10
namentis, & fabrica Eccleſiarum, & Monaſteriorum, vel pro ſubventionibus perſonarum relinquuntur, ſed eodem contextu ſtatuitur, quod illi in aliis caſibus, quam in expreſſis debeant quartam locorum Ordinariis, & Eccleſiarum Rectoribus perſolvere.

Parum igitur refert, *quod in §. 4. ejuſdem Bullæ*, cum aliis clauſulis derogatoriis fuerit etiam dero-
gatum dictæ Clementinæ, quia vel dicta deroga- 11
tio

Digitized by Google

tio ſacta fuit ad majorem cautelam, vel operatur
quoad alios efficacias, qui forſan egebant tali de-
rogatione, non autem poteſt ex illa inſerri ad con-
ceſſionem hujus exemptionis contra expreſſam
voluntatem concedentis, qui ex ſuſceptis voluit
in hoc aliorum Jura eſſe præſervata, ut pondera-
tum fuit *in dicta deciſ.* 101. *num.* 4. *&* 5. *coram Cavaler.*
& in Vallisoletana quartæ funeralis 19. *Aprilis* 1606.
coram Juſto.

Et ex his etiam patet non applicari reſolutio-
nes Rotæ in contrarium adductas, nam deciſio
12 149. coram Reverendiſſimo Rojas non loquitur de
privilegio communicativo, ſed de ampliſſimis pri-
vilegiis, & exemptionibus Religioni Franciſcanæ
à variis Summis Pontificibus principaliter con-
13 ceſſis cum expreſſa derogatione Clementinæ Du-
dum.

Deciſio verò Licien. quartæ funeralium ſub
die 15. Januarii 1618. *coram bo. mem. Coccin. relata*
per Tamburin. d. lib. 3. *de Jur. Abbat. in ord.* 84. & re-
petita poſt *Samuelem de ſepul. elect. diſput.* 4. *contr.* 1.
concluſ. 9. *num.* 3. loquitur de Privilegiis Pauli IV.
14 & Gregor. XIV. conceſſis Religioni Theatinorum
in quibus illis communicantur omnia privilegia
aliis Regularibus conceſſa inter quæ adſunt mul-
ta ab hac ſolutione quartæ eximentia, ut ſunt illa,
quæ notat in ſpecie - *ibi* - Rota nempè Privilegium
Julii II. conceſſum Minimis, aliud ejuſdem Ponti-
ficis Minoribus obſervantia, necnon Pauli IV.
Ordini Prædicatorum, ideò applicari non poteſt
15 in caſu hujus diverſi privilegii conceſſi à Paulo III.
Clericis Regularibus Sancti Pauli Decollati, qui
16 ſunt omninò à Theatinis diſtincti, ut apparet ex
diverſa utriuſque religionis fundatione, & Sedis
Apoſtolicæ confirmatione. Illa enim Theatino-
17 rum fundata fuit à Joannes Petro Caraffa tunc
Epiſcopo Theatino, poſtea Summo Pontifice Pau-
lo IV. & à Beato Gaetano, & approbationem ac-
cepit à Clemente VII. in ſua Conſtitutione die 24.
Junii 1524. Hæc autem, quæ dicitur Bernabita-
rum recognoſcit ſuum principium à Bartholomæo
Ferrario, & Antonio Maria Præsbyteris, & pri-
mam approbationem habuit ab eodem Clemente
VII. in ſua Conſtitutione 37. ſub die 18. Feb. 1533.
facultatem verò deferendi habitum, & in commu-
ni vivendi à Paulo III. in Conſtitutione quinta.

18 Aliæ verò deciſiones in Cracovien. quartæ
funeralium 15. Maii 1646. coram bo. mem. Peutin-
gerio, & in Romana Jurium funeralium 4. Julii
1653. coram Reverendiſſimo Zarate nunc Epiſco-
po Concher. loquuntur in terminis, quod in pri-
vilegio communicativo apparere poterat voluntas
Papæ, communicandi etiam exemptionem à ſolu-
tione quartæ funeralium, qualis voluntas, nec
deſumi poteſt ex conſtitutione, de qua agitur Pau-
li III. dum potiùs, ut dictum fuit conſtat de con-
trario, quia communicando - *ibi* - Privilegia Ca-
19 nonicorum Regularium dignoſcitur hanc exem-
ptionem ſolvendi quartam in privilegio commu-
nicato non conceſſam, ſed præſervatam nullo mo-
do Papam voluiſſe indulgere, nec minus ex Bulla
Gregorii XV. communicante PP. Bernabitis om-
nia privilegia conceſſa à Summis Pontificibus
20 Congregationi Theatinorum, quia cum iſti non
habeant hanc exemptionem, niſi per modum com-
municationis, ut dicitur in dicta Licien. quartæ
21 15. Junii 1618. *coram bo. mem. Coccino*, non poteſt ex
hac multiplicitate præſumi in Papa ſcientia tot
privilegiorum ex qua valeat inferri, quod mens
ipſius fuerit comprehendi ſub involuere verbo-
rum hanc exemptionem, ut in ſimili dixit *Rota*
deciſ. 1090. *§. tum denique, coram Pen.* & admittunt
dictæ deciſ. Cracovien. in §. non obſtat, & Rom. Jurium
funeralium, §. Non adverſatur, verſ. licet alias in con-
trarium adductæ, & notat *etiam Barboſ. de offic. & po-*
teſt. Paroch. part. 3. *cap.* 25. *num.* 9.

Maximè quod gratia non emanavit motu
proprio, ſed ad inſtantiam Partis, & ſine Cauſæ
cognitione, ut ultra *dictam deciſ. Peniæ egregiè firma-*
tum fuit in allegata Valentina Decimarum num. 11.
apud *Marcheſ. part.* 1. *fol.* 640. ubi quod niſi inſertus
fuerit tenor privilegii communicati, neque effe- 22
ctualiter Papæ narratus, gratia non dicitur ex
certa ſcientia, nec conceſſa cum cauſæ cognitione
niſi conſtet Papam videre privilegia, vel per ſuos
Officiales fuiſſe diſcuſſa.

Minus ad prætenſam emptionem aliquid de-
duci poteſt à *Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 23
13. quia ibi Concilium non procedit per viam
conceſſionis privilegii favore Regularium, ſed po-
tius per viam abrogationis derogando privilegiis
citra annos 40. conceſſis illis Monaſteriis, & locis
piis, quæ jam anteà quartam, quæ dicitur fune-
ralium ſolita eſſent perſolvere; Unde non minus
quod Monaſteria, & loca pia, quæ intra annos 40.
fuerunt ædificata, vel in dies ædificantur non com- 24
præhendantur in dicto decreto, ut declaravit San-
ctiſſimus Pius V. in ſua Conſtitutione relata *per*
Barboſ. in collect. Concilii ad d. cap. 13. *num.* 2., & per
alios quos refert *d. deciſio Licien.* 4. *funeralium coram*
bo. me. Coccino §. Nec obſtat, & reſolvit ipſamet Sac.
Congregatio in declarationibus adductis *per Fr.*
Emanuelem Rodriq. quæſt. Regular. tom. 1. *quæſt.* 39.
art. 2. *per Samuel. de ſepult. elect. concl.* 3. *num.* 12. *&*
per Franciſcum Joannem della Croc. lib. 2. *cap.* 19. *dub.*
5. *concl.* 2. *in fin.* cum in illis non concurrant quali-
tates in verbis Concilii requiſitæ, nec dici poſſint 25
ante 40. annos ſolviſſe ut optimè obſervat *Lavor.*
in ſuis lucubr. in tit. de priſco, & recent. funer. more cap.
3. *num.* 183. *verſ. quod loquitur, & fuit dictum in addu-*
cta Romana Jurium funeralium 4. *Julii* 1653. *§. Qua-*
mobrem coram Reverendiſſimo Zarate, ex iſta enim ab- 26
rogatione privilegiorum in uno caſu non poteſt à
contrario ſenſu in aliis induci conceſſio novi pri-
vilegii, quia res in illis remanet in diſpoſitione Ju-
ris communis, quod eſt ſingulari Juri contrarium
ad text. in l. Jus ſingulare ff. de legibus, aliàs ſequere- 27
tur quod inducta ad diminutionem ex oppoſito
operarentur augumentum contra regulam quam
ex text. in l. legata inutiliter ff. de leg. 1. *& in l. ſi man-*
cipia ff. de fund. inſtruct. vel inſtrum. leg. deducunt Bald.
conſ. 472. *num.* 2. *verſ. quia talis clauſula lib.* 2. *Caſtren.*
in conſ. 257. *num.* 5. *verſ. alia reg. eſt lib.* 2. *Raphael.*
Fulgoſ. conſ. 141. *num.* 1. *verſ. denique ea quæ ſunt.*

Denique excludebatur penitus hujuſmodi
exemptionis prætenſio ex quaſi poſſeſſione, quam
habet Eccleſia Cathedralis exigendi hanc quar-
tam, quæ non ſolum juſtificata remanet ex atte-
ſtationibus ob eiſdemmet Patribus Bernabitis in
proceſſu de Partibus à fol. 8. vſque ad 17. exhibi-
tis, & datis *in Summ. Capitali num.* 1. verum etiam
ex pluribus antiquiſſimis documentis ex quibus
Rota uſq; de anno 1612. *ſatis de illa conſtare exiſtimavit*,
& per 40. & ultra annos fuiſſe legitimè præſcrip-
tam. Ideo facilius intrat favore Capituli diſpoſi- 28
tio Sacri Concilii cujus præcipua intentio fuit con
ſuetudinem, & jus præſcriptum Cathedralium, &
Parochialium Eccleſiarum præſervare quod nec
ſublatum fuit à Bulla Pii V. nec à reſolutionibus
Sac. Congregationis, ut obſervat in ſpecie *Fr. E-*

ma-

manuel Rodriq. quæſt. Regular. tom. 1. dicta quæſt. 39. de Canon. port. & §. nec refert in fin. & referunt addictà in dicta deciſ. 376. par. 1. & dec. 49. Millin. in d. Burgen. funeralium 15. Junii 1662. §. & ſine difficultate & §. nec ungent privilegia coram Reverendiſſimo D. meo Decano.

Et ita utraque &c.

R. P. D. CARPINEO

Caſalen. Quartæ Funeralis.

18. *Junii* 1666.

ARGUMENTUM.

An Quarta funeralis debeatur ex rebus omnibus, & obventionibus, quas pro ſolemniori funere hæres Tumulato cadavere, ſequenti die elargitus fuit.

SUMMARIUM.

1 *Quarta funeralis debetur Eccleſiis, quibus cura Animarum incumbit etiam ex obventionibus elargitis in ſolemnio in funere, die ſequenti poſt Tumulatum Cadaver.*

2 *Jus aſſiſtit quoad Quartam funeralem Cathedrali, quæ habet jus Parochialis, & hoc jus ſibi reſervavit in ſignum ſuperioritatis.*

3 *Privilegia non eximunt à Quarta funerali, quando in eis ſpecialiter derogatum non fuit Clementinæ* dudum de ſepulturis.

4 *Privilegia communicata, quamvis in eis derogetur Clementinæ* dudum *non trahuntur in Parochi præjudicium.*

5 *Clauſula* quorum tenores, *licet operetur, quod tenor privilegii communicati habeatur pro inſerto de verbo, ad verbum, non comprehendit ea, quæ digna ſunt ſpeciali expreſſione.*
Juvat ad excludendam ſubreptionem, ſed diſpoſitionem non alterat.
Id valet etiam in materia decimarum.

6 *Eadem eſt ratio de Quarta funerali, quæ de decimis.*

7 *Licet privilegia communicata, faciant ſpecialem mentionem de exemptione tamen, cum in privilegiis communicantibus nihil de ea dicatur, hujuſmodi communicationes, non extenduntur in aliorum præjudicium.*

8 *Exemptio a ſolutione Quartæ eſt præjudicialis Parochis quibus debetur propter onera in adminiſtratione Sacramentorum.*

9 *Privilegia Patrum Reformatorum de Obſervantia ſunt principaliter exemptiva à ſolutione Quartæ, cum expreſſa derogatione Clementinæ* dudum.

10 *Declarantur privilegia Patrum Prædicatorum, & deciſiones editæ, quoad Quartam funeralem..*

11 *Papa non cenſetur ſub involucro verborum ita graviter Parochis, & Cathedrali Eccleſiæ præjudicare, communicando privilegia in genere.*

12 *Obſervantia ſuper ſolutione Quartæ demonſtrat, vel nulla adeſſe privilegia exemptiva, vel illa fuiſſe contrario uſu ademptа.*

13 *Pro funeris ſumptu, & Quarta funerali hoc ſolum venit, quod corporis cauſa erogatum eſt, antequam ſepulturæ tradatur.*

14 *Sed contrarium, quod ad hunc effectum non attenditur abſolutè præſentia Cadaveris, ſed occaſio oblationis ut propterea quam debentur de omnibus oblatis uſque ad trigeſimum diem.*

15 *Functiones ſubſequentes ſepulturam ſunt pars funeris, & pro funeralibus habeatur, & ex illis quarta debentur.*

DECIS. II.

POſt reſolutionem captam die 1. Julii proximè præteriti quæ non eſt impreſſa, quod Capitulo Cathedralis deberetur à Patribus Barnabitis quarta, quæ dicitur funeralium, idem Capitulum inſtetit pro definitione puncti reſervati An ſcilicet illa deberetur ex rebus omnibus, & obventionibus, quas pro ſolemniori funere Comes Fabritius tumulato cadavere Comitiſſæ Gattinariæ Uxoris ſequenti die elargitus fuit, ſed Patres Barnabitæ reſolutioni non acquieſcentes obtinuerunt iterùm audiri; Quamobrem dubio ſuper utroque puncto inſimul propoſito DD. in Deciſis perſiſtentes, quartam etiam deberi ex ſupradictis rebus extrà diem funeris oblatis reſoluerunt.

Nam Juris aſſiſtentia, quæ ex diſpoſitione 1
text. in cap. 1. de ſepult. & in Clementina Dudum §. iterum favet iis quibus cura animarum incumbit, aſſi-
ſtit procul dubio huic Eccleſiæ Cathedrali, quam 2
alias probavit fuiſſe unicam Parochialem in Civitate Caſalenſi, & hoc jus ſibi reſervaſſe in ſignum ſuperioritatis, quando aliæ Parochiales fuerunt ibidem erectæ, ut in alia Caſalen. quartæ quæ eſt *deciſ. 376. par. 1. recent.*

Nec relevare viſa ſunt repetita exemptionum
privilegia ampliſſimis licet clauſulis, ac deroga- 3
toriis etiam generalibus munita, quia dum non fuit in iis ſpecialiter derogatum diſpoſitioni Concili Viennen. de qua in dicta Clementina Dudum dicendum eſt hanc exemptionem a ſolutione quartæ nullatenùs comprehendiſſe ex defectu intentionis in concedente ad *text. in cap. ex parte de Cappell. Monach. & ad ſenſum Rotæ in dec. 122. part. 1. diverſ. & in dec. 101. Cavaler.* ubi referuntur concordantes.

Parum obſtante quod in ſupradictis Privile-
giis communicentur exemptiones omnes, & in- 4
dulta, quibuſvis Religionibus, & Ordinibus quocumque nomine nuncupat etiam mendicantium per quoſcumque nomine nuncupat etiam mendicantium per quoſcumque Summos Pontifices, ac S. Sedem quomodolibet conceſſa, inter quæ adſunt plura; quæ ſpecialem hanc derogationem obtineant, quia non ex hoc capite extenditur derogatio ad favorem illius Religionis, cui communicantur in aliorum præſertim præjudicium, ut reſolutum fuit *in deciſ. 1090. coram Pænia & in dec. 101. nu. 3. coram Cavaler.* & Latius *in Valliſoletana* quarta funeralis 19. Aprilis 1606. *coram Juſto.*

Neque hjuſmodi intentionis defectum ſup- 5
plere valet clauſula Quorum tenores &c. Quia licet illa operetur quod tenor Privilegii communicati habeatur pro inſerto de verbo ad verbum non exinde valet ea comprehendere, quæ digna ſunt ſpeciali expreſſione, juvat enim illa ad excludendum ſubreptionem, ſed diſpoſitionem non alterat *Rota in Abulen. juriſdictionis 22. Januarii 1588. coram Orano poſt Marchesan. part. 3. fol. 133. & in ſimili de Rrivilegio communicat* propter quod prætendebatur exemptio à ſolutione decimarum, dictum fuit in
Valentina decimarum 24. Novembris *coram Juſto* 6
apud Marcheſan. par. 1. fol. 659. num. 7. eadem eſſe ratio-

rationem de quarta funerali quàm de decimis pro-
bat *Laur. d. cap. 3. num. 189.*
6 Hinc non oportuit ſingilatim ponderare pri-
vilegia communicata, quoniam licèt admittere-
tur, quod in aliquibus ex illis talis exemptio fuiſ-
ſet à Summis Pontificibus conceſſa cum ſpeciali
derogatione Clementinæ, ſatis fuit, quod in Pri-
7 vilegiis communicantibus de tali exemptione
nulla facta fuerit mentio ob regulam, quod hujuſ-
modi communicationes non extendantur ad ea,
quæ niſi cum magna difficultate, & prævia cogni-
tione cauſæ concedi ſolent dum maximè aliquid
ſubtrahitur de juribus alterius juxta notata per
Doctores *in l. 1. ff. de legat. 1. ubi Jaſon. num. 21. Soc-
cin. jun. num. 43. & 49.* qualis profecto eſt exemptio
a ſolutione quartæ Parochis omninò debitæ per
onera, quæ ſubeunt in adminiſtratione Sacramen-
torum *cap. 1. cap. relatum, & cap. de his de ſepult. Capic.*
8 *deciſ. 23. num. 6. cum relat. à Barboſ. de Paroch. part. 3.
cap. 25. num. 1.*
Minus opporteret reſpondere deciſionibus de-
nuò in contrarium adductis, quibus ſatis DD. pu-
tarunt reſponſum fuiſſe in præcedenti deciſione a
§. *Ex his*, uſque ad §. *minus* ad prætenſam, & ſanè
viſæ ſunt non applicari, dum vel procedunt in pri-
9 vilegiis exemptivis principaliter, & non per mo-
dum communicationis conceſſis, ut ex *deciſ. 179.
Reverendiſs. Abulen.* loquen. de Privilegiis PP. Re-
format. de Obſervantia, quorum ſavore ampliſſi-
ma Summorum Pontificum adſunt privilegia ex-
10 emptiva a ſolutione quartæ cum expreſſa deroga-
tione Clementinæ Dudum, qualis etiam eſt *deciſ.
Hiſpalen. quarta funeralis 4. Julii 1590. coram recolen.
me. Card. Pamphilio*, loquens de privilegiis per Sum-
mos Pontifices Ordini Prædicatorum conceſſis &
ſuper quibus ſcripſit *Gratian. cap. 925.* in princip.
vel ſi loquuntur de Privilegiis communicativis,
procedunt quidem in ſuis terminis, quando ſcili-
cèt in illis apparet voluntas Papæ communicandi
etiam talem exemptionem à ſolutione quartæ, ut
in *Cracovien. quartæ funeralis 15. Maii 1646. coram bo.
me. Peutingero §. non obſtat, & in Romana Jurium fu-
neralium 4. Julii 1653. coram R. Zarate*, in quibus
deciſionibus cum hac diſtinctione admittitur,
quod ubi generalitas non eſt adeo comprehenſiva
ex qua deſumi valeat Pontificis voluntas deroga-
tio dictæ Clementinæ non inducatur.
11 Talem verò non extitiſſe voluntatem Ponti-
ficum concedentium patet ex ponderatis in præ-
terita deciſione, in qua firmatum per DD. fuit
præſumi non poſſe in Papa notitiam, quod Privi-
legia communia contineant exemptionem à quar-
ta cum opportuna derogatione, & conſequenter
eſſe potius inveriſimile, quod voluerint Summi
Pontifices, ſub involucro verborum ita graviter
Parochis, & Cathedrali Eccleſiæ præjudicare, ut
advertitur in *deciſ. Peni. 1090. num. 14. & in Valen-
tina Decimarum apud Marcheſan. par. 1. fol. 640. nu-
mer. 2.*
Remanet inſuper hic intellectus evidentiſſimè
comprobatus ex ipſa obſervantia, & conſuetudine
ſolvendi, Judiciali Partis confeſſione juſtificata,
dum impugnando ſolum traditionem quartæ ea-
rum rerum, & emolumentorum, quæ ſepulto jam
cadavere oblata fuerunt, quam plures in actis at-
teſtationes exhibuit, in quibus Religioſi omnes in
12 dicta Civitate Caſalen. commorantes ingenuè fa-
tebantur ſemper Cathedrali tradidiſſe quartam ce-
reorum, cum quibus cadavera ad Eccleſias aſſo-
ciantur, ac aliorum qui ipſo actu ſepulturæ in
Altari majori poſiti luminaria dicuntur, quæ qui-
dem obſervantia in hoc ſpeciali caſu probata de-
monſtrat evidenter, vel nulla adeſſe privilegia ex-
emptiva, vel illa tamquam contrario uſu adempta
minimè ſuffragari, *ex tradit. l. deciſ. 175. Emin. Otto-
boni num. 8. ac num. 10.* ubi optimè ex obſervantia
ſolvendi declaratur quas exemptiones, & Privile-
gia Pontifex habuerit animum concedendi, quod
repetitum fuit *in deciſ. 129. num. 2. & ſeqq.*
Itaque firmato in confirmationem præceden-
tis deciſionis, quod quarta funeralis debeatur, in-
genuè plenioribus ſuffragiis in eo DD. convene-
runt, quod illa etiam per Patres Barnabitas debe- 13
retur ex funeralibus ſequenti die poſt humatio-
nem Cadaveris celebratis, nam licet pro funeris
ſumptu hoc ſolùm veniat, quod corporis cauſa
antequàm ſepulturæ tradatur erogatum eſt juxta
textum *in l. funeris 137. ff. de Religioſ. & ſumpt. funer.
cui concordat Extravag. inter cunctas §. de funeral. de
privileg. & in Clementina Dudum verbo funeralibus de ſe-* 14
pultur. tamen ad hunc effectum non attenditur ab-
ſolutè præſentia cadaveris, ſed occaſio oblationis,
ut proinde quarta debeatur non ſolum de omni-
bus, quæ cum funere deferuntur, ſed de cæteris
etiam emolumentis, quæ Eccleſiæ obveniunt ra-
tione ipſius funeris, ſive ante quam corpus ſit in
terra reconditum, ſivè poſt, & uſque ad trigeſi-
mum diem dummodò in memoriam funebrem lu-
ctus tendant, ut rejecta opinione aliquorum, qui
ex etymologia nominis putabant ea ſolùm dici fu-
neralia, quando corpus eſt in funibus ſupra terram,
tradit originaliter *Card. Zabarel. in dicta Clement.
Dudum §. Verum ſub num. 4. verſic. ſed ut dicit de ſepult.
& ibi notat Zenozel. in verbo Funeralibus relat. à Calde-
rin. conſ. 4. per tot. Federic. de Sen. conſ. 6. num. 2. Ricc.
in prax. for. Eccleſ. reſol. 581. num. 5. par. 1. Azor. In-
ſtit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 14. quæſt. 13. verſic. fune-
ralia, & cæteris adducti. Lazor. var. locubrat. tit. 2. cap.
3. num. 191. & ſeqq. ac tenuit Rota in Berghen. funeral.
15. Junii 1662. §. & hujuſmodi Juris aſſiſtentia coram
Reverendiſs. Decano confirmata ſub die 27. Junii 1664.
§. cumque Beneficiati coram R. P. D. meo Albergat.*
In quam ſententiam procliviores iverunt
DD. ex eo quod funeralia non fuerunt duplicata,
ſed ad ſequentem tantùm diem dilata, dum priva- 15
tim fuerat cadaver traditum ſepulturæ, & ſequen-
ti die decenti apparatu pro dignitate, & facultati-
bus defunctæ celebratæ fuerunt exequiæ, ex quo
dubitari nequit, quin hujuſmodi functiones ſub-
ſequentes ſepulturam ſint pars funeris, & ad effe-
ctum de quo agitur pro funeralibus habeantur, ut
inquit *Text. in l. ſi quis ſepulcrum* ibi *ſumptus funeris ar-
bitrantur prò facultatibus, & dignitate defuncti ff. de re-
lig. & ſumpt. fun.* & proinde ex illis quartam Paro-
cho omnino deberi tradit *Gloſ. in dicta Clementina
dudum verſ. funeralibus, ubi Ancaran. nu. 30. de ſepult.*
alias ex iſtis dilationibus fraudarentur Eccleſiæ de
Canonica portione ipſis de Jure debita, quod nul-
lo modo & permittendum, ut ex mente Sac. Con-
gregat. negociis Epiſcop. & Regul. propoſitæ, cu-
jus reſolut. referunt, & tradunt *Barboſ. de offic. &
Poteſtate Parochi par. 3. cap. 25. num. 38. ac Lazor. lo-
co add. num. 196. & poſt plura ad materiam modern. Tur-
ritan. contr. for. 41. num. 29. & ſeqq.*
Idque licèt animus fraudandi non interceſſe-
rit, qualis non præſumitur in veris Religioſis,
quia cum fraus in propoſito non contingat ex ma-
chinatione, ſed ex ipſo damno, ut ſumitur à text.
*in l. 1. §. ſi quis, verſic. fraus enim ff. ſi quis in fraudem
Patron.* ſufficit quod fraus re ipſa contingat, vel

ex eventu comprobetur *l. ſi quis cum aliter 36. ff. de verb. oblig. l. 1. in fin. de doli mali except.*

Itaquè ſi his præpoſteris funeralibus evitaretur ſolutio quartæ id ſinè dubio præſumeretur actum ad fraudandos Parochos de Canonica Portione, non ſecùs ac dicitur fieri fraus legi, quando per indirectum evitatur illius diſpoſitio *Aacar. conſ. 329. num. 4.*

Et ità utraque &c.

R. P. D. VICECOMITE

Senogallien. Quartæ funeralium.

Lunæ 19. Junii 1679.

ARGUMENTUM.

De Quarta funerali debita à Carmelitis.

SUMMARIUM.

1 *Capitulum habens Parochialem, habet quoque Juris aſſiſtentiam pro Quarta funerali, tam in diſpoſitione Juris communis, quam* Concilii Tridentini ſeſſ. 25. cap. 13. de Reform.

2 *Generalis conſuetudo eſt, quod Parochi à quibuſcumque Regularibus etiam Carmelitis exigunt Quartam.*

3 *De peculiari conſuetudine in Diœceſi, & Civitate Senogalliæ exigendi Quartam à Carmelitis, PP. S. Franciſci, & S. Mariæ Servorum.*

4 *Obſervantia exigendi Quartam contra Carmelitas, & alios regulares approbata per Sac. Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, Sacrorum Rituum, & Sac. Concilii Tridentini.*

5 *Decreta Sacrarum Congregationum totum faciunt in materia funeralium, & Rota ea ſemper reverenter ſuſcipit.*

6 *Appellatione Quartæ funeralis veniunt non ſolum Intortitia, & Ceræ, aliæque obventiones, quæ dantur Eccleſiæ, in qua quis ſibi eligit ſepulturam in ipſa die funeris, ſed etiam alia relicta.*

7 *Exemptio conceſſa Regularibus à Quarta funerali intelligi debet de his relictis, non autem de Intortitiis & Ceris.*

8 *Cum non agatur de obſervantia præſcriptiva, ſed interpretativa non requiritur tempus regulare ad præſcribendam, ſed ſufficit ita aliquando fuiſſe ſervatam.*

DECIS. III.

PRætendente Capitulo antiquiori Cathedralis Civitatis Senogalliæ in illa unico Parocho exigere à Patribus Carmelitis quartam funeralem intortitiorum, & cerarum, cum quibus cadavera defunctorum; qui in eorum Eccleſia ſepulturam eligerunt aſſociantur, & tumulantur; Iſtis verò allegantibus exemptionem in vim quorumdam Privilegiorum Apoſtolicorum A. C. in ſummariiſſimo poſſeſſorio mandatū de manutenēdo in quaſi poſſeſſione exigendi dictam quartam Capitulo conceſſit, in devolutivo verò illam non deberi pronunciavit; Quapropter devoluta cauſa per appellationem ad Rotam, mihique commiſſa dedi dubium an quarta funeralis debeatur, quod hodiè in ſecunda propoſitione fuit affirmativè reſolutum.

Ultrà enim aſſiſtentiam Juris quam habet capitulum tàm in diſpoſitione *textus in cap. 1. de ſepultur. & in Clem. dudum §. verum eodem tit. in 6. quam in diſpoſitione Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 13. de reform.* 1
aſſiſtit quoque eidem generalis conſuetudo, ſecundum quam Parochi à quibuſcumque Regularibus 2
etiam Carmelitis non obſtantibus privilegiis communiter, & ſemper exigerunt, ac exigunt hujuſmodi quartam ut teſtantur *Covar. in cap. fin. num. 7. de teſtam. Silveſter in Summ. verb. Canonica portio nu. 7. §. 9. Card. in d. Clem. dudum §. Verùm Mirand. in Manual. Prælat. quæſt. 48. art. 3. par. 2. Petr. de Ubald. de Canon. port. Parochialis cap. 4. num. 10. & 16. Rodriquez. tom. 1. quæſt. regular. quæſt. 39. art. 3. Molin. de Juſtit. & Jur. tract. 2. diſput. 215. num. 4. & 9. Gutier. de Juram. confirm. par. 2. cap. 4. num. 3. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. par. 2. cap. 14. num. 12. Barboſ. de offic. Paroch. cap. 25. num. 36. Antonell. de regim. Eccleſ. lib. 1. cap. 13. num. 8. Fragoſ. de regim. Reipub. Chriſtian. par. 3. lib. 5. diſput. 8. §. 17. num. 579. lavor. in ſuis elocubrat. tit. 2. cap. 3. Genuen. in prax. Archiep. cap. 76. num. 1. & ſeqq. Lezzana Carmelita in Summ. quæſt. regular. in verbo quarta funeralis num. 7. & 9. 10. 4. Ricc. in prax. for. Eccleſ. reſol. 300. & deciſ. 571. num. 4.*

Et eò magis dùm concurrit etiam particularis 3
obſervantia Diœceſis, & Civitatis Senogalliæ, ut deponunt quatuor teſtes formiter examinati *Summ. Capituli num. 4.* ubi in ſpecie de ſolutione hujus quartæ facta à Carmelitis, & aliis ad perpetuam rei memoriam inducti, *ut in eodem Summ. 10.* nec non atteſtantur Patres Reformati Sancti Franciſci, & Patres Sanctæ Mariæ Servorum ejuſdem Civitatis *d. Summ. num. 6. & 7.* quæ tollit omne dubium ut in individuo reſpondit *Rot. deciſ. 501. ſub num. 2. par. 13. rec.*

Et viſa eſt ceſſare difficultas ex eo, quod con- 4
ſuetudo, & obſervantia pluries fuit contra Regulares, & quidem Carmelitas approbata, & Canonizata per Sac. Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, Sac. Rituum, & Sac. Concil. Trid. *ut in d. Summ. num. 1. 3. & 8.* ubi in ſpecie de anno 1628. *reſolutum fuit contra Regulares Senogalliæ Quartam funeralem* cenſeri Parocho ſemper reſervatam, 5
quarum decreta in his materiis totum faciunt, & Rota ſemper reverenter ſuſcipit, & amplectitur, *ut dixit coram Eminentiſſimo Otthob. dec. 46. num. 16. & dec. 220. num. 12. & coram Arguel. deciſ. 72. num. 3. & in rec. dec. 419. num. 7. par. 4. tom. 2. & dec. 263. num. 11. par. 15. & dec. 297. num. 3. par. 17.*

Proindè non obſtat, quod Privilegia Nicolai V. & Clementis VIII. aliorumque Summorum Pontificum eximant generaliter Patres Carmelitas 6
à ſolutione quartæ funeralis; Quià cum illius appellatione veniant non ſolum intortitia, & ceræ, aliæque obventiones, quæ dantur Eccleſiæ in qua quis ſibi eligit ſepulturam in ipſa die funeris, & tempore quo corpus eſt in funeribus extra Terram ſed etiam quæcumque alia relicta tam Jure legati, quàm Inſtitutionis, quæ dantur, & poſtquam corpus Terræ reconditum eſt, ſi cauſa, & occaſione funeris elargita ſunt, ut firmat *Card. Zabarell. in d. Clem. dudum §. Verum ſub num. 4. verſ. ſed ut dicit, & ſeq. de ſepultur. Calderin. conſ. 4. per tot. eod. tit. Ceſped. de exemp. regular. dub. 364. num. 1. cum ſeqq. Barboſ. de Paroch. par. 3. cap. 24. ſub num. 37. verſ. ſed antequam Pignatell. tom. 1. conſult. canon. 52. ſub num. 8. & dixit Rot. deciſ. 501. num. 2. par. 13. rec.* Exemptio in dd. 7
pri-

Digitized by Google

privilegiis conceſſa intelligi debet ;de his relictis, non autem de intortitiis, & ceris, prout declaravit ſubſecuta obſervantia per Sac.Cougregationes ut ſupra approbata, & canonizata, quæ cum ſit vera interpres Conſtitutionum, & Privilegiorum Apoſtolicorum attendi debet etiamſi eſſet contra proprietatem verborum, & veriorem Juris intellectum *Honded. conſ. 92. num. 30. lib. 1. & conſ. 35. nu. 44. lib. 2. Menoch. conſ. 390. num. 20. coram Dunoz. Jun. dec. 869. num. 11. & in rec. deciſ. 253. num. 8. & 9. par. 16. & dec. 213. num. 35. par. 17.*

Cumque non agatur de obſervantia præſcriptiva, ſed de interpretativa non requiritur tempus
8 regulare ad præſcribendam, ſivè inducendam contrariam conſuetudinem, ſed ſufficit ità fuiſſe aliquando ſervatum, & declaratum, ut reſpondit *Rota coram Buratt. dec. 390. num. 3. coram Celſo deciſ. 190. num. 7. in rec. dec. 4. num. 5. par. 7. & dec. 225. num. 26. & dec. 351. num. 11. par. 17.* ac alibi ſepè.

Et ità utraque &c.

R. P. D. PAULUTIO

Farſen. bonorum.

Veneris 24. Aprilis 1682.

ARGUMENTUM.

Conſuetudo locandi, & relocandi bona emphiteutica Eccleſiaſtica luculenter enucleatur.

SUMMARIUM.

1 *Forma, ſeu tenor Inveſtituræ bonorum locatitiorum Abbatiæ Farſen.*

2 *Abbas Commendatarius Farſen. non poteſt pro ſe retinere.*

3 *Ultimus inveſtitus non poteſt diſponere de bonis emphiteuticis, ſecus tamen Farſenſibus, ut infra.*

4 *Bona Abbatiæ Farſen. ſunt redacta ad inſtar allodialium & ad quoſcumque hæredes tranſitoria.*

5 *Ultimus ex vocatis in inveſtitura non poteſt diſponere in præjudicium Domini Directi.*

6 *Statutum Farſenſe de locationibus.*

7 *Verba* locatione durante *inducunt conditionem reſolutivam, & temporis certam præfixionem.*

8 *Forma inveſtituræ non ſervata locus eſt devolutioni abſque ulla declaratione.*

9 *Incolatus ratione ſervitii nihil proficit ad civilitatem quantumvis longus fuerit.*

10 *Inveſtitura terminata, & non exiſtente perſona capaci ad relocandum bona redeunt ad Eccleſiam.*

11 *Civilitas conceſſa a Communitate ſuffragatur quoad ea quæ pendent ab ipſa, non tamen in præjudicium tertii neque retrotrahitur.*

12 *Jus petendi inveſtituram bonorum emphiteuticorum Abbatiæ Farſenſis tranſit in hæredem ab ultimo inveſtito inſtitutum.*

13 *Bona Abbatiæ Farſen. ſunt redacta ad inſtar allodialium, & tranſitoria ad quoſcumque etiam extraneos, & poteſt emphiteuta diſponere inter vivos, & in ultima voluntate.*

14 *Forma inveſtituræ Abbatiæ Farſenſis non impedit tranſitum bonorum inhæredem ſcriptum licet extraneum.*

15 *Bona Abbatiæ Farſen. ſunt verè hæreditaria, & tranſmiſſibilia ad quoſcumque etiam extraneos.*

16 *Abbatis Commendatarii Farſenſis intentio in inveſtituros limitatis ſolum ſuit petendi laudemium non verò excludendi hæredes, & proximiores, niſi quatenus ultimus emphiteuta ſine ulla diſpoſitione, & ſine proximioribus deceſſerit.*

17 *Ultimus emphiteuta transfert juſpetendi renovationem inhæredem ab eo ſcriptum, tamquam hæreditarium in bonis Abbatiæ redactis ad inſtar allodialium.*

18 *Jus petendi renovationem in bonis emphiteuticis hæreditariis Farſenſibus competit ſolis hæredibus, excluſis etiam proximioribus.*

19 *Inveſtituræ interpretatio pendet à ſtatuto Farſenſi.*

20 *Statuti Farſenſis, & Inveſtiturarum Farſenſium verba* locatione durante *fuerunt poſita ut illimitata daretur ſucceſſio in præjudicium laudemii Abbatis Commendataris.*

21 *Verba* locatione durante *recipiunt interpretationem à conſuetudine relocandi, & diſponendi etiam locatione finita.*

22 *Conſuetudo antiquiſſima, & immemorabilis Abbatiæ Farſen. diſponendi inhæredes etiam locatione finita & ultra tertiam generationem, non obſtante inveſtitura reſtricta ad tertiam generationem.*

23 *Recenſentur Caſus, exempla, res judicatæ, & probationes ſuper Conſuetudine diſponendi in Abbatia Farſenſi.*

24 *Bannimentum Abbatis Commendatarii Farſenſis, & Taxa ejus Notariu præſcripta in locationibus faciendis finita prima locatione ad favorem extraneorum.*

25 *Decretum particularis Congregationis ſub Alexandro VII. confirmatum ſuper tranſitu bonorum Emphiteuticorum Abbatiæ Farſenſis ad hæredes ſcriptos extraneos, vel legitimos.*

26 Deciſ. 86. par. 5. Recent. declaratur.

27 *Hæredes ſcripti, præferuntur legitimis, in bonis locatitiis Farſenſibus;& hærede ſcripto deficiente proximior à lege vocatus non ſuccedit niſi ſit hæres.*

28 *Locatio ſemper fieri debet hæredi ultimi poſſeſſoris.*

29 *Forma Inveſtituræ Farſenſis.*

30 *Sub diſpoſitione univerſali non veniunt de Jure bona Emphiteutica alienari prohibita.*

31 *Sed comprehenditur Juſpetendæ renovationis, quod eſt verè hæreditarium, & tranſit cum hæreditario.*

32 *Bona Emphiteutica tunc acquiruntur, cum ſit relocatio, & inveſtitura.*

33 *Civilitas obtenta ante inveſtituram habentem prohibitionem forenſium, tollit omnem incapacitatem forenſitatis.*

34 Doctrina Bartoli in l. Murileguli, C. de Murilegulis.

35 *Emphiteuſis conditia non mutatur, ſi de tempore inveſtituræ inveſtitus non eſt forenſis, ſed Civis effectus ex privilegio obtento, etiam poſt factam diſpoſitionem, & ultimo Emphiteuta.*

36 *Civilitas, & domicilium arguitur ex animi declaratione.*

57 *Capacitas ad effectum obtinendi bona Emphiteutica in forenſes deferri prohibita, attenditur de tempore renovationis Inveſtituræ.*

38 *Capacitas ad excludendam probibitionem alienandi in forenſes ſufficit de tempore aditionis hæreditaris, licet deficiat de tempore delatæ hæreditaris.*

39 *Ad Beneficium Eccleſiaſticum nominatus ſat eſt, ſi ſit Clericus tempore Inſtitutionis, quæ ſit ab ordinario.*

40 *Conſuetudo Abbatiæ Farſenſis expectandi per annum,*

& diem proximiores, & hæredes antè novam Inveſtituram.

41 *Ad renovationem Inveſtituræ in Emphiteuſi de Jure datur annus, & dies.*

42 *Nova Inveſtitura facta non præmiſſis edictis, ut comparcant hæredes eſt nulla, nullumque Jus tribuit & inveſtitus non eſt legitimus contradictor.*

43 *Terminus ad petendam renovationem prorogatur ad 30. annos, ſi nova ſit Inveſtitura non vocatis hæredibus.*

44 *Caſus, exempla, & Inveſtituræ factæ ab Abbatibus Commendatariis Farfenſibus, ad favorem forenſium, Romanorum Perſonarum potentium, & exterorum, excluſis etiam proximioribus Capacibus, & Vaſallis.*

45 *Sixtus V. in Brevi diſmembrationis Jurisdictionis Temporalis à Spirituali Abbatiæ Farfenſis voluit, quod Inveſtituræ fiant etiam non ſubditis Abbatiæ.*

DECIS. IV.

REvocata ad examen per conceſſam novam audientiam Venerab. Abbatiæ Farſen. & D. Joanni Cecio ab Eminentiſſimo Abbate Commendatario inveſtito, deciſione emanata coram me ſub die 14. Maii 1677. qua fuit reſolutum ſententiam Rotalem infirmandam, & manutentionem dandam Margharitæ Sanctoræ. Diſceptatum fuit hodie an ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis.

Et informantes pro Venerab. Abbatia, & ab ea inveſtito receſſum à deciſis intendentes, ſæpius aliàs repetita fundamenta ad duo potiſſimum revocarunt tanquam urgentiora.

1 Primum à forma, & tenore inveſtituræ ducebatur, quæ facta eſt Antonio Aloyſio *pro ſe filiis, & nepotibus*, addito pacto, *quod bona ſub quovis prætextu vendi, aut quovis modo alienari minimè poſſint Civi Romano, non Vaſallis, & ſub juriſdictione Farſen. non habitantibus, aliàs cadat ii jure ſuo, & bona locata liberè ad Monaſterium revertantur &c.*

Cùm autem Antonius inveſtitus deceſſerit ſine filiis jam bona ad menſam Abbatialem ſunt devoluta, cumque Eminentiſſimus Abbas ex conſuetudine Abbatiæ ea retinere non poſſet, rectè
2 inveſtivit D. Jo. Cecium Civem Farſen. ex privilegio Conclaviſtatus.

Nec hujuſmodi inveſtituræ ſe opponere poteſt Margarita Sanctora, quæ nullum jus ad dicta bona ſibi aſſerere poteſt, non tanquam ab inveſtitura, quæ de ipſa non loquitur, non è teſtamento
3 Antonii Aloyſii, qui ipſam fecit hæredem, quia de bonis hiſce emphyteuticis non potuit diſponere, ut latiſſimè fuit firmatum in deciſionibus *coram bo. me. Priolo, & R. P. D. meo Calataiu.*

Quamvis enim hæc bona Abbatiæ Farſen. ſint
4 redacta ad inſtar allodialium, adeoque facta ad quoſcumque hæredes tranſitoria, ut fuit conſideratum in deciſione, quæ revidètur.

Non tamen id aſſerebant, accipiendum abſolutè, ſed locatione, & emphyteuſi durante, itaut inveſtitus ea alienare poſſit in præjudicium aliorum vocatorum, non item ut poſſit diſponere in præjudicium dominii directi; At verò ea finita per mortem emphipteutæ, abſque deſcendentibus attendenda eſt lex inveſtituræ, qua contrahentes voluerunt bona devolvi ad Abbatiam, unde nec potuit ultimus ex vocatis de bonis ipſis diſponere
5 in præjudicium ejuſdem Abbatiæ, *Cyrac. diſcep.* 19. *num.* 48. & in puncto cauſæ Farſen. *Rota coram Cocin. deciſ.* 1712. *num.* 18. *& deciſ.* 19. *num.* 6. *& ſeq. par.* 16. *rec.* latè *in deciſ. coram Priolo* 575. *num.* 10. *& deciſ.* 544. *num.* 2. *par.* 18. *rec. tom.* 2.

Et id ipſum firmari dicebatur ex Statuto Far- 6
ſen. *cap.* 85. quo facultas conceditur, ut diſponere poſſit de bonis emphipteuticis locatione durante; unde à contrario ſenſu non liceat locatione finita, qualis erat locatio Antonii ſine filiis decedentis, & omiſſa etiam illatione à contrario ſenſu, verba ipſa *locatione durante*, ſatis loquuntur cum inducant conditionem reſolutivam, ac temporis certam
præfixionem, & limitationem, *Menoch. conſ.* 484. 7
num. 10. *Rota coram Cocc. in deciſ.* 414. *num.* 3. & præciſè de hac verborum vi *Fulgin. de emphyt. tit. de alienat. q.* 1. *num.* 283. *& Rota deciſ.* 11. *num.* 1. *in fin. par.* 1. *diverſ.*

Alterum verò principale fundamentum, quod urgebant, erat, quod Margharita tanquam Romana eſt omninò incapax bonorum, de quibus agitur, reſiſtente ipſi apertiſſimè, & diſpoſitione Statuti Farſen. & lege expreſſa inveſtituræ, eaque non ſervata ſit locus devolutioni, & caducitati ip-
ſo jure, abſque ulla declaratione, *Corbul. de cauſ.* 8
privat. ob alienationem irrequiſ. dom. ampliat. 10. *&* 12. *num.* 1. *Maſtrill. deciſ.* 128. *num.* 8. *Gregor. deciſ.* 29. *num.* 9. *Rota deciſ.* 111. *num.* 29. *par.* 6. *& deciſ.* 427. *num.* 27. *& ſeq. par.* 9. *tom.* 2. *rec.*

Neque juvari poteſt incolatu in Terra Farſæ donec vixit Antonius teſtator, quia cum hic fuerit ratione ſervitii, quod ipſi Antonio exhibebat, quantumvis longus fuerit, nunquam proficere
potuit, ut acquireret domicilium, & deſineret re- 9
ſpectivè eſſe forenſis, cum animus permanendi, & domicilii contrahendi adeſſe debeat, qualis non eſt inſerviente. *Seſſ. deciſ. Aragon.* 9. *num.* 6. *Eminentiſſ. Otthobon. deciſ.* 98. *num.* 4. *&* 7. *& deciſ.* 145. *num.* 2. *Rot. deciſ.* 312. *num.* 17. *par.* 9. *rec. tom.* 1.

Non magis declaratione per ipſam facta ſtatim poſt obitum Antonii, quia cum eo ipſo momento eſſet ipſa incapax tanquam forenſis, & Romana, bona quæ non poſſunt ſtare in ſuſpenſo, eodem inſtanti fuere devoluta ad menſam Abbatialem, & non exiſtente perſona capaci utile dominium fuit ſtatim conſolidatum cum directo, *§.*
Emphyt. Auth. de non alien. reb. Eccleſ. Bich. deciſ. 61. 10
num. 1. & potuit Eminentiſſ. Abb. quemlibet alium inveſtire.

Nec demum civilitate Terræ Tophiæ, quam poſteà Margharita eſt adepta, quia etſi ſuffragari
poſſit quoad ea, quæ pendent ab ipſa Communi- 11
tate concedente, non tamen in præjudicium tertii, & præſertim Eminentiſſimi Abbatis, cum civilitas hujuſmodi fuerit impetrata poſtquam bona in momento temporis, quo obiit Antonius teſtator, fuerant devoluta ad menſam Abbatialem, adeoque inutiliter, cum nequeat retrotrahi. *Mareſcott. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 27. *Tondut. reſol. civil. par.* 1. *cap.* 62. *num.* 12. *Coſta de retrotract. cap.* 9. *caſu* 14. *num.* 5. *Rot. coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ.* 148. *num.* 15. *coram Gregor. deciſ.* 279. *num.* 21. & *deciſ.* 162. *num.* 19. *par.* 15. *rec.* & ex hiſce receſſum à deciſis ſperabant Informantes pro Venerab. Abbatia.

Quibus maturè expenſis DD. nihilominùs perſtiterunt in deciſis probantes fundamenta deciſionis, quæ ex ſupra allatis non ſunt viſa ullo modo convelli.

Agnoverunt enim in Antonio Aloyſio teſtatore poteſtatem diſponendi de bonis controverſis
in favorem Margharitæ Sanctoræ, quam univerſa- 12

lem

lem ſibi ſcripſit hæredem, quo titulo migravit in
eam jus petendi inveſtituram in bonis jiſdem tan-
quam hæreditarium.
Et in Margharita ſcripta hærede capacitatem
acquirendi bona eadem vigore juris in ſe tran-
ſmiſſi.
Poteſtas in Antonio redditur indubia, ex quo
bona Abbatiæ Farſen. ſunt redactæ ad inſtar allo-
dialium, & facta tranſitoria ad quoſcumque hære-
des etiam extraneos, ideoque poſſe emphyteutam
de iis diſponere tam inter vivos, quàm per ulti-
mam voluntatem, ſcripſerunt *Spada conſ. 240. nu. 1.*
13 *& per tot. Eminentiſſ. de Luca de feud. diſc. 52. num. 1. &*
3. & de emphyt. diſc. 3. num. 24. diſc. 8. num. 2. & 3.
& diſc. 9. num. 10. Pen. dec. 1221. num. 2. & 8. Buratt.
deciſ. 87. num. 10. & deciſ. 261. num. 8. & 9. par. 10.
rec.
Quo admiſſo fundamento eliditur objectum
primum pro Abbatia factum a tenore inveſtituræ,
quia decedente Antonio ſine filiis bona cenſentur
ad Abbatiam devoluta; quia hæc lex in contractu
dicta ſub una eademque forma, qua ſemper con-
cipiuntur omnes inveſtituræ bonorum Farſenſium
in Abbatia non impedit, quo minus eadem bona
tranſeant in hæredem ſcriptum, licèt extraneum
cum ſint verè hæreditaria, & tranſmiſſibilia ad
quoſcumque etiam extraneos, ut præcisè fuit di-
14 ctum apud *Buratt. deciſ. 87. num. 10. & deciſ. 261.*
num. 8. par. 10. rec. Immo ejuſdem legis contractus
15 non alia fuit intentio, quam limitandi ſucceſſio-
nem pro ſolutione laudemii ſoliti, non verò ex-
cludendi hæredes, & proximiores ultimi emphy-
teutæ a jure petendi renovationem locationis in
hujuſmodi bonis, nec operatur, quod tertia gene-
16 ratione finita liberè devolvantur ad Abbatiam, niſi
quatenus ultimus Emphyteuta ſine ulla diſpoſi-
tione deceſſerit, ut teſtatur *Spada conſ. 240. num. 3.*
verſ. ſed veriùs vol. 2. & luculentiſsimè firmavit con-
geſtis plena manu auctoritatibus celeb. mam.
R. P. D. de Rubeis in doctiſsimo conſilio ſuo dato
in Summar. Margaritæ 14. Maii 1677. num. 13. §. Præ-
tereà renovatio verſ. Inveſtituræ, & in ejus voto il ſe-
condo *dato in Summar. 26. Junii 1676. num. 29. §. Et*
tamen.
Unde quamvis Margharitæ non competat ius
aliquod ex tenore inveſtituræ, quæ de ipſa non
loquitur, competit tamen ex diſpoſitione Antonii,
qui de bonis emphyteuticis expreſsè quidem non
diſpoſuit, ſed faciendo Margharitam univerſalem
hæredem jus petendi renovationem in ipſam tran-
ſtulit, tanquam hæreditarium, *Gabriel. de jure em-*
17 *phyt. concluſ. 1. num. 78. Caldaſ. tract. de renovat. em-*
phyt. lib. 1. quæſt. 9. num. 24. Anchar. conſ. 134. num. 3.
Pariſ. conſ. 28. num. 5. lib. 1. quod quidem competit
ſolis hæredibus, excluſis etiam proximioribus, ut
in terminis firmavit *Rota coram Buratt. d. deciſ. 87.*
18 *num. 13. & 14. & coram Celſo deciſ. 192. num. 7.*
Neque attendi debet limitatio, quod hæc alie-
nandi facultas intelligatur tantùm *locatione duran-*
te, juxtà diſpoſitionem etiam Statuti Farſen. *in*
19 *cap. 85.* quia cum interpretatio, quæ datur inveſti-
turæ pendeat à diſpoſitione Statuti, ea etiam de-
bet intelligi ad mentem ejuſdem, quod declaratio-
nem recipit à ſe ipſo *in cap. 83.* ubi ait, quod *Alie-*
natio ab emphyteuta facta locatione durante, hoc operatur,
ut acquirens non teneatur eadem locatione durante renova-
tionem petere, ac finita generatione alienantis utique, &
laudemium ſolvere, ideòque *in cap. 85.* ſubſeq. per-
mittendo emphyteutæ alienationem, locatione
durante; intelligitur ad effectum eximendi acqui-
rentem ab onere petendi renovationem, cui loca-
tione durante non poteſt eſſe locus, nec ulla oriri
de ea facienda quæſtio; & hæc limitatio temporis
facta fuit in favorem Abbatiæ, ne in hujuſmodi
bonis illimitata, & indefinita daretur ſucceſſio, ac 20
in infinitum in ejus præjudicium, quod totum in
laudemio conſiſtit, ut benè conſideravit *Spad. d.*
conſ. 240. lib. 2. num. 3. verſ. ſed veriùs, & in deciſ. quæ
revidetur, §. nec applicabilis.
Et ideò inconcludens redditur argumentum à
contrario ſenſu, ut liceat alienare locatione duran-
te, ergo non locatione finita, quod etiam in hac
diſputatione deſerverunt informantes pro Abba-
tia, & ab ipſa inveſtito, quod imma, & excludit
idem Statutum Farſen. *cap. immediatè ſeq. 86.* dum 21
mandat ut in caſibus omiſſis ſerventur conſuetudi-
nes, quæ quidem tùm ad declarationem Statuti,
ſi quod eſſet dubium, tum ad fundandum jus Mar-
gharitæ mirificè inſerviunt.
Nam antiquiſsima, & immemorabilis viget
conſuetudo, ut de bonis Farſen. diſponant inve-
ſtiti in hæredes, & proximiores locatione finita, 22
& ultra tertiam generationem, & per quam con-
ſuetudinem bona hujuſmodi, ut ſupra dictum re-
dacta ſunt ad inſtar allodialium poſthabita formu-
la inveſtituræ, quæ ſemper fuit concepta ad ter-
tiam generationem.
Et pro hujus conſuetudinis exiſtentia, & con-
tinua obſervantia exhibiti ſunt *in Summ. nu. 14.* caſus 23
locationum, quæ factæ fuerunt hæredibus ex teſta-
mento ultimi inveſtiti decedentis linea finita; ad
13. enim aliis conſimilibus omiſsis.
Additi etiam caſus quamplures hæredum in-
ſtitutorum ab inveſtito finita generatione, omnes
per acta publica ex protocollo Notarii locationum
Abbatiæ *Summ. 26. Junii 1676.*
Accedunt ſententiæ latæ à Commiſſario loca-
tionum in contradictorio judicio inter proximio-
res ultimi inveſtiti, & hæredes ab eodem in teſta-
mento inſtituto, ad favorem eorundem hæredum
proximioribus excluſis, *eod. Summ. num. 23.*
Quibus conſonat, & caſus de anno 1632. à
Commiſſario locationum cum voto Commiſſarii
ſubſtituti, mandante Eminentiſſ. Cardinali Bar-
berino Abbate Commiſſario, ad cujus voti nor-
mam renovata fuit locatio hæredibus ex teſtamen-
to, quamvis contradicerent proximiores innixi
formulæ locationis, *locatione durante, eod. Summ.*
num. 24.
Adſtipulantur depoſitiones teſtium ſormiter
examinatorum coram bo: mem. Penia, & etiam in
præſenti cauſa, de obſervantia prædicta conclu-
denter deponentium, *eod. Summ. num. 25. & 26.*
Et demum ultra bannimentum Eminentiſſ. 24
Abbatis juxta formam aliorum prædeceſſorum, &
taxam Notario præſcriptam pro renovationibus
faciendis finita prima locatione ad favorem extra-
neorum, ut in *Summ. eod. num. 27.* rem abſolvit de-
cretum particularis Congregationis à ſa. mem.
Alexandro VII. deputatæ de anno 1658. à Sanctiſ- 25
ſimo ipſo confirmatum, eoque *dictum, bona pro tem-*
pore devoluta, vel devolvenda directi domini Abbatiæ
Farſen. tranſire in reinveſtiendos cum oneribus, & hypo-
thecis, præterquam in caſu non exiſtentiæ hæredis ſcripti,
vel legitimi &c. Summ. num. 28.
Hacque ſtabilita obſervantia non ſolùm de-
ficit, ſed & retorquetur objectum ſumptum *à deciſ.*
86. par. 5. rec. cui etiam data fuit ſolutio in deciſio-
ne, quæ revidetur *d. §. Nec applicabilis*, quando
ſpecies in ea deciſa eſt planè diverſa, cum ibi deſi-
cerent

cerent *hæredes ſcripti*, & proximi, ac bona eſſent verè vacantia, & ita fuit etiam accepta, & intel-
26 lecta à prædicta Congregatione, ut teſtatur *Emin. de Luca diſc. 8. de Emphiteuſi*.

Nec refragari viſa eſt reſponſio informantium pro menſa Abatiali, hactenus allata procedere, cum inſtituuntur hæredes ab ultimo emphiteuta in teſtamento, ſed ſimul extant aliqui proximiores, in quibus terminis fatentur, & ipſi relocationem eſſe faciendam hæredibus ſcriptis poſthabitis proximioribus, & ſi linea eſſet finita, ſecus verò cum hæredes ſcribuntur in teſtamento, nec ulli adſunt proximiores.

Miſſo tamen quod etiam in proximioribus, quando adſunt, tota ratio reinveſtiendi non eſt proximitas, ſed qualitas hæreditaria indita a lege, uſque ad decimum gradum, quæ eos habilitat ad acquirenda hujuſmodi bona non ſecus, ac cætera patrimonialia, ſeù allodialia defuncti, dumodò non adiit hæres ſcriptus, qui eos excludit ob qualitatem hæreditariam impertitam à teſtatore, adeòque longè potentiorem, qua exiſtente nullus haberi debeat reſpectus adſint, nec ne proximio-
27 res, cum ipſe ſemper debeat ſuccedere, *ut in deciſ. 87. num. 8. & 13. coram Buratt.* unde vix ulla ſuperſit differentiæ ratio inter caſum exiſtentis, aut non exiſtentis proximioris.

Ceſſat omninò difficultas, ex quo oſtenditur adeſſe proximiores Antonii Aloyſii Teſtatoris in tertio gradu, *ut in Summario ultimæ poſitionis num.* a. quare, vel fatentibus exadverſo Margaritæ non poteſt denegari Inveſtitura, vt erat caſus *in deciſ. 87. Buratt.* non ſolùm ſummo jure, ſed & æquitate dictante, quæ expoſcit, ut locatio ſemper fiat hæ-
28 redi ultimi poſſeſſoris, *juxtà Bart. doctrinam ad l. 1. §. permittitur in fin. ff. de aqua quotid. & æſtiva*.

Evicta diſponendi facultate in Antonio Teſtatore; Minus obſtare fuit dictum prætenſa incapacitas Margaritæ ſcriptæ ab eo hæredis tanquam Romanæ, & Forenſis; cum tamen conventum eſ-
29 ſet in Inveſtitura; *quod dicta bona vendi, aut quovis modo alienari minimè poſſint Civi Romano, non Vaſallis, aut ſub juriſdictione Farſen. habitan.*

Nam Antonio imputari non poteſt tranſgreſſio legis Inveſtituræ cum non vendiderit, aut alienaverit inter vivos, ſed tantùm inſtituerit ſibi univerſalem hæredem, nulla facta in teſtamento men-
30 tione bonorum Abbatiæ, ſub qua diſpoſitione non veniunt de jure bona emphiteutica alienari prohibita, ut fuit etiam aliàs ponderatum in deciſione, quæ revidetur §. *Et valdè conſiderabile*; ſed tantùm compræhenditur jus petendæ renovationis, tanquam verè hæreditarium, & tranſiens cum hære-
31 ditate *Rota coram Buratt. ſæpiùs cit. deciſ. 87. n. 13. & 14. & coram Celſ. deciſ. 192. n. 7.* cujus virtute Margharita bona ipſa emphiteutica tunc demùm adeptura erat, cum obtinuiſſet Inveſtituram, & relocationem, quo tempore, & actu applicantur bona perſonæ, eaque dicitur tunc poſſeſſionem adipiſci *Re-*
32 *buff. tom. 3. commentar. in conſtit. Gallican. ſub rub. de mater. poſſeſſor. gloſ. 1. num.* aa. Unde cum de eo tempore, & actu non eſſet ipſa forenſis, ſed facta ſubdita Abbatiæ Farſen. obtenta civilitate Terræ Tophiæ hinc eſt, quod qualitas hæc ſuperveniens ante Inveſtituram tollit omnem exceptionem inca-
33 pacitatis, tamquam forenſis, *juxtà doctrinam Bartoli ad l. Murileguli, C. de Murilegul. lib. 11. in ea verba. Quædam Monaſteria habent poſſeſſiones conceſſas in Em-*
34 *phiteuſim ſub pacto, quod tranſeant in feminam, quæ tamen nubat alicui ſubdito juriſdictioni Monaſterii facit er-*
go, quod ſi nubat extraneo, qui vult effici de juriſdictione Monaſterij, quod retinent Emphiteuſim. Quæ verba retulit, *& Corſet. in ſingularibus verbo Emphiteuſis nu. 1.* ubi poſt relata eadem verba dat rationem, quia conditio Emphiteutæ non mutatur, *Ruin. conſ. 139.* 35
num. 22. lib. 5.

Menoch. conſ. 1140. num. 38. latè *Gratian. diſcept.* 209. ubi plura exempla diſtinguit *Rota deciſ.* 227. *num. 52. part. 8. rec. Decian. reſponſ. 16. num. 97. &* 98. Et prætermiſſo incolatu Margharitæ in Terra Faræ ante obitum Antonii, qui non erat, ut ſupponebant informantes pro Cecio ratione ſervitii, cum re vera Margharita non inſerviret Antonio, ut deponunt teſtes formiter examinati *in Summario Margharitæ 26. Junii 1676. num. 14.* Juvatque præcedens declaratio ejuſdem Margharitæ ſtatim ab obitu Antonii, quod intendebat migrare ad Terram Faræ, ibi obtinere civilitatem, & habitare, ſubſecuto tamen effectu ſat eſt ad aſſequendum domicilium *l. domicilium*, & ibi *Gloſ. ff. ad municipal.* 36
cum aliis latè congeſtis in deciſione, quæ revidetur §. *Quandoquidem*.

Generaliter tamen capacitas attenditur de tempore renovationis Inveſtituræ, ut probat *Bo-* 37
ſcol. in ſua controv. feudali impreſſa apud Emin. de Luca de Feud. art. 3. num. 63.

Ut in ſimili ubi adeſſet prohibitio alienandi in forenſes ſufficere capacitatem de tempore aditionis hæreditatis, licèt deficeret de tempore ejuſdem delatæ dixerunt *Ambroſ. de Opiz. ad l. filiusfami-* 38
lias, §. Divi tamen 74. ff. de leg. 1. Decian. reſp. 16. nu. 96. lib. 4. Brun. de ſtatut. excluſ. fæmin. art. 7. num. 28. & Carpan. ad nov. Conſtitut. Mediolan. in cap. Collegiis num. 229. & ſeqq. & ubi Laicus nominaretur ad beneficium Eccleſiaſticum ſat eſt, ſi ſit Clericus tem- 39
pore præſentationis, aut inſtitutionis, quæ fit ab ordinario *Peña deciſ. 4. num. 11.*

Et eò juſtiùs in hoc caſu, quò in Abbatia Farſenſi viget ſtylus, ut Abbas Dominus directus à die ſcientiæ per annum, & diem expectet proximiores, aut hæredes, antequam pro ſui arbitrio novam Inveſtituram concedat, de quo *in Summ.* 40
præterito num. 30. & Rota coram Ninot deciſ. 19. num. 2. & 3. deciſ. 21. num. 3. 5. 7. deciſ. 48. num. 3. 4. 9. 13. & deciſ. 132. num. 4. par. 14. rec. qui ſanè ſtylus eò eſt rationabilior, quò & juri conformis, cum ad renovationem Inveſtituræ detur annus, & dies in Emphiteuſi *Fulgin. de Emphit. tit. de renovat. quæſt. 1.* 41
num. 18. Indèque fit, ut Margharitæ obiici non poſſit, quod civilitatem ſuam obtinuerit poſt jus quæſitum Jo: Cecio ex Inveſtitura ipſi facta, cum ea, non præmiſſis edictis in Abbatia affigi ſolitis, fuerit nulla ipſo jure, nullumque jus ipſi dici poſſit quæſitum, ut in terminis cauſarum Farſen. dixit *Rota d. deciſ. 132. num. 4. par. 14. rec.* ubi quod hujuſ- 42
modi inveſtitus in hoc caſu non eſt legitimus contradictor, potiſſimum cum Inveſtitura contineat clauſulam *ſine præjudicio Juris alieni Summ. præt. nu. 5.* & ejus titulus pro non titulo reputatur, immò terminus dicitur à iure prorogatus ad 30. annos *Rot.* 43
coram Ninot. d. deciſ. 19. n. 3. & coram Celſo dec. 192. n. 11.

Quæ omnia eò fortiùs obtinent. quò fuit practicatum in Abbatia, ut indiſtinctè admitterentur omnes forenſes ad renovandum, ſed cum juramento Vaſſallagii præſtari ſolito in ipſo actu Inveſtituræ, *ut in Summ. præt. poſitionis num.* 35. & poſt Breve Xiſti V. etiam ſine Vaſſallagio, *ut in dicto Summ. numer.* 35. exordiendo ab Inveſtitura 30. uſque ad 73. & quod magis eſt ab inveſtitura 87. uſque ad finem apparent inveſtituræ factæ Nobili-
bus

Digitized by Google

44 bus Romanis, & perſonis potentibus, aliiſque exteris Romæ degentibus.

Et quod demùm agmen centum, & trium inveſtiturarum claudit *in d. Summ. num. 35. Adeſt in Summ. 14. Maii 1677. num. 20.* Inveſtitura facta hæredi non; ſubditæ Abbatiæ Farſen. in contradictorio judicio excluſis proximioribus capacibus, & Vaſſallis, cum eo ſolùm, quod in actu inveſtituræ juraverit Vaſſallagium; Et tandem *eod. Summ.*
45 *num. 22.* ſtat inveſtitura facta per clar. mem. Card. Montaltum homini non ſubdito Abbatiæ Farſen. cum inſertione Brevis Xyſtini, & ejus vigore.

Ex quibus omnibus, & præſertim hac obſervantia interpretativa, capacitatem Margharitæ adeò concludenter firmari DD. dixerunt, ut inane cenſuerint inquirere in vim, & intellectum ejuſdem Brevis Xiſti V. circa cujus verba valdè digladiabantur informantes, ſicque ſtandum in deciſis fuit concluſum.

Utraque parte acerrimè informante &c.

R. P. D. URSINO

Spoletana Subſtentationis Juvenis.

Lunæ 15. Februarii 1683.

ARGUMENTUM.

Facultas eligendi Iuvenem ad ſtudia juxtà præceptum Teſtatoris hic enucleatur.

SUMMARIUM.

1 *Teſtamenti verba ſunt attendenda ad effectum facultatis eligendi, & nominandi.*

2 *Eligendi quaſi poſſeſſio, quæſita per aliam præcedentem electionem Juvenis ad ſtudia ſufficit, ut de bono Jure electoris conſtare dicatur.*

3 *Comitatenſes dicuntur de Civitate, cui ſubeſt Vicus in quo naſcuntur illi de Comitatu.*

4 *Electus extraneus præfertur conſanguineo, quando Teſtator dixit*, ſi ſit, qui id petat, *& conſanguineus opportunè, & reintegra ante nominationem extranei cumpetiit.*

5 *Ætas annorum 20. ad ſcientiarum progreſſum aptiſſima reputatur in concurſu alterius habentis ætatem annorum triginta.*

6 *Ætas annorum vigintiquinque pro ſtudiis intempeſtiva reputatur.*

Legatum pro ſtudio relictum nandebeturexcedenti annum vigeſimumquintum.

7 *Accurſius in ætate vigintiocta annorum Juris ſcientiam incepit.*

DECIS. V.

PUrificata ſubſtitutione ordinata in Teſtamento Fabii de Amicis per obitum Hippolyti primi hæredis inſtituti ſine filiis ad favorem Confraternitatis SS. 12. Apoſtolorum cum expreſſo onere ſubſtentandi ſucceſſivè, & in perpetuum per quinquennium tantùm in aliqua celebri Univerſitate. *Juvenem unum Sillanienſem ex Amicia familia, ſi ſit qui id petat*, ſin minus à dicta familia eligendum, ut in arte medicinæ, ſivè in utroque Jure Doctoratus Lauream aſſequeretur; Philippus, Petrus, & Lucas de familia Teſtatoris, ad quos eligendi jus pertinet in locum Fabii Junioris de Amicis ultimò nominati, Dominicum Bonannum elegerunt, contra quem Philippus Spaccarnilius tanquam de cognatione Teſtatoris inſtetit præferri coram R. P. D. Vallato Judice deputato d. Confraternitatis, ſed per contrariam ſententiam ſuccubuit, commiſſa mihi exinde appellationis cauſa indevolutivo tantum, dubium perpoſui, An, & de cujus bono jure conſtet, etiam ad effectum admiſſionis ad ſubſtentationem, & conſtare de bono jure bonanni DD. cenſuerunt.

Facultatem enim nominandi in præfatis Ele-
ctoribus de familia Amicia collatam fuiſſe indu-
bitantèr demonſtrant, tùm verba ipſa teſtamen-
tariæ diſpoſitionis, alias etiam relatæ, & ſuppo- 1
ſitæ in deciſionibus ſuper liquidatione ſummæ
præſtandæ emanatis coràm Priol. inter ejus im-
preſſas *deciſ. 212. & 241.* Tum quaſi poſſeſſio eli-
gendi eiſdem quæſita per aliam præcedentem ele-
ctionem favore Fabii prænarrati abſque ulla con- 2
tradictione effectum ſortitum, quæ ſola ſufficiens
cenſenda venit, ut de bono jure electi conſtare
dicatur *ad Text. in cap. cum olim 7. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Rota coram Mantic. deciſ. 86. num. 1. & deciſ. 572. num. 1. par. 4. diverſ.*

Nihil refragante, quod ex Teſtatoris pręcepto
eligendus ſit Juvenis Sillanienſis, & propterea
eligi non potuerit Bonannus, uti oriundus ex
Vico forſi; Siquidem, quia cum inter Partes
non controvertatur, Vicum forſi eſſe de Comita-
tu Sillani, ſubintrat Juris diſpoſitio, ut etiam
forſi nati Sillanienſes dicantur *ad Text. in leg. Qui ex* 3
Vico 30. ubi *Gloſ. in verb. Qui ex Vico exemplificat in inſigni Mantuano Poeta, qui licèt de parvo Vico Plectolæ ortus, Mantuanus nuncupatur, ff. ad Municipal. Valenzuel. conſ. 79. num. 42. & ſeqq. Novar. de Elect. & Var. for. tom. 1. ſect. 4. quæſt. 62. num. 14. Franc. Marc. deciſ. 365. num. 9. & 10. par. 1. Rota coram Merlin. deciſ. 63. numer. 19. & 20. & in hiſce electionis terminis optimè in deciſ. 431. num. 12. & 13. par. 18. tom. 2.*

Minuſque relevat, quod facultas eligendi
alicui tributa, ſemper conceſſa intelligatur juxtà
arbitrium boni Viri, adeo ut propterea arbitrium
intrare debeat ad prælectionem Spaccamilii tan-
quam de cognatione Teſtatoris, etiam ex illius
veriſimili voluntate ad excluſionem Bonanni ex-
tranei; Quia objecti efficacia, & auctoritates om-
nes à Spaccamilio ad hoc commulatæ evitantur,
non ſolum quia Teſtator mandavit eligi Juvenem
ex familia *ſi ſit qui id petat*, Unde cùm Spaccami- 4
lius electionem ſe admitti opportunè, & re inte-
gra, non petierit, Electores præceptum Teſta-
toris apprimè exequendo, nemine de familia in-
ſtante, Bonannum extraneum validè nominarunt,
& pro ipſius nominatione debito tempore facta
omnis interpretatio favorabilis ſumenda venit,
Priol. deciſ. 205. num. 29.

Verùm etiam, & potiſſimum quia mens Teſtatoris fuit, ut præeligeretur Juvenis ex familia ſi adeſſet qui id peteret, non autem ex cognatione, de qua loquutus non fuit, unde cum Spaccamilius non ſit de familia Amicia, ſed dumtaxat de cognatione, non valet deſumere jus ſuum ex veriſimili diſponentis intentione, quæ ſicuti explicitè expreſſa fuit favore Juvenis de familia, quem præferre voluit, & in ejus defectum favore illorum, qui nominarentur ab eis de familia, ita dicen-

Digitized by Google

cendum, quod favore cæterorum cognatorum non adſit, dum pro eis nou diſpoſuit, ſicut fecit pro quibus voluit argumento *leg. Unicæ, §. fin autem Cod. de caduc. tollen.* quo paſſim utuntur Doctores ad declarandas diſponentium voluntates, ut poſt alios *Cravett. conſ. 161. num. 8. Menoch. conſ. 85. num. 3. Rota coram Merlin. deciſ. 825. num. 20. coram Dunoz. Sen. deciſ. 81. num. 11. & in rec. deciſ. 667. num. 5. par. 2. & deciſ. 279. num. 9. & ſeqq. par. 6.*

Et denique eo fortius viſum fuit conſtare de
bono Jure Bonanni attenta ejuſdem florida ætate
20. annorum ad ſcientiarum progreſſus aptiſſima
5 in concurſu Spaccamilii attingentis annum 30.
cùm tamen ultra 25. intempeſtiva ſtudiorum aſ-
ſumptio reputetur, ut teſtatur *Gonzal. ad regul.*
Cancellar. gloſ. 4. ſub num. 35. ubi in puncto, quod
6 non debeatur legatum pro ſtudio relictum exce-
denti 25. annum, & in hac materia generalem ex-
perientiam attendendam eſſe ratio ipſa ſuadet, non
verò quæ unò, & per ſpeciem mirabilis exempli
aliquando accidere ſolent, ut de Accurſio in ætate
7 28. Annorum Juris ſcientiam incipiente refert
Alexand. in leg. 1. Cod. Qui ætat. vel profeſſ. ſe excuſ.
lib. 10.

Et ita utraque &c.

R. P. D. ALBERGATO DECANO

Neapolitana Campanilis.

Veneris 23. Februarii 1685.

A R G U M E N T U M.

Agitur de nunciatione novi operis, & ædificio Campanilis inter duo Monaſteria.

S U M M A R I U M.

1 *Unicuique licet in proprio ſolo ædificare uſque ad Sydera.*

2 *Pragmatica Civitatis Neapolis diſponit, quod relicta brevi diſtantia permittitur Vicino elevatio, & proſecutio cujuslibet ædificii.*

3 *Ratione intolerabilis præjudicii vicini non licet ædificare.*

4 *Quæ dicatur modica diſtantia, ut non poſſit erigi Campanile inter duas Eccleſias.*

5 *Stante modica diſtantia, & intolerabili præjudicio locus eſt nunciationi novi operis, & Edicto prohibitorio.*

6 *Stante antiqua deſtinatione Situs pro conſtruendo Campanili non intrat nunciatio novi operis cum non dicatur novum, quod eſt ab antiquo deſtinatum.*

7 *Vicinus ſibi imputare debet, cur Situm fabricandi deſumpſerit propè aliud ædificium, à quo incommodum, & ſervitutem recipit.*

8 *Relationes Peritorum editæ abſque Citatione Partis non ſuffragantur.*

Et conquaſſantur à contrariis Relationibus.

9 *Tertius Peritus non eſt eligendus à Judice, niſi partes non conveniant in eligendo.*

10 *Tertius Peritus juſta cauſa ſuſpectus allegatus non probat.*

11 *Deſcribitur Natura Sonitus Campanarum.*

12 *Nunciato, & prohibito ædificare incumbit onus probandi antiquam deſtinationem ædificii.*

13 *Antiqua deſtinatio agnoſcitur ex inſpectione Plantæ, & in dubio eſt ſervanda facies, & conſiſtentia antiqua.*

14 *Ex quibus ſignis excludatur antiqua deſtinatio ædificii.*

15 *Quando fabrica dicitur nova poteſt nunciari, & prohiberi ſicuti nunciantur, & prohibentur, quævis alia nova ædificia.*

16 *Æmulatio non præſumitur, & eſt ab allegante probanda.*

17 *Sed reſultat ex conjecturis.*

18 *Enumerantur Conjecturæ Æmulationis in fabricando*, & num. 19. & 20.

21 *Non eſt locus cautioni de demoliendo in caſum ſuccumbentiæ, quando docetur incontinenti de Jure nunciantis, & prohibentis.*

22 *Satiſdatio, & cautio eſt repoſita in arbitrio, & Religione Judicantis.*

D E C I S. VI.

POſtquam per tres ſententias conformes in judicatum tranſactas declaratum fuit licere Monialibus S. Joſephi de Ruffis perficere fabricam Eccleſiæ, Chori Cuppolæ, & Dormitorii, id ipſum acritèr contendentibus in qualibet inſtantia Monialibus Donnæ Reginæ; excitarunt, & iſtę prætentionem conſtruendi novum Campanile in quodam angulo earum Monaſterii parum diſtante à prædictis Eccleſia, & Choro Monialium Divi Joſephi, quæ propterea providè timentes, quod ex Campanarum ſtrepitu è nova Turri erumpendo turbarentur Divina in earum adjacenti Eccleſia, & Choro perſolvenda, ſupplicem porrexerunt libellum Sac. Congregationi ſuper negociis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ pro opportuno temperamento, & obtinuerunt reſcribi Eminentiſs. tunc Archiepiſcopo pro Informatione, & Voto, & interim inhiberi, nè quidquam innovaretur. Acceſſit igitur Archiepiſcopus ad locum controverſiæ, & deputavit Peritos hinc inde electos ad referendum, quibus de more diſcordantibus, devenit ex officio ad electionem Tertii, non attenta præcedenti proteſtatione Monialium S. Joſephi de incongruitate hujuſmodi electionis non communicatis prius cæterorum Peritorum relationibus, ut innoteſceret, in quo eſſent difformes; nec ſubſequenti allegatione in ſuſpectum ejuſdem Tertii Periti.

Conſtructo in hanc formam Proceſſu, & ad Urbem delato, Sac. Congregatio remiſit Patres ad Rotam pro Voto. Quare dubium propoſui de Coauditorum meorum conſilio ſubſriptum -- *An Inhibitio Nunciationis novi operis ſubſtineatur, ſeù potiùs liceat Monialibus Donnæ Reginæ ædificare Campanile, de quo agitur*, & quoad primam ſui partem affirmativa, quoad ſecundam vero negativa prodiit reſolutio.

Illa enim regula, ſuper qua nitebantur Mo- 1
niales Donnæ Reginæ, quod ſcilicet in proprio
ſolo unicuique ædificare liceat uſque ad Sydera,
de qua *Text. in l. altius, & l. ſi in ædibus C. de ſervit. &*
Aq. juncta etiam particulari Pragmatica Civitatis 2
Neapolis, per quam relicta brevi diſtantia, per-
mittitur vicino elevatio, & proſecutio cujuslibet
ædificii, de qua teſtatur Rota in deciſione edita
ſuper controverſia Cuppolæ inter hæc eadem Mo-
na-

Digitized by Google

naſteria , quæ eſt *deciſ. 272. numer. 4. par. 19. & in*
deciſ. confirmatoria R. P. D. mei Rondini ſub die 30.
Januarii 1679. ſub §. Quinimo . Viſa fuit in præ-
ſenti limitari ex duplici Capite. Primo ſcilicet ra-
tione intolerabilis præjudicii, quod ex novo ædi-
ficio infertur Monialibus Divi Joſephi, & ſecun-
do quia Moniales Donnæ Reginæ id totum agere
videntur ad æmulationem.

Et quidem ratione intolerabilis præjudicii,
3 quia diſtantia novi Campanilis ab Eccleſia Mo-
nialium S. Joſephi eſt adeò exigua, ut vix attin-
gat palmos 12. A Choro autem ad prædictum
Campanile ſolùm intercedit ſpatium palmorum
40. ſeù diagonalitèr, ut fatetur Peritus Monaſterii
Donnæ Reginæ, palmorum 65. Idcòque in tàm
modico intervallo non videtur poſſe in dubium
4 revocari , quod Campanarum ſtrepitus obruet,
& perturbabit voces tàm Presbyterorum Miſſas
Celebrantium in Eccleſia, quam Monialium Di-
vina pſallentium in Choro, adeoùt ratione hujus
graviſſimi præjudicii, & quidem in divinis, in
quibus magis decet tranquillitas, & ſolitudo,
5 locus ſit nunciationi novi operis, & edicto pro-
hibitorio, *Gratian. diſcept. 186. ſub num. 14. Novar.*
quæſt. forenſ. 1. num. 13. par. 2. Barboſ. vot. 102. num.
75. cum ſeqq. lib. 3. Franceſ. de Eccleſ. Cathedral. cap.
24. ex num. 157. Tondut. quæſt. benefic. par. 3. cap. 132.
num. 12. Fontanell. deciſ. 403. num. 21. Sanfelic. deciſ. 127.
ſub num. 1. Seraphin. deciſ. 847. per tot. Et in his ter-
minis in caſu, in quo Campanile diſtabat ab Ec-
cleſia vicini Monaſteri palmis 40. ita decrevit *d.*
Sac. Congregatio Epiſcoporum, & Regularium in una
Florentina ſub die 31. Januarii 1642. in qua deman-
davit amoveri Campanas in novo Campanili jam
collocatas.

Non obſtante duplici reſponſione ; Altera
ſcilicet, quod ex inſpectione Plantæ, & Perito-
rum relationibus probetur inſubſiſtentia hujus
præjudicii. Et altera, quod ſtante antiqua deſti-
natione ſitus, de quo agitur pro conſtruendo
6 Campanili, nec intret nunciatio novi operis,
cum non dicatur novum, quod ab antiquo no-
ſcitur conceptum, & deſtinatum *l. 1. §. ſi quis ædi-*
ficium, ff. de nov. oper. nunciat. Bolognett. l. qui viam, ff.
eodem Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 340. num. 48. lib. 2.
Card. de Luca de ſervit. diſc. 19. num. 5. & 6. Nec ha-
beant Moniales S. Joſephi, de quo conquerantur,
7 dum ſibi imputare debeant, cur ſitum fabricandi
deſumpſerint propè aliud ædificium, à quo vel
incommodum, vel ſervitutem accipiunt *Ricc. col-*
lect. 4211. par. 9. Thor. in compend. ſupplem. verb. fene-
ſtre Amendol. ad Franch. dec. 223. latè *Rovit. in pragm. 2.*
de Monial. num. 2.

Ad primam enim replicatum fuit ; ex inſpe-
ctione Plantæ non tolli, ſed comprobari præju-
dicium, dum ex ea oculariter colligebatur, quod
prætèr breviſſimum ſpatium palmorum 12. inter-
cedens à fabrica novi Campanilis ad Eccleſiam S.
Joſephi, quod erat inter partes incontroverſum,
ulterius dicta Eccleſia habet plures feneſtras, per
quas directè poteſt excipi ſonus, eidemque novum
Campanile nimis proximè dominatur, Chorus au-
tem licèt reſideat in parte laterali, clauditur tamen
à quodam Cubiculo, quod pariter reſpicit verſus
Campanile, & ipſe Chorus plures feneſtras habet
in muris interioribus Eccleſiæ, per quas commu-
nicaretur eidem Choro ſonus directè ingreſſus in
Eccleſiam, & ſic præjudicium, attenta modicitate
diſtantiæ, utrobique juxtà inſpectionem Plantæ
redderetur inevitabile.

Relationes verò Peritorum non ſunt atten-
dendæ. Aliquæ enim editæ abſque citatione par- 8
tis non ſuffragantur ex vulgatis, & remanent
conquaſſatæ ex contrariis relationibus compro-
bantibus præjudicium Monialium de Ruffis *Fari-*
nacc. de Teſt. quæſt. 65. num. 2. Rot. deciſ. 147. num. 14.
par. 10. deciſ. 409. num. 19. par. 12. & deciſ. 94. nu. 11.
par. 15. & illa tertii periti electi ex officio, nec pa-
ritèr relevat. Tùm quià non excludit dictum præ-
judicium, ut ex lectura. Tùm quia fuit deputa-
tus proteſtantibus in contrarium Monialibus de
Ruffis, & petentibus priùs communicari relatio-
nes cæterorum peritorum, ut videretur, in quo
eſſent diſcordes, adeoque Jus reddi debuerat ſuper
hoc puncto, nec interim procedi potuit ad electio-
nem tertii ſinè conſenſu earumdem Monialium;
Quià electio tertii fieri debet per ipſas partes Judi- 9
ce interveniente dumtaxat tanquàm compulſore,
non tanquàm electore niſi partes non convenirent
in eligendo *Bald. in l. hac edictali, §. his illud num. 2.*
C. de ſecund. Nupt. Caroc. deciſ. 50. num. 3. Barz. deciſ.
22. num. 9. Spercil. deciſ. 54. num. 43. Tùm demùm
quià fuit juſtis de Cauſis allegatus ſuſpectus, & in 10
præcedenti diverſo judicio, & etiam peculiaritèr
in præſenti, & conſequentèr non probat *Ridolphin.*
in prax. par. 1. cap. 8. num. 118. Rota deciſ. 290. num.
1. & 2. par. 14. & deciſ. 111. num. 5. par. 15. & deciſ.
246. ſub num. 3. par. 19.

Præſertim quia dd. relationes nituntur ratio-
nibus inſubſiſtentibus. Non enim ex eo, quod
Chorus reſideat in parte laterali, & claudatur à
Cubiculo, & muro intermedio excludi poteſt pe-
netratio ſonus: Sicuti nec reparari præjudicium
ex elevatione Campanilis ſupra Eccleſiam, &
Chorum Monialium de Ruffis; Sonus enim ubi-
que diffunditur, & circularitèr fertur adeout in
præſenti hypoteſi, vel directè ingredi valeat in
Eccleſiam, & ab Eccleſia in Chorum, ut patet ex 11
Planta ; vel etiam per muros laterales tranſmitti
ad Chorum mediante aere, qui ſonum extrinſecus
miſſum accipit, & remittit ex *Senec. quæſt. natural.*
lib. 2. cap. 9. Et ſemper urget, quod ſi ſtrepitus
penetraret remiſſius in Chorum, quià reſidet à la-
tere, & adſunt parietes intermedii ; intenſius ta-
men imprimeretur in Eccleſia, quæ habet feneſtras
directè, & abſque impedimento ſonum excipien-
tes, quibus d. Campanile tàm proximè dominatur
ut ſupra, ſicque minuere præjudicium reſpectu
Chori, non eſt tollere fundamentum limitationis,
quod non minùs reſpicit ad Chorum, quàm ad
Eccleſiam, ut fuit præſuppoſitum.

Temperamentum verò elevandi Campanile
ſupra Eccleſiam, & Chorum, nec minus videba-
tur adæquatum, Non enim exindè diſperderetur
ſtrepitus per aerem abſque eo quod ad ima verſus
Eccleſiam, & Chorum poſſet deſcendere, ut ſua-
dere conantur Periti. Sed è converſo tàm partes
Superiores, quàm inferiores afficeret, cum de na-
tura ſonus ſit, ut undequaque diffundatur, nec
minus ad Superiora tendat, quam ad inferiora de-
ſcendat, ut docet *Vitru. lib. 5. cap. 3.* & melius om-
nium ipſa experientia.

Ad ſecundam autem dictum fuit, quod anti-
qua deſtinatio Campanilis, nec probatur, nec re-
levaret. Non probatur, cum enim id incumbat
nunciato, & prohibito ædificare *Bald. conſil. 165. &* 12
233. lib. 1. Corn. conſ. 78. lib. 4. Roman. conſ. 54. The-
ſaur. deciſ. 41. num. 24. in fin. Spercll. deciſ. 54. num. 31.
Talis probatio deſumi non poteſt ex relationibus
peritorum, quæ ex prædictis non ſunt attenden-

dæ, & eliduntur ex contrariis relationibus Peritorum Monaſterii de Ruffis, ut ſupra firmatum fuit. Quinimò excludebatur deſtinatio ex ipſa inſpectione Plantæ, in qua ſitus deſignatus prò Campanili potiùs videtur relictus ad continuan-
13 dam Porticum, quam ad elevandum Campanile, & propterea ſemper in dubio eſt ſervanda facies, & conſiſtentia antiqua l. cum in totum, C. de ædific. priv. Bald. d. conſ. 233. lib. 1. Burſatt. conſ. 57. num. 7. lib. 1. Theſaur. deciſ. 41. num. 24. Sperell. d. deciſ. 54. num. 31. Signanter cum deſint fundamenta, & alia ſigna proportionata prò elevatione tantæ molis, & muri ſint adeò tenues, ut non patiantur commodam ſuperædificationem, quod eſt præcipuè inſpi-
14 ciendum prò excludenda deſtinatione Burſatt. d. conſ. 57. lib. 1. Gabr. conſ. 149. ſub num. 1. verſ. tertia quia lib. 1. Theſaur. d. deciſ. 41. ſub num. 24.

Nec minùs relevaret. Quia licet Monaſterium Donnæ Reginæ ædificatum fuerit ſatis ante, quam Monaſterium S. Joſephi, adhuc tamen hujuſmodi deſtinatio facta ſupponitur in ſabrica novæ Eccleſiæ, quæ fuit longè poſterior, quam ædificium Monaſterii de Ruffis. Ideoque cum hæ Moniales divinare non potuerint hanc ſubſecutam deſtinationem, utique non intrant termini veteris
15 ædificii, nec voluntariæ ſubjectionis huic Servituti. & præjudicio, ſed ſabrica dicitur nova, & poteſt nunciari, & prohiberi ſicuti nunciantur, & prohibentur quævis alia nova ædificia, ut benè Capyc. Latr. deciſ. 157. num. 28. lib. 2.

Firmato ex prædictis gravi præjudicio Monialium de Ruffis, ſuccedit altera limitatio, quod præſens ædificium fiat ad æmulationem. Licèt enim æmulatio non præſumatur, & ſit ab allegan-
16 te probanda Rota deciſ. 611. num. 16. & 23. par. 5. & deciſ. 61. num. 15. par. 17. & deciſ. 375. num. 27. coram Celſo. Cum tamen reſultare dicatur ex præſumptionibus, & conjecturis Judicis arbitrio expendendis
17 Burſatt. d. conſ. 57. num. 17. Sperell. deciſ. 55. num. 30. & 36. Adden. ad Buratt. deciſ. 631. num. 26. Rota deciſ. 348. num. 17. & deciſ. 69. num. 34. par. 18. Plura in præſenti concurrere videbantur pro ſuadenda dicta æmulatione.

Primò. Siquidem ex Planta oculis DD.
18 ſubjecta conſtitit, quod ponderata amplitudine Monaſterii, ſituatione Eccleſiæ, habitatione Monialium, incommodo adeundi novum Campanile diu noctuque, & præſertim de tempore hyemali per lodias, & ſitus apertos ad pulſandas Campanas, & deſignatione novæ ſabricæ in angulo remotiſſimo Monaſterii, conſtitit inquam, quod nullus ſitus dari poteſt in toto Monaſterio adeò incommodus, & inopportunus prò ædificio novi Campanilis ſicuti locus jam deſignatus, itaut inſimul combinatis graviſſimo præjudicio Monaſterii S. Joſephi, & perexigua utilitate, imò patenti incommodo Monialium Donnæ Reginæ, exindè emergat potiſſima conjectura æmulationis, Burſatt. d. conſ. 57. num. 16. Cephal. conſ. 130. num. 15. lib. 1. Gratian. diſcept. 745. num. 37. & 38. Novar. d. quæſt. 1. ſub num. 16. par. 2. Coccin. deciſ. 2209. ex num. 14. & deciſ. 29. num. 3. & ſeqq. par. 15.

Secundò. Quia Moniales Donnæ Reginæ jam habent vetus Campanile conſtructum in centro Monaſterii, quod licèt ruinoſum, ut exagerant periti ejuſdem Monaſterii, tamen poteſt reparari cum longè minori impenſa, quam ſit neceſſaria prò conſtructione novi Campanilis. Adſunt quoque alii ſitus magis idonei, & proportionati, ut deponunt periti Monialium de Ruffis, & videbatur Dominis multum veriſimile in Monaſterio tàm amplo. Undè eligere angulum remotiſſimum cum notabili impenſa, & detrimento Vicini, dum poſſunt reparare antiquum, vel ad Situs Commodiorès recurrere cum minori impenſa, & nullius præjudicio, non videtur præſeferre, niſi manife-
ſtam æmulationem, Cephal. dict. conſ. 130. num. 11. 19
verſ. quandò enim, Gratian. dict. diſcept. 745. num. 38. Novar. d. quæſt. 1. num. 16. Sperell. deciſ. 55. num. 32. Rota deciſ. 29. num. 4. & 5. par. 15. & deciſ. 348. num. 17. & ſeqq. par. 17. & deciſ. 69. num. 19. & ſeqq. par. 18.

Tertiò. Demùm redditur valdè probabilis oppoſita æmulatio ex antecedenti controverſia agitata inter hæc eadem Monaſteria ſuper elevatione Cuppolæ. Cum enim poſt ædificatam novam Eccleſiam ab annis 70. citra nunquam ſollicitæ fuerint Moniales Donnæ Reginæ de conſtruendo novo Campanili, ſed ſolùm hanc prætenſionem excitaverint poſt terminatam litem prædictam, abs re non videbatur id totum agi in odium,
& vindictam præteritæ ſuccumbentiæ, Burſatt. 20
dict. conſ. 56. num. 6. verſ. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 29. num. 26. Cyriac. contr. 687. num. 46. Rota d. deciſ. 69. num. 22. & 23. par. 18.

Nec prò excludenda æmulatione iterum rediri poteſt ad relationes peritorum deponentium de commoditate ſitus, de ejus antiqua deſtinatione, de neceſſaria demolitione veteris Campanilis, ac de inexiſtentia alterius ſitus commodioris in toto Monaſterio. Recurrunt enim reſponſiones ſuperiùs datæ in §. Relationes verò cum §§. ſeqq. & præcœteris reſpondet omnibus inſpectio Plantæ, quæ oculariter contrarium ſuadere videbatur.

Tandèm juvari non poſſunt Moniales Donnæ Reginæ ex oblata cautione de demoliendo in caſum ſuccumbentiæ. Quoniam Moniales S. Joſephi docent incontinenti de Jure ſuo, quo Caſu non
eſt locus cautioni prædictæ, l. prima, C. de nov. 21
oper. nunciat. Bart. in l. Prætor ait, §. Si quis paraſam, ff. eodem, Sperell. deciſ. 53. num. 13. & ſeqq. Et quamvis elapſi ſint tres menſes à die nunciationis, tamen non eſt permittendum, quod Monaſterium Monialium, cui à Sacris Canonibus interdicitur non ſolùm diſſipatio, ſed etiam quævis inutilis alienatio, ſummam conſiderabilem pecuniarum exponat periculo totalis deperditionis, præſertìm cum ex prædictis conſtet de non Jure nunciati, nec ſit præparata Cœmenta, aut factæ graves impenſæ, ex quibus in retardanda fabrica præjudicium inferatur Monaſterio ædificare volenti: In hac enim materia inhærendum eſt æquitati, & ipſa ſatisdatio cenſetur repoſita in arbitrio, & Religio-
ne Judicantis, Fab. in Cod. def. 3. num. 3. in alleg. 22
lib. 8. tit. 4. de nov. oper. nunciat. Theſaur. deciſ. 204. circà finem, Urceol. conſult. 30. num. 12. & 36.

Et ità utraque &c.

R. P. D. A L B E R G A T O

Neapolitana Campanilis.

Mercurii 27. Junii 1685.

A R G U M E N T U M.

Agitur de eadem materia nunciationis novi operis dequa in præcedenti deciſione.

S U M M A R I U M.

1 *Aliquando Rota dilata reſolutione dubii ſuper Articulis admittendis, & electione periti, procedit ad reſolutionem dubii principalis.*
2 *Vicino non permittitur ædificare, ſi præjudicium, & Æmulatio in novo ædificio oriuntur, quo caſu ſit locus Edicto probibitorio, & novi operis nunciationi.*
3 *Quæ dicatur brevis diſtantia inter duo ædificia.*
4 *Decreta Sacrarum Congregationum habent vim legis, & Rota reverenter ſuſcipit.*
5 *Peritorum relationes conquaſſantur hinc inde contrariis relationibus.*
6 *Campanarum ſoniti natura.*
7 *Æmulatio in ædificando ex quibus argumentis dignoſcatur.*

DECIS. VII.

Cenſuit Rota coram me 23. *Februarii* præteriti *Inhibitionem nunciationis novi operis ſuſtineri, nec licere Monialibus Donnæ Reginæ ædificare Campanile de quo agitur*, tùm ratione intolerabilis præjudicii, quod ex novo ædificio Monialibus S. Joſephi de Ruffis inferebatur, tùm ex eo, quod tale opus ad evidentem emulationem fieri pertentetur, ut ex *Deciſione* tunc temporis ædita, adverſus quam nova audientia impartita, & DD. meis ſuper ejuſdem reſolutionis viribus, ſub 10. *Maii* conſultis ad inſtantiam Monialium Donnæ Reginæ nova Jura promittentium pro fundanda earumdem intentione, dilata fuit reſolutio, quam tamen in nova Cauſæ repropoſitione, ipſis favorabilem fore Moniales præfatæ diffidentes, ob inconcuſſa *Deciſionis* fundamenta, exhibuerunt in actis articulos, tendentes ad probandam antiquam deſtinationem ſitus controverſi, pro ædificatione novi Campanilis, prout etiam ſtatum ruinoſum antiqui, ex quibus neceſſitatem moderni Ædificii concludere prætendebant, quando ex recenſitis in *Deciſione*, ſitus antiqui deſtinatio, ex inſpectione Plantæ removebatur, & hujuſmodi ſtatus veteris Campanilis nunquam fuerit impugnatum, tàm pro eorumdem Articulorum admiſſione, quàm pro electione tertii periti inſteterunt, ſuper quibus dato per DD. meos particulari dubio, & mihi injuncto, quod unà cum dubio principali illud in eadem Rota proponerem, utrumque hodiè propoſui, & DD. dilata reſolutione dubii ſuper articulis, &
1 electione tertii periti, reſpondendo dubio principali, *pro confirmatione Deciſionis* reſponderunt.

Quemadmodum enim Informantes pro Monialibus Donnæ Reginæ, adverſus *Deciſionem* nihil novi excitabant, inſiſtentes dumtaxat ſuper admiſſione articulorum, ità & ſuper eiſdem limitationibus Regulæ, alias per ipſas Moniales propoſitæ, *ex l. altiùs, & l. ſi in ædibus, C. de ſervit. & aqu.* DD. reſolutionem ad favorem Monialium de Ruffis ſtatuerunt, quod ſiquidem vicino non permittatur ædificium uſque ad ſidera tollere, ſi præjudicium, ac æmulatio in novo ædificio oriantur, quo
caſu ſit locus *Aedicto probibitorio, ac novi operis nun-* 2
ciationi, juxtà relatos in his terminis *ſub §. & quidem &c. Deciſionis Cauſæ coram me æditæ.*

Quorum primùm ad evidentiam dignoſcebatur, ex inſpectione Plantæ Monaſterii Donnæ Reginæ, quæ tàm brevem diſtantiam ab Eccleſia, & Choro Monialium de Ruffis, ad controverſum lo-
cum Campanilis ædificandi; indicabat, ut vix 3
palmi 12. ab eodem ſitu ad Eccleſiam dinumerentur, & 40. dumtaxàt ad Chorum ejuſdem Eccleſiæ, undè in tàm brevi diſtantia, Campanarum fragor Divina utrobique perſolvenda ità perturbaret, ut impoſſibilis redderetur Officiorum recitatio, ac celebratio Miſſarum, prout experientia docuit in Civitate Florentiæ in ſimili diſtantia 40. palmorum, inter Campanile PP. Diſcalceatorum, & Eccleſiam Monialium Spiritus ſancti, quo caſu ad relationem illius Archiepiſcopi, Sacr. Congregatio Epiſcoporum, & Regularium, decrevit aſportari Campanas in aliud Campanile, ut ex ejus decreto *ſub die 31. Junii 1642.* ædito, & in *præterito Summ.* Monialium de Ruffis exhibito, quod ſanè decretum vim legis obtinet, & noſtrum Tribunal reverenter ſuſcipit, & amplectitur, ut te-
ſtatur *in Deciſione* 479. *ſub num.* 3. *coram Buratto*, & 4
ibi *Adden. ſub num.* 20. *& in deciſ.* 5. *ſub num.* 12. *coram Emin. Celſo, & deciſ.* 279. *ſub num.* 2. *par.* 18. *rec.* & paſſim in aliis.

Non obſtante, quod ex relationibus Peritorum, vel probetur inſubſiſtentia hujuſmodi præjudicii, vel ſaltem exhibeantur temperamenta pro illius reparatione, cum magna elevatione Campanilis ſupra Eccleſiam, & Chorum, & percluſione feneſtrarum verſus eamdem Eccleſiam; Nam præmiſſo, quod eædem relationes, & contrariis relationibus allegatum præjudicium probantibus con-
quaſſantur, ideòque in nihilum attendi merentur,
ex *Rota deciſ.* 147. *ſub num.* 14. *par.* 10. *rec.* cum aliis 5
in *præterita Deciſione ſub §. relationes verò &c.* allegatis: ſemper urget reſponſio, quod illæ nituntur rationibus inſubſiſtentibus: Non enim ex eo, quod elevetur Campanile, diſperditur ſonitus per aerem, abſque eo, quod ad ima deſcendat verſus Eccleſiam, & Chorum, cum naturale ſit ſonui, undique circulariter diffundi, & tàm ad ima, quàm ad ſuperiora tendere, ad contradiſtinctionem gra-
vis, & levis, ut docet *Vitru. lib.* 5. *cap.* 3. nec ob- 6
turatio feneſtrarum, ſtrepitum ſufficienter obrueret, cum ſufficiat, quod ſonus ex uno latere exeat, quinimò vehemens redderetur, ex majori repercuſſione, ut experientia docet, & ſemper intentiùs imprimeretur in ipſa Eccleſia, quæ ſubtus Campanile exiſteret, undè impoſſibile redditur, quod etiamſi minueretur ſtrepitus reſpectu Chori, id ipſum reſpectu Eccleſiæ auferatur, quod ſufficit pro fundamento limitationis Regulæ, ex adductis *in Deciſione ſub §. præſertim quia, cum §. ſeq.*

Emulatio verò, quæ eſt ſecundum fundamen-
tum limitationis, itidem DD. comprobata digno- 7
ſcebatur, ex inſpectione ipſiuſmet Plantæ, quæ ad oculum offert maximum Monialium incommodum adeundi novum Campanile die, noctuque, & in tempore Hyemali, per lodias apertas, pro

f 2 pul-

Digitized by Google

pulſandis Campanis, nec in toto Monaſterio ullus deſpicitur ſitus incommodior, & importunior pro prætenſo ædificio. Undè ex hoc ſolùm potentiſſima arguitur conjectura æmulationis, ut dixit *Gratian. diſc. 745. num. 37. & 38. Novar. quæſt. foren. quæſt. prima ſub num. 16. par. 2.* cum alleg. *in §. primo ſiquidem præteritæ Deciſioni*.

Prout etiam manifeſta redditur oppoſita æmulatio, ex præcedenti lite, inter hæc eadem Monaſteria, ſuper elevatione Cuppolæ, & conſtructione Dormitorii, in hoc Sac. Tribunali agitata, & per tres conformes Sententias ad favorem Monialium de Ruffis ſopita, ut refert *præterita mea Deciſio in principio*, quæ optimè concludit hanc novam prætenſionem, ſolum ad meram æmulationem, & in vindictam præcedentis ſuccumbentiæ pertentari, ut benè in propoſito *Cyriac. contr. 687. ſub num. 46. & Rota deciſ. 69. num. 22. & 23. par. 18. rec.* Et ſi Moniales Donnæ Reginæ à 70. annis citra, poſt ædificatam Eccleſiam, veteri Campanile contentæ fuerint, & conſtructionem novi nõ exoptarunt, quomodò ab æmulatione excuſari poſſunt, ſi nimis aperta cauſa æmulandi immediatè præcedat.

Nec antiqua deſtinatio ſitus pro conſtructione novi Campanilis, & neceſſaria demolitio veteris, æmulationem tegere poſſunt, quia primùm ex eadem inſpectione plantæ, & ex relationibus peritorum, in facto removebatur, cum in ſitu controverſo deſint fundamenta ad erectionem tantæ molis capacia, & in debilibus muris inibi exiſtentibus adſunt ſigna pro continuanda porticu, non autem pro elevatione Turris, ut exponit *præterita Deciſio ſub §. ad ſecundum autem*: neceſſaria verò demolitio veteris Campanilis, præter quod non probatur, etiam probata non relevaret, quia non exindè infertur neceſſaria conſtructio novi ædificii, intolerabile præjudicium vicino inferentis.

Et ità tranſeundo cum fundamentis *alterius Deciſionis*, ac in omnibus illam approbando *in deciſis perſiſtendum eſſe* DD. reſponderunt, Monialibus de Ruffis ſuper admiſſione articulorum, & electione tertii periti dumtaxàt informantibus &c.

R. P. D. RONDININO

Senogallien. quartæ Funeralis.

Ven. 11. Januarii 1686.

ARGUMENTUM.

Agitur de Privilegiis exemptivis à ſolutione quartæ Funeralis, quoad Carmelitas.

SUMMARIUM.

1 *Sententia injuſta non tranſit in judicatum ob non interpoſitam appellationem.*
Sed adverſus illam ſuccurrendum eſt læſis beneficio reſtitutionis in integrum.
2 *Carmelitarum Privilegia exemptiva à ſolutione quartæ.*
3 *Privilegia communicantia eximunt à ſolutione quartæ.*
4 *Exemptio Privilegiativa à ſolutione quartæ habet locum in legatis, & relictis occaſione funeris ſicut in cereis, & intortitiis, ſed contrarium deciditur.*
5 *Privilegia exemptiva loquentia de quarta comprehendunt relicta, & legata, & etiam cerea, & emolumenta de tempore funeris.*
6 *Quarta Funeralis propriè intelligitur de Cereis, & emolumentis de tempore funeris, & tumulationis cadaverum oblatis.*
7 *Privilegia generaliter, & indefinitè eximentia à ſolutione quartæ funeralis, generaliter, & indefinitè intelligi debent, non autem limitativè ad certam ſpeciem illius.*
8 *Privilegium Carmelitarum ſuper ſolutione quartæ eſt ampliſſimum, & copioſius quocumque alio.*
9 Decretum Concilii Trid. ſeſſ. 25. cap. 13. de reformat. *reſtringitur ſolum ad Monaſteria ante Concilium fundata, & quæ jam per annos quadraginta quartam ſolvebant.*
10 Decretum Concilii Trid. ſeſſ. 25. cap. 13. *non comprehendit monaſteria poſt publicationem Concilii fundata ex illis Religionibus, quæ ante Concilium quadraginta annis ante exempta erant.*
11 *Monaſterium Carmelitarum Senogalliæ.*
12 *Bulla Gregorii XIII. ſuper ſolutione quartæ non revocat Bullam B. Pii V. ſed tantum reducit ad terminos, & limites Concilii.*
13 *Conſuetudo ſuper ſolutione quartæ debet probari in caſu ſpecifico.*
14 *Decreta Sacrarum Congregationum, & ſententiæ latæ favore Parochorum contra Regulares ſuper ſolutione quartæ in caſibus contingentibus in Urbe, non merentur allegari ad legem totius Orbis.*
15 *Concordia, ſeu Statutum in Clerum, & Regulares Romana, ſuper ſolutione quartæ hic recenſetur.*
16 *Decreta pro ſolutione quartæ, edita pro diverſis locis extra Urbem, non habeat locum in Monaſteriis fundatis poſt Concilium ex illis Regularibus, qui per quadraginta annos ante Concilium erant exempti.*
17 *Recenſentur Decreta Sacræ Congregationis Concilii ſuper ſolutione quartæ inter Regulares exemptos*

DECIS. VIII.

INjuſtam cenſuit hodie Rota Sententiam, per
quam Eminentiſs. Dominus meus Vicecomes
tunc noſtri Tribunalis Auditor pronunciavit
Capitulo antiquiori Cathedralis Senogalliæ unico Parocho ejuſdem Civitatis deberi quartam Funeralem ex omnibus cæreis, & intortitiis, quibus aſſociantur, & tumulantur cadavera eligentium ſepulturam in Eccleſia Carmelitarum, ideoque non tranſiviſſe in judicatum ob non interpoſitam
apparitionem, juxtà *Text. in l. 4. §. condemnata, ff.* 1
de re judic. ſed adversùs illam ſuccurrendum eſſe Patribus læſis beneficio reſtitutionis in integrum, quod in his caſibus leges, & noſtrum Tribunal indulgent, partim autem *in deciſ. 67. num. 1. par. 18. rec. & cor. Priol. deciſ. 462. num. 2.*

Siquidem diſpoſitioni Juris communis in Capitulo primo, & in clement. dudum de ſepulturis, derogatum legitur per ampliſſima privilegia, qui-
bus Carmelitana Religio à Sede Apoſtolica decora- 2
ta fuit tàm ſpecialiter à Nicolao V. Clemente VIII. & Paulo V. mediantem Bullis relatis *in Summ. ejuſdem num. 1. & 2.* quam generaliter à Leone X. med. alia Bulla communicatoria privilegiorum om-
nium aliis regularibus conceſſorum, de cujus ef- 3
fectum in ſimili tradit *Tondut. quæſt. benef. 88. nu. 3. Rot. coràm Coccin. deciſ. 1072. num. 3. & cor. Peming. deciſ.*

Digitized by Google

deciſ.243.n.1. adeoût ſtatutum dd. privilegiis privan-
tibus legem fruſtrà legis diſpoſitio allegatur *Canon.
privilegia diſtinct.* 3. & in his præciſis terminis ſtatui-
tur in *cap. in noſtram de ſepulturis, Archangel. Caracc.
de quarta funeral. cap.1. Rot. in dd. deciſionibus cor. Coccin.
& Peuting. mox allegatis num.* 2. *&* 11. reſpectivè,
& deciſ. 263. num. 2. par. 15. recent.

Nec ad reſtringen. portionem privilegiorum
amplitudinem attendenda videbatur interpræta-
tio, quod ſcilicet illa operari ſolum debeant
exemptionem à ſolutione quartę debitę ex legatis,
aliiſque obventionibus occaſione funeris elargiri
ſolitis, non autem ex cæreis, & intortitiis, quæ ſub
hodierna controverſia cadunt, ut alias reſp. Ro-
4 ta in dd. deciſionibus coràm Eminentiſſimo Do-
mino meo Vicecomite editis. Supponitur enim,
quod ſub generali nomine quartæ funeralis inde-
finitæ comprehendantur non ſolum illa debita ex
legatis, ſed etiam ex cæreis, ut probat *Text. in ex-*
5 *travag. cunctas ſub §. Porro verſ. funeralia verò de privil.
gloſ. in d. clement. dudum, verb. funeralibus de ſepult.
Tamburin. de Jure Abb. tom. 1. diſput. 15. quæſt. 17.
num. 4. Lavor. var. Lucubrat. tit. 2. cap. 17. num. 18.
& ſeqq.* cùm aliis cumulatis in prima deciſione
hujus Cauſæ *coram Emin. Mediolanen. §. proindeque.*

Immò ſecundum frequentiorem uſum lo-
6 quendi, & magis obſervatam praxim in quarta
funerali intelligitur propriè de cæreis, & emolu-
mentis de tempore funeris, & tumulationis cada-
verum oblatis, ad *Text. in d. extravag. inter cunctas,
Tamburin. de Jur. Abb. loco mox allegat. Antonell. de
regim. Eccleſ. lib. 1. cap. 13. num. 2. Rot. in Elect. Ju-
rium Parochialium 6. Julii* 1631. coràm Quicippo,
cùm quibus concordat etiam Bulla Beati Pii mox
referenda declarantur ſolutionem quartæ funeralis
à Concilio Tridentino demandatur reſtring. ad cæ-
rea tamen, non autem extendi ad legata pia reli-
cta.

Sequitur, quod cùm privilegia prædicta ge-
7 neraliter, & indefinitè eximunt à ſolutione quartæ
funeralis generaliter, & indefinitè intelligi de-
bent, non autem limitativè ad certam ſpeciem il-
lius juxtà *Text. in l. de pret. ff. de public. in rem action.*

Quæ regulæ ſi benè applicantur quibuſcumq;
privilegiis exemptivis generaliter, & indefinitè
loquen., eo magis favent Carmelitan. Religioni,
cujus particulare privilegio à Nicolao V. indul-
tum reſpectu ſolutionis controverſæ quartæ am-
pliùs, & copioſius eſt quocumque altero cætera-
rum Religionum mendicantium per alios Summos
8 Pontifices conceſſo, ut recognovit, & teſtatur
Collectorum Privilegiorum mendicantium *verb.
Canonica portio num. 5. Caren. reſol. 246. ſub num. 3.
verſ. nec etiam Rodriquez. regular. quæſt. tom. 1. quæſt.*
39. *art. 2. ſub princ.*

Minùs allegari meretur conciliare decretum
œconomicæ *Synodi Tridentini d. ſeſſ. 25. cap. 13. de re-
form.* per quod prætendebat Capitulum non ſolum
confirmatum Jus ex antiquis Canonibus compe-
tens Parocho prò exactione controverſæ quartæ,
ſed etiam derogatum quibuſcumq; conceſſionibus
gratiis, & exemptivis ex illius enim lectura patet,
quod tale decretum reſtringitur ſolùm ad Mona-
ſteria, & Loca pia antè Concilium fundata, & quæ
jàm per annos 40. Eccleſiæ Parochiali quartam fu-
9 neralem ſolvere conſueverant mandans Sacra Sy-
nodus talem ſolutionem ab eis continuari adhunc
effectum revocatis Privilegiis -- ibi -- decrevit
Sac. Synodus quibuſcumque in locis jam antè an-
nos 40. quæ funeralium quarta dicitur Capituli, aut
Parochiali Eccleſiæ ſolita eſſe perſolvi, & poſteà
fuerit ex quocumque privilegio aliis Monaſteriis,
&c. conceſſa eadem poſthac integro Jure Cathe-
drali, ſive Parochiali Eccleſiæ perſolvatur non
obſtan. conceſſionibus gratiis, & privilegiis, &c.
Ideoque non comprehendit Monaſteria poſt publi-
cationem Concilii fundata ex illis Religionibus, 10
quæ vigore privilegiorum Apoſtolicorum conceſ-
ſorum 40. annis antè Concilium à ſolutione talis
quartæ exempta ſunt, quale eſt illud Senogalliæ
anno 1628. fundatum, & per conſequens 64. annis
poſt Concilium publicatum anno 1564. & ex Re- 11
ligione Carmelitana privilegiata à Nicolao V. anno
1449. & per conſequens 115. annis antè idem Con-
cilium, ut declarando d. decretum ſtatuit S. Mem.
Pius V. mediante Conſtitutione impreſſa in Bul-
lar. nov. Cherub. inter alias ejuſdem Pontificis la
41. §. 11. *diſpoſitivo tom.* 2. à Sac. Congregatione
Concilii ſæpe ſæpiùs executa in pluribus caſibus
relatis *per Lezan. in Summ. quæſt. regul. tom. 4. verb. quarta
funerali num. 5. Rodriquez. cod. tract. tom. 1. quæſt.* 39.
art. 2. in fine Miranda in manual. Prælator. tom. 2. quæſt.
48. *art. 7. Tambur. loco citato num. 15. Barboſ. de offic.
Paroch. cap. 25. num. 13. Rot. cor. Coccin. d. deciſ. 177.
num. 4. cor. Royas deciſ. 179. num. 8. coram Peuting.
deciſ. 243. num. 13. & in rec. deciſ. 263. num. 19. par. 15.*

Non ſubſiſtente, quod Bulla B. Pii V. revoca-
ta fuerit per aliam ſubſequentem Gregorii XIII.
quià iſta nõ revocat, ſed tamen reducit ad terminos 12
& limites Concilii, ut reſpicit Sac. Congregatio
Concilii *d. Caracc. de quarta funerali cap. 2. Gutierez.
de Juram.* confirmationis *par. 2. cap. 4. nu.* 3. & reſpi
cit *Rot. cor. Coccin. d. deciſ. 1072. num. 6. & in par. 15
d. deciſ. 263. num. 15.*

Conſuetudo autem ſuper qua præcipuè inſi-
ſtebant deciſiones præcedentis inſtantiæ, & infor-
mantes prò Capitulo non ſatis juſtificata, & rele-
vans videbatur. Aut enim allegatur conſuetudo
generalis totius Orbis deducta ex authoritate, &
dictis plurimorum Doctorum referen. quod quar-
ta funeralis debita ex cæreis, & aliis rebus tem-
pore funeris oblatis, etiam à Religioſis mendican.
ſolvi ſoleat, aut ſpecialis totius Provinciæ elicita
ex atteſtationibus plurium Epiſcoporum, & Capi-
tulationem id ipſum in ſuis Diœceſibus obſervar
dicen. necnon Civitatis Senogalliæ probata ex te-
ſtibus deponen. de ſolutione controverſæ quartæ,
& omiſſo, quod contraria obſervantia non ſolven-
di dictam quartam vigore privilegiorum nõ obſcu-
rè indicatur, ex aliis cõtrariis atteſtationibus exhi-
bitis *in Summ. PP.* a. 15. & decretis Sacræ Congrega-
tionum inferiùs referen. ſatisfecit reſponſio, quod
cùm neutra ex præteritis conſuetudinibus probata,
& relata appareat cum diſtinctione inter Monaſteria
ædificata antè, vel poſt Concilium, & habentia,
nec nè obſervantiam quadragenariam ſolvẽdi quar-
tam antè Concilium, in qua qualitate conſiſtit
Card. præſentis deciſionis attendi non meretur ad
deſtructionem, & abrogationem privilegiorum
ſuperiùs indicatorum cùm certa ſit regula, quod 13
conſuetudo nihil operatur, niſi percutiat ſpecifi-
cum caſum controverſiæ cùm omnibus ſuis quali-
tatibus, & circumſtantiis *Caſtreaſ. conſ. 340. in fine
lib. 2. Cravett. conſ. 291. num. 20. verſ. ad tertium, Ro-
ta coràm Dunozett. Jun. deciſ. 616. ſub num. 4. & in
par. 19. deciſ. 98. num. 19.*

Denique ſuffragari non videbantur Capitulo
plura decreta, & reſponſa Sacrarum Congrega-
tionum, & ſcientiæ latæ favore Parochorum con-
tra regulares pro ſolutione controverſiæ quartæ,
aut

aut enim loquimur de caſibus contingentibus in
14 Urbe, & allegari non merentur ad legem generalem totius Orbis, quià fundamentum habet in partiali, & antiquiſſima conſuetudine deducta in contractum, ſeù in concordiam inter Clerum, & Regulares Romanos uſque ab anno 1305. confirmatam ſubinde ab Eugenio IV. Summo Pontifi-
15 ce anno 1431. & relatam in ſtatuto veteri Cleri Romani apud *Pignatell. conſult. Canon. tom. 1. conſult. 52. num. 9. & Card. de Luc. diſc. 25. num. 1. & de Paroch.* per quam quilibet Regularis ad ſolutionem quartæ funeralis obligatur, quæ conventio, & conſuetudo extendi non valet de caſu ad caſum, neque de loco ad locum *l. quod verò contrà, & l. Jus ſingular. ff. de leg. Bartol. in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto, ff. de Itin. actuque privatur Gratian. diſcept. forenſ. cap. 264. numer. 69. Not. coram Buratt. deciſion. 129. num. 5. & 6.*

Aut loquimur de aliis controverſiis diverſorum locorum per dicta decreta definitis, cumque non conſtet, quod in caſibus propoſitis ageretur de quarta ſolvenda a monaſteriis fundatis poſt
16 Concilium ex illis Regularibus, qui per 40. annos antè Concilium privilegiatam habent exemptionem à ſolutione quartæ intelligenda ſunt ſecundùm terminos, & applicationem d. diſtinctis, & ſecundùm illam conciliandа ad hoc, ut concordent cum diſpoſitione Juris à quo deſcripta, & decretata omnia interpretationem ſumant *l. reſcripta Cod. de precib. Imper. offer. Rota coràm Mantic. dec. 213. num. 3. & coràm Eminentiſſimo Cerro deciſ. 145. num. 11.*

Eoque magis talem conciliationem, & intel-
17 ligentiam DD. neceſſariam putabant, dum ex aliis decretis Sacræ Congregationis Concilii relatis in Summ. PP. Carmelitarum apparet, quod prædicta diſtinctio inter Monaſteria ædificata antè, vel poſt Concilium, & haben. privilegia per annos 40. antè idem Concilium fuit pluriès approbata, præcipuè autem anno 1604. ad inſtantiam PP. Carmelitarum, quibus Sacra Congregatio Concilii reſpicit ſunt verba præciſa decreti -- *Monaſteria ædificata à 40. annis citra non teneri ad ſolutionem quartæ funeralium ſi modo ſint ejus Religionis, cui à Sede Apoſtolica antè 40. annos indultum ſit, ut eamdem quartam non teneantur ſolvere* -- Quæ reſolutiones uti ſæpiùs æditæ à Congregatione ſpecialitèr deputata ad interpretationem decretorum Sac. Concilii apprimè diſtinguen. caſus omnes, & declaran. aliàs æditas ad determinationẽ præſentis controverſiæ allegare ſufficeret in noſtro Tribunali, quod illas reverentèr ſuſcipit, & inviolabilitèr obſervat ad hunc præciſum effectum proteſtatur, & obſervat *in d. deciſ. 263. num. 11. par. 15. rec.*

Præſertim verò quià d. decretum anni 1604. fuit poſteà ad petitionem totius Religionis Carmelitanæ per ſa. me. Paulum V. ſpeciali conſtitutione inter ejus impreſſæ in bullario novo la 41. in ordine confirmatum, & quidem cum ſolito decreto irritanti, & clauſula ſublata, quæ claudit os Judici, & parti d. conſtitutionem impugnare, & infringere volente, & notat *Rota cor. Merlin. deciſ. 525. num. 3. & 4. & in rec. deciſ. 180. ſub numer. 1. par. 2. & deciſ. 234. num. 9. & 10. par. 12. rec.*

Ex quibus reſolutum eſt non conſtare de re judicata utraque parte audita.

R. P. D. URSINO

Valentina Vicariæ.

Lunæ 7. Junii 1694.

ARGUMENTUM.

An mentio Beneficiorum per prius obtentorum requiratur etiam in Incompatibilibus.

SUMMARIUM.

1 *In Beneficialibus requiritur ſpecifica mentio per prius obtentorum.*

2 *An requiratur hujuſmodi mentio in beneficiis incompatibilibus, quæ ipſo Jure vacant, ut videatur ſupervacanea expreſſio.*

3 *Ratio propter quam debent exprimi per prius obtenta.*

4 *Beneficiorum etiam incompatibilium mentio debet fieri in aſſequutione Secundi Beneficii juxtà veriorem opinionem.*

5 *Aſſignatur ratio propter quam ſit mentio Incompatibilium Beneficiorum.*

6 *Subreptio oritur, non ſolum, quando impetrans reticet cauſam finalem, & inductivam, quæ movet Papam ad denegandum, ſed etiam ſi tacet id, à quo Papa impelli poteſt ad non concedendum.*

7 *Bona fides, & Ignorantia nn excuſet in taciturnitate Beneficiorum per prius obtentorum.*

8 *An requiratur expreſſio Beneficiorum Unitorum.*

DECIS. IX.

PRæſuppoſita generali in beneficialibus theorica ad validam beneficii aſſequutionem neceſſariò requiri per prius obtentorum ſpecificam mentionem, ac eorum data taciturnitate Principis reſcriptum invalidari, & gratiam uti ſubreptitiam ipſo Jure corruere, ità ut beneficium, ut prius vacare dicatur ad textus litterales *in cap.*
Si motu proprio, & in cap. non poteſt, verſic. cum de Pre- 1
bend. in 6. & cap. Cum adeo, verſic. Cum enim, cap. Ad audientiam il ſecondo, cap. In noſtra de reſcriptis, in his terminis exornatos *à Selva de benefic. par. 3. quæſt. 11. num. 41. Pariſ. de Reſignat. lib. 10. quæſt. 2. Garz. de benefic. par. 1. cap. 2. num. 126. Roſa de Exequut. litter. Apoſt. cap. 5. num. 30. & 306.* & tenent *Adden. ad deciſ. 90. num. 89. par. 9. recent. & Rota poſt Por̃b. de Manut deciſ. 91 in principio*; Non modica hodie excitata fuit controverſia ſuper illius applicatione, & an locum ſibi vindicaret ſolum quoad beneficia antea aſſequuta compatibilia cum novitèr obtento, an verò etiam quoad incompatibilia militaret, quæ ipſo jure per ſecundi aſſequutionem vacare debebant, in qua DD. in claſſes ſciſſis, nonnulli firmitèr tenent nullitatem aſſequutionis à Jure Canonico inductam ob obtentorum taciturnitatem, verificari ſolum in compatibilibus, vel in iis, quæ retineri prætenduntur; ſecus autem in beneficiis,
quæ jam legis miniſterio vacare contigit in ſecun- 2
di aſſequutione, quorum expreſſio videtur in his terminis ſupervacanea, prout hac inducta ratione opinionem tuetur *Monter. de commut. ultim. volunt. cap. 6. num. 253. & ſeqq. Maſcard. de Probat. concluſ. 887. num.*

*num.*26. ubi propoſitionem firmat retenta ſententia
antiqui Gloſſatoris Regularum Cancellariæ,ejus
ſenſui ſe etiam conformat *Cochier. in comment. ad re-
gul.*61. *n.* 9. *Vivian. de Jurepatronat. lib.*14. *cap.*3. *nu-
mer.* 99. qui ex firmatis per *Moneta*m. loquitur du-
bitativè, & per verba eſt probabile. *Gonzal.in pri-
ma impreſſione ad regul.* 8. *Cancell. gloſ.*15. §.2.*num.*68.
*& Rota coram Mohedan.deciſ.*14. *de Præbend. aliàs* 171.
num. 3. *& per totam*.

Rationemque diſparitatis inter obtenta, quæ
compati poſſunt, ac incompatibilia memoratæ
opinionis ſectatores eam reddunt, ut eatenus ſit
opus exprimere compatibilia, quia cum ſit Sacris
Canonibus adverſativa beneficiorum pluralitas,
Papa debet eſſe inſtructus de multiplicitate, &
qualitate retentorum, cum forſan ex illa juridicè
3 moveri poſſet ad denegandam gratiam, quod non
applicatur ſi primum beneficium eſt cum ſecundò
incompatibile, & per illius aſſequutionem ipſo
Jure vacare debet, quia tunc Papa ex illius narra-
tiva difficilior non redderetur ad gratiam conce-
dendam, quam proinde nec vitiari autumant à
taciturnitate ad ea, quæ tradit *Maſcard.de probatio-
ne citat. lib.*2.*concl.*887. *num.*31. *&* 33. & communi-
ter ſuperius relati.

Contrarium tamèn uti firmiori rationum, &
auctoritatum calculo fulcitum, hodiè DD. tenue-
runt, firmantes ſenſum, in aſſequutione ſecundi
beneficii, prioris etiamſi incompatibilis, & ipſo
Jure vacaturi, mentionem faciendam eſſe, ità ſuaſi
a litterali ſanctione textus *in cap. Poſtulaſti* 27. *de
reſcriptis*, ubi Innocentius Tertius à Cypriano
4 Epiſcopo Vvatislavienſi conſultus, per ea quæ
tradit *Gonzal. in hunc textum*, ità reſpondit -- *Quod
cum per formam prædictam neceſſitatibus Pauperum Cle-
ricorum, qui nullum ſcilicet Eccleſiaſticum Beneficium aſ-
ſequuti, ſicut ibidem exprimi conſuevit Sedes Apoſtolica
duxerit ſuccurrendum, perpetuus Vicarius, niſi de Vica-
ria fecerit mentionem, commodum reportare non debet, de
huiuſmodi litteris, utpotè veritate tacita impetratis;
Non enim carere Beneficio Eccleſiaſtico dici debet, cui com-
petenter de perpetuæ Vicariæ proventibus eſt proviſum, &
pro habenti beneficii ſufficientis ſubſidium, & certa ſcien-
tia ſuper obtinendo alio beneficio de levi non ſcribimus,
quin faciamus de primo in noſtris litteris mentionem* - Ex
qua aperta ſanctione, cum reſultet proviſionem
obtentam de Beneficio ſecundum formam Apoſto-
licam, per quam ſuccurritur Clericis Altari inſer-
vientibus, nullam eſſe non facta mentione Vica-
riæ perpetuæ obtentæ, emergit generalis propo-
ſitio incompatibilium retentionem Papæ narran-
dam eſſe, ne gratia ob tacitam veritatem nulla re-
maneat, per ea, quæ in ſpecie animadvertit *Gon-
zalez Tellez in cap. ad aures de reſcriptis, ubi Abb.num.*9.
per hæc ſingularia verba quæſtionem decidit - *Aut
per receptionem ſecundi vacat primum ipſo facto, & eſt
majus dubium, de ſubtilitate, & rigore teneo ſententiam
Cald, quia ſi fortè Papa ſciviſſet de qualitatibus primi
non abſolviſſet eum à primo Beneficio concedendo ſibi ſecun-
dum*, & facit ratio *in cap. Poſtulaſti*: Et ibidem
Felin. numer. 4. *Gonzal. ad regul.*8. *Cancellar. gloſ.*15.
§. 2. *numer.* 68. *verſ. Adverte*, ubi ſe retractat ab
opinione prius tenta, & ſe adſcribit claſſi requi-
rentium mentionem incompatibilium, aſſerens
opiniomem hanc veriorem eſſe, & magis commu-
nem, ut videre eſt in ſecunda impreſſione poſt
Auctoris obitum ędita cum additionibus ex ipſius
manuſcripto exemplari erutis, quam cum non vi-
diſſet *Garzia*, idcircò pro contraria ſententia *Gon-
zalez* allegat, & refutat. *Corrad. in prax. diſpenſat.
lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 51. *Garz. de Benefic.par.prima cap.*2.
num. 126. *& ſeqq.* ubi refert ad aſſumptum indivi-
dualem noſtri Auditoris reſolutionem in *Calaguri-
tana Canonicatus, & Præbendæ* 23. *Martii* 1579. *co-
ram Blanchetto*, & ſequitur *coram Seraphin. deciſ.*483.
per totam, & penès *Coccin. deciſ.* 1639. *&* 1662. & fuit
articulo examinato deciſum *in Burgi Sancti Sepul-
chri Prioratus* 17. *Junii* 1658. *coram Reverendiſſimo
Mediolanen.*

Ratio autem animativa optimè deducitur à
memorato textu *in cap. poſtulaſti*, cum enim ibi Pa- 5
pa proteſtetur non de facili literas impartiri ſuper
novo beneficio aliud obtinentibus, duplex emer-
git ponderatio, per quam Pontifex difficilior reddi
poteſt ad gratiæ conceſſionem narrata alterius
etiam conſimilis Beneficii aſſequutione: Prima eſt,
quia forſan Papa conſiderato ſervitio Eccleſiæ,
cui addictus eſt Impetrans, ad refrenandum ambi-
tionis, & avaritiæ fucum, quo fortaſſè doci valeret
novam exquirere gratiam, retrahi poſſet ab illa
concedenda, provido nolens conſilio, abſolvere
Impetrantem à vinculo prioris beneficii, ut firmiùs
roboretur in vocatione, qua primitùs vocatus eſt,
cum id paſtoralis officii ſollicitudine ſecundum fa-
cti circumſtantias expoſcat. Altera verò reſidet in
eo, quod cum potiora Jura, Canonicæ ſanctiones
ſuper vacaturis Beneficiis impartiantur pauperibus
Clericis nullo Eccleſiaſtico ſubſidio proviſis,
quam cæteris jam Beneficiatis, potuiſſet Papa nar-
rata alterius Beneficii impetratione, excludere
jam proviſum præferendo non Beneficiatum, ſicque
cum dari poſſet caſus, ut ex mentione Princeps
difficilior redderetur, expreſſio ſemper eſt neceſ-
ſaria, ad notiſſimum Textum *in cap. ſuper litteris de
reſcriptis*, his, & conſimilibus argumentis exorna-
tum ab *Abbate in cap. Ad Aures num.* 9. *& Felin. ibi-
dem num.* 3. *de reſcript.* ac innuit punctualiſſimè *Rota
coram Seraph. deciſ.* 483. *num.* 7. *verſ. ſed in cura*.

Tantaque eſt vis ponderatarum rationum, ut
nulla emergat differentia ſi Beneficia primo obten-
ta ſint ejuſdem, vel diverſæ ſpeciei cum noviter aſ-
ſequuto, cum non ex qualitate Beneficii, & majo-
ri, vel minori aptitudine Beneficiati requiratur
expreſſio, ſed a ratione impulſiva novæ gratiæ de-
negandæ, quam Papa depromere valeret à narra-
tiva primevæ proviſionis, quam ad hunc effectum
exprimendam eſſe Doctores conſiderant, ut ratio-
ne eruta à *cap. poſtulaſti* ſæpius laudato firmant *Abb.*
cæterique DD. nuper allegati.

Hoc igitur retento themate nil urget, quod
ſtante vacatione primi obtenti, quæ ipſo jure re-
ſultat ab aſſequutione ſecundi, excludatur Bene-
ficiorum multiplicitas, quæ regulariter eſt ratio
finalis, & motiva denegandi novam proviſionem,
& qua tacita reſultat ſubreptio. Nam vitium ſub-
reptionis non tantùm exoritur quando impetrans
reticuit cauſam finalem, & inductivam, qua regu-
lariter Papa moveri ſolet ad gratiam denegandam, 6
ſed etiamſi tacuerit id, à quo Papa impelli poſſet
ad non concedendum, licèt aliàs conceſſerit, dum-
modò non tàm facilè, per individuam *Abbatis* do-
ctrinam *in cap. Poſtulaſti num.* 1. *lit. F. verſ. Ex quo
colligitur*, ubi in noſtris terminis ità concludit --
*Ex quo colligitur, quod ſubreptio vitiat litteras, nedùm
quando fuit cauſa inductiva, & finalis gratiæ, ſeu re-
ſcripti, ſed etiamſi fuit cauſa impulſiva, ut quia Princeps
aliàs conceſſiſſet ceſſante ſubreptione, ſed non tam facile;
undè ſubreptio fuit cauſa impellens, & ſic habes caſum no-
tabilem, & ſingularem, quo ceſſante cauſa inductiva, ſeu
cauſa impulſiva exiſtente falſa corruit diſpoſitio, & hoc eſt*

in

Digitized by Google

in odium materiæ Beneficialis propter ambitionem reprimendam.

Hinc vim aliquam non faciunt Doctores, & rationes pro prima opinione allegari, nam omnia reſutantur ſolidioribus argumentis à tenentibus contrariam ſententiam, ut ex ſuperiùs animaverſis; immò aliqui eorum ſe retractant, ut *Gonzalez*, alii loquuntur dubitativè, ut *Vivianus*, quidam ſe uniformant ſenſui antiqui *Gloſſatoris* communiter reprobati uti loquentis perfunctoriè, & ſine auctoritate, ut *Kœbier.* & *Maſtardus*, alii denique hypotheſi non applicantur, ut *deciſio* 14. *Mohedani*, ea enim firmat neceſſariam non eſſe mentionem qualitatis primi obtenti, utpotè, quod Canonicatus poſſideretur ſub eodem tecto illius noviter impetrati, à quo inferri non valet ad mentionem faciendam Beneficii abſolutè conſiderati, prout explicat *Garz. de Beneſic. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 127. *& ſeqq.* Proindeque contraponi non merentur tot inſignibus Doctoribus præcisè in caſu loquentibus, totq; noſtri Tribunalis reſolutionibus articulo ſeriò examinato editis.

His itaque maturè præhabitis, juremeritò hodiè Patres reſponderunt literas Apoſtolicas Laurentii eſſe exequendas; Cum enim illæ in partibus reſpicientibus unionem controverſæ Vicariæ, & valorem verificentur à confeſſione Collitigantis in aliis Apoſtolicis literis emiſſa, fruſtrà quoad illas juſtificatio contenditur, & quoad fundamentum gratiæ ſiſtens in vacatione Beneficii, ut priùs ob impetratam à Hyacinto Vicariam non facta mentione alterius Vicariæ perpetuæ S. Valerii, quam priùs obtinebat, cum ex ſuperiùs deductis ſatis remaneat juſtificatum, hinc de plano intrat reſcriptum pro literarum Apoſtolicarum executione.

Neque relevabat, quod ſtante opinionum contrarietate ſuper narratione facienda, vel omittenda prioris obtenti incompatibilis, Hyacinto
7 opitulari debeat bona fides, cujus tutamine excuſari valeat à nullitate proviſionis, prout hoc admiſſo motivo reſolvit *Rota coram Coccin. in allegat. deciſ.* 1639. *num.* 11. Etenim bona fides tunc intento deſervit, quando cum dubietate juris concurrit mixtà facti ignorantia, ut erat in caſu *deciſionis Coccini* in objecto laudatæ, ſicut clarè præſefert lectura illius confirmatoriæ apud eumdem *Coccin. deciſ.* 1662. *num.* 7. 8. *& ſeq.* Secùs autem quando ſola juris ignorantia concurrit, quæ nunquam excuſat à pœna à jure inflicta ob nullitatem actus, ut in præciſis terminis firmat *Gloſſ. in cap. Ad aures, verb. Taceatur, de reſcript.* & ibi *Archidiac. num.* 2. *Corrad. in prax. diſpenſ. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 51. *Roſa de execut. lit. Apoſtol. cap.* 5. *num.* 32.

Potiſſimùm in facti ſpecie, in qua poſt editam *deciſionem Seraph. la* 483. concors DD. inolevit opinio incompatibilium etiam faciendam eſſe mentionem, itaut ferè nullus de hoc dubitaverit, ſicque ignorantia eſſet nimis ſupina, ac inepta ſufficientem bonam fidem præſtare ad validandum actum aliàs de jure vitiatum.

Minuſque obſiſtebat Pontificem in regula 55. de valore mandaſſe exprimendum eſſe valorem prius obtentorum exceptis illis, quæ vigere ultimæ proviſionis vel voluntariè, vel de jure dimittere teneretur; Nam ab expreſſione valoris non currit argumentum ad mentionem de Beneficio faciendam: Diverſæ namque ſunt diſpoſitiones, diſparatis rationibus Papa in iis ità ſancivit, ac diverſa legali cenſura una ab altera lege contradiſtinguitur. Valoris namque, expreſſionem Papa exigit, ut ſecundùm perſonarum qualitatem redditus Eccleſiæ diſtribuat; mentionem verò obtentorum requirit ne oſcitanter quis à priori vinculo abſolvatur, vel præſeratur non Beneficiato, ut benè per *Abbat. in dicto cap. Ad aures, de reſcript. nu.* 5. *verſic. Puto tamen, & num.* 9. Unde cum à diverſis de jure non fiat illatio, à regula de valore exprimendo ad limitationem *Text. in cap. Poſtulaſti, de reſcript.* minus juridicè arguitur.

Demum nihil urgebat ſubreptionem in caſu vitari ex quo Vicaria Sancti Valerii per priùs à Hyacinto obtenta unita erat dignitati Sacriſtæ Cathedralis Valentinæ, itaut ſuper ea non potue- 8
rit Papa in proviſione alterius apponere decretum vacationis eo ipſo, & reſervationis favore Sedis Apoſtolicæ. Nam præmiſſo contrarium eſſe ſtylum Datariæ, & Papam poſſe etiam in Vicariis ad nominationem apponere reſervationis ſpecialis Decretum, per ea, quæ articulo formiter diſputato firmavit *Rota in Lauden. Vicariæ* 29. *Martii*, confirmata 14. *Junii currentis anni coram R. P. D. meo Caprara*. Satisfacit reſponſio, neceſſitatem expreſſionis primi obtenti incompatibilis non exoriri ab intereſſe Sedis Apoſtolicæ, quod in hypotheſi minimè ſpectatur, ſed à diſpoſitione juris reſiſtentis taciturnitati obtentorum ob poſſibilem Papæ voluntatem concedendi, vel denegandi gratiam, quæ cum æquè benè militet ſive incompatibile Papæ reſervetur, ſive non, idcircò ex vi regulæ omnia beneficia indiſtinctè comprehendit, ex theoricis ſupra firmatis.

Et ita utraque Parte audita concluſum fuit in cauſa, &c.

R. P. D. EMERIX

Mediolanen. quartæ funeralis.

Ven. 21. Junii 1694.

Argumentum patet ex Summario.

1 *Quando dicatur conceſſa exemptio, & libertas Eccleſiæ Confraternitatis à Juriſdictione Parochi.*

2 *Parocho non aſſiſtit Jus contra Confraternitates habentes exemptionem ratione cadaverum in Eccleſia Confraternitatis.*

3 *Divus Carolus Archiepiſcopus Mediolanenſis habebat ampliſſimum indultum quoad Eccleſias Diœceſanas.*

4 *Obſervantia exemptionis pro Confraternitate contra Parochum hic diſcutitur.*

DECIS. X.

POſt diuturnam acquieſcentiam Parochi, & Clericorum S. Mariæ Secretæ Civitatis Mediolani contrariæ deciſioni in Summario poſſeſſorio alias edita ſuper die 14. Martii 1622. coram bo. me. Merlino, in qua reſolutum fuerat concedendam eſſe manutentionem V. Eccleſiæ S. Nazzarij ad Petram Sanctam, & Confraternitati Sancti Hieronymi, ibidem congregate in quaſi poſſeſſione exemptionis à ſuperioritate dictæ Parochialis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, ac propterea non poſſit Parocum in Eccleſia Confraternitatis officia divina celebrare minus divini officii, ac tumulare cadavera

ac propterea non poſſe parochum in Eccleſia Confraternitatis Officia Divina celebrare, minuſque percipere obventiones, & emolumenta diſtribui ſolita pro celebratione Divini Officii, ac tumulatione cadaverum excepta quarta funerum, ibidem de Jure debita Ratione Curæ excitantes iterum præfati Parocus, & Clerici antiquam controverſiam inſteterunt coram Vicario Generali Mediolanen. prò declaratione eorumque ſuperioritatis, ac reſpectivè ſubjectionis Confraternitatis Eccleſiæ Parochiali, verum expedita per Confratres vigore litis pendentiæ in Rota conſueta inhibitione, eaque in partibus præſentata, & cauſa remiſſa ad Curiam, ſubſcripſi ego in locum bo. mem. Merlini ſubrogatus dubium, an & de cujus bono Jure conſtet etiam ad effectum procedendi ad ulteriora in expeditionem mandati de manutenendo, quod in hodierna Audientia propoſitum DD. affirmativè reſolverunt favore Confraternitatis.

Conſtat enim de illius bono Jure ex claro, & litterali tenore privilegii, per quod Glor. Mem. Divus Carolus Archiepiſcopus Mediolanen. prævia diſmembratione Jurium Parochialium ab Eccleſia S. Nazzarii illorumq; translationē ad alteram S. Mariæ primo dictam Eccleſiam cum ſuis ædibus, atque ædificiis, omnique Eccleſiaſtico, ac ædium prædictarum Regimine, & adminiſtratione perpetuò conceſſit V. Confraternitati S. Hiero- 1 nymi liberam tamen, & exemptam ab omni ſuperioritate præeminentia, & prærogativa Rectoris prò tempore exiſtentis dictæ Parochialis Sanctæ Mariæ, præterquam à quarta eidem Parochiali Sanctæ Mariæ de Jure debita, ut ſunt præciſa verba privilegii *Summ. Confraternitatis num.* 2. unde reſulſultat omnimoda exemptio, atque libertas Eccleſiæ Confraternitatis, ſic aſſignatæ à Juriſdictione Parochialis *jux. Tex. in cap. ſi Papa X. §. ſi autem de Privil. in 6. Abb. in C. ſignificaſti num.* 8. *& ſeq. de for. comp. Rota deciſ.*459. *num.*3.*coram Bichio deciſ.*274. *num.* 2. *par.* 17. *rec.* & proinde non poteſt Parochus Eccleſiaſticas functiones in illa peragere *cap. placuit, & C. Epiſcopus in Diœceſi* 7. *quæſt.* 1. *cap. Nullus de Parochiis, Card. de Luca eodem tractatu diſc.* 31. *nu.*5. *Rot. deciſ.* 2089. *num.* 18. *coram Coccino repetita in rec. deciſ.* 559. *num.* 25. *par.* 5. *deciſ.* 348. *num.* 2. *par.* 11. minuſque percipere obventiones, & æmolumenta pro celebratione Officii, & tumulatione cadaverum excèpta quarta funerali debita Ratione Curæ, ut proſequitur idem *Card. de Luca d. diſc.* 31. *num.*6. *&* 7. *Rota d. deciſ.* 2089. *num.* 22. *&* 24. *coram Coccino.*

Neque in contrarium obſtat juris aſſiſtentia militans favore Parochi habentis fundatam intentionem prò exercitio Jurium Parochialium, atq; exactionem emolumentorum intrà limites propriæ Parochiæ, ratione curæ, & adminiſtrationis Sacramentorum, quia prætèrquam quod Juris aſſiſtentia 2 ſuffragari non poteſt Parocho ubi, ut hic ſtatim conſtat de Privilegio exemptionis ceſſat objectū quoniam exactio emolumentorum ratione Curæ, & adminiſtrationis Sacramentorum, non fuit unquam eidem Parocho controverſa, nec minùs hodiè controvertitur per Confratres vindicare ſatagentes antiquam libertatem, tantum, quoad alia prævenientia ratione celebrationis Officiorum, ac tumulationis cadaverum in Eccleſia Confraternitatis quę nullam habent dependentiam à Jure Parochiali, ut obſervat *idem de Luca d. tract. diſc.* 31. *nu.* 5. *&* 6. prò quibus nulla prò eo militat aſſiſtentia Juris in exemptis Eccleſiis, quæ licet ſita intrà Parochiam ejuſque fines, non tamen dicuntur eſſe dictæ Parochiæ, neque ſub illa comprehenduntur, ad tradita per *Gloſ. in Clement. par. §. volumus verbo Diœceſani de foro comp. Gemin. in C. cum Epiſcopus num.* 4. *de offic. ordinarii, Barboſa de Jure Eccleſiaſtico cap.* 17. *num.* 22. *Tamburinus de Jure Abb. tom.* 1. *diſp.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 7. *Rot. deciſ,* 463. *num.* 4. *coram claræ mem. Card. Cerro deciſ.*348. *num.* 3. *par.* 11. *rec. & in Vicen. Juriſdictionis* 27. *Aprilis* 1678. *§. Ac ſucceſſivè coram me.*

Prout nec etiam afficit duplex exceptio elicita ex defectu poteſtatis, & voluntatis in concedente, non equidem prædicta poteſtatis deductæ, ex eo quod translatis Juribus Parochialibus ad Eccleſiam S. Mariæ, quæſitum fuit Parocho jus Præeminentiæ, & ſuperioritatis in Eccleſia Confraternita- 3 tis ſita intra limites propriæ Parochiæ, cui derogari non potuit per ſubſequutam exemptionem. Quia prætermiſſa, quod hujuſmodi exceptis allegari nequit per Parochum, qui Jus omne ſuum dimetitur ab eadem, tollitur objectum ex ipſa lectura Brevis, quo ſan. mem. Gregorius XIII. ampliſſimè indulſit Divo Carolo facultatem transferendi quaslibet Eccleſias, eaſque ſupprimendi, vel aliis, uniendi, & incorporandi, etiam nullo Rectorum requiſito conſenſu *Summ.* Confratrum *num. primo.*

Minùs etiam altera voluntatis deſumpta, ex eo quod conceſſio videatur limitata, quoad ſolum gubernium, & adminiſtrationem Eccleſiæ, ac ædium Sancti Nazzarii, nec valeat extendi ad omnimodam generalem exemptionem, à ſuperioritate Parochi, quoniam ex verbis conceſſionis Superius Relatis ſiquidem conſtat nullam fuiſſe Parocho præſervatam prærogativam, ſeù præeminentiam ſupra Confraternitatem, ſicque ſenſiſſe 4 concedētem apprimè convincit ſpecialis limitatio quartæ funeralis per modum exceptionis, quæ manifeſtam reddit ejuſque voluntatem, quoad Reliqua omnia jura non excepta *ad Tex. in L. cum Prætor. ff. de Judic.* & traditur in his terminis *per Rotam deciſ.* 9. *num.* 16. *par.* 19. *Recent.* & fortiùs quando favore Confraternitatis accedit ſubſequuta obſervantia generalis exemptionis incepta de tempore conceſſionis, & ſpatio 40. annorum pacificè continuata cum omnimoda acquieſcentia Parochi, & Clericorum, ex qua apprimè declaratur mens concedentis, & quomodò conceſſio veniat intelligenda ad *Tex. in cap. cum dilectus de conſuetudinibus, Honded. conſ.* 92. *num.* 30. *lib.* 1. *Rota deciſ.*7. *nu.* 6.*coram Celſo deciſ.* 244. *ex num.* 36. *verſ. prout etiam, coram Bichio deciſ.* 385. *num.* 38. *par.* 19. *recent.*

Non Refragante contraria obſervantia aliarum Confraternitatum, ac decreta Synodus Diœceſanæ præcipientis Anniverſaria, non celebrari ſinè aſſiſtentia Parochi, quia non conſtat illas eſſe ſimiliter privilegiatas, prout eſt iſta S. Nazzarii, neque Decretum afficit exemptos, & quæ ſemel fuerunt Parochiales, ut innuit præterita deciſio *Merlinus, §. Concilium in fine.*

Et ità utraque, &c.

Digitized by Google

R. P. D. URSINO

Valentina Vicariæ.

Lunæ 10. Januarii 1695.

ARGUMENTUM.

An requiſita mentio obtentorum in aſſequutione Secundi Beneficij procedat. Solum quoad Beneficia compatibilia, ſecus quoad incompatibilia.

SUMMARIUM.

1 *In Beneficii Secundi aſſequutione debet fieri mentio obtentorum compatibilium, & incompatibilium.*
2 *Subreptio cauſatur, quando tacitum fuit id, ex quo Princeps difficilior reddi potuiſſet ad gratiam concedendam*, & num. 3.
3 & 4 *Subreptio cauſatur à taciturnitate primi Beneficii obtenti, etiam incompatibilis, cum aſſequuto, & ipſo Jure vacaturi.*
5 *Ad ſubreptionem inducendam ſatis eſt, quod Princeps potuiſſet nominatum ad beneficia, ex hoc capite reiicere, licet non reiiciſſet.*
6 *Reſcriptum vitiatur a taciturnitate, etiam ſi aliùs emanaſſet, cum ſatis ſit potuiſſe non emanare, vel non tam facilè.*

DECIS. XI.

REintegrata hodiè diſputatione ſuper articulo -- An requiſita mentio obtentorum in aſſequutione ſecundi Beneficii ad terminos *Text. in cap. Si motu proprio, & cap. Non poteſt. verſ. cum de Præbend.* militet ſolum quoad Beneficia compatibilia in quibus conſideratur pluralitas, impetrationum Sacris Canonibus inuiſa, vel procedat etiam in Beneficiis incompatibilibus ipſo Jure vacaturis per alterius aſſequutionem; Revolutiſque fundamentis, ſub quibus proceſſit Deciſio coram me edita die 7. Junii anni mox elapſi firmans Principis reſcriptum invalidari, & gratiam vti ſubreptitiam ipſo Jure corruere tacito incompatibili prius obtento, itaut Beneficium vacare dicatur vt prius, cum illa Patres ſatis in Jure ſolida reputaverint, ac euerti non viderint à denuo propoſitis obiectis, eis inhærendo iterum firmarunt ſenſum tàm ex Sacrorum Canonum diſpoſitione, quàm ex Juridicis Theoricis, ac communiore Doctorum opinione, ad validam Beneficii impetrationem opus eſſe narrare poſſeſſionem alterius incompatibilis per prius aſſequuti, ac in deciſis perſtiterunt.

Litterale, namque ad controverſiæ Deciſio-
1 nem viſum eſt reſponſum Innocentii III. *in cap. Poſtulaſti 27. de Reſcript.* fusè relatum in prima Deciſione *§. Contrarium tamen*, in quo cum Papa profiteatur perpetuum Vicarium ab impetratis literis commodum reportare non poſſe, niſi de obtenta Vicaria mentionem fecerit, generalis eruitur propoſitio, taciturnitatem cuiuſcumque Beneficii nulla adhibita diſtinctione compatibilis ab incompatibili gratiam vti veritate tacita impetratam irritare, cum uniuerſalis regula per Sacros Canones præſcripta utroque Beneficiorum generi apprimè adaptetur, eiuſque diſpoſitio in omnibus indefinitè verificari valeat, prout retento themate præcitati Textus aſſumptum genericè firmat ibidem *Gloſſ.* in figuratione caſus ibi -- *Item ſemper eſt facienda mentio de priori Beneficio aliter non valent litteræ, vt hic dicitur* -- Eumque Inſequendo in ſpecie animadvertuntur individualiſſimè *Abb. in cap. Ad aures de Reſcript. num. 9. Gonzal. Tellez. in cap. Ad aures nu. 11. de Reſcript. verſ. Vnde rectè*, & punctualiter firmavit *Garzia de Benef. part. 1. cap. 2. num. 126. & ſeqq. Rota deciſ. 1639. num. 6. & 11.* confirmata in *deciſ. 1662. coram Coccino, & in Burgi S. Sepulchri Prioratus 25. Junii 1688. §. Vacatio ſiquidem, & §. Neque à mentione, coram Reuerendiſſimo Caccia.*

Neque relevat *Text. in cap. Poſtulaſti*, nuper relatum, non diſcutere caſum duorum incompatibilium, de quo in præſenti quæritur, ſed tantum decidere articulum Clerici obtinentis compatibile non narrata aſſequutione Vicariæ reſidentialis quam obtinebat, qui cum in ratione legali præſeferat pluralitatem Beneficiorum improbatam, ſatis diſtare dicatur ab hodierna controverſia, in qua cum illa minimè ſit ſpectabilis ex quo primum Beneficium jam ipſo facto vacare contigit, nequeat proinde in hunc ſenſum trahi diſpoſitio ſub diſparata ratione concepta. Nam neque inſpiciendo propoſitionem à Textu firmatam, minuſque perpenſa ratione ab eodem ad intentum aſſumpta, verificatur particularis theorica in obiecto laudata, quin potius generica inducatur concluſio compræhenſiva cujuſcumque Beneficii ſivè compatibilis, ſive incompatibilis.

Conſiderata inquam Textus propoſitione, nam cum ille per hæc verba hic haut inutiliter repetenda concludat -- *Quod cum per formam prædictam neceſſitatibus pauperum Clericorum, qui nullum ſunt Eccleſiaſticum Beneficium conſequuti Sedes Apoſtolica duxerit ſuccurrendum, perpetuus Vicarius niſi de Vicaria fecerit mentionem commodum reportare non debet de hujuſmodi literis, utpote veritate tacita impetratis* -- liquet Deciſionem illius non reſtringi qualitati compatibili, quam nec narrat, ac ſub involucro relinquit, ſed indefinitæ theoricæ per quam inducitur ſubreptio ſecundæ gratiæ ob taciturnitatem cujuſcumque etiam modici Beneficii, prout literæ contextus præſefert, ac ulterius ſuadet adminiculatiuum connotatum ab eodem perpenſum ibi -- *ſuper obtinendo alio Beneficio de leui non ſcribimus, quin faciamus de primo in noſtris literis mentionem* -- iuxta quæ tam genericè, & indefinitè ſcripta non datur argui reſtrictio regulæ ad ſolum caſum compatibilium, ſed jure merito contraria firmatur theſis, prout ſub hiſce animadverſionibus docuere *Abb. in cap. Ad aures de Reſcript. num. 9. ibidem Felin. num. 4. Gonzal. ad Regul. 8. Cancellariæ Gloſſ. 15. §. 2. num. 6. verſ. Adverte in ſecunda impreſſione*, ubi refutata opinione tenta in priori operis editione generalitatem regulæ per Textum firmatæ amplectitur, ac ſequuntur in præciſis terminis alii DD. relati in prima Cauſæ Deciſione *§. Contrarium tamen in fine.*

Idipſum, ponderata Textus ratione, evidentiùs demonſtratur nam tota litera perſpecta nullibi legitur rationem animativam ſiſtere in Beneficiorum multiplicitate, itaut illa fuerit ratio finalis, & motiva irritandi novam proviſionem, ſed evincitur pro motivo ſubreptionis adduci, quod Clerico jam proviſo de perpetua Vicaria Sedes Apo-
ſtolica

ſtolica rarò nouùm impartitur Beneficium, cùm ſoleat regularitèr ſuccurrere neceſſitatibus pauperum Clericorum nullo Eccleſiaſtico ſubſidio proviſis, quibus in concurſu cum jam Beneficiato Sacri Canones potiora Jura attribuunt. Sub hac igitur animadverſione prodiit deciſio toties laudati Textus, quæ cùm æquè militet tam in aſſequutione compatibilis, quàm incompatibilis, jure merito regula vtriuſque compræhenſiva eruitur, cùm certo certius Papa petenti incompatibile illud ſub motivò ordinatæ charitatis erga Clericum non Beneficiatum denegare valuiſſet, & fortè denegaſſet, cum id diſtributiuæ Epicheiæ ratio ex-
1 poſtulet, & Sacrorum Canonum diſpoſitio de-
2 mandet: Si ergo difficilior Princeps gratiæ reddi potuiſſet ab expreſſione, illa omninò eſt neceſſaria, at tacita cauſat ſubreptionem, prout hac ponderata ratione tenuit *ſuperiùs relata Gloß. Abb. & Felin. in locis allegatis*.

Motiuumque multiplicitatis Beneficiorum à nullo ex DD. noſtram opinionem inſequentibus perpenditur, ſed ad theoricæ fomentum, vel conſideratur nuper diſcuſſa reflexio, vel altera æquè potens animaduerſio elicita à difficultate, quæ in Pontifice exoriri poſſet de abſolvendo Proviſum à vinculo prioris Beneficii, quæ in ipſo pluribus congruentibus rationibus conſoveri valeret. Primò namque in expetente nouum Beneficium conſiderari poſſet ambitionis, & avaritiæ fucus, quem refrenare oporteret gratiam denegando. Secundò autem quia forſan congruentiùs eſſet confirmare Beneficiatum in vocatione, quia primitus vocatus eſt, eo quod aptior dignoſceretur Beneficio habito, quam ambito; Quibus ſub titulis cum juſtiſſimè poſſet Papa novæ proviſioni, obſiſtere narrari pernecesſè debet aſſequutio etiam conſimi-
3 lis Beneficii, ut in his terminis optimè dixit *Rota penès Seraph. deciſ.* 483. *num.* 7. & latè comprobavit deciſio, quæ confirmatur §. *Ratio autem animativa*.

Sic itaque vindicato fundamento reſolutionis, ac intrinſeco rationum robore fulcito; deveniendo ad extrinſecum authoritatùm adjumentum, in ſententiam hodiè tentam confluere viſa eſt maior, doctior, ac præ cæteris conſpicua Doctorum ſeries, quorum dicta infelici criticabantur labore, cum obiecta ſola lectura eliminet, quoſque proinde in unum colligere ſatis creditur opportunum, vt eo firmiùs ſtabiliatur propoſitio ſub-
4 reptionum in litteris Apoſtolicis cauſari à taciturnitate primi obtenti, & ſi incompatibilis cum ſecundo aſſequuto, cum illam, re per ſua originalia principia examinata, tueantur, ac probent *Felin. in cap. ad aures ſub numer.* 3, *verſ. unde dicendo de Reſcript. & in eundem Text. Abb. numer.* 9. *Gonzal. Tellez. numer.* 8. *&* 11. *Butr. numer.* 6. *&* 8. *Barbat. in cap. in noſtra in fine eod. tit. de Reſcript. & Barboſ. in cap. cum adeò numer.* 2. *in fine*, *& numer.* 3. *Garz. de Benefic. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 26. *& ſeqq.* vbi de praxi, & ſtylo teſtatur. *Gonzal. in ſecunda impreſſione ad Regul.* 8. *Cancell. Gloß.* 15. §. 2. *num.* 68. *verſ. Aduerte. Maſcard. de probat. concluſ.* 887. *num.* 27. *& ſeqq.* vbi de veriore ſecundùm juris diſpoſitionem. *Tondut. Quæſt. Benef. tom.* 1. *cap.* 29. *per tot.* vbi quæſtionem detractat in terminis Beneficij Regularis, & Canonicatus Sæcularis inter ſe incompatibilium, vt declarat *in numer.* 4. fuitque conſtans noſtri Tribunalis ſententia, ut *in Calaguritana Canonicatus, & Præbenda* 23. *Martij* 1579. *coram Blanchetto, relata à Garzia loco quo ſupra, & penès Seraph. deciſ* 483. *num.* 7. *& deciſ.* 1639. *per tot. & deciſ.* 1662. *num.* 1. *coram Coccino, & concordantibus cumulatis noviſſimè in Burgi S. Sepulcri Prioratus* 25. *Junij* 1688. §. *Vacatio ſiquidem*, *& §. Neque à mentione, coram Reuerendiſſ. Mediolanen.*

Hinc in tot Inſignium DD. & individualium noſtri Auditorij reſolutionum concurſu, parui ponderis reputari valuerunt paucæ in numero, & paruæ in rationibus authoritates pro contraria ſententia allegatæ. Quippe quia aliquæ caſum non percutiunt; Aliæ dubitativè rem agunt; & cæteræ perfunctoriè, & ſine authoritate quæſtionem potiùs innuunt quàm pertractant, ut à particulari illarum patebit indagine.

Antiquus namque *Gloſſator*, apud *Cochier. in Coment. ad Reg.* 61. *Cancell.* inſignis quidem Beneficialiſta, quæſtionem non examinat, ſed perfunctoriè inducit contrariam propoſitionem, quam nec textu, nec ratione, minuſque Doctore munire ſtuduit, & ob id illius opinione relata à *Maſcard. de probat. concluſ.* 887 *num.* 26. illam in numero ſequenti ſecundùm *Abbatem*, *& alios DD.* dicit minus veram, ſicque optimè in prima mea deciſione §. *Hinc vim aliquam* pro reprobata refertur præcitati *Alfonſi* opinio, cum illam actu referat, & non ſequatur *Maſcard. loco allegato*.

Idemque *Maſcard.* minus cautè adſcribitur claſſi negantium ſubreptionem in themate, cum in num. 27. nuper allegato referat opinionem *Abbatis*, & rationes examinet, & tandem concludat— *Et ideò de iuris diſpoſitione eſſet dicendum contrarium, iuxtà ſententiam Felin. in dicto cap. Ad aures*.

Lapus in allegat. 89. *num.* 7. diverſam pænitus pænitùſque examinat inſpectionem, cum tantùm agat de quadam permutatione à duobus Prælatis aſſequuta, qui cum poſtea in ſuis primævis titulis remanere exoptaſſent, ac obtinuiſſent à Summo Pontifice, quæritur an dicta gratia vitietur non narratis primis collationibus, & concluditur negativè, quia taciturnitas ſecutæ collationis nil præſeferebat, quod Papam à concedendo valuiſſet retrahere, à quo nihil ad caſum noſtrum induci valet.

Vivian. de Iurepatr. lib. 14. *cap.* 13. *num.* 99. relato Gloſſatore antiquo, loquitur per verba eſt probabile, & articulum non examinat, ſed ſub dubitativa methodo perſunctoriè tantùm quæſtionem pene attingit.

Cochier. ad Reg. 91. *Cancell. num.* 9. *& Barboſ. voto* 107. *num.* 13. firmant tantùm quod non ſit facienda mentio valoris Beneficij Curati obtenti in ſecundi aſſequutione. ad præſcripta *in Regula* 55. *Cancell.* cujus diſpoſitio non percutit noſtrum aſſumptum ob diſperatas rationes, quæ in uno, & altero caſu perpenſæ fuere in prima Deciſione §. *Minuſque obſiſtebat*:

Rota demùm *in deciſ.* 14. *aliàs* 171. *de Præbend. coram Mohedano* diſcurrit an ſit in impetratione facienda mentio qualitatis Beneficii priùs aſſequuti. quod ſit ſub eodem tecto; Sicque noſtram quæſtionem non aſſumit, quæ ab illa diſta quantum genus à ſpecie.

Remaneret ergo ſolus *Moneta de Comut. vltim. volunt. cap.* 6. *num.* 253. qui contraponi non meretur tot tantiſque authoritatibus contrariam ſententiam tuentibus, immò uti ſingularis, ac reſiſtens clariſſimis Sacrorum Canonum diſpoſitionibus venit omninò reijciendus, ac ejus opinio utiminùs tuta, ac periculoſa confutari debet.

Firmata itaque ad Juris Canonici regulas ſubreptione, verificatiſque litteris Apoſtolicis Laurentij in ea fundatis, fruſtra Hiacynthus illam

declinare ſatagebat in themate, ex quo illa ſolùm
ſit ſpectabilis in Beneficijs pertinentibus ad libe-
ram Papæ prouiſionem, non verò in illis, quorum
collatio facienda eſt ad præſentationem, ſeu no-
minationem alterius, cujus generis erat contro-
verſa Vicaria, utpotè unita dignitati Sacriſtæ ma-
joris Cathedralis Valentinæ ad cujus nominatio-
nem cum Papa teneretur de jure præſentatum, ſeu
nominatum inſtituere, conſiderabiles non ſint ra-
tiones abſolvendi, vel relinquendi in obſequijs
prioris Beneficij ſuperiùs ponderatæ.

Siquidem, cum tam in Beneficijs liberæ col-
lationis, quam ad nominationem poſſit Papa con-
ſiderare Beneficiatum magis aptum Beneficio ob-
tento, quam petito in utraque ſpecie cauſatur ſub-
reptio, nam ad illam inducendam ſatis eſt, quod
Princeps potuiſſet nominatum ex hoc capite reij-
5 cere, licet non reieciſſet; nam quando expreſſio
à jure exigitur, taciturnitas vitiat reſcriptum etiā
ſi alias emanaſſet, cum ſatis ſit potuiſſe non ema-
nare, vel non tam facilè, ut originaliter docuit
6 *Abb. in Cap. Poſtulaſti num. 1. litt. F. verſic. Ex quo
colligitur* iuxta verba relata in prima Deciſione §.
Hoc igitur retento, & doctè comprobat *Fagnan. in
Cap. Super litteris num.r. 52. & 58. & numer. 69. de
Reſcript.*

Et ita prætermiſſo obiecto bonæ fidei, cæteriſ-
que leuioribus in prima Deciſione eliminatis PP.
reſolverunt utraque parte accerrimè concertan-
te &c.

R. P. D. EMERIX.

Romana Oratorii.

15. *Aprilis* 1695.

Super bono Jure.

ARGVMENTVM.

An licitum ſit Confratribus Laicis Extruere Orarorium publicum, & pia opera exercere intra limites Parochiæ.

SVMMARIVM.

1 *Oratorium intra limites Parochiæ aperiri non poteſt reſiſtente Pontificia prohibitione conceſſa ad fauorem Eccleſiæ S. Laurentij in Damaſo de Vrbe.*
2 *Erectio Eccleſiarum fieri non poteſt de Iure intra terminos aliarum irrequiſito conſenſu Ordinarij.*
3 *Conſenſus præſtitus ſub certa forma, & conditione illa non adimpleta reſoluitur.*
4 *Iudex ſupplere non poteſt conſenſum alterius in illius præjudicium.*
5 *Vnionis natura eſt, ut membra unita fruantur iiſdem priuilegijs, quibus gaudet Eccleſia principalis cui facta eſt unio.*
6 *Vnio Parochiæ S. Agnetis ad Criptas Agonis de Vrbe cum Baſilica S. Laurentij in Damaſo recenſetur.*

DECIS. XII.

VEnerabilis Archiconfraternitas Sanctiſs.
Natiuitatis D. N. Jeſu Chriſti Agonizan-
tium de Urbe in Eccleſia S.Hieronymi Na-
tionis Illiricæ hactenùs congregata exoptans pro-
prij ſui laudabilis Inſtituti pia opera in proprio
oportuniore loco impoſterum exercere, emit an-
nis proximè elapſis à Fratribus de Fraſſis prætio
ſcutorum 10. mil. Domum poſitam in Platea Paſ-
quini pro novi Oratorij conſtructione, ne quod
iam tunc timebatur ipſius ædificationi ſeſe oppo-
nerent Eminentiſs. D. Titularis antiquiſſimæ Ba- 1
ſilicæ S. Laurentij a D.Damaſo Pontifice olim ex-
tructæ, cujus etiam nomen, & reliquias accepit,
ac ſeruat, una cum Capitulo, & Parocho ejuſdem
Baſilicæ quibus ex ſpeciale diplomate S.M. Urbani
III. illius pariter olim Titularis ſub Datum Vero-
næ 16. kal. Martij 1185. conceſſum fuerat ne infra
terminos propriæ Parochiæ, ubi eadem Domus re-
peritur ſita, perpetuis futuris temporibus Eccleſię
de novo conſtruerentur, erigerentur altaria, alia-
que celebrarentur divina officia abſque conſenſu
futuri, pro tempore Titularis, preces porrexit Em.
Suæ. pro facultate operiendi Oratorium in ante-
dicta Domo, quibus ille benignè annuens petitam
facultatem indulſit, certis tamen appoſitis condi-
tionibus, atque legibus, ut ſcilicet Oratorium
conſtruendum eſſet privatum, nulloque unquam
tempore verteretur in Eccleſia, ſive Oratorium
publicum, neque in eo liceret ſupplicantibus Jura
ulla Parochialia, aut Parochiales functiones exer-
cere, ſedes confeſſionales erigere Sacramenta ad-
miniſtrare, Campanam; ſeu Campanas retinere,
aliaque peragere, quæ præjudicium inferrent ſu-
pradictæ Eccleſiæ Parochiæ, hoc inſuper addito
quod ſi ſecus præter formam hujuſmodi conceſſio-
nis, & reſcripti quidquam per Officiales, & Con-
fratres innouatum, vel attentatum foret, conceſ-
ſio ipſa, & conſenſus pro nullo, & caſſo, ac pro
non præſtito haberentur, ut ſunt ferè præciſa ver-
ba Reſcripti Sum. D. Card. num. 4.

Cùm autem ſpretis iſtis legibus & conditio-
nibus, Officiales, & Archiconfraternitas præfata
obtinuerint ab Eminentiſs. D.Urbis Vicario per
Sententiam declarari ſibimetipſis licuiſſe, & lice-
re aperire facere Oratorium publicum pro extru-
endis piis, operibus, omnibus, & ſingulis, & fun-
ctionibus Eccleſiaſticis ab eadem Archiconfrater-
nitate fieri ſolitis, & conſuetis vigore ſui Inſtituti
cum facultate retinendi unicam Campanam col-
locandam in loco arbitrando, & magnitudinis de-
ſignandæ, eamque debitis temporibus pulſandi,
ac exponendi diebus, & horis præſcriptis publicæ
fidelium venerationi Auguſtiſſimum Euchariſtiæ
Sacramentum, non tamen Tabernaculum ſtabile,
& fixum per illius continua aſſeruatione, minuſ-
que aperiendi Sepulturas pro humatione Cadave-
rum, etiam ipſorum met Confratrum, & Soro-
rum, benedicendi, & diſtribuendi candelas, &
cineres in diebus Palmarum, & Cinerum, cele-
brandi proceſſiones intra limites memoratæ Paro-
chiæ, aliaſque publicas, & ſolemnes Eccleſiaſticas
functiones reſpicientes quo quomodo Jura ejuſdē
Parochi; Subſcripſi ad inſtantiam Eminentiſs. Ti-
tularis, ac litis conſortium provocantium à præ-
fata Sententia in parte, & partibus ſibi contrariis
bipartitum dubium, An licuerit aperire Oratorium
publicum, & quæ opera exercere, quod in hodi-
erna

Digitized by Google

ernæ audientia propoſitum DD. ad illorum negativè in omnibus reſolverunt.

Conſtat enim de ipſorum bono Jure ex claro, & literali tenore ſuperiùs laudati Brevis S. M. Urbani III. præſeferentis univerſale Jus prohibendi aperitionem cujuſcunque Eccleſiæ, ſive Oratorij inter limites Parochiæ S. Laurentii abſque conſenſu ipſius Titularis cum clauſulis derogatorijs quorumcumque privilegiorum, ſi quæ in contrarium hactenus conceſſa reperirentur, vel in poſterum concederentur, quo fit, ut ſecluſo prædicto conſenſu minimè licuerit Confratribus aperire publicum Oratorium adverſus expreſſam Sanctionem prædicti Brevis pro cujus exequtione alias reſpondit Rota in Romana præeminentiarum 16. Junii 1679. & 13. junii 1682. coram bo. me. Rondinino, facitque diſpoſitio Juris communis prohibentis erectionem Eccleſiarum inter terminos aliarum præexiſtentium irrequiſito ordinarii conſenſu, de cujus præjudicio principalitèr agitur ad
2 Text. expreſſos *in cap. Quicumque de Eccleſ. ædificat. Cap. Nemo, & cap. Placuit diſt. 1. cap. Eccleſiæ quæſt. 1. auth. Ut nullus fabricet collat. 5. Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. par. 1. cap. 2. num. 3. & 4. Paſqual. quæſt. moral. 14. num. 4. Pignatell. conſult. 52. num. 7. tom. 3. Rot. deciſ. 337. num. 15. par. 10. & deciſ. 481. num. 4. par. 14. rec.*

3 Neque ad validandam Oratorii aperitionem ſuffragari valuit Archiconfraternitati conſenſus deſuper ei præſtitus per Eminentiſſ. Titularem, quia per illum conceſſa legitur ſola facultas ædificandi Oratorium privatum ſub certa, & determinata forma per Officiales obſervanda cum explicita conditione reſolutiva conſenſus in caſum contraventionis, & clauſula alias, aliter, nec alio modo per quam forma non adimpleta conſenſus removetur ab actu, ipſoque jure inducitur ejus reſolutio *ad tradit. per Barboſ. de Clauſ. Clauſ. 81. num. 5. Rota deciſ. 322. num. 10. coram Celſo deciſ. 336. num. 2. coram Priolo, & deciſ. 11. num. 3. in fine coram S. M. Alex. VIII.*

Non obſtat, quod Judex ſupplere potuerit ex officio conſenſum Partis injuſtè recuſantis conſentire, eamque licèt invictam compellere ad conſentiendum, quia concluſio non procedit ubi, prout hic, Pars diſſentiens non tenetur in diſpoſitione Juris, aut Statuti præſtare conſenſum, ſignantèr quãdo Eminentiſſ. Titularis conſenſum, quem dare voluit, ac potuit, ſalvis juribus Parochiæ propriæ effectivè præſtitit Confraternitati,
4 hoc tamen caſu Judicis officium ſupplere non valuit ulteriorem conſenſum in præjudicium tertii diſſentientis, ut in proximis terminis notat *Bart. in leg. ſi plures ff. de exerc. act. Abb. in cap. Cum in veteri ſub num. 13. verſ. quoad quæſtionem de Elect. & in cap. Tuæ fraternitatis 12. num. 3. verſ. Statuto de Cleric. non reſiden. Lambertin. de Jurepatron. art. 20. quæſt. 1. in principio lib. 1. num. 5. verſ. Adduco ſeptimo, & ſub num. 12. verſ. Quarto declarat, & num. 13. Fontanell. de Pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 3. par. 5. num. 7. & 8. Rota deciſ. 117. num. 9. coram S. Me. Gregorio XV.*

Minus etiam relevat, quod Oratorium fuerit
5 erectum intra limites alterius Parochiæ S. Agnetis ad Criptas Agonis, non autem intra fines antiquæ Parochiæ S. Laurentii, quia ſoppreſſa per S. Me. Innocentium X. Parochialitate Eccleſiæ S. Agnetis filialis Parochiæ S. Laurentii, illiuſque juribus ad Eccleſiam Matricem plenariè translatis cum omnibus Parochianis, juriſdictione, atque confiniis, Oratorium verè ſitum eſſe dignoſcitur intra modernos illius fines, quod ſatis eſt pro ejuſdem
comprehenſione ſub cenſura præfati Brevis juxtà 6
naturam reunionis, quæ eſt, ut membra reunita fruantur eiſdem privilegiis, quibus gaudebat Eccleſia principalis, cui facta eſt reunio ad *tradit. per Cupon. diſcept. 107. num. 14. Rota deciſ. 503. num. 6. coram Bich. deciſ. 10. num. 1. & deciſ. 148. num. 5. par. 14. deciſ. 81. num. 5. & 33. par. 18. recentior.*

Conſtito autem ex præmiſis de bono Jure Eminentiſſimi Titularis, & conſortium conſecutivè Domini cenſuerunt Archiconfraternitatem nulla proprii ſui Inſtituti opera exercere poſſe in Oratorio novitèr erecto.

Et ita unica tantùm Parte informante, altera verò ſæpius intimata reſolutum fuit, &c.

R. P. D. MOLINES.

Romana Funeralium.

Lunæ 30. Januarii 1696.

Argumentum patet ex Summario.

1 *Tranſactiones adinventæ fuerunt pro bono Pacis, & impediunt litis ingreſſum.*

2 *Tranſactio ſuper Juribus Parochialibus munita confirmatione Apoſtolica afficit tranſigentes, & ſucceſſores.*

3 *Allegans erroneitatem, & falſam Cauſam ſuppoſitorum in tranſactione tenetur probare.*

4 *Error tranſactionis remanet excluſus ex ſola poſſibilitate incontrarium.*

5 *Emolumenta Parochialia ſpectant ad Capitulum, quando Cura habitualis Animarum reſidet penès Capitulum, & actualis exercetur per Vicarium, ſeu Archipresbiterum.*

6 *Capitulum dicitur habere intentionem fundatam in exigendis Juribus Parochialibus.*

7 *Verba* Jura, & alia emolumenta, *quod ſignificent.*

8 *Confirmatio Apoſtolica, nequit redargui de ſubreptione ab impetrantibus, & ſucceſſoribus.*

DECIS. XIII.

TRanſactionem obſtare, nec alia emolumenta Parochialia moderno Vicario Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Euſtachii deberi, quam illa reſervata in concordia inita de Anno 1599. reſpondit Rota coram me ſub die 4. Martii anni proſſimè elapſi, ſolidiſſimis innixa fundamentis concinnè in Deciſione deſuper extenſa recenſitis; Aduerſus quam licet iterùm in hodierna Audientia impugnativè deſcenderit præfatus Vicarius: Tamen cum minimè DD. viſa fuerint everti Jura inibi adducta; Propterea in priſtina Judicii cenſura perſiſtere autumarunt.

Etenim tranſactiones adinuentæ fuerunt pro
bono Pacis, nouumque litis ingreſſum impediunt 1
per *Textum in leg. quamvis, Cod. de tranſact. Rota deciſ. 262. num. 1. part. 19. rec.* Undè cum concordia, de qua agitur fuerit inita bona fide inter Canonicos dictæ Eccleſiæ, & Vicarium tunc temporis ad reſecandas lites, & contentiones inter eos exortas ſuper controuerſis Juribus, & Emolumentis Parochialibus; Majuſque robur acceperit ex confirmatione

Digitized by Google

matione Apoſtolica Urbani VIII. itaut tranſiverit de perſonali in realem, dubio procul, nedum affi-
a cit ipſos tranſigentes, ſed etiam Succeſſores in eadem Vicaria pro tempore exiſtentes, ut præter Doctrinas allegatas in deciſione, quę revidetur §. *Quia illaque* pluribus cumulatis firmat *Rota d. deciſ. 262. num. 6. & ſeq. par. 19. recen.*

Nec ad effuſcandam dictam bonam fidem meruerunt iterum attendi plura, quæ lato calamo repetebantur, ex parte moderni Vicarii, quod ſcilicet præfata concordia inita fuerit cum erroneo præſuppoſito, quod Capitulum ab antiquo, & immemorabili tempore conſueverit percipere controverſa emolumenta, quæ conſuetudo immemorabilis nunquam probata prætenditur; Quoniam præmiſſo, quod d. Concordia, ſeù tranſactio habeat pro ſe præſumptionem validitatis, quodque narrata in ea Juſtitiæ, & veritati nitantur, itaut alleganti erroneitatem, ſeù falſam Cauſam ſuppoſitorum incumbat onus concludentèr probandi
3 ad tradita per *Urceolum de tranſact. quæſt. 66. numer. 5. & ſeq. Rota deciſ. 854. numer. 12. coram Merlin. & deciſ. 638. numer. 4. coram Seraphin. & deciſ. 391. num. 2. coram Cerro, & in recent. deciſ. 57. num. 1. par. 17.*

Ulterius DD. ponderarunt tantum abeſſe, quod Vicarius impugnans dictam concordiam adduxerit exoptatas probationes, ut potiùs ex parte Capituli concludentèr demonſtratum fuerit de dicta antiquiſſima conſuetudine percipiendi emolumenta, & funeralia ad excluſionem Archipresbyteri, in cujus locum ſubrogati fuerunt Vicarii perpetui, ut latè ex pluribus actibus probatur in deciſione, quæ revidetur §. *Namque hæc emolumenta &c.* quæ omnia ſuperabundant ad juſtificandam veritatem ſuppoſitorum ad quem effectum ſat eſt de cauſa aliqualitèr Apparenti oſtendere; Cum error prætenſus à Vicario remaneat excluſus ex ſola poſſibilitate in contrarium favore Capituli, ut optimè proſequitur *Urceolus de tranſact. d. quæſt. 96.*
4 *num. 6. & dixit Rota deciſ. 1. num. 14. cum ſeq. par. 8. & deciſ. 373. num. 2. par. 15. recen.*

Potiſſimum concurrente aſſiſtentia Juris elicita, ex eo quod quando, prout hic, Cura habitualis Animarum reſidet penès Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ, ut latè oſtenſum fuit in deciſione, quæ revidetur §. *Minus ex generalitate &c.* cum ſeq;
5 tunc licet illa per Archipresbit. ſeù alium Vicarium exerceatur, nihilominus emolumenta Parochialia ſpectant ad Capitulum Eccleſiæ, ut optimè firmat *Rota coram Celſo deciſ. 135. num. 4. & 5. & coram Cerro deciſ. 450. num. 3.* & per conſequens Capitulum dicitur habere intentionem fundatam, &
6 eximitur ab onere probandi *Card. de Luca de Judic. diſc. 2. num. 19.*

Excluſo ex prædictis quolibet errore ſuppoſitæ conſuetudinis percipiendi controverſa emolumenta Parochialia ad formam concordiæ dicti anni 1599. fruſtranea etiam viſa fuit repetitio alterius objecti ex capite læſionis deſumptæ ex eo, quod in præfata concordia non inveniatur facta mentio Bullæ Clementis VIII. per quam cum fuerit omnimoda, & totalis Cura Animarum diſmembrata ab Archipresbyteratu in erectione Vicariæ, & tranſlata in Vicarium proindè cenſeantur eidem reſervata omnia emolumenta Parochialia; Nàm huic objecto, aliiſque in contrarium adductis plenè ſatisfacit deciſio, quæ revidetur §. *nec replicari valet &c.* cum tribus ſeqq.

Abſque eo quod fuerit digna animadverſione moderna interpretatio d. Bullæ ſcilicet quod illa Verba ibi: *Et quæ Archipresbyteri d. Eccleſiæ Sancti Euſtachii, qui pro tempore fuerunt hactenus reſpectu ipſius Curæ percipere conſueverunt &c.* non referantur ad Verba præcedentia, ibi: *Nec non Jura, & alia emolumenta ratione exercitii Curæ Animarum*, ſed ad alia Verba ſubſequentia, ibi: *Pro fructibus groſſis*, ità ut ſcribentes pro Vicario ſatagerent eruere talem ſenſum, quod ſcilicet Vicarius ultra omnia emolumenta ratione exercitii Curæ Animarum, & adminiſtrationis Sacramentorum recipere debeat fructus groſſos percipi ſolitos per Archipresbyterum, nam ſeriò perpenſo contextu totius periodi dictæ Bullæ in ea parte, qua reſervantur controverſa emolumenta, ibi: *Nec non Jura, & alia emolumenta ratione exercitii Curæ Animarum, & Adminiſtrationis Sacramentorum hujuſmodi provenientia, & quæ Archipresbyteri dictæ Eccleſiæ Sancti Euſtachii, qui pro tempore fuerunt, & quibus eadem Cura Animarum incubuit hactenus reſpectu ipſius Curæ percipere conſueverunt pro fructibus groſſis per pro tempore exiſtentem Camerarium Capituli hujuſmodi annuatim perſolvantur.*

Et hujuſmodi verborum ſtructura DD. opinati ſunt, quod licet Bulla loquatur in genere per
illa verba *Nec non Jura, & alia emolumenta &c.* ta- 7
men ſub tali generalitate non veniunt, niſi emolumenta, quæ ſolebant percipi ratione exercitii Curæ Animarum ab exercentibus illam, & huic intellectui multum conferunt alia ſubſequentia verba, ibi: *Et quæ Archipresbyteri &c. percipere conſueverunt pro fructibus groſſis.* Quamobrem cum modernus Vicarius non probet dd. Archipresbyteros conſueviſſe percipere indiſtinctè omnia emolumenta Parochialia, imò ex ponderatis in deciſione, quæ revidetur §. *nam hæc &c.* liquidò appareat Capitulum percepiſſe emolumenta funeralia ratione Curæ habitualis reſervata ſolùm aliqua portione Archipresbytero, & paritèr in præfata Concordia non nulla emolumenta reſervantur Vicario ſubrogato in locum Archipresbyteri, & alia reſervantur ipſi Capitulo; Hinc patet, quod dictus modernus Vicarius nequeat prætendere omnia emolumenta Parochialia, quæ non probantur pertinuiſſe ad Archipresbyterum antè erectionem Vicariæ, in cujus locum Vicarius ſubrogatus fuit.

Prætereà minimè Viſa ſunt obſtare ea, quæ opponebantur adverſus Confirmationem Apoſtolicam Urbani VIII. uti notatam vitio ſubreptionis, ex quo non fuit narrata Pontifici Sententia R. P. D. Bioli, & Decretum Sac. Congreg. Concilii, nàm omiſſis pluribus reſponſionibus datis ab informantibus pro Capitulo ad evitandam oppoſitam ſubreptionem, DD. placuit perſiſtere in ſenſu, quod cum confirmatio Concordiæ impetrata fuerit non ſolùm à Capitulo, ſed etiam ab Antece-
ceſſore Vicario, nequit redargui de ſubreptione à
Succeſſoribus in Vicariatu, ut firmat *Rota coram* 8
Seraphin. deciſ. 709. num. 3. cum aliis cumulatis in §. Tandem.

Quibus non contradicunt *deciſ. 820. numer. 5. coram Cerro, & deciſ. 343. num. 2. coram Merlin.* aliæque Doctrinæ in contrarium adductæ; Nàm loquuntur in diverſis terminis ſcilicet Titularis conſentientis penſioni, qui præjudicare non valet Succeſſoribus in Beneficio; id quod longè diſtat à noſtro Themate, ubi Vicarius anteceſſor nomine ſuæ Dignitatis impetravit, una cum Capitulo confirmationem controverſæ Concordiæ, itaut in hoc caſu non conſideratur conſequutivum, & indirectum præjudicium, aliàs actum eſſet de omnibus ſimilibus concordiis impetratis ab Eccleſia-
ſticis

ſticis perſonis nomine ſuarum Dignitatum, quippè omnes poſſent impunè reſcindi, quod nihil abſurdius in Jurè, ut patet ad ſenſum.

Demùm circa emolumenta Parochialia, quæ retrahuntur à Pārochianis inhabitantibus anti. quos limites, olim Eccleſiæ Sancti Pantaleonis, cum illa hodiè modernus Vicarius ampliùs non impugnaverit, nihilque in contrarium adduxerit, DD. pertranſierunt juxtà firmata in decisione, quæ revidetur in §. *hæc omnia cum ſeq.*

Et ità utraque &c.

R. P. D. P R I O L O.

Romana Clericatus Beneficiati S. Petri.

Lunæ 3. Decembris 1696.

A R G U M E N T U M.

An Canonici Baſilicę Vaticanæ non conſtituti in Sacris valeant conferre beneficia.

S U M M A R I U M.

1 *An Canonici in Sacris non conſtituti in Baſilica Vaticana valeant conferre beneficia.*

2 *Canonici Turnarii nominant, non autem conferunt in Baſilica Vaticana.*

3 *Nominandi Jus exerceri poteſt ad beneficia per perſonas exteras Laicos, etiam per fæminas in Beneficiis patronatis.*

4 *Obſervantia declarat in Beneficiis, an ſit nominatio, vel Collatio.*

4 *In Beneficiis, ne præſumatur vitioſus ingreſſus, cenſeri debet Canonicos in Sacris non conſtitutos, non contuliſſe, ſed nominaſſe.*

6 *Error non præſumitur in perſonis de gremio Capituli bene informatis, & de re ad earum dignitatem ſpectante deponentibus.*

7 *Obſervantia cum non ſit præſcriptiva, neque impeditiva legis, nec ei contraria, aut Concilio, poteſt introduci etiam minori tempore, & tribuit Jus, etiam pro futuris temporibus.*

8 *Nominatio in beneficiis quando dicatur, vel potiùs collatio.*

9 *Sententia etiam per appellationem ſuſpenſa, & ſucceſſivè revocata comprobat veritatem facti.*

10 *Conferendi Jus, quod non habent Canonici Turnarius probatur, ex eo quod illud procuravit ex ſpeciali indulto, & privilegio.*

11 *Conferendi Jus eſt potentius, & magis radicatum quam Jus nominandi.*

12 *Nominatione non facta in tempore, Jus nominandi devolvitur ad Superiorem Ordinarium Collatorum.*

13 *Obſervantia, quod nominationem in beneficiis, ut juſtificetur levior requiritur probatio, cum nominatio reſpectu Collatoris ſit modici præjudicii.*

14 *Nominatio ſolet ſemper extra capitulum expleri in beneficiis ad nominationem Canonici Turnarii.*

D E C I S. X I V.

PRO reviſione Deciſionis æditæ coram me ſub die 13. Maii proximè præteriti bis propoſita Cauſa, nunquàm capta fuit reſolutio, imo ob gravitatem articuli data etiam facultate revidendi deciſiones emanatas coram Gyptio inferiùs examinandas, injunctum fuit, ut omnes DD. ſuffragium ferrent, à quibus hodiè pro receſſu reſponſum habui.

Fundamentum præcedentis reſolutionis, & ſcribentium pro Hieronymo, in eo principalitèr conſiſtebat, quod cùm jus conferendi Beneficia Vaticanæ Baſilicæ antè turnariam diviſionem totalitèr reſideret in Capitulo, & Capitularitèr etiam expleretur; hinc inferebatur, idem jus diſtributum fuiſſe inter eoſdem Canonicos, qui, tamquam ſubrogati in locum Capituli, eodem modo conferre debebant, ac Capitulum, & conſequentèr incapaces remanſiſſe illos Canonicos, qui non ſunt conſtituti in Sacris, cùm iſti non minùs priventur ex diſpoſitione Bullæ Nicolai III. conformis etiam 1
in hac parte cum Jure Communi *in Clement. ut ii de ætat., & qualit.* quam ex noviſſima ſanctione Concilii Tridentini *ſeſſ. 22. de reform. cap. 5.* & ex reſolutione etiam noſtri Auditorii emanata *coram Durano deciſ. 275. 290. & 460.*

Sed cùm ſcribentes pro Zaino prætenderent, quod Canonici tantùm nominarent ad Beneficia vacantia, non verò illa conferrent, allegando particularem obſervantiam ejuſdem Baſilicæ pluſquam centenariam; Quia de tali diviſione, quomodò facta fuerit, nullum apparet Statutum, Concordia, vel aliqua ſpecialis Conſtitutio; Ex ſupradictis duobus modis conferendi, DD. exiſtimarunt, ultimum tantùm, nempè ſimplicis, & nudæ nominationis exerceri à Canonico Turnario Baſilicæ S. Petri, alterum verò collationis expleri à Capitulo; nàm pro illa concurrunt tot actus inferiùs recenſendi complentes pluſquam centenariam, quæ præſumere facit etiam titulum; & proprereà quando collatio facta per Canonicum Turnarium non eſt propria, & perfecta collatio, ſed ſimplex nominatio, & actus merè extracapitularis, tunc nullum dubium remanet, quod talis actus expleri poteſt etiam per Canonicum in Sa- 2
cris non conſtitutum, imò non repugnat, quod exerceatur per perſonas exteras, laicas, & quod magis eſt, etiam per fœminas, ut paſſim obſervatur in Beneficiis patronatis, tameiſi habentibus annexam Curam Animarum; Ad notata per *Lap.* 3
alleg. 8. num. 3. & alleg. 78. num. 8. Gratian. cap. 482. num. 25. Rebuff. tract. var. de nominat. quæſt. 8. ſub nu. 3. §. Unde conſului, Barboſ. in Clem. ut ii de ætat. & qualit. num. 7. in fin. & in tract. de Canon. & Dignitat. cap. 37. num. 21. Garz. de Benef. par. 3. cap. 4. num. 31. & par. 5. cap. 1. num. 715. & in Colonien. Canonicatus 27. Junii 1685. & 17. ejuſdem menſis 1686. coram Eminentiſs. Mediolanen. & in Friſingen. Canonicatus 4. Julii 1692. §. Prout non meretur, coram R. P. D. meo Molines.

Quod talis diviſio ità facta fuerit, ſatis comprobatum remanet ex juribus novitèr deductis à ſcribentibus pro Zaino, quæ non ſolùm optimè declararunt etiam ea, quæ jam præcedentèr producta fuerant, ſed ad oculum demonſtrant, ita ſemper practicatum fuiſſe per ſpatium ferè duorum ſæculorum; Ideoque in caſu præſenti cum non agatur de firmando in genere, qualem actum exerceant,

ceant, ſeù exercere debeant Canonici in collatione Beneficiorum, ſed de cognoſcendo in concreto quid verè faciant Canonici S. Petri; ex actibus inferiùs recenſendis dicendum eſt, prædictos Ca-
4 nonicos tantùm nominare, & hanc ſpecialem obſervantiam emanare, de qua cum teſtentur deciſiones coram Gyptio. ut *in deciſ. 15. circa princip. & num. final. par. 3. rec.* ibi -- *& ſi adeſſet aliqua dubitatio, ex obſervantia ſubſequuta benè tolleretur*, & priùs dictum fuerat *in deciſ. 600. per tot. & deciſ. 603. nu. 3. par. 4. diverſ.* iſta unicè venit attendenda ad reſolutionem Cauſæ, ut omiſſis generalibus in individuo probat *Lotter. de re Benef. lib. 2. quæſt. 21. ſub num. 42. §. Infert quartò cum aliis ſeqq.* quapropter in præſenti caſu non militat diſpoſitio Bullæ Nicolai, neque Textus *in d. Clem. ut ii*, & minùs relevant noviſſima diſpoſitio Concilii, & poſtremæ deciſiones *coram Durano*, quia iſtæ omnes procedunt in terminis veræ, & perfectæ collationis.

Primò enim exhibitæ fuerunt nonnullæ collationes factæ de annis 1562. & 1571. & 1580. per Canonicos in Sacris non conſtitutos, & datæ *in Summ. Zaini num. 8.* cumque tales proviſiones ſuum habuerint effectum, dicendum eſt, quod ſint ſimplices nominationes; quia aliàs contra expreſſam diſpoſitionem Bullæ Nicolai non fuiſſent admiſſæ à cæteris de Capitulo, qui tamquàm Canonici illius Baſilicæ, quam idem Nicolaus vocat cæterarum Eccleſiarum Speculum, & Exemplar, cùm ſint, & ſemper fuerint omni virtute, & rerum Eccleſiaſticarum experientia ſummopere inſignes, non toleraſſent tot actus factos à Canonicis in Sacris non exiſtentibus, ſi non agnoviſſent illos fe-
5 ciſſe ſimplices nominationes, ne totiès in Beneficiis illius Baſilicæ repetitus fuiſſet adeò vitioſus ingreſſus ad *Text. in cap. auditis de elect. Soccin. Sen. conſil. 11. num. 4. verſ. nec obſtat lib. 1. Rot. cor. Manzaned. deciſ. 162. num. 7. & in Recent. deciſ. 410. num. 6. par. 18.*

Sed hoc idem declarant nonnullæ antiquæ atteſtationes trium Canonicorum eiuſdem Baſilicæ S. Petri, qui expreſsè teſtantur Canonicos Turnarios ſemper nominaſſe ad Beneficia in illorum hebdomada vacantia, & collationem deindè expletam fuiſſe à Capitulo, juxtà conſuetudinem eiuſdem Eccleſiæ, cumque poſt lapſum tanti temporis, iſti tantummodò actus reperti fuerint ex tot enunciatis in magna mole ſcripturarum in actis productarum coram Gyptio, ut videre eſt *in d. deciſ. 15. par. 3. rec.*; Etiam ex iſtis unà cum deciſionibus Rotalibus dicendum eſt tunc temporis ita conventum, & obſervatum fuiſſe, ne error
6 præſumatur in perſonis de gremio Capituli benè informatis, & de re ad earum dignitatem ſpectante deponentibus *Felin. in cap. veniens il primo num. 26. de teſt. & in cap. cum cauſam num. 9. verſ. ſed dicas de probat.* cum aliis deduct. per *Rot. coram Coccin. deciſ. 1687. num. 22.*

Imò cum hæc eadem controverſia in ſpecie orta fuerit uſque de anno 1590. & ventilata in noſtro Auditorio coram eodem Gyptio, ſimilem habuit effectum, nàm cum Magiſter Ceremoniarum de illo tempore omiſiſſet deſcribere in tabella Turnaria ad collationem Beneficiorum Canonicos Pallottam, & Verallum in Sacris non exiſtentes, iſti ſuperuenta vacatione Beneficii, conſumptis omnibus Hebdomadis in Turno deſcriptis, ne ad novam deveniretur, ipſis omiſſis reclamarunt à tali deſcriptione, & tunc Sacra Rota in ſupradictis deciſionibus emanatis coram Gyptio *in 600. & 603. par. 4. diverſ. & deciſ. 15. par. 3. Rec.* firmavit, quod attenta obſervantia favore Canonici in Sacris non conſtituti per diviſionem Turnariam non erat translatum in Canonicos jus conferendi, prout juris erat, ſed ſola, & ſimplex nominatio, quæ obſervantia, ſicuti prævaluit de eo tempore, ita magis prævalere debet in præſenti à ſæculo, & ultrà iterum roborata, & poſtquam deperditæ ſuint omnes ferè juſtificationes illam comprobantes.

Et tantò magis, quia de eodem tempore Capitulum per ſpeciale Decretum ordinavit, quod impoſterum in Tabella Turnaria omnes Canonici ordine ſucceſſivo deſcriberentur, & In litteris patentalibus expreſsè adnotatum fuit, quod Capitulum ad nominationem Canonici Turnarii Beneficium conſerebat, & talis tenor litterarum ſemper impoſterùm obſervatus fuit, ideòque etiamſi non adeſſent deciſiones Gyptii, & enunciata in illis, ſufficeret in præſenti non minùs diverſus modus conficiendi Tabellam, quàm alius magis clarus modus expediendi litteras patentes ad firmandam obſervantiam expoſt introductam, quæ cùm non ſit præſcriptiva, neque impeditiva legis, minuſque de directo contraria diſpoſitioni Bullæ Nicolai, vel *Clementinæ ut ji*, aut ſanctioni Concilia- 7
ri; Ibi enim nulla mentio fit de nominatione, de qua modò eſt quæſtio, potuit introduci etiam minori tempore, & valet tribuere jus Canonico in Sacris non exiſtenti pro futuris temporibus, ut communitèr notant *DD. in cap. litter. patent. de privil. Specul. tit. de citat. num. 3. in fine Genzal. ad reg. Cancel. gloſ. 59. per tot. Lotter. de re Benef. lib. 2. quæſt. 21. nu. 47. de Luc. de Benef. diſc. 29. ſub num. 16. & diſc. 32. num. 8. cum ſeqq. Rot. coram Bich. deciſ. 241. num. 19. cum ſeqq. Coccin. deciſ. 233. num. 2. cum ſeqq. Buratt. deciſ. 809. num. 3. & ſeqq.*

Sed quod magis eſt, etiam ex actibus indè ſequutis probata fuerunt ea, quæ reſpiciunt veram, & effectivam collationem ſemper remanſiſſe penès Capitulum, & ab eodem accuratiſſimè expleta; à Capitulo enim deputati fuerunt Examinatores, qui nominatos per Canonicos examinarent, & de illorum idoneitate teſtarentur, ut ad Examinatorum quoque relationem litteræ concederentur, ſicut in quacumq; vacatione factum videtur, ut ex pluribus decretis ejuſdem Capituli datis *in Summ. Zaini num. 6. 7. & 21.* ſequuto namque examine, Canonici congregantur, & litteræ in loco Capitulari decernuntur, & ſignatæ à Notario, & Secretario Capituli ſucceſſivè expediuntur, & in omnibus his actibus Canonicus non in Sacris nunquàm intervenire dicitur, quia ab illis tamquàm Capitularibus excluſus remanebat à Bulla Nicolai illi prohibente vocem in Capitulo, ſed tantùm ſubiiciebat propriam nominationem examini, & approbationi cæterorum de Capitulo. Si enim ille actus non dicitur perfectus, quando adhuc ſupereſt aliquid faciendum, quomodò dici poteſt vera collatio actus nominationis, quæ fit à Cano-
nico, ſi poſteà tot, tantaque ſuperſunt facienda ab 8
univerſo Capitulo, & quæ dant etiam eſſe rei, quia nominatio facta à ſolo Canonico, nullum produceret effectum, ex quo ſit, ut actus Capituli, non autem ille Turnarii dicatur habere vim veræ, & perfectæ collationis, ut præcedentèr dictum fuit coram Gyptio *in deciſ. 600. ſub num. 3. verſ. ſecundò dicebatur part. 4. diverſ. & in d. Friſingen. Canonicatus 4. Iulii 1692. §. Prout non meretur, coram R. P. D. meo Molinei.*

Hæc autem diſtinctio collationis, & nominationis

tionis, & quod una exerceatur per Capitulum, altera per Canonicum, comprobatur paritèr ex decreto Cardinalis Archipresbyteri lato de anno 1591. in quo expreſsè contradiſtinguitur actus nominationis factæ per Turnarium ab actu collationis expletæ per Capitulum, cumque talis enunciativa emanata in actu proportionato ſit antiquiſſima excedens metam centum annorum, optimè demonſtrat uſque de eo tempore, cujus naturæ ſit actus geſtus à Canonico in collatione Beneficii, non obſtante quod Capitulum à dicto decreto appellaverit, quia reclamatio non cadit ſuper enunciativa ibidem contenta, & nullatenus impugnata
9 in proſequutione Judicii, itaut ex iſto actu etiam per appellationem ſuſpenſo, & ſucceſſivè revocato benè comprobari poſſit veritas facti *Rot. in rec. deciſ. 148. par. 16. num. 14.*

Prætereà Statutum jam à Capitulo factum circa uſum Tabellæ Turnariæ, ſubſcriptum fuit etiam à Canonicis in Sacris non exiſtentibus, & alia de cauſa ſubſcribi non potuit, niſi ex ratione coæqualis intereſſe, quod ipſi quoque habebant, quia alias ſuperfluum fuiſſet, quod approbaſſent id, quod ad illos minimè pertineret, non attento quod in Statuto Capitulari non ſint expreſsè nominati Canonici ad Sacros Ordines non promoti; quia ultra quod hoc deſumitur ex illorum ſubſcriptione, nihilominus intentio Statuentium apertiùs remanet declarata ex ſubſequuta Tabella comprehendente etiam Canonicos in Sacris non conſtitutos.

Sed denuò totam hanc controverſiam compilatam, & definitam habemus ab eodemmet Capitulo; cùm enim de anno 1615. vacaverit quoddam Beneficium in Hebdomada Canonici Binzoni, iſte illud contulit Simeoni Palutio, & quia litteras patentes ſub proprio nomine expediverat, & ſibi arrogaverat, non ſolùm nominationem, ſed collationem, & omnimodam ejuſdem Beneficii diſpoſitionem; Litteræ enim tali pacto conceptæ leguntur -- *Paulus Binzonus &c. Cùm itaque ſimplex Beneficium &c. vacaverit, & vacet ad præſens, Nos ad quos collatio, proviſio, & omnimoda diſpoſitio dicti ſimplicis Beneficii ſpectat, & pertinet, tenore præſentium conferimus, & de illo providemus &c.* Capitulum illas admittere noluit, & neceſſarium fuit devenire ad novam denominationem, qua Capitulo præſentata fuerunt expeditæ novæ litteræ patentes ſub nomine ipſius Capituli, in quibus, præmiſſo quod collatio, proviſo, & omnimoda Beneficii diſpoſitio ad ipſum ſpectabat, confertur deinde idem Beneficium ſupradicto Simeoni ſub his verbis ſcilicet -- *Tibi qui à ſupradicto R.D. Paulo nominatus fuiſti, & examinatus per examinatores d. Baſilicæ, idoneus repertus fuiſti*, quæ enunciativa tamquam emanata ab ipſomet Capitulo pleniſſimè probat, cum nulla major dari poſſit probatio, quàm proprii oris confeſſio.

Quod magis comprobatur, quia quando Canonici independenter à Capitulo providere voluerunt illa Beneficia, quorum ſimplex nominatio ad illos pertinebat, obtinuerunt ſpeciale indultum à Papa, & vigore illius ſucceſſivè ſequuta fuit collatio, & expeditæ litteræ patentes ſub nomine Canonici conferentis, & facta ſpeciali mentione ipſius indulti, ut videre eſt *in Summ. Zaini num 23.* ex quo evidens deſumitur argumentum, quod Canonicus Turnarius non habebat jus conferendi,
10 dum illud procuravit ex ſpeciali indulto, & privilegio Papæ ad *Text. expreſ. in l. 1. ff. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſd. Rot. in recent. deciſ. 493. num. 6. part. 13. & deciſ. 303. num. 11. & 17. par. 16. & in Nullius Provinciæ Tarraconen. ſuper bono jure 3. Aprilis 1694. §. Hujuſmodi quippè, cor. bo. me. Emerix.*

Ulteriùs data fuerunt quamplura decreta ejuſdem Capituli incipientia ab anno 1623. uſque ad annum 1694. ut *in Summar. Zaini num. 16.* ex quibus colligitur, quod occaſione nominationum factarum a Canonicis, Capitulum ſe congregauit pro decernenda collatione, & inter dictas nominationes, nonnullæ etiam leguntur factæ à Canonicis in Sacris non exiſtentibus, aliæ ab abſentibus per ſimplices epiſtolas, & nonnullæ etiam vacationes denunciatæ fuerunt ab eodem Capitulo Canonico Turnario, & in litteris reſponſivis ſucceſſivè legitur, Canonicum devenire ad nominationem ſibi, juxtà conſuetudinem competentem, itaut ex his actibus contradiſtinctis benè dignoſcatur, Turnario etiam non in Sacris competere ſolam nominationem, Capitulo verò effectivam collationem.

Ità paritèr quando Capitulum voluit providere de aliquo Beneficio independentèr à Canonico Turnario, per ſpeciale decretum hoc ſibi reſervavit, re adhuc integra, & nulla facta nominatione per Canonicum, ut factum fuit de anno 1656. de quo tempore reſolutum extitit, Beneficium S. Elenæ conferendum eſſe ab ipſo Capitulo, etiamſi vacatum fuiſſet in hebdomada cujuſcumque Canonici, excepta tamen hebdomada Cardinalis Archipresbyteri, quod ſanè decretum Capitulum non feciſſet, ſi totum jus conferendi translatum fuiſſet in Canonicos, ſed quia verè inter illos ſolummodò diviſum fuit jus nominandi, potuit Capitulum re integra, & non expectata nominatione, illud ſibi reaſſumere vigore juris conferendi ſibi ſpectantis, cùm jus conferendi ſit potentiùs, & 11
magis radicatum, quàm jus nominandi, ut eruitur ex *Text. in cap. in illis §. 1. de præben. in 6.* & ex firmatis per *Gonzal. in cap. ſacr. ſan. 51. num. 6. de elect. poteſt. & Rebuff. de nominat. d. quæſt. 8. num. 6.*

Quod clarius evincitur ex aliis quoque collationibus abſolutè factis à Capitulo in caſu abſentiæ, vel negligentiæ Canonici Turnarii; de jure enim neglecta nominatione, eaque in tempore non facta, jus nominandi devolvitur ad Superiorem, tamquam Ordinarium Collatorem per *Text.* 12
in cap. 1. de conceſſ. præben. & in cap. irrefragabili, ibiq. gloſ. verb. Capitulum de Offic. Ordinarii, Rebuff. in prax. Benef. tit. de devol. num. 24. verſ. ſed etſi, de Luc. de Beneſ. diſc. 1. num. 28. cum ſeqq. Et ideò tales collationes factæ fuerunt abſque ullo decreto, ut in præcedenti, quod fieri non potuiſſet per Capitulum, ſi diviſum, & translatum fuiſſet in ipſos Canonicos jus conferendi, quia in tali caſu jus devolveretur ad ſubſequentem in Turno, vel ad Sanctam Sedem, & Capitulum dici non poſſet Superior, & Ordinarius Collator.

Ad cognoſcendam hanc diſtinctionem multùm demùm facere viſa eſt comparatio litterarum patentium, quæ expediuntur à Capitulo cum illis Cardinalis Archipresbyteri, iſte enim cum in Conſtitutione Nicolai expreſsè nominetur, & per primam diviſionem habeat per alternativas hebdomadas liberam, & omnimodam collationem illorum Beneficiorum in dicta Baſilica ad ſe ſpectantium, illam abſolutè facit, & proprio etiam nomine litteras dirigit, ac teſtatur ſibi conſtituiſſe de idoneitate proviſi ad formam eiuſdem Capituli, non autem ſimpliciter nominat, nec deſuper in aliquo Capitulum ſe ingerit, prout ſuccedit circa

vaeationes evenientes in hebdomadis Canonicorum Turnariorum, quæ diverlitas providendi maniſeſtè demonſtrat di verſitatem diviſionis Turni Archipresbyteri ab illa Canonicorum, ac fuiſſe inter Capitulum, & Archipresbyterum diviſum jus conferendi, non ſic inter ipſos Canonicos, inter quos ſi pariter illud diviſum fuiſſet, utique ad inſtarArchipresbyteri Beneficia abſolutè conferrent, eorumque actus nulla indigerent approbatione, ſeù collatione Capituli, quemadmodum non indigent actus collationis, qui fiunt ab Archipresbytero.

Attenta autem hac adeò longa, & inconcuſſa ohſervantia, non applicantur deciſiones Durani *la 275. 290. & 460.* licet enim ibi DD. non placuerint fundamenta deciſionum Gyptii, nbſervandum tamen eſt, quod coràm Durano articulus fuit examinatus, proùt de jure, juxta ſtatum Eccleſiæ Leodien. ad cujus formam in Canonicum Turnarium apparet translatum verum jus conferendi ſine aliquo facto Capituli *Summ. Zain. num. 24. litt. B.* cumque diverſa ſit conſuetudo in Baſilica S. Petri, ut ſuperiùs demonſtratum fuit; & in qua reſolutio emanata coràm Gyptio unicè, & fundamentalitèr inſiſtebat, ideò in caſu deciſionum coram Durano bene dictum fuit, facta mentione conſuetudinis, *quod cum Turnarius dicatur providere nomine, & vice Capituli, non autem uti ſingularis Canonicus, itaùt proviſio habeatur, ac ſi à Capitulo capitularitèr facta fuiſſet, ſequitur ut ſubrogatus in locum Capituli induat illius perſonam, in cujus locum ſubrogatur, & conſequentèr cum ius conferendi reſideat in Capitulo, & ſic inter perſonas capaces faciendi actus Capitulares, pertenere non poſſit ad alioquin non capacem, & ſic Canonicum in Sacris non conſtitutum*, & in his terminis procedunt *Text. in cap. fin. de præbend. in 6.* aliæque auctoritates allegatæ in ſuperiori §. *Fundamentum*, & propterea Deciſiones omnes in ſuo caſu ſubſiſtunt, neque illi Gyptii dici poſſunt antiquatæ, vel correctæ, ſed quoad Baſiticam S. Petri, ſunt cæteris aliis præferendæ.

Hine ceſſant æquivoca in eiſdem exadversò conſiderata; benè enim dici potuit in deciſionibus coram Gyptio, & ſignanter *la 600. par. 4. diverſ.* quod non ſatis conſtabat, an jus conferendi ſpectaret ad Canonicos uti univerſos, vel potiùs uti ſingulos, & quod Conſtitutio Nicolai non eſſet in uſu; nam cum iſta emanaverit de anno 1278. per ſpatium trium ſæculorum, de facili ſupponi poterat aliquod ſpeciale indultum, ut inferiùs demonſtrabitur, præſcribens novam formam conferendi, maximè quando obſervantia jam per tres deciſiones conformes comprobata remanebat, ſi nõ contraria, quoad collationem, proùt juris eſt, ſaltem diverſa, quoad nominationem, & ſavorabilis Canonicis in Sacris non conſtitutis, ad cujus juſtificationem levior requirebatur prohatio, cum nominatio reſpectu Collatoris ſit modici præjudi-
13 cii, ut notat *Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum de Conſtitut. aliique citati in d. deciſ. 600. numer. 3. & numer. 5. verſ. loquuntur par. 4. diverſ.* & deciſiones coràm Cavalerio quoad non uſum dictæ Conſtitntionis Nicolai, ex illarum lectura recognoſcitur procedere, quoad alios effectus.

Et tantò minùs procedit Conſtitutio Pauli V. in qua ſancitur, quod Bulla Nicolai per contrarium uſum ſuhlata non intelligatur, quia cum in eadem Bulla Nicolai nihil diſpoſitum fuerit, quoad modum faciendi nominationes per Canonicos in Sacris non exiſtentes, dum iſtæ per eos ſucceſſivo tempore factæ fuerunt, non dicuntur factæ contra tenorem Bullæ.

Minùs obſtare poſſunt nonnullæ collationes factæ ante dictas deciſiones Gyptii, & modo etiam repetitæ, ex quibus deſumi prætendebatur, quod Canonici abſolutè Beneficia conferebant, ex quo in dictis collationibus Adhibitum erat verbum *collationis*; nam ultrà quod apud DD. ſemper æquivocum fuit, an tale verbum importet potiùs veram collationem, vel ſimplicem nominationem; adhuc tamen ſemper neceſſaria fuit appoſitio manus Secretarii, & Notarii Capitularis, quæ ſufficeret ad demonſtrandam imperfectionem actus per Canonicum facti, ut refertur *in d. deciſion. 600. num. 4.* ſed ſupponendum eſt adversùs illas à Canonicis non in Sacris producta fuiſſe alia clariora documenta, quando Rota reſedit in contraria opinione, & omnia acta eſſent exhibenda, ſi ex integro materia eſſet examinanda, ſed juſtitia dictarum Deciſionum nunquam melius comprobari potuit, quàm ex facto ipſius Capituli, nam ab ipſo ſucceſſivè reformata fuit Tabella Turnaria, & litteræ patentes impoſterum expeditæ fuerunt, cum expreſſa declaratione, quod nominatio ſpectaret ad Canonicum, collatio verò ad Capitulum, & quoties contingit Canonicum non in Sacris nominare, nominatio ſuum habuit effectum, & benè in præſenti themate applicatur deciſio *in dicta Friſingen. Canonicatus 4. Iulii 1692. §. proùt non meretur coràm R. P. D. meo Molines.*

Neque obſtat, quod in illa Eccleſia aderat particulare Statutum, quia hìc concurrit particularis obſervantia, & pluſquã centenaria per tres deciſiones conformes etiam canonizata, quæ cum præbeat meliorem titulum de mundo operatur, ut per Canonicum in Sacris non exiſtentem allegari valeat poſſibilitas cuiuſcumqae tituli etiam præſumpti ad effectum valdè faciendi talem nominationem, ut in fortioribus terminis notant auctoritates allegatæ *in Cavallicen. bannalitatis furni ſuper manutentione 5. hujus menſ. §. ſed ultrà titulum coram Mi.*

Eoque magis cum in collationibus factis ante deciſiones Gyptii, & datis *in Summ. Zains numer. 3.* appareat (ſunt verba ipſarum collationum) Turnarium contuliſſe Beneficia, nedum vigore Turni, ſed etiam vigore indulti dictæ Baſilicæ, & Collatiori Hebdomadario pro tempore exiſtenti conceſſorum, & ſucceſſivè *in d. deciſ. 600. ſub n. 2. verſ. primò reſponſum* expreſsè dicatur, ad dictam diviſionem deuentum fuiſſe de volontate Papæ, præſertim quia in tot litteris collationum per ipſos Canonicos factarum aſſeritur, dictum jus illis uti ſingulis ex privilegiis, & antiqua conſuetudine competere, ſequitur proindè, ut ſi modo dicta privilegia ob injurlam temporis deperdita non exhibentur, poſſit ex illis, juncta alia longæva obſervãtia deſumi poſſibilitas pluſquam certa ſpecialis hujus tituli ex ſuperiùs deductis.

Nec ad infringendam talem obſervantiam allegari poteſt præſumptio juris favore Capituli, quia hæc procedere poſſet niſi ex publicis documentis totiès repetis conſtaret, inter Canonicos fuiſſe ſolummodò diviſum jus nominandi.

Et tantò minùs dici meretur, quod uſus Tabellæ Turnariæ invaluit ſolùm pro bona ratione dirigendi functiones Eccleſiaſticas, ut unuſquiſque proprium munus ſciat, & dietim exerceat, cum de cætero Tabella non poſſit habilitare incapaces, & ſicuti deſcribuntur Canonici non Sacerdotes ad officium Miſſæ, & non Diaconi pro

Euan-

Euangelio, licèt iſti adimplere non poſſint proprium munus, ità paritèr dicendum ſit de Collatione, itaùt Tabella tribuat ſolùm habitualem, non actualem aptitudinem; Nàm ut probatum eſt, cum talis incapacitas non adeſſet in Canonico nō in Sacris non exiſtente, quia de facto nominavit, Tabella Turnaria in his, quæ à Jure non aborrent, attendenda eſt, & data in Canonico in Sacris actuali aptitudine ex eadem Tabella exercere valet etiam habitualem, nec à diverſis fieri debet illatio vulgata *l. Papinianus ff. de minoribus*.

Minùs obſtat, quod nominationes factæ, tàm ante deciſiones Gyptii, quàm poſt de annis 1675. 1677. & 1693. per Canonicos de Abaltemps, & Auguſtinum tunc in Sacris non exiſtentes, non ſint de Beneficiis Baſilicæ, ſed Exteris, quodque ex obſervantia in uno caſu introducta fieri non debeat extentio ad alium, cum tantum de potentia habere dicatur, quantum de actu; nam obſervandum eſt, quod Pius IV. quando univit dicta Beneficia extera, unionem fecit ſub eadem lege Nicolai, ut videre eſt *in Summ. num. 28. litt. A.* & propterea eodem modo ſunt providenda; ſed quod omnem tollit difficultatem, cum nulla videatur differentia in eodem Tabella Turnaria de una ſpecie ad aliam, & in ea indiſtinctè reperiantur deſcripti tàm Canonici in Sacris, quàm non in Sacris conſtituti; Quoties non militat aliqua peculiaris ratio, Tabella debet etiam indiſtinctè compræhendere tàm Beneficia urbana, quam forenſia, & cum Lex non diſtinguat, nec etiam nos diſtinguere debemus.

Nec pro effugienda nominatione facta à Canonico Binzono eici poteſt, quod illa collatio facta per Capitulum dicatur facta ad cauthelam, quia Capitulum non expreſſiſſet in litteris ad nominationem Turnarii, & quod Palutius Collatarius idoneus repertus fuerat ab Examinatoribus, ideoque iſte ſolus actus ſufficeret poſt deciſiones Gyptii.

Nec talis obſervantia dici poteſt abrogata per non uſum, ex quo ab anno 1580. uſque ad annum 1692. nulla detur Collatio facta à Canonico non in Sacris; quia ultra quod ceſſat objectum in facto, attentis quampluribus decretis hoc medio tempore emanatis, & ſupra recenſitis, occaſione nominationum factarum à Canonicis etiam non in Sacris, adhuc tamen neceſſarium eſſet docere, quod alicujus nominatio fuiſſet impugnata à Capitulo, & in contradictorio Judicio non admiſſa, alias enim ſi non evenit caſus, proùt de facili contingere poterat, quia ut plurimum pauci ſint Canonici non in Sacris, & plures Beneficiati ſunt affecti Sedi Apoſtolicæ, nullum præjudicium illatum videtur Canonicis non in Sacris.

Nec pro inducenda tali abrogatione allegari poteſt nominatio facta à bo:mem: Cerretano; quia ultra quod fuit admiſſa à Capitulo, ut videre eſt *in Summar. Zaini numer. 15. in fin.* & nominatus fuit etiam ſucceſſivè inſtitutus ab eodem Capitulo, adhuc tamen ſi in litteris patentibus nulla facta fuit mentio de nominatione ejuſdem, imò etiam ſi non fuiſſet admiſſa, huic tanquam unicæ ſemper reſiſterent tot nominationes, tot decreta, & deliberationes factæ ab ipſo Capitulo, quæ ad oculum demonſtrant ita ſemper obſervatum fuiſſe, neque ad ſummum negligentia unius, alteri præjudicare poſſet.

Sicut autem talis obſervantia non fuit ſublata ex non uſu, ità redeundo ad principium multo minus dici poteſt abrogata ex decreto *irritanti*, & clauſula *ſublata* in Conſtitutione Nicolai adjecta, quia cum illa quoad ſimplicem nominationem ſpecialitèr non inhabilitet Canonicos ad Sacros Ordines non promotos, ad illam non extenditur dicta clauſula *ſublata*, & decretum *irritans*, ultrà quod in hoc caſu conſiderari etiam poſſet privilegium Apoſtolicum, de quo fit mentio in deciſionibus Gyptii & ſignātèr *in* 600. & in Collationibus ante illas emanatis, quod tamquam poſteriùs, & indiſtinctè comprahendeus omues Canonicos, vel declararet Conſtitutionem Nicolai, vel ſin minus illius obſtaculum removeret.

Et demùm modus iſte conferendi comprobatur ex obſervantia, quæ practicatur in altera Baſilica S. Mariæ Maioris, ubi paritèr Canonici etiam in Sacris non conſtituti nominant, & Collatio fit per Capitulum: & quamvis ex conſuetudine unius Eccleſiæ fieri non poſſit illatio quoad aliam, hoc tamen non poſſit illatio quoad aliam, hoc tamen non procedit in præſenti, ubi tale jus conceſſum legitur ab eodem Pio IV. Capitulo S. Mariæ Majoris ad formam Baſilicæ S. Petri.

Nec dicatur, quod talis diviſio introducta fuerit ad tollendas diſcordias inter Canonicos, cumque Canonici non in Sacris ſint à principio excluſi, ità compræhenſi non remaneant in Concordia, quia inter iſtos nulla oriri poterat diſcordia; nàm cum de iſta ignoretur principium, ſuper quo orta fuerit diſcordia inter Canonicos, an potius fuerit inter Canonicos in Sacris tantùm, vel etiam inter alios in Sacris non conſtitutos, ſatis eſt hæc ſola poſſibilitas, vt diviſio præſumatur facta reſervando collationem Capitulo, nominationem Canonicis etiam ad Sacros Ordines non promotis, quibus non reſiſtente aliqua Juris diſpoſitione, pro eiſdem faciunt tot actus ſuperiùs adducti, *Fagnan. in cap. cum Eccleſ. Volater. numer. 25. de Eccleſ. de Luca de Beneſic. diſc. 29. n. 16. & diſc. 32. ſub n. 8.*

Minùs relevant atteſtationes Vicarii, Decani, & Secretarii, medio juramento aſſerentium, quod Canonici Turnarii liberè conferunt, nec tenentur examinari facere Collatarios; quia quidquid ſit de hoc moderno uſu, ſeù potiùs abuſu, ſufficit, quod ita à principio ordinatum, & obſervatum ſit, mediantibus, ac præviis electione Examinatorum, Nominatorum examine, litteris patentibus, & tot decretis capitularitèr emanatis, ut dicendum ſit, quod ſatis conſtet de tali laudabili ſtylo examinandi Collatarios, & expediendi litteras patentes in loco Capituli, ut ex his dignoſci poſſet, quod actus Canonici ſit potiùs nominationis, quàm veræ collationis.

Et demùm pro coronide prætendebatur, quod etiam ſimplex nominatio ſpectare debet ad Capitulum Collatorem, cum illa originem trahat ex jure Capituli, & ſubrogetur in locum vocis, & ſuffragii Capitularis, ideoque ſicuti Canonicus non in Sacris fuiſſet incapax ſedendi, & votandi in Capitulo, ità quoque incapax cenſendus veniat quoad nominationem; nam actus, qui proveniunt ex jure Capituli, conſiderari debent in duplici claſſe, nonnulli enim ſunt Capitulares, & qui nonniſi capitularitèr, & in loco Capituli expleri poſſunt, ita etiam exerceri non valent, niſi ab iis qui habent vocem, & locum in Capitulo, & in his terminis intelligendus eſt *Text. in c. fin. de præben. in 6.* & procedunt auctoritates in contrarium alle-

Digitized by Google

gatæ ; alii verò licèt originati ex jure Capituli, poſſunt tamen etiam extra capitulariter expleri, & quamuis fieri poſſint in communi, non repugnat, quod illi attribui poſſint per Turnum ſingulis Canonicis non uti Capitularibus vocem habentibus in Capitulo, ſed tamquam delegatis ad exercitium illorum actuum, cumque inter iſtos cadat etiam exercitium juris nominandi, ut demoſtratum fuit, cum expleri poſſit extra Capitulum per abſentes, & etiam per Epiſtolas; idcircò ſi nulla
14 facta fuiſſet diviſio, illud pertineret ad totum Capitulum, poteſt tamen ſingulariter dividi inter ſingulos Canonicos, quia cum nominatio debeatur ratione Canoniæ, ſolet ſemper extra Capitulum expleri, ut benè probant *Lap. alleg. 78. poſt numer. 8. & in Valentina Præeminentiarum 11. Martii 1641. §. Pro præpoſitis, coram bon. mem: Pirovano, & in Colonien. Canonicatus 17. Junii 1686. §. Non obſtat quod hæc, coram Eminentiſſimo Mediolanen.*

Et ità partibus aeritèr informantibus, & Cauſa ſemel, atque iterum propoſita, ſuffragantibus omnibus DD. reſolutum fuit &c.

R. P. D. CAPRARA

Caſalen. Quarta Funeralium.

Mercurii 16. Januarii 1697.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio Cathedralis, quoad Jus Sepeliendi, Quartam Funeralem, & alia Sepulturam concernentia hìc enucleatur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio exigendi Quartam Funeralem, & Juris Sepeliendi ex quibus probetur.*
2 *Poſſeſſio ſepeliendi probatur ex Teſtibus, & antiquis enunciativis.*
3 *Enunciativa Epiſcopi probat, quia præſumitur informatus de Juribus ſuarum Eccleſiarum.*
4 *Poſſeſſio concedendi licentiam ſepeliendi ex quibus probetur.*
5 *Poſſeſſio retinendi librum mortuorum ex quibus probet.*
6 *Poſſeſſio negativa non probatur, ex eo quod Teſtes deponant, quod in tota Civitate non adſunt alii Veſpillones, quam illi Capituli, niſi deponant etiam quod aliæ Eccleſiæ nequeant retinere Veſpillones ad effectum ſepeliendi.*
7 *Poſſeſſio concedendi licentiam Parentibus pro eligenda Sepultura pro infantibus, ex quibus non probetur.*
8 *Verbum* Prætenſio *non inducit confeſſionem, ſed potius tendit ad negandum, quam ad affirmandum.*
9 *Parochus in propria Parochia omnes præcedere debet.*
10 *Funere in aſſociando quot Cappellani, & Presbyteri intervenire debeant, & quot Cruces, ſeu Confraternitates hoc pendet unicè ab arbitrio parentum, vel hæredum de funeri, non autem Parochi.*
11 *In Sepultura Culcitræ traditio cum ſolutione certæ Summæ ad favorem Parochi illam tradere volentis videtur quædam Gabella prohibita.*
12 *Synodus Divi Caroli licet extra Provinciam eſt magni facienda.*

DECIS. XV.

PEtente Capitulo Cathedralis Eccleſiæ Sancti Evaſii Caſalen. manutentionem in quaſi poſſeſſione.

Primò, exigendi Quartam funeralem ab omnibus Eccleſiis Parochialibus tam Regularibus, quàm ſæcularibus dictæ Civitatis etiam ſi agatur de mortuis in alienis Parochiis.

Secundò, ſepelliendi omnia Cadavera defunctorum in Civitate, qui ſepulturam non elegerint.

Tertiò, certiorem fieri Capitulum, ſeù Canonicum ab ipſo deputatum de electione ſepulturæ facta per defunctum, ut illam recognoſcat.

Quartò. Deſcribendi in particalari libro omnes, & quoſcumque Mortuos Civitatis.

Sextò. Impartiendi licentiam Parentibus pro eligenda Sepultura Filiis Impuberibus, quando propriam non habent ſepulturam.

Septimo. Præcedendi omnes alios Parochos Civitatis in quocumque funere.

Octavò. Ducendi ad Funus tot Cappellanos, quot ſunt Cruces intervenientes.

Nonò. Demum tradendi privativè Culcitram cum exactione quartæ pro ipſa.

Domini re maturè diſcuſſa reſponderunt dandam eſſe manutentionem Capitulo, quoad primum, ſecundum, tertium, & quartum ex relatis actibus, in reliquis verò denegandam, reſpectu enim primi actus concernentis exactionem quartę funeralium, quaſi poſſeſſio Capituli remanet probata, tum ex teſtibus de anno 1513. examinatis, quorum depoſitiones dantur in hodierno memoriali pro Capitulo, & ex aliis teſtibus examinatis anno 1533. *dicto Summ. num. 4.* & ſucceſſivè aliis de anno 1609. productis coram bona memoria Pirovano, & manutentive deſuper reportata *dicto Summ. num. 12.* cum deciſione ſuper bono jure, quæ eſt la 376. *par. 1. recent.* tum ex ordinationibus factis de anno 150. ab Epiſcopo Carretto, quod omnes Eccleſię quartam traderent Cathedrali *dicto Summ. num. 5.* tum ex quampluribus enunciativis emiſſis in iſtrumentis datis *in dicto Summar. num. 6. & 16.* tum ex diverſis judicatis etiam Rotalibus obtentis juxta temporum contingentiam contra Eccleſias, quæ quartam ſolvere detractarunt, & ſubſequuta earum acquieſcentia; Tum demum ex teſtibus nuperrimè examinatis de anno 1694. in Curia Epiſcopali Caſalen. idem deponentibus, ac illi de anno 1533. *dicto Summar. numer. 3.* 1
ex quibus omnibus ſatis dicitur probata poſſeſſio Capituli, tam antiqua, quàm media, quarta moderna, itaut eidem denegari non valeat manutentio ex *vulgat. §. retinendæ Juſtit. de interdict. Rota deciſ. 12. num. 2. & per tot. par. 7. & deciſ. 29. numer. 1. & ſequen. par. 11. recent. in Mantuana funeralium 5. Julii 1694. §. cum enim manutentio coram R. P. D. meo Priolo.*

Quoad Secundum, qui reſpicit quaſi poſſeſſionem ſepeliendi Cadavera defunctorum in tota Civitate, qui ſepulturam non eligerint, probatur ex ipſis proximè narratis documentis, nempe ex teſtibus anni 1533. *dicto Summ. n. 7. verſ. tutti li defonti,*

nec-

necnon ex enunciativa emiſſa anno 1602. ab Epiſcopo in erectione Eccleſiæ S.Georgii in Parochia-
2 lem *dicto Summ. num.*6. ibi -- *ſi contingerit, quod aliquis decedat ſine electione ſepolturæ, ſepeliri debeat in Eccleſia Cathedrali, prout in aliis Eccleſiis obſervatur*, & pariter ex teſtibus anni 1694. *dicto num.* 3. *litt. B. & L.*

Et licet, quoad enunciativam emiſſam ab Epiſcopo anno 1602. particulariter reſpondeatur illam non probare in præjudicium aliarum Parochialium, tamen reſponſio non ſatisfacit, dum agi-
3 tur de enunciativa antiqua emiſſa ab Epiſcopo, qui præſumitur informatus de Juribus, & qualitatibus ſuarum Eccleſiarum, juxtà notata per Doctores *in Clem.* 2. *de offic. Judic. ordin. Felin. in cap. adverſus num.* 15. *de reſcript. Card. de Luca de Benefic. diſc.* 90. *num.* 12. *Rota deciſ.* 289. *num.* 4. *par.* 14. *& deciſ.* 274. *num.* 4. *par.* 17. *etc.*

Quoad tertium, quod poſita electione ſepulturæ, Canonicus à Capitulo deputatus illam recognoſcat, eaque recognita licentiam tumulandi Veſpilionibus tribuat, gratis tamen conſtat de
4 quaſi poſſeſſione, tam ex teſtibus anni 1533. *d. nu.*4. quam ex teſtibus anni 1694. *d. num.* 3. *lit. A. & G.*

Quod attinet ad quartum retinendi librum particularem, & in eo deſcribendi omnes, & quoſcumque mortuos Civitatis, conſtare viſum eſt ex enunciativa emiſſa in pluribus licentiis datis à Capitulo, ſeù Canonico ab eo deputato *dicto Sum-*
5 *mario num.* 16. item ex Teſtibus anni 1609. *dicto Summario num.* 5. *in princ.* Rurſus ex enunciativa Epiſcopi anni 1602. occaſione erectionis in Parochialem Eccleſiæ S. Gregorii *dicto Summario num.* 6. ibi: *Non poſſit illum ſepulturæ tradere, niſi prius fuerit ſcriptus in libro Cathedralis Eccleſiæ, in quo nomina, & cognomina deſcribuntur, prout alii Parochi ejuſdem Civitatis conſueverunt, & de præſtuti obſervant*; denique ex Teſtibus anni 1694. *dicto num.* 3. *lit. A. & G.* & ex fidibus ab ipſo Clero deductis, & datis in *Summario Capituli num.* 14.

Et quamvis in contrarium adducantur ordinationes Epiſcopi Carretti, in quibus legitur: *Che ninna Chieſa così di Regolari, come de Secolari ardiſca pigliare per ſcrivere li morti, portione Canonica, ò altro*, inde inferendo, quod liceat unicuique Eccleſiæ mortuos deſcribere, & conſequenter librum ad hunc effectum retinere, attamen, vel hæc illativa permiſſio contraponi nequit tot claris probationibus ſuperiùs enumeratis, vel non repugnat, quod quælibet Eccleſia Parochialis mortuos deſcribat in proprio libro, illos tamen notificare teneatur Capitulo Cathedralis, qui illos in Cathalago defunctorum valeat regiſtrare.

Hæc quoad primos actus, quo verò ad reliquos, negativa reſolutio circa quintum retinendi Veſpillones privativè quoad omnes alias Eccleſias, fuit ex eo, quod huiuſmodi facultas, & poſſeſſio non probatur ex libello per Clerum porrecto Epiſcopo *dicto Summario num.* 1. ubi ſolum dicitur, quod niſi ſolvantur quarta Capitulo, illud: *Soſpende l'ordine al Beccamorto dalla medeſima totalmente dipendente, perche da eſſa ſolo deputato*, quod probat quidem alias Parochiales uſas fuiſſe Veſpillone Cathedralis, non autem iſtam facultatem habuiſſe interdicendi aliis Eccleſiis, ne alios Veſpillones retineret; Neque ex teſtibus anni 1694. relatis in *eodem Summario num.* 3. *litter. C. & I.* quia iſti ſolum deponunt in tota Civitate alios non adeſſe Veſpillones, quam illos Capituli, non autem quod aliæ Eccleſiæ nequeant retinere, utpotè à Capitulo

prohibitæ, prout iſto caſu neceſſarium eſſet ex de- 6
ductis per *Poſth. de manut. obſervat.* 73. *num.* 28. *in fin. & Rot. deciſ.* 112. *num.* 1. *&* 6. *par.*4. *recen.* & præciſè loquendo de Veſpillonibus, licet ad alium effectum, tradit *Capon. diſcept.* 262. *conclus.* 4. *nu.* 1. *& ſeqq.*

Circa ſextum concedendi licentiam parentibus pro eligenda ſepultura filiorum impuberum proprium ſepulchrum non habentium, non conſtat de hujuſmodi poſſeſſione, ex prænotato libello Cleri, quia ibi Clerus enarrat, prætenſiones
Capituli circa tales licentias, illas nullatenus ad- 7
mittendo, imò impugnando, ut patet ex *dicto Summario num.* 1. Neque conſtat ex teſtibus anni 1694. *dicto Summario num.*3. *litt. D. & L.* quia ſolum deponunt, quod non eligentes ſepulturam tumulantur in Cathedrali, exceptis infantibus trium annorum, qui ſepelliuntur in Parochia, in qua decedunt.

Quantum ad ſeptimum, quod Parochus Cathedralis omnes alios præcedat in quocumque funere allegatur ad illius probationem primò confeſſio Cleri in dicto libello *d. Summ. num.* 1. §. 5. ſed hæc confeſſio non ſubſiſtit, dum ibi variatur prætenſio Capituli impugnativè, & verbum ipſum *prætenſio* tendit potiùs ad negandùm, quam ad af-
firmandum, *Rot. deciſ.* 558. *num.* 1. *&* 2. *coram Cerro*, 8
ſecundò teſtes anni 1609. ſed neque concludere videntur, dum unicè deponunt, quod quando Capitulum ivit ad levanda Corpora defunctorum, Canonicus Hebdomadarius, qui ſupponitur Parochus Capituli, nigro Pluviali indutus levabat corpus ducendum ad ſepulchrum, ibi: *Per riſpetto poi di levare li Corpi &c. Quando il Capitolo di S. Evaſio è andato a' morti tanto à quelli della Parrocchia, quanto ad altre Cure, ſempre il Canonico Heddomodario della Cathedrale veſtito di Pluviale negro levava il Corpo per condurlo alla ſepultura &c.* nullum autem verbum, quod Curatus Cathedralis ipſo Capitulo non interveniente præcederet in aliena Parochia illius Parochos, qui neque nominati leguntur in depoſitionibus teſtium.

Et licet de hoc deponant teſtes anni 1694. *d. num.* 3. *lit. E. & M.* adhuc probatio ex his ſolis teſtibus deducta nimis debilis videtur, præſertim in
materia, cui Jus reſiſtit, cum Parochus in propria 9
Parochia omnes præcedere debeat, ut pluribus cumulatis reſolutionibus Sac. Congreg. Rituum, firmat *Pignatell. conſult.* 46. *num.* 6. *tom.* 7. *Bordon. de præcedent. & majorat. numer.* 210. *Urat. diſcept.* 278. *num.* 84.

Quoad octavum ſuper facultate mittendi ad funera tot Cappellanos, quot ſunt Religiones, & Confraternitates, quæ interveniunt; deficit pariter probatio, nam illa quæ deſumitur ex ſupra dicto libello non concludit, cum contineat meram narrativam prætenſionis impugnativè factam, prout nec concludit altera elicita ex ordinationibus Epiſcopi Carretti, cum iſtæ ſtatuant dumtaxat generaliter, & indefinitè quoad omnes Parochias, quod: *Quando ſono invitati à morto uno, ò più Conventi di Regolari, ò Compagnie, vadi il Curato di quella Parrocchia con ſei Sacerdoti ſecolari delli più anziani, che ſervono alla Chieſa*, *d. Summ. num.* 7. Unde non ſubſiſtit, quod tot Cappellani interveniant, quot Cruces, dum adeſt præfinitus numerus ſex Sacerdotum, & tamen poſſent intervenire plures Religiones, & Confraternitates; minus denique tertia deducta ex teſtibus anni 1694. quia neque iſti id probant, cum deponant ſolum: *Che in occaſione de*

fune-

Digitized by Google

funerali, ac quali intervengono più Croci, il Sig. Vice Curato di S. Evaſio è ſempre intervenuto con ſeguito de Manſionarli, ò ſiino Cappellani della Cathedrale, nul-
10 latenus autem dicunt, quod tot Cappellani interveniunt quot Cruces *d. nu. 3. lit. F.* cum hoc etiam eſſet contra Jus, ex quo numerus Presbyterorum intervenire debentium unicè pendet ex arbitrio parentum, vel hæredum defuncti, ex deductis per *Barboſ. de Paroch. cap. 26. num. 57. & ſeqq. Marchett. de ſepultur. tit. 40. num. 1. & ſeqq. Nicol. in floſc. verb. Parochus num. 12. Pignatell. conſult. 201. num. 26. cum duobus ſeqq. tom. 4.*

Idem fuit dictum quoad nonum, ſcilicet privativam retentionem, & traditionem Culcitræ,
11 cum ei reſiſtere videantur Conſtitutiones Synodi Provinciales æditæ à Divo Carolo Borromeo *in d. Summ. num. 18.* quamvis autem Civitatem Caſalen. non eſſe in diſtrictu Provinciæ Mediolanen. prætendant defenſores Capituli, quidquid tamen ſit de hoc, ſaltem ex quo non probatur legitima quaſi poſſeſſio ex parte Capituli, & ex quo in omnem caſum traditio Culcitræ cum ſolutionem certæ ſummæ præſeferre videatur, quamdam Gabellam impoſitam hæredibus, abſque ullo Juris frumento, idcircò Synodus Divi Caroli ſi non in vim ſupremæ legis Provincialis ſaltem tamquam ſancta, ſolubris, & finitim Conſtitutio magnam in ſe perhibet deciſionem, ut in propoſito dicebat
12 *Card. de Luc. de feud. diſc. 51. num. 7.* & conſonat *Rot. deciſ. 786. num. 6. par. 18. rec.*

Et ita juxtà modum ſuperiùs expreſſum dandam eſſe manutentionem fuit reſolutum Capitulo Cathedralis ex una, & Clero Seculari, & Regulari ex altera, partibus informantibus.

R. P. D. CAPRARA

Caſalen. quartæ funeralium ſuper bono Jure.

Mercurii 16. Januarii 1697.

ARGUMENTUM.

Agitur de quarta funerali, & Jure ſepeliendi.

SUMMARIUM.

1 *Petitorii ſuſpenſio, donec terminetur poſſeſſorium non impedit quominùs unum poſt alium, ſeparatim, tamen diſputetur, ac poſt decretum de manutenendo, ad Sententiam in petitorio quanto citiùs, cum minori partium diſpendio devenìri valeat.*
2 *Cathedrales Eccleſiæ etiam Matrices appellantur.*
3 *Poſſeſſio quadragenaria ſufficit in materia exigendi quartam funeralem, & alia ubi Jus non reſiſtit.*
4 *Extremis probatis media præſumuntur.*
5 *Sepeliendi Jus, quoad cadavera defunctorum in aliena Parochia non ſpectat ad Cathedralem, ſed ad ipſam Parochiam.*
6 *Sepulturæ electionis certioratio, & licentia tumulandi ſpectat ad Parochum.*
7 *Parochus tenetur librum retinere, in quo defunctorum nomina adnotantur.*
8 *Sepulturam pro filiis impuberibus eligere poſſunt parentes, abſque licentia Capituli.*

DECIS. XVI.

POſt reſolutum articulum Manutentionis deventum fuit ad diſceptationem ſuper petitorio, quamvis defenſores Capituli exciperent de illius ſuſpenſione, niſi terminato prius poſſeſſorio, cum incongruum non ſit unum poſt alium ſeparatim tamen diſputare, ut poſt decretum de manutenendo, ad ſententiam in petitorio quanto
citiùs, & cum minori partium diſpendio devenìri 1
valeat, ut fuit dictum in *Tudea. Beneficii 6. Martii 1693. §. fin. coram me, & prius coram Bich. deciſ. 54. num. 1. & 2.* præſertim cum jam adſit deciſio ſuper adjudicatione quartæ funeralis coram bo. mem. Pirovano: Undè propoſito dubio: *An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis*, Domini pro confirmatione Deciſionis reſponderunt, nimirùm quartam funeralem adjudicandam eſſe Capitulo Cathedralis Eccleſiæ S. Evaſii.

Etenim quidquid ſit, an concludenter juſtificetur, dictam Eccleſiam S. Evaſii eſſe matricem, cum probationes adductæ licet præſeferre videantur matricitatem, non conſtet tamen illam fuiſſe primo loco ædificatam, & alias Eccleſias in illius auditorium lapſu temporis conſtructas, imò potiùs de contrario appareat, ex datis in *Summario Cleri nu. 11.* ubi conſtat de unione Parochiæ S. Stephani, matricitas abuſivè ſumpta erit potiùs referenda ad quamdam ſuperioritatem, quam habent
Cathedrales, quæ etiam matrices appellantur *Cap.
venerabili de verb. ſignif.* ut probat *Rot. deciſ. 272.* 2
num. 2. & ſeqq. par. 1. & deciſ. 7. num. 7. cum ſeqq. par. 18. rec.

Adhuc viſum eſt probatum eſſe jus exigendi quartam funeralium ex tot teſtibus, & documentis deductis in alia deciſione ſuper manutentione *§. reſpectu cuim*. Cumque agatur de materia, in qua Jus non reſiſtit, ſufficit quadragenaria poſſeſſio,
ut benè firmat *deciſio 376. par. 1. rec. coram Pirovano*,
quæ revidetur, & præter ibi adductos *Barboſ. de* 3
Paroch. cap. 23. num. 12. cum ſeqq. Panimoll. deciſ. 5. adnot. 4. num. 7. & 8.

Nec obſtat quod teſtes examinati de annis 1513. & 1533. & 1609. non deponant de poſſeſſione per 40. annos, & quoad recentes de anno 1694. attentatè, ſeù nullitèr examinati fidem non faciant; Quoniam quoad primos ſufficeret, quod illi anni 1513. deponunt de poſſeſſione tunc temporis, ut præſumantur continuati, uſque ad tempus, de quo deponunt alii, ex regula, quod probatis extremis
media etiam præſumantur, ut in propoſito *Rota*
deciſ. 33. num. 2. penès *Poſth. de manut. & deciſ. 661.* 4
num. 18. par. 18. rec. & tamen accedit, quod quartus, & ſextus ex dictis teſtibus anni 1513. & ſecundus, quintus, & ſeptimus ex aliis anni 1609. deponunt de poſſeſſione quadragenaria, quo verò ad ultimos recenter inductos de anno 1694. in Curia Epiſcopali Caſalen. licet à Clero prætendatur attentatum, ſeù nullum eorum examen ob pendentiam litis in Rota tàm coram Pirovano, quàm Eminentiſſimo Carpineo, nihilominus quia teſtes fuerunt examinati ad repellendas inſtantias, medjante particulari libello, ab eodem Clero factas coram eodem Ordinario ſuper hodiernis controverſiis, vel hujuſmodi exceptio non poteſt ab ipſo opponi, vel ſaltem ex his teſtibus reſultat magnum veritatis adminiculum, *Rot. coram Bich. deciſ. 140. num. 31. & deciſ. 139. num. 15. par. 17. recen.* itaut juncti cum aliis documentis in alia deciſione cumulatis

mulatis ex eis habeatur plena probatio, ut dixit *Rota deciſ. 905. num. 6. coram Coccin. & dicta deciſ. 139. num. 16. par. 17. rec.*

Quo verò ad alios articulos, de quibus in alia Deciſione ſuper manutentione hac eadem die per me edita, & qui ſub hoc eodem dubio fuerunt deducti DD. reaſſumentes eorum cognitionem, dixerunt reſpectu *5. 7. 8. & 9.* Nullum Jus competere Capitulo ex rationibus in eadem deciſione cumulatis.

Circa verò alios in eodem pariter ſenſu fuerunt, nam quoad Jus ſepelliendi cadavera defun-
5 ctorum in aliena Parochia, hoc non ſpectat ad Cathedralem, ſed ad ipſam Parochiam, juxtà *Text. cap. 1. & cap. cum ſit liberum de Sepulturis.*

Idem fuit dictus, quoad prætenſam certiorationem electionis ſepulturæ, & licentiam tumu-
6 landi, ut inde aliquam ſummam pecuniarum exigat, cum reſiſtat *Tex. in cap. ad Apoſtolicam 42. de ſimon. Caſtreaſ. conſ. 364. n. 2. lib. 1. Caſſador. deciſ. 1. de conſuetud.*

Pari ratione inſubſiſtens viſa eſt alia præten-
7 ſio, quod non poſſint aliæ Parochiæ deſcribere mortuos in proprio libro, cum tamen ipſæ teneantur librum retinere, in quo defunctorum nomina adnotantur *Barboſ. de Paroch. par. 1. cap. 7. num. 11.*

Non diſſimilis eſt denique altera, quod parentes eligere non poſſint ſepulturam pro filiis impuberibus, abſque licentia Capituli, quia contrarium fuit ſancitum à Sacra Congregatione Ri-
8 tuum, relata per *Murg. de ſepulturis tract. 7. ſect. 2. diſput. 9. §. 1. concluſ. 2. per totum.*

Et ita fuit reſolutum Clero Seculari, ac Regulari tantum informante, excipiente ut ſupra, Capitulo Cathedralis.

R. P. D. PRIOLO.

Romana Oratorii.

Lunæ 13. Januarii 1698.

ARGUMENTUM.

An liceat Confratribus Laicis aperire Oratorium intra fines Parochiæ.

SUMMARIUM.

1 *Quando concurrunt licentia Ordinarii, & conſenſus Titularis Parochiæ, cum præſervativa Jurium Parochialium, apertio Oratorii ſubſiſtetur.*
2 *Parochi conſenſus neceſſarius eſt in erectione Eccleſiæ Regularis.*
3 *Parochi conſenſus requiritur in diviſione, & diſmembratione Parochiæ.*
4 *Parochi conſenſus in ſimplici apertione Eccleſiæ requiritur, ut audiendus veniat ad effectum opponendi pro ſuo intereſſe.*
5 *Remoto præiudicio Parochi ſuperfluus eſt ejus conſenſus* & num. 9.
6 *Conſenſu per Parochum denegato ſuppletur vel per Ordinarium, vel per ſententiam Judicis.*
7 *Leges in apertione Oratorii Agonizantium de Urbe.*
8 *Electio ſepulturæ eſt facultativa, & omnibus adultis libera.*
9 *Confratres poſſunt eligere ſepulturam in proprio Oratorio.*
10 *Parochus nullum Jus habet prohibendi quominus in aliis Eccleſiis erigatur Sedes confeſſionalis, ut in omnibus feſtivitatibus Chriſtifideles confiteantur peccata excepto tempore Paſchali.*
11 *Campanarum pulſatio interdicitur ſolùm propter vicinitatem in caſu impedimenti celebrationis Divinorum Officiorum, quo remoto, pulſatio permittitur.*
12 *Ex conſuetudine, & frequentia Populorum, & Eccleſiarum hodie abſque Parochi licentia Chriſtifideles poſſunt audire miſſam extra Parochiam.*
13 *Præjudicia Eventualia Parochi non conſiderantur ubi adeſt augumentum divini Cultus.*
14 *Parochia S. Laurentii in Damaſo de Urbe eſt valde numeroſa.*
15 *Confratres Agonizantium de Urbe tenentur cum ſex intorsitiis aſſociare Sanctiſſimum Eucharistiæ Sacramentum, quod defertur à Parocho infirmis.*
16 *Reverentia debita in aſſociatione Sanctiſſimi Eucharistiæ Sacramenti reſtituta eſt in Urbe cura, & ſumptibus Eminentiſſimi Cardinalis Petri Ottoboni.*
17 *Recenſentur utilitates quibus compenſatur præjudicium Parochi in Erectione Eccleſiæ.*
18 *Nominati in cæteris adulti partibus, ſi fuerunt deinde omiſſi in alia parte, remanent ſubdiſpoſitione Juris Communis.*

DECIS. XVII.

POſtquam Confratres Nativitatis Sanctiſſimi Domini Noſtri Jeſu Chriſti Agonizantium Urbis obtinuerunt ab Eminentiſſimo Cardinali Otthobono Vicecancellario, & antiquiſſimæ Eccleſiæ Sancti Laurentii in Damaſo perpetuo Titulari facultatem aperiendi privatum Oratorium, iſti reportarunt ab Eminentiſſimo. Cardinali Carpineo, tamquam Urbis Vicario, & uti Delegato a Sacra Congregatione ſuper negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, ſententiam difformem ab impetrata licentia, quia eiſdem impartita fuit facultas aperiendi publicum Oratorium in Platea Paſquini; Undè ſub fundamento, quod in actu hujus publicæ apertionis defeciſſet opportunus conſenſus Cardinalis Titularis juxtà ſpeciale Breve Urbani III. appellarunt tam Ipſe, quam Capitulum illius Baſilicæ, & in ſequelam Commiſſionis directæ noſtro Auditorio, Rota tunc innixa huic principali motivo ſub die 15. Aprilis 1695. cenſuit coram bonæ memoriæ Emerix, non informante tamen Archiconfraternitate, eidem non licuiſſe aperire Oratorium publicum, & agnita per Confratres Juſtitia reſolutionis, fuit denuò per iſtos habitus recurſus ad eundem Titularem pro obtinendo conſenſu, eiſque benignè acceptis, fuit impartita facultas aperiendi publicum Oratorium, & Eccleſiam, novis tamen adiectis conditionibus ſucceſſivè per eumdem Ordinarium confirmatis; Quocircà Capitulum, mutato ordine Judicii ſub prætextu non minùs defendendi ſua Jura Parochialia, quàm facultatem præſtandi inſimul conſenſum ſibi quoque ſpecialiter competentem ex eodem Indulto Urbani III. acriter ſe oppoſuit huic apertioni, & conſenſui; Undè ego ſuffectus in locum bonæ memoriæ Emerix interim defuncti, poſt binas propoſitiones, hodie ab omnibus Dominis reſponſum accepi prò receſſu à Deciſis juxtà modum, nempè

ad

ad formam ſententiæ, & confirmationis Vicarii, &
conſenſus Titularis reſpectivè approbati, ut in
deciſione.

Aperitio enim controverſi Oratorii ſubſiſtere
1 viſa eſt, quia in ea concurrunt omnia requiſita,
tam de Jure Communi, quam ex ſpeciali Conſti-
tutione Urbani, nempè licentia Ordinarii, &
conſenſus Titularis cum præſervativa Jurium Pa-
rochialium; Ideòque tamquam omnibus numeris
abſoluta, ſuſtineri debet ad *Text. in Auth. de Mo-
nach. §. Illud igitur cap. primo, & in Auth. de Eccleſiis
Titular. §. ſi quis ædificationem cap. 7. & in Canon. Ne-
mo, & in Canon. Placuit de conſecrat. diſtinct. 1. & in
Canon. Quicumque voluerit diſtinct. 16. quæſt. 1. & in
cap. Ad hæc de Religioſ. Domibus, & in cap. cum olim
14. verſ. Inſuper de Privileg. cum aliis apud Sel. de Bene-
fic. par. 1. quæſt. 6. num. 9. Fuſc. de Viſitat. lib. 2. cap.
10. num. 2. Barboſ. de poteſtat. Epiſcopi par. 2. allegat.
26. ſub num. 1. verſic. ſciendum, Piaſec. in prax. Epi-
ſcop. par. 1. cap. 3. num. 1. Durant. de virib. Eccleſ. lib.
1. cap. 2. num. 7. & cap. 24. num. 3. Pax Jordan. Elu-
cubrat. Canon. tom. 1. lib. 5. tit. 8. num. 13. Ventrigl.
in prax. rerum notabil. de ædifican. & conſecran. Eccleſ.
annotat. 17. §. Prima, num. 1. cum ſeqq.*

Nec ſubſiſtit principale objectum Capituli,
quod nempè ab ipſo, tamquam Parocho, præſtari
debuiſſet proprius conſenſus, itaut ſine illo, nec
Ordinarius facultatem, nec Titularis aſſenſum con-
cedere potuerit pro hujuſmodi aperitione juxtà
Doctores inferiùs recenſendos.

Verùm quia Doctores juxta caſuum differen-
tias diverſimodè loquuntur, neceſſarium viſum
fuit Illos etiam diſtinguere, ut cognoſci poſſit
quamplures eſſe extra caſum noſtrum, & alios non
eſſe contrarios; Nam nonnulli procedunt in ter-
minis erectionis Eccleſiæ Regularis; Et Iſti non
congruunt præſenti hypotheſi ob evidentem ratio-
nis diſparitatem; Regulares enim, ut plurimùm,
ex quæſtuatione, & Elemoſynis ſubſtentantur;
Cumque ex Privilegio dicantur eſſe extra Paro-
chiam, & oblationes faciant in totum ſuas, abſq;
ulla participatione Parochi, quia in tali caſu agi-
tur de maximo illius præjudicio, ideò ex volun-
tate ipſorummet Pontificum, concedentium hanc
facultatem Regularibus aperiendi Eccleſiam, &
Conventum intra limites alicujus Parochiæ, ex-
preſsè in eiſdem conceſſionibus reſervatus legitur
conſenſus omnium intereſſe habentium, qua pro-
pter, nil mirum ſi Doctores in hoc ſenſu allegati
2 expreſsè dicunt, neceſſarium eſſe conſenſum Pa-
rochi, & in hac claſſe reponendi ſunt *de Luc. de Pa-
roch. diſcurſ. 29. & Regular. diſcurſ. 29. Rot. in recent.
deciſ. 124. & 289. & 309. part. 12. & deciſ. 165. part.
16. & in Cæſaraguſtana fundationis Conventus 18.
Mart. 1657. coram Bevilaqua.*

Alii verò loquuntur in terminis diviſionis,
vel diſmembrationis alicujus Parochiæ: Et quia
in iſto caſu ultra præjudicium Jurium Parochia-
3 lium, conſideratur etiam diminutio ſuperioritatis,
& juriſdictionis Eccleſiæ Parochialis, ità magis ri-
goroſè procedendum erit, & in his terminis ſunt
*Text. in cap. 1. de nov. oper. nunciat. & gloſ. in cap. Tua
nos in ſecundo notabil. de Eccleſ. ædificand. & Gloſ. in cap.
Ad Audientiam, verb. Rectoris eodem titul. & Riccius in
prax. tom. 4. reſolut. 297. num. 1. cum ſeqq. & in collect.
deciſ. 2350.*

Reliqui verò Doctores, qui procedunt in ſo-
lo caſu ſimplicis aperitionis Eccleſiæ, requirunt
ſolùm conſenſum Parochi, ut audiendus veniat
4 ad effectum opponendi pro ſuo intereſſe, ut vide-
re eſt apud Authores ab utraque parte citatos, &
ſignanter apud *Squillant. de obligat. & Privileg. Epi-
ſcop. part. 3. cap. 36. num. 7. de Luca de Parochis dicto
diſcurſu 29. num. 9. cum ſequentibus, & de regul. diſcur-
ſu 29. ſub num. 13. & Rota in recentior. dicta deciſ. 114.
num. 25. & 26. & dicta deciſ. 289. num. 19. cum ſequen-
tibus, & deciſ. 309. num. 6. par. 12. & dicta deciſ. 165.
num. 1. par. 16. & in dicta Cæſaraguſtana fundationis
Conventus 18. Martii 1657. coram Bevilaqua*, neque
præcedentes authoritates diſſimiles ab iſtis ſunt,
ſed quia in ſuis caſibus conſiderant magis certum,
& relevans præjudicium Parochi, ideò magis inſi-
ſtunt pro requiſito illius conſenſu; Et ratio potiſ-
ſima ea videtur eſſe, quia licentia Ordinarii pro-
venit à Juriſdictione, quam habet in tota ſua Diœ-
ceſi, intra cujus limites, eo inſcio, Eccleſia de no-
vo aperiri, & fundari non poteſt, Parochus verò
non habet eamdem Juriſdictionem in ſua Parochia
ne ſint duo Domini ſuper eadem re; Et propterea
diſtinguendo unam Juriſdictionem ab alia, ſicuti
prò licentia requirendus eſt Epiſcopus, tamquam
Dominus, ita Parochus eſt audiendus tantùm ad
effectum opponendi pro intereſſe ſuorum Jurium
Parochialium, ideòque fit, ut, remoto præjudi-
cio, vel ſuperfluus ſit illius conſenſus, ut notavit 5
*Cardinal. Zabarell. conſ. 80. num. 2. ad medium, Lotter.
de re Beneſic. lib. 1. quæſt. 28. num. 10. cum ſequentibus,
Barboſ. de poteſtate Epiſcopi dicta allegat. 26. num. 5. Pax
Jordan. dicto lib. 5. tit. 8. num. 29. Campanil. in diverſ.
Jur. Canon. cap. 13. num. 81. in medio, & poſt medium,
Ventrigl. dicta annotat. 17. num. 1. 3. 6. & 8.* vel eo
irrationabiliter denegato, ſuppleri poſſit, vel per 6
Ordinarium, vel per ſententiam Judicis, juxtà
*Text. in cap. Nullus 8. de Jure patronat. Barboſ. de Jur.
Eccleſ. lib. 2. cap. 2. num. 17. Amoſtaz. de cauſ. piis par.
2. lib. 5. cap. 2. num. 38. Pignatell. conſult. canon. 119.
num. 2. & per totam, Cardinal. de Luca de regul. diſcurſ.
1. num. 7. & diſcurſ. 29. ſub num. 12.* Undèſi in caſu
præſenti Cardinalis Vicarius, auditis partibus
pronunciavit licuiſſe, & licere Archiconfraterni-
tati aperire Oratorium publicum, reſervatis ad fa-
vorem Capituli Juribus Parochialibus, vel illius
intereſſentia accipienda eſt pro conſenſu, vel remo-
to præjudicio, quatenùs conſenſus denegatus fuiſ-
ſet, potuiſſet ſuppleri per Judicem. aut Ordina-
rium, ad quem ſpectat præſervare Jura antiquio-
ris Eccleſiæ, ut in allegato *Canone Quicumque 16.
quæſt. 1.* ibi *Verumtamen omninò providendum eſt Epiſco-
po, ut aliæ Eccleſiæ antiquiores propter novam, ſuam
Juſtitiam, atque Decimam non perdant.*

Prædicta ſufficerent pro validitate aperitio-
nis, quia Capitulum à ſententia Ordinarii appel-
lavit, tantùm ob defectum conſenſus Titularis,
non verò propter præjudicia Juribus Parochiali-
bus irrogata, quæ licet illatinè in hac propoſitio-
ne ſolum deducta fuerint, nihilominùs Domini
voluerunt illa particulariter examinare.

Aperitio enim controverſi Oratorii conceſſa
fuit ſub his conditionibus, quod in eo effodi poſ- 7
ſent ſepulturæ pro Confratribus tantùm in illis ſe
tumulare volentibus: Quod ibidem erigeretur
una Sedes Confeſſionalis: Quod elevarentur duæ
Campanæ. Et demùm, quod in eadem Eccleſia
Confratres exercere poſſent omnia illa pia opera,
ad quæ tenentur juxtà legem fundationis; In re-
liquis verò fuerunt reſervata, & præſervata Jura
Capituli, ut videre eſt tàm in ſententia Eminen-
tiſſimi Carpinei, quàm in conſenſu præſtito ab E-
minentiſſimo Otthobono Titulari,

Nullum igitur præjudicium, vel ſaltem tale,
quod

Digitized by Google

quod impedire valeat aperitionem novæ Eccleſiæ, reſultare viſum eſt à conceſſione Sepulcrorum pro Confratribus tantùm, quia cum electio Sepulturæ ſit facultativa, & omnibus adultis libera ad *Text. in cap. cum liberum de ſepulturis*, ſicuti Confratres poſſunt eligere Sepulturam in aliis Eccleſiis, ità illorum electio debet eſſe libera, etiam quoad iſtam, nec Jus Parochiale abſolutè conſiſtit in humatione omnium Cadaverum Parochianorum, itaut ſit excluſivum omnium Eccleſiarum; Quia tale Jus ſepeliendi conceſſum legitur omnibus Regularibus, & multis aliis Eccleſiis, & paſſim videmus Templa Sepulturis in pavimento diſtincta, & monumentis in Parietibus ornata; ſed verè conſiſtit, vel inhumatione illorum Cadaverum, quæ non habent, aut non elegerunt Sepulturam, vel in exactione quartæ funeralis, quæ percipitur ex tumulatione Cadaverum, quæ in alia Eccleſia ſepeliuntur; Undè ſi iſta duo intacta remanſerunt, quia conceſſio non fuit abſolutè facta, ſed tantùm pro illis Confratribus, qui in dicta Eccleſia ſepeliri volunt, & quarta funeralis fuit expreſsè reſervata, ceſſat proindè in hac parte præjudicium Capituli quo ad Jus Parochiale, eoquè ſublato, nulla ſubeſt cauſa conſenſum denegandi de *Luca de Parochis diſc. 30. num. 4. Nicol. in floſcul. verbo Confraternitas num. 11. Rota in recen. deciſ. 745. num. 3. & ſequentibus par. 2. & in Barchinonen. Conventus 20. Novembris 1637. §. Denique non obſtat coram Pauzirol.*

Eadem ratio militat pro ſede confeſſionali, quià Chriſtifideles non coarctantur, niſi in Solemnitate Paſchali percipere Sacramenta à proprio Parocho, & per conſequens in omnibus anni Feſtivitatibus permiſſum eſt, tam Laycis confiteri peccata, & Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumere in quacumque Eccleſia ſibi beneviſa, quàm cuicumque approbato Sacerdoti, tàm Sæculari,
10 quam Regulari, eadem Sacramenta miniſtrare, & in hoc Parochus nullum habet Jus prohibendi *Nicol. in floſcul. verbo Paroc. ſub num. 11. verbo Quo vero ad confeſſionem, Card. de Luca de Parochis diſc. 31. num. 28. Amoſtaz. de cauſis piis lib. 5. cap. 3. num. 54. in medio.*

Minus Jura Parochialia cenſeri poſſunt præjudicata ex facultate retinendi, & pulſandi Campanas; Quia Doctores tantùm conſiderant ſtrepitum, per quem ratione vicinitatis impedita remaneret celebratio Divinorum Officiorum, quo re-
11 moto, ut in caſu noſtro, præjudicium non eſt conſiderabile, *Genuen. in prax. Eccleſ. quæſt. 507. num. 5. Barboſa voto 102. num. 69. Novar. pract. for. par. 2. quæſt. 1. & Rota coram Seraphin. deciſ. 847. num. 1.*

Si iſta tria præjudicia impedire non poſſunt aperitionem alicujus novæ, & ſimplicis Eccleſiæ, multò minùs obſtant alia adducta prò Capitulo, nempè celebratio Miſſarum, ac pia exercitia propter ceſſationem Elemoſinarum, & oblationum, concurſus, & eorum, quæ impoſterum, & defunctorum occaſione pia ſucceſſorum memoria, & devotio magis in dies augeri ſolet; Nam iſta, tanquam incerta, & voluntaria, non computantur in fructu, nequè inter Jura Parochialia; Et quoad celebrationem Miſſarum, quidquid ſit de Jure communi, an Parochiani teneantur diebus feſtivis audire Sacrum in propria Parochiali Eccleſia ad *Text. in cap. ut in Dominicis de Parochis*; Hodiè tamen ex conſuetudine, & frequentia populorum,
12 & Eccleſiarum abſque ulla Parochi licentia poſſunt Chriſtifideles in diebus feſtivis, & in aliis majoribus ſolemnitatibus totius anni Miſſam audire extra Parochiam, & ex eadem cauſa ceſſat contemptus, propter quem lex promulgata fuit, *Barboſ. in cap. ut Dominicis num. 2. de Parochis, de poteſt. Epiſcopi par. 2. allegat. 24. num. 2. cum ſequentibus, Leand. quæſt. moral. tom. 3. tract. 2. diſput. 1. quæſt. 2.* Talis autem facultas Parochianorum præſupponit facultatem aliis Eccleſiis non Parochialibus celebrandi Miſſas, quæ non celebrantur, niſi ex Fidelium Elemoſinis, & propterea nullum ex his inferri poteſt præjudicium Eccleſiis Parochialibus, quia principale eſt, quod in his ſervetur voluntas eorum, qui Elemoſinas dederunt, & hoc prævalere debet utilitati alterius Eccleſiæ, ut apud *Marescott. var. reſolut. lib. 2. cap. 42. num. 1. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. par. 3. allegat. 8c. num. 15. & de Officio Parochi par. 3. cap. 24. num. 30. Riccius deciſ. 170. num. 1. par. 4.* & optimè materiam examinando pluribus relatis comprobat *Cortinà. deciſ. 246. num. 122. cum ſequentibus.*

Sed quando etiam aliquod reſultaret præjudicium Eccleſiæ, & Capitulo circa Elemoſinas Miſſarum, Anniverſariorum, & diminutionem concurſus populi, adhuc tamen erectio ſubſtineri deberet, procedendo cum *Gloſſ. in d. cap.* Ad audientiam à ſcribentibus prò Canonicis allegata, ubi dicitur, quod modicum damnum ex cauſa ſupportari poteſt; Quæ autem utilior, atquè urgentior cauſa dari poteſt, quàm prò Agonizantibus exorare; Nam ſi tanta exultatione excipitur in Cęlo pænitentia unius Peccatoris, qui iterum dum eſt in via, poteſt incidere in eumdem criminis reatum, quantò etiam accepta erunt ſuffragia hujus Congregationis in tali momento oblata, à quo irrevocabiliter pendet, vel æterna noſtra Beatitudo vel ſempiterna damnatio; Ideòquè cum præponderare debeat augumentum Cultus Divini, & pe- 13
culiaris ſalus Animarum, ſimilia præjudicia, tanquam eventualia, in nihilo conſiderari debent, *Butr. in cap. cum olim num. 15. de conſuetud. Maraut. reſponſ. 28. num. 34. cum ſequentibus; Rota coram Seraphin. deciſ. 847. ferè per totam, & in recen. deciſ. 165. num. 17. par. 16.*

Ultra quod, etſi allegata præjudicia à Doctoribus, & Sacra Rota ponderata fuerunt, nunquam tamen per ſe ſola impediri potuerunt erectionem ſimplicis Eccleſiæ, ut diſtinguendo inter unum, & alterum caſum, optimè firmat *Rota dec. 745. num. 2. cum ſequentibus par. 2. recent.* & authoritates in contrarium allegatæ, *nempè de Luca de Paroch. diſc. 29. num. 9. & 10. Pignatell. conſult. 117. nu. 51. & 56. tom. 1. & conſultat. 12. tom. 10. & Rota coram Dunozett. deciſ. 982. num. 1. & 2. & in rec. deciſ. 289. & 309. par. 12.* vel ferè omnes loquuntur in caſu Regularium, vel denegant novam erectionem ex defectu Beneplaciti Apoſtolici, à quo non licet inferre ad caſum Parochi, ut malè ex adverſo arguitur, & omnes concludunt, quod antiqua Eccleſia, ſeu Parochi non ſunt audiendi, niſi prò ſuo intereſſe, & ad Ordinarium ſpectat cognoſcere, àn cauſa opponendi ſit rationabilis, nec nè, ut obſervat idem *Pignatell. exadverſo allegatus dicta conſult. 117. in fine.*

Vel tale aſſertum præjudicium reparatum remanſit à ſumma prudentia, & vigilantia Eminentiſſimi Titularis cum aliis conditionibus etiam approbatis ab Eminentiſſimo Vicario in actu Confirmationis, nàm ea, quæ correcta non leguntur, conceſſa, & approbata cenſentur; Damnum namque burſale, quod Capitulum ſentire poſſet ex humatione alicujus Parochiani; qui tamquam Con-

frater Sepulturam eligeret in controverſa Eccleſia, compenſatum remanet cum lucro dimidiæ portionis, quam Eccleſia recipit ab humatione Cadaverum extra Parochiam venientium; Et quamvis
14 Parochia Sancti Laurentii ſit valdè numeroſa, majus tamen ſemper erit reſiduum Civitatis, neque comparationem meretur res certa cum incerta; Parochiani enim non omnes ſepeliuntur in Parochia, vel quia habent proprias ſepulturas, vel quia ſunt adſcripti in aliqua pia ſodalitate, de quibus Urbs valdè abundat; E contra verò ab omnibus etiam extraneis tale emolumentum præſtatur; Ideoque non ſolùm conſervata, ſed longè meliore effecta fuerunt Eccleſiæ Jura.

Ex obligatione quoque aſſumpta per Confra-
15 tres aſſociandi cum ſex Intortitiis Sanctiſſimum Eucariſtiæ Sacramentum totiès, quoties Infirmis deferri contigerit, reparatus fuit decor, & honor ejuſdem Eccleſiæ, nam quoad concurſum ſumus in Urbe, ubi Eccleſiæ abundant, & quotidiè quam plures Reliquiæ Sanctorum Martirum venerantur, & propterea Fidelium concurſus non trahitur à materiali alicujus Eccleſiæ, ſed potiùs à ſpeciali quadam devotione, quæ modo eſt in una, modò in alia juxtà ſolemnitates quæ in eiſdem Eccleſiis annuatim celebrari ſolent; Undè ſi hæc exemplariſſima, & omninò debita Redemptori Noſtro reverentia, & non parum retroactis temporibus prætermiſſa, reſtituta fuit primò in hac Eccleſia, non minus exemplo, quàm ſumptibus Eminentiſſimi Otthoboni, & licèt poſtea ab
16 omnibus aliis Parochialibus Eccleſiis laudabiliter praticetur, nihilominus Eccleſia Sancti Laurentii adaucta etiam hac obligatione, inter cœteras magis præſulgebit, non minùs luminarium abundantia, quam quocunque alio ornatu, & ab his illius nomen, & honor magis conſervabitur, & augebitur.

Quamplures etiam aliæ prærogativę Conventæ fuerunt, quæ ſemper antiquioris ſuperiorita-
17 tem, & novæ ſubiectionem demoſtrabunt, proùt eſt Cereum dandum ſingulis annis à Confratribus Titulari in die Benedictionis Candelarum; facultas præſervata Parocho intereſſendi in nonnullis ſunctionibus, ut in dicta concordia, quæ conſiderari quoque debent ad compenſanda aſſerta pręjudicia, quatenùs adeſſent.

Sublatís ex his aſſertis præjudiciis, minùs prætendere poſſunt Canonici cumulativam cum Titulari in aſſenſu præſtando vigore enunciati Indulti Urbani III., nàm licèt illud directum legatur Priori, & Capitulo, circa tamen conſtructionem novæ Eccleſiæ nihil aliud diſponit, quam quod abſque conſenſu ejuſdem Titularis non liceat novas Eccleſias ædificare Ibi *Interdicimus quoque neque abſquè aſſenſu Cardinalis Eccleſiæ veſtræ, quocumque tempore fuerit intrà terminos Parochiæ veſtræ Eccleſias de novo conſtruere*. Quæ facultas, cum ſit ad Ipſum Titularem directa, tanquam perſonaliſſima, nullo modo extendi debet ad illos de Capitulo, qui cum fuerint In cœteris Indulti partibus expreſsè nominati, dum in hac concernente ædificationem novarum Eccleſiarum, exiſtente Titulari, fuerunt conſultò omiſſi, remanent ſub diſpoſicione Juris communis ad notata *per Fagnan. in cap. Non*
18 *amplius num. 33. & ſequentibus, ac num. 77. de Inſtit., & Amoſtaz. de cauſ. Piis par. 2. lib. 5. cap. 3. num. 1.*, & licèt ad ſummum in illius defectu poſſet tale Jus competere, ut ex verbis ejuſdem Indulti -- *Si autem Eccleſia veſtra proprii fuerit deſtituta regimine, vel præſentia Cardinalis, univerſa ſuper adnotata ſicuti conſuetum, & Capitulo Eccleſiæ veſtræ licere, ſivè ulli contradicere cenſemus* -- quæ in caſu noſtro clarè cumulativam excludunt;

Et quamvis talis gratia facta ſit ſoli Titulari eſt ſummopere ſavorabilis Eccleſiæ, & Capitulo, quia illud nullum Jus habet, quam præſtandi conſenſum quoad Jura Parochialia, & ex juſta cauſa poteſt ab Ordinario ſperni, & ſuppleri, ut dictum eſt, Attento autem hoc Indulto; requiritur conſenſus Titularis pro forma, itàut, illo prætermiſſo, quælibet licentia Ordinarii eſſet invalida, juxtà ea, quæ allegata fuerunt in præcedenti deciſione, quæ revidetur *§. Conſtat enim*.

Nec talis facultas dici poteſt conſumpta in primo actu, quia Indultum indefinitè loquitur, & præcedens deciſio prò æquipollenti conſiderat novam Eccleſiam conſtruere abſque licentia, vel contrà illius formam; ſi autem Confratres noluerunt uti prima faculatate, ſi Titularis non potuiſſet novam concedere, daretur caſus, quod intrà limites Parochiæ Sancti Laurentii, vel non potuiſſet amplius erigi nova Eccleſia, vel erecta fuiſſet ſine conſenſu, quod omninò contrarium eſt Intentioni Urbani concedentis, valdè præjudiciale Eccleſię, & malè impugnaretur à defenſoribus Canonicorum, qui tueri deberent Jura propriæ Eccleſiæ, & quando parùm inſiſtendo in proprio conſenſu, & in præjudiciis Parochialibus, toti inſteterunt in defectu illius Titularis, ex hoc clarè colligitur ab Ipſis quoque agnitam fuiſſe illius poteſtatem, & illam non expiraſſe in prima conceſſione ob non ſecutum effectum. *Ann. allegat. 149. num. 26. Surd. conſ. 264. num. 7. Fontanell. de pact. Nupt. clauſ. 4. gloſ. 10. par. 1. nu. 41. Franciſcus Roc. de offic. rub. 3. num. 48. & 85.*

Et ità utraque &c.

R. P. D. MUTO.

Colonien. Præcedentiæ ſuper bono Jure.

Veneris prima Julii 1695.

ARGUMENTUM.

De Præcedentia debita Cathedrali ſupra cęteras Eccleſias etiam Collegiatas.

SUMMARIUM.

1 *Capitulum, & Canonici Cathedralis conſtituunt unum & idem corpus cum Epiſcopo.*

2 *Sicut Epiſcopus præcedit Collegiatarum Prælatos, & Dignitates, ita etiam præcedere debent Capitulum & Canonici Cathedralis.*

3 *Vicarius præcedit Capitulum, & Canonicos Cathedralis quia repræſentat perſonam Epiſcopi.*

4 *Regulares Fratres Diſcalceati, ſeu Reformati S. Franciſci gaudent ea præcedentia, qua pollent alii Fratres de Obſervantia.*

5 *Regulares Reformati S. Franciſci, ſunt membra, & pars ejuſdem Ordinis, quæ non debet ſeparari à capite.*

6 *Præcedentia debetur majoribus, & dignioribus omni Jure.*

7 *Ca-*

Digitized by Google

7 *Cathedralis eſt major, atque dignior, & alias præcedit.*

8 *Jurisdictio arguit majoritatem, etiam Sede Epiſcopali vacante.*

9 *Jurisdictia etiam habitualis non actualis arguit majoritatem.*

10 *Conſuetudo Immemorabilis non probatur ex Teſtibus annorum 26.*

11 *Conſuetudo Immemorabilis, ut probetur requiruntur Teſtes ſaltem annorum 54. quia deponere debetur de viſu per quadraginta annos poſt 14. ætatis ſuæ.*

12 *Conſuetudo Immemorabilis, ut probetur Teſtes debent deponere de auditu à ſuis majoribus, qui aſſeruerint etiam ipſos audiviſſe ab aliis majoribus, & quod ipſi numquam viderint neque audiverint contrarium.*

13 *Conſuetudo præferens inferiores dignioribus eſſet abuſus & corruptela.*

14 *Conſuetudo, quæ eſt corruptela non eſt præſcriptibilis, nec attendenda.*

15 *Conſuetudo generalis in omnibus actibus præferendi inferiores dignitatibus, & majoribus non attenditur, ſecus ſi ſit particularis in actu, ſeu loco particulari, & accedente Rationabili Cauſa.*

16 *Conſuetudo probare in Judicio poſſeſſorio ſummariiſſimo Manutentionis, non relevat in petitorio, ubi degustatur valor, & irrationabilitas Conſuetudinis.*

17 *Liber Ritualis, ſeù Cærimonialis an probet.*

DECIS. XVIII.

QUamvis Prælati, ac Dignitates Eccleſiarum Collegiatarum Civitatis Colonien. in ſummariiſſimo Judicio ſibi manutentionem à Tribunali noſtro decerni obtinuerint in quaſi poſſeſſione præcedendi, tam in Proceſſionibus, quàm in aliis actibus publicis, ſeù privatis Excelſum Metropolitanæ Capitulum, atque Canonicos, præviis Deciſionibus æditis coràm clar. memor. Card. Ubaldo ſub diebus 9. *Junii* 1627. & 26. *Junii* 1628. impreſſis penès *Poſth. de manut. deciſ.* 32. & 33. deindeque ob non paritionem Capituli relaxari Declaratoriam coram Peutingerio, prout ex deciſione æmanata *die* 14. *Maii* 1646. *inter ejus* 242. nec non poſtremò ob attentatum in præcedendo ab ipſo Capitulo commiſſum ad illius purgationem coram me deveniri; vt ex deciſione extenſa *die* 10. *Decembris anni præteriti*; Nihilominus cum nuper idem Capitulum, & Canonici derelicto ſummariiſſimo, diſcutiendum in petitorio aſſumpſerint tam antiquatæ contentionis Articulum, & ad ſervandum debitum ordinem quam valdè commendabilis, vt habetur *in can. fin. diſt.* 89. & latè *Bordon. in Theatr. Præced. quæſt.* 1. *à numer.* 6. & *Salzed. in Theatr. bonor. in proem.* Dato propterea opportuno Dubio — *An & cui debeatur Præcedentia* — eoque partibus informantibus ſub præcitata die 10. Decembris abſque reſolutione propoſito, tandem hodiè Canonicis, & Capitulo dumtaxàt auditis præcedentiam deberi reſolutum fuit.

Quandoquidem ipſi conſtituunt vnum, & idem Corpus cum Epiſcopo, ut definivit *Alexander*
1 *III. in cap. novit. de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. cap.*
Ideòque conſequens eſt, quod ſicut Epiſcopus præcedit Prælatos, & Dignitates Eccleſiarum Collegiatarum, ità pariformitèr eas præcedere debent Capitulum, & Canonici Cathedralis, ſeù Metropolitanæ ob rationem hujuſmodi conſortii, ne
alias contingat membra a ſuo Capite ſeparari, ut 2
benè in his terminis advertit *Felin. in cap. cum non liceat num. 2. de præſcript.* ibi— *Reſpondi pridiè Florentiæ, quod Capitulum Eccleſiæ majoris præcedere debet Prælatum Eccleſiæ inferioris Collegiatæ, etiam quandò invitatur ad ſunus Corporis, quod debet deferri per illius Parochiam, quia Epiſcopus præcederet; Ergò, & Capitulum &c. Pignatell. conſult. canon. 97. numer. 1. & per tot. tom. 4. Barboſ. de Canonic. & dignit. cap. 18. num. 45. juncto numer. 50. & in Summ. Apoſtol. deciſ. collect. 91. numer. 31. Caſſan. Cathalog. glor. Mund. conſid. 32. in princip. verſ. ſcù intellige de Luc. de Præbem. diſcurſ. 17. numer. 3. verſ. poſita vero unitate Adden. ad Buratt. deciſ. 203. numer. 16. Rota in recent. deciſ. 3. numer. 3. cum ſequentibus, & deciſ. 111. num. 7. par. 5. recent.* & in ſpecie, quod ità ſervari mandaverit Sacra Rituum Congregatio refert *Gavant. in manual. Epiſcop. verb. præced. num. 36. Bordon. in d. Theatr. præced. ſub num. 208. verſ. quinto præferuntur, Aldan. in Compend. Canon. reſol. lib. 3. tit. 6. numer. 4. Barboſ. d. collect. 91. num. 31. Panimol. deciſ. 1. annot. 9. num. 3.* ubi concordan.

Quin urget ad evertendum tale conſortium
inter Epiſcopum, & Capitulum duplex reſponſio 3
non quidem prima fundata in exemplo Vicarii præcedentis Capitulum, & Canonicos Cathedralis juxtà ſenſum Sacræ Congregationis Rituum, de quo *Cardin. de Luca de præhemin. diſc. 113. nume 3.* nam quidquid ſit de Vicario repreſentante in hòc caſu perſonam, & vices Epiſcopi, ut in ſpecie ponderat Epiſcopus Cantuccius in ejus Voto *relato per Gratian. diſcept. 111. numer. 27. cum ſequentibus*, in cæteris caſibus ſervandi conſortii ratio indiſtinctè procedit, quando alius ſe vult interponere inter Epiſcopum, & Capitulum, ut in puncto ſimili objecto reſpondit *Rota dicta deciſ. 3. ſub numer. 5. & 6. part. 5. recent.* Minuſque altera, quod hic non agatur de aliquo Prælato, ſeù dignitate particulari, ſed de omnibus Eccleſiarum Collegiatarum quaſi unum Corpus conſtituen. quoties inſimul, & unitè procedunt, nàm nihilominus ſemper ipſis obſtaret ſupradicta ratio non ſeparandi membra à ſuo Capite, ut in terminis Canonicorum Eccleſiæ Collegiatæ conſtituentium unum Corpus, ſeù Capitulum dixit *Rota coram Gregor. deciſ. 284. n. 3. & per tot. & rec. deciſ. 120. à nu. 1. par. 13.*
& in ſimilibus terminis de fratribus Diſcalceatis, 4
ſeù Reformatis Sancti Franciſci, quod debeant gaudere in Proceſſionibus ea Præcedentia, qua pollent alii Fratres de Obſervantia, cum ſint Pars, & membra ejuſdem Ordinis, quæ ſeparari non
debent à ſuo Capite, diverſoque jure cenſeri *Ro-* 5
ta in Hiſpalen. Præcedentiæ 21. Junii 1690. §. Antiquioritas, & 29. Januarii 1691. §. Habemus coram Reverendiſs. D. meo Decano, & 11. Januarii 1692. §. Nitebantur coram R. P. D. meo Caprara.

Potiſſimè, quia rationi ponderatæ conſortii inter Capitulum, & Epiſcopum accedunt non minoris ponderis circumſtantiæ præſeferentes etiã iſtius Capituli, & Canonicorum Dignioritatem, ſeù majoritatem comparativè ad memoratos Prælatos, vigore cujus præcedentiam deberi omnia
jura diſponunt, nempè Divinum, ut habetur *ex* 6
Canon. ultim. diſtinct. 89. & obſervant *Manriquez de præced. quæſt. 18. numer. 9. Cruſ. eodem tract. lib. 5. cap. 12. pag. 127. numer. 5.* Naturale, ut *ex l. fin.*

Digitized by Google

& ibi gloſ. inſtit. de jur. nat. & per Decian. reſp. 7.
num. 17. lib. 31. Manriq. ubi ſupra, & Cruſ. d. cap. 4.
num. 4. Canonicum, prout in dicto can. ultim. diſtinct.
89. cap. ſtatuimus de maiorit. & obed. Cruſ. ubi ſupra
numer. 6. Jus demùm civile in l. 1. ff. de Alb. ſcrib.
l. gradatim ff. de mun. & honor. ac toto tit. C. ut dignit.
ord. ſervetur, ut ex his communis opinio deſuma-
tur, majoribus, & dignioribus Præcedentiam
deberi per gloſſ. in cap. cum dilect. 92. verb. digniores de
elect. Manriquez loco cit. numer. 8. & Cruſ. numer. 7.
Card. de Luca de Canonic. diſcurſ. 17. numer. 3. Barboſ.
in Summar. Apoſtol. deciſ. collect. 590. numer. 2. ubi
quamplures reſolutiones Sacræ Congregationis
Rituum, Rota coram Seraphin. deciſ. 1441. numer. 3.
coram Gregor. deciſ. 310. numer. 4. cum præcedenti,
coràm ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 4. numer. 30.
cum ſeqq. in rec. deciſ. 214. num. 5. par. 4. tom. 2. deciſ.
425. à n. 12. p. 13. & deciſ. 303. n. 18. & 19. par. 14.
Majoritas, ſeù dignioritas quippè Capituli,
& Canonicorum Metropolitanæ Colonien. ne-
dùm reſultat ex repræſentatione ipſius Eccleſiæ
Metropolitanæ, quæ cęteris eſt major, atque di-
7 gnior, & per conſequens ſicuti eadem Eccle-
ſia præcedit omnes alias, ità etiam illius Capi-
tulum, & Canonici, quo argumento in caſu ſuo
utitur Rota in recent. alleg. deciſ. 3. num. 1. cum ſeqq.
part. 5. ſed etiam ex quo Canonici aſſiſtunt lateri
Sereniſſimi Archieeiſcopi Electoris tamquã ipſius
Conſiliarii, & eligendi jus habent ipſum Archie-
piſcopum Sede Archiepiſcopali vacante, & hoc in-
terim Juriſdictionem exercent, tàm temporalem,
8 quàm ſpiritualem in univerſum Clerum, totum-
que Dominium, atque aliis facultatibus, & præ-
rogativis potiuntur, de quibus latè per Infor-
mantes pro Capitulo, ut ex hac ſignanter plena-
ria Juriſdictione Sede Archiepiſcopali vacante
maioritatem inferri notant Caſſan. catalog. glor.
mund. par. 4. conſid. 32. verſ. 4. pro hac parte, de Luca
de præhem. diſc. 17. ſub num. 4. verſ. alia etiam accedun-
te ratione Saufelic. deciſ. 140. num. 4. licet éxercitium
hujuſmodi Juriſdictionis non ſit continuum; ſed
dumtaxat eveniente vacatione, nam ſufficit in po-
tentia, & habitu, ut in fortioribus terminis Ju-
riſdictionis, ſeù Dignitatis ſemel poſſeſſæ, & ac-
quiſitæ, quod in illius memoriam majoritas, ſeù
Reverentia debeatur eſt Textus in leg. 1. C. de primic.
9 & leg. unica C. de Comit. qui prov. Reg. lib. 12. ſpeculat.
de legat. §. finitur numer. 8. Tiraquellus in tractat. ceſſan-
te Cauſ. limitat. 15. de Pont de poteſtate Proreg. tit. 3.
de electione offic. §. 8. numer. 15. cum ſequentibus, Tam-
burinus de Jure Abb. tom. 1. diſput. 13. quæſt. 4. num. 7.
& 8. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 4. cap. 13. numer. 69.
Sanchez in Theatr. honor. gloſ. 51. à numer. 20. ad finem,
Card. de Luc. de feud. diſc. 84. num. 3. & Rota inter diverſ.
deciſ. 70. num. 10. par. 1.
Quibus ità ſe habentibus in nihilo obſiſtit
præſuppoſita conſuetudo Immemorabilis in con-
trarium per Prælatos, & Dignitates Collegiatarum
allata; Tùm quia de ea non conſiſtit ex depoſi-
tionibus duorum Teſtium formitèr examinatorum
in ſummariiſſimo Judicio manutentionis, ut ſuprà
10 vertenti coram Card. Ubaldo cum unus ipſorum
eſſet Annorum 26. de tempore examinis, & tamen
ad hanc conſuetudinem immemorabilem proban-
dam requiruntur Teſtes ſaltem annorum. 54. nam
deponere debent de viſu per quadragraginta An-
11 nos poſt 14. ætatis ſuæ Garz. de Benefic. par. 5. cap.
9. num. 109. Rota in recent. deciſ. 248. numer. 3. part. 2.
coram Seraphin. deciſ. 1102. numer. 5. coram Gregor.
deciſ. 196. numer. 1. Buratt. deciſ. 551. numer. 4. &
coram Cerro deciſ. 103. num. 3. & ambo non depo-
nunt de auditu à ſuis majoribus, qui aſſerverint
etiam ipſos audiiſſe ab aliis ſuis majoribus, quod 12
ipſi numquam viderint, neque audiverint contra-
rium, juxtà Gloſ. in cap. 1. verb. mem. de præſcript.
in 6. Thomas. deciſ. March. 120. à num. 21. Add. ad
Buratt. deciſ. 673. num. 6. Roc. coram Pamphil. deciſ.
458. num. 2. Ottobon. deciſ. 159. num. 4. & 7. & in recent.
deciſ. 96. num. 15. & 16. par. 17.
Tùm etiam quià etiam ſi conſuetudo probata
extitiſſet, reputaretur irrationabilis, & potius
corruptela, vel abuſus, tamquam præferens Di-
gnitates, & Prælatos Eccleſiarum Collegiatarum
inferiores Capitulo, & Canonicis Metropolitanæ 13
majoribus, ac Dignioribus, ut pluries cenſuit
Sacra Congregatio Rituum teſte Pignatell. conſultat. can.
97. num. 4. tom. 4. Barboſ. collect. deciſ. 91. numer. 35.
& de Canonic. cap. 18. ſub num. 48. Panimoll. deciſ. 1.
adnot. 8. ſub numer. 2. verſ. non obſtan. & in recent. deciſ.
120. numer. 4. part. 13. Et propterea non præſcrip-
tibilis, nec in aliquo attendenda, juxtà ſanctio- 14
nem citati cap. cum non liceat 12. de præſcript. in fin.
Hoſtienſ. in cap. 1. ſub num. 2. verſ. verùm ſi ſubtiliter,
ibique Jo: Andr. numer. 3. de majorit. & obed. Marant.
reſp. 38. numer. 34. par. 4. Gratian. diſcept. 298. ſub
numer. 99. Pignatell. citat. conſultat. 97. numer. 3. in
fine, Antonell. de Regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 18. num. 12.
Sperell. deciſ. 76. numer. 12. Add. ad Gregor. deciſ. 124.
ſub numer. 4. & Rota coràm eodem deciſ. 310. nu-
mer. 5. & 6. & coram ſan. mem. Alexandro VIII. de-
ciſione 4. numer. 36. & 37. & in recent. deciſ. 120. num. 4.
part. 13. Non urgentibus contrariis auctoritati-
bus. nam illæ procedunt in actu, ſeù loco parti-
culari, & accedente rationabili cauſa, ſecùs quan- 15
dò, ut in hypotheſi contentio præcedentiæ verſa-
tur ſuper omnibus, & ſingulis actibus, & locis,
tunc enim talis conſuetudo non meretur attendi,
ut conciliando pugnantes inter ſe opiniones tra-
dunt Tondut. Reſolut. Benefic. 81. numer. 10. De Luc. de
præheminent. diſcurſ. 23. numer. 12. Urſill. concluſ. 148.
numer. 350. Sperell. dicta deciſion. 76. numer. 12. verſ.
cæterum, & Add. ad Greg. deciſ. 124. ſub numer. 4
verſ. ſed hæc opinio.
Nec paritèr adverſantibus relatis Deciſioni-
bus coràm Card. Ubald. & Pentiug. & coràm me
firmantibus, & reſpectivè præſupponentibus in
materia præcedentiæ, ſtandum eſſe conſuetudini,
nam eædem emanarunt in Judicio ſummariiſſimo
poſſeſſorio, non deguſtata conſuetudinis irratio- 16
nabilitate, ideoque non valent allegari ad Deci-
ſionem Articuli in petitorio, ſicuti dixit Rota cor.
Card. Celſ. deciſ. 345. num. 9.
Demùm non obſtat aſſ. Rituale Colonien.
præcedentiam Prælatis, & Dignitatibus Collegia-
tarum præſcribens adveſùs Capitulum, & Cano-
nicos Metropolitanæ, cum de eodem non conſtet,
neque enunciatio emiſſa in dicta deciſione 242. ſub
num. 7. coràm Pentinz. ab exhibitionis neceſſitate 17
Prælatos, ac Dignitates eximit in hoc petitorio
Judicio, prætèr quam quod redderetur irrelevans,
nam idem cenſeretur ſublatum per Cæremoniale
Epiſcoporum æditum juſſu, & confirmatum ſpe-
ciali Conſtitutione ſan. mem. Clementis VIII. ubi
cum demandetur in lib. 2. cap. 32. Clerum ultimo
loco debere incedere, & derogatum fuerit quibuſ-
cumque Statutis, conſuetudinibus, aut aliis in
contrarium facientibus cum clauſula ſublata, &
decreto irritanti, utique videretur abrogatum Ri-
tuale hujuſmodi, quatenùs de eo tempore adeſſet,
et ſi ex poſt fuiſſet confectum, non mereretur at-
ten-

Digitized by Google

tendi, reſiſtente Clementina, ut ſupra Conſtitutione, quæ trahitur non ſolum ad præterita, ſed etiam ad futura *Sperell. deciſ. 179. à numer. 34. Rota deciſ. 87. num. 33. part. 17.*

Et ità poſt ſecundam cauſæ propoſitionem in poſtrema tantùm Capitulo, & Canonicis Metropolitanæ auditis DD. reſolverunt.

R. P. D. MUTO

Colonien. Præcedentiæ ſuper bono Jure.

Lunæ 4. Junii 1696.

ARGUMENTUM.

Revocatur contraria Deciſio Jus præcedendi Cathedrali contra Collegiatas attribuens.

SUMMARIUM.

1 *Defenſio propria eſt licita, & debita.*
2 *Conſuetudo in materia præcedentiæ totum facit, & attenditur.*
3 *Conſuetudo ſervari debet in materia præcedentiæ, non Jus Commune.*
4 *Conſuetudo in præcedentia attenditur, tam in poſſeſſorio, quàm petitorio.*
5 *Confeſſio in precibus plenè probat.*
6 *Confeſſio in precibus afficit ipſos confitentes, ſed eorum ſucceſſores.*
7 *Conſuetudo tam de præſenti, quam de præterito in genere abſque reſtrictione alicujus temporis, cum vociferatione Immemorabilis minores exigit probationes ad effectum Immemorabilis.*
8 *Liber Ritualis probat conſuetudinem præcedendi.*
9 *Scripturæ legalitatis Exceptio Serotina non admittitur.*
10 *Supplicans pro indulto fatetur de Jure conſequi non poſſe.*
11 *Privilegium Principis debet eſſe manſurum.*
12 *Teſtes deponentes de antiquiſſima poſſeſſione deſerviunt pro immemorabili.*
13 *Decretum Principis tacitam declarationem conſuetudinis infert.*
14 *Centanaria maximè duplex producit eumdem effectum ac Immemorabilis.*
15 *Poſſeſſio ſemel probata præſumitur continuata non interrupta.*
16 *Teſtes, & res judicatæ exadjuvant Immemorabilem.*
17 *Conſuetudo, & poſſeſſio non interrumpitur per litem motam, quoties decreta, ſeù ſententiæ emanarunt favore poſſeſſoris.*
18 *Conſuetudinis Irrationabilitas fundatur in eo, quod inferiores præcedant majoribus non eſt enta in jure.*
19 *Irrationabile non dicitur id, cujus cognitio pendet à Judice.*
20 *Crucium unia arguit unum, & idem Corpus, ſic ſeparatio Crucium arguit diſtinctionem.*
21 *Liber Cæremonialis Epiſcoporum non revocat particularia Statuta, ſeù Ritualia Eccleſiarum, neque Conſuetudines immemorabiles, ſecùs minores.*
22 *Conſuetudo ſive ſit immemorabilis, ſeù centenaria habet vim Privilegii Apoſtolici, & facit præſumere meliorem titulum de mundo.*
23 *Extranei non admittuntur ad Corpus Capituli, ſecus exiſtente conſuetudine legitimè præſcripta in contrarium.*

DECIS. XIX.

PRæeminentialem controverſiam inter Civitatis Colonien. Inſignium Collegiarum Dignitates, ſeù Prælatos nimirùm Præpoſitum,
& Decanum, necnon etiam in illa D. Gereonis
Scolaſticum, ac Metropolitanæ Eccleſiæ Canonicos ſuper Proceſſionibus, aliiſque actibus, tàm
publicis, quam privatis uſquè, & de tempore
ſan. men. Innocentii VIII. promotam deindeque
poſt ſilentium ſæculi, & ultrà in ſummariiſſimo
Judicio reſtauratam, in quo eædem Dignitates manutentionem ſibi decerni obtinuerunt *cor. Ubaldo*,
proùt ex Deciſionibus impreſſis penès *Poſtb. de manut. deciſ. 32. & ſeq.* obque non paritionem Canonicorum, declaratoriæ relaxationem *coram Peutingerio inter ſuas deciſ.* 242. nuper iidem Canonici
coram me in petitorio reaſſumentes ſub congruo
Dubio --- *An, & cui præcedentia debeatur* Rota
in audientia diei *prima Junii* ſuperioris anni cenſuit ipſis tunc ſolum Informantibus *deberi*: Verum Dignitatibus ad novam audientiam admiſſis,
propriique deſuper Juris defenſioni nedū licitę,
ſed ex SS. PP. teſtimonio eis debitæ, ſicuti probat
Daniel. de Nobilib. diſput. 44. in princ. cum aliis per 1
Franc. de Eccleſ. Cathedral. cap. 33. numer. 10. 11. &
12. ſedulò incumbentibus, tamet ſi in repropoſitione cauſæ habita die 12. *Decembris* ſubſequentis
ob ſuffragiorum ſciſſuram capta non fuerit reſolutio; tamen hodie ſub iterato examine poſitis ante
actæ deciſionis fundamentis, illiſque in ſubſiſtentibus recognitis, PP. à deciſis recedere non hæſitarunt, authumantes potius dignitatibus præcedentiam competere.

Quamvis enim de Jure, ut firmat contraria
Deciſio §. *Quandoquidem cum ſeqq.* Canonici Majoris Eccleſiæ ratione conſortii, quod cum Epiſcopo faciunt, priorem locum conſequantur in concurſu Dignitatum, ſeù Prælatorum Collegiatarum, nè membrorum à Capite ſciſſura fiat nihilominus hæc Juris diſpoſitio ceſſat, quando, ut in
hypoteſi Dignitates præfatæ in his actibus, tam
publicis, quam privatis conſuerunt unicum Corpus cum Canonicis dictæ Eccleſiæ majoris conſtituere, illoſque præcedere; tunc enim conſuetudo hujuſmodi, quæ regulariter in hac materia totum facit, ut inquit *Bald. communiter receptus in
cap. cum olim numer. 1. de conſuetud. Leonin. conſil. 1.* 2
*numer. 9. & 20. Gratian. diſcept. 5. numer. 4. & 23.
Tranchedin. conſult. 14. numer. 1. Prat. diſceptat. 39.
numer. 3. & 43. cum ſeqq. lib. 4. Tondut. quæſt. benef.
par. 3. cap. 173. num. 7. Caramuel de præced. numer.
248. pag. 206. Manriq. eodem tractatu quæſtion. 18.
numer. 1. Card. de Luca de regul. diſcurſ. 19. numer. 7.
Lancell. inter alleg. diverſ. pro cauſa præcedentiæ cum Canonicis Regularibus, & Monacis Sancti Benedicti nu. 197.
pag. 75. & Parent. ibidem numer. 14. pag. 164. Tamburin. de Jure Abbat. tom. 3. diſput. 5. quæſt. 12. nu. 31.
Gottofred. de præced. cap. 2. §. 7. Bordon. eodem tractatu
numer. 28. Franc. de Eccleſ. Cathedral. cap. 33. numer.
113. & 178. Panimoll. deciſ. 1. adnot. 2. numer. 1. Rota coram Gregor. deciſ. 124. numer. 2. coram Coccin.
deciſ. 138. numer. 4. in recent. deciſ. 85. par. 5. deciſion.
156. part. 17. & deciſ. 795. ubique numer. 5. parc. 18.*

om-

3 omninò ſervari debet, non autem diſpoſitio Juris
communis eidem repugnans, *Fab. de Ann. conſil.*
40. numer. 2. Capon. diſcept. 5. num. 4. Bordon. de præ-
ced. numer. 29. Caren. de Offic. Sac. Inquiſit. tit. 8. §. 3.
numer. 15. & 16. Quart. de proceſſ. punct. 4. de præced.
quæſit. 2. Poſt initium Pauimoll. citat. deciſ. 1. adnot. 2. n. 2.
Sperell. deciſ. 76. numer. 4. Adden. ad Buratt. deciſ. 903.
numer. 21. Roto in dicta deciſion. 156. numer. 5. par. 17.
recent., nedùm in poſſeſſorio, ſed etiam in peti-
4 torio Judicio, *Bald. in l. cum ſemper C. de re judic.*
Rota coram Cerro deciſ. 690. num. 9. & in Thentiun Juriſ-
patronatus 27. Junii 1695. §. 1. coram Reverendiſſ. Dom.
meo Emerix Decano.
Haud ſubſiſtente duplici aſſumpto contrariæ
reſolutionis, altero, quod præadducta conſuetudo
immemorabilis non probetur, & altero, quod pro-
bata non relevaret tanquàm irrationabilis, cùm
præferat Dignitates Collegiatarum inferiores. Ca-
nonicis Metropolitanæ majoribus, *ut in §. Quibus*
ità ſe habentibus cum ſeqq. quandoquidem reſpectu
probationis eadem ſufficienter emergit ex ipſamet
confeſſione Canonicorum, qui de anno 1492. ægre-
ferentes hujuſmodi præeminentiale ſolitum Di-
gnitatum, ſupplicarunt dicto Innocentio VIII.
prò conceſſione Indulti, ſeù licentiæ illas præce-
dendi ad inſtar Canonicorum Eccleſiæ Moguntī-
næ, idque impetrarunt, narrantes Pontifici in
ſupplicatione ſuper hoc porrecta, quod tàm in
præteritum, quam ad præſens in concurſu ipſo-
rum priorem locum Dignitates, ſeù Prælati Col-
5 legiatarum obtinuerint, quæ ſanè confeſſio quan-
quàm in precibus emiſſa plenè probat *Gratian. di-*
ſcept. 586. num. 4. cum ſeqq. Ciarlin. contr. 131. num. 35.
lib. 2. Rot. in recent. deciſ. 50. num. 3. par. 7. deciſ. 118.
num. 7. par. 14. & deciſ. 260. ſimiliter num. 7. cum duo-
bus ſeqq. par. 17. & non ſolùm afficit ipſos confiten-
tes, ſed eorum quoque ſucceſſores, cùm confeſſio
ut inferius adminiculata noſcatur ex plenè firma-
tis per *Cenciol. alleg. 63. num. 22. cum ſeqq. Gratian.*
6 *diſcept. forenſ. cap. 870. num. 3. Modern. Mevanat de*
confeſſ. lib. 3. quæſt. 2. num. 60. Add. ad Buratt. deciſ.
453. num. 10. & deciſ. 560. num. 13. Rota inter diverſ.
deciſ. 177. num. 5. par. 2. & coram Seraphin. deciſ. 292.
num. 3.
Et licet hæc quaſi poſſeſſio Dignitatum præ-
cedendi confeſſa non fuerit per Canonicos cùm
qualitate Immemorabilis, attamen ex pluribus ta-
lis convincitur, & de eodem tempore confeſſionis
exiſtens. Præmiſſo ſiquidem, quod quoties, ut
hic confeſſa fuit quaſi poſſeſſio præcedendi per Di-
gnitates acquiſita tàm de tempore præſenti, quàm
de præterito in genere, abſque reſtrictione alicujus
temporis & quod magis eſt cum vociferatione Im-
7 memorabilis, tunc enim ipſius Immemorabilis
qualitas minores exigit probationes juxtà exem-
plum relatum per *Jaſon. in l. admonendi num. 102. ff.*
de Jur. Jur. Rota in recent. deciſ. 237. num. 7. part. 4.
tom. 2. coram Pamphil. deciſ. 678. coram Coccino deciſ.
2130. utrobique num. 4. & coram Royas deciſ. 329. nu.
11. Potiſſimè cum agatur de confeſſione antiquiſ-
ſima à duobus, & ultrà ſæculis emiſſa, *Rota coram*
Coccin. deciſ. 1867. num. 62. & in recent. deciſ. 270. nu. 8.
par. 19. & ex adnectendis, quam maxima veriſi-
militudo comitetur, *Rota coram Bich. deciſ. 556. num.*
20. coram Card. Cerr. deciſ. 51. num. 4. & deciſ. 183.
num. 16. ac in recent. deciſ. 93. num. 7. par. 18.
Plures in propoſito probationes, adminicula,
& demonſtrationes Immemorabilis de confeſſionis
tempore concurrunt, potentiſſima, quarum prima
deſcendit ex antiquiſſimo Rituali iſtius Metropoli-
tanę Colonien. cujus initii memoria non extat prę-
cedentiam Dignitatibus, & Prælatis Collegiata-
rum demandante; nam alias illis non tribuiſſet,
minuſque Canonici, favore quorum viguiſſet Ju-
ris diſpoſitio ipſius Ritualis æditionem toleraſſent,
ſeù ab eodem reclamare omiſiſſent tanquàm ſum-
mi præjudicii, quale ſemper reputatur ſimilium
præeminentiarum amiſſio; *Autun. de donat. Reg. par.* 8
3. cap. 42. num. 18. Bordon. de præced. num. 12. Ceccoper.
lucubr. Canon. lib. 1. num. 6. Rota coram Put. deciſ. 6.
num. 5. lib. 3. Reſponſione non attenta, quod de
antedicti Ritualis legalitate non cònſtet; Nam
contrarium oſtenditur cum illud fuerit admiſſum
in deciſione hujus Cauſæ 242. num. 2. & 3. coram Pen-
tinger. quæ modo deciſio ſupponenda videtur, *Ro-*
ta coram Celſo deciſ. 151. num. 4. in recent. deciſ. 262.
num. 6. par. 12. deciſ. 743. num. 10. par. 18. deciſ. 159.
num. 7. & deciſ. 307. num. 3. par. 19. Ponderando
ulterius, quod tunc temporis oppoſita non legitur
talis exceptio, ut poſt curſum abindè 50. annorum
modò deducta tanquàm ſerotìna nullam animad-
verſionem mereatur, ut dixit *Rot. in Vicen. Paro-* 9
chialis 24. Novembris 1694. §. Clarius coram me, in
Bononien. Juriſpatronatus de Ghiſleriis 31. Januarii §.
Atquè ſolvitur, & 22. Aprilis 1695. §. Poſtremò coram
R. P. D. meo Pio. & in Cracovien. Parochialis 14. Maii
præteriti §. Idque facilius coram eodem.
Præexiſtentiam ſecundo conſuetudinis Im-
memorabilis de tempore confeſſionis, & veritatem
iſtius confirmat factum ipſum Canonicorum ſup-
plicantium ſibi ex gratia licentiam, ſeù Indultum
pręcedendi Dignitates à Pontifice concedi; Nam
ex hoc oritur maxima veriſimilitudo nimis urgens
in hac materia *ex Spad. conſil. 143. nu. 1. lib. 1. Oſaſch.* 10
deciſ. 170. num. 8. cum ſeqq. Rota in recent. deciſ. 620.
num. 7. par. 8. coram Coccin. deciſ. 715. num. 4. & coram
Card. Cerr. deciſ. 208. num. 8. quod Canonici, quibus
alias ceſſante conſuetudine Immemorabili diſpoſi-
tio Juris aſſiſteret, revera per illam repelli potuiſ-
ſent; Nam petens rem aliquam ex gratia fatetur
ex Juſtitia eam conſequi non poſſe *Text. in cap. licet*
de regular. Bald. conſil. 290. ante fin. lib. 3. Rota coram
Coccin. deciſ. 375. & 1632. utrobique num. 12. cum ſeqq.
& in Saliſburgen. Juris Metropolitici 26. Novembris
1691. §. Ex quibus actibus coram R. P. D. meo Priolo.
Elicitur tertia talis præexiſtentiæ conjectura
ex immediata revocatione præfati Indulti cum ab-
ſciſſione, & quod magis eſt deletione ipſius litte-
rarum à regeſtris per Alexandrum Sextum ſucceſ-
ſorem facta poſt relationem habitam Cardinalis
Senenſis ad Inſtantiam Prælatorum, & Dignita-
tum exequutioni Indulti ſub Immemorabilis mo-
tivo ſe opponentium ab eodem Innocentio VIII.
concedente prælecti; etenim ſi dicta Immemora-
bilis per Dignitates expoſita non fuiſſet probata,
neque talis per Cardinalem ſupradictum reperta
veriſimiliter Pontifex ad revocationem, & aboli-
tionem Indulti non deveniſſet, tanquàm in hoc ca-
ſu Juris diſpoſitioni conforme, id etiam ſuadente
æquitate; Nàm privilegium Principis decet eſſe 11
manſurum juxtà regulam *Text. in l. eam legem, Cod.*
de excuſat. muner. lib. 10. Oldrad. conſil. 300. num. 2. &
3. Calderin. conſil. 3. num. 7. de reſcript. Rot. in recent.
deciſ. 49. num. 29. par. 10. ut potiùs credendum ſit
Papam motum fuiſſe ob præiudicium Dignita-
tum, ad quod evitandum ſummoperè ſolet eſſe in-
tentus, *Rota coram Pamphil. deciſ. 81. num. 3. in rec.*
deciſ. 277. num. 9. par. 16. deciſ. 351. num. 5. par. 17.
& deciſ. 360. num. 14. ac deciſ. 618. num. 6. par. 18.
quis ex his prætendi valeat Indultum ſimpliciter
fuiſ-

fuiſſe reductum ad terminos Juris communis; Nàm
cùm revocatio ſequuta fuerit in figura Judicii præ-
via ſpeciali commiſſione, dici debet agnita quaſi
poſſeſſio immemorabilis Dignitatum, & ob illam
obventa revocatio ex Rota in recent. deciſ. 120. num. 8.
par. 3. coram Coccino deciſ. 1329. num. 12. & 13. atque
in dicta Salisburgen. Juris Metropolitici 16. Novembris
1691. §; Utrum coram R. P. D. meo Priolo.

Oritur quarta probatio ex Teſtibus de hac
antiquiſſima quaſi poſſeſſione referentibus quid-
quid enim ſit, an deponant cum omnibus requiſi-
tis vulgatæ gloſ. in cap. primo de præſcript. in 6. con-
troverti non poteſt, quin pro aliquali probatione,
ſeu adminiculo immemorabili deſerviant, Rota in
12 recent. deciſ. 360. num. 13. in fine par. 2. maximè cum
in Judicio poſſeſſorio iſtius cauſæ fides illis adhibi-
ta fuerit, ut deciſ. 32. poſt num. 3. deciſ. 33. num. 2. cum
ſeqq. penès Poſth. de manut. ac coram Peuting. deciſ. 242.
num. 2.

Quinta demùm probatio deſcendit ex cir-
cumſcriptione per ſan. mem. Urbanum VIII. in Si-
gnaturæ Gratiæ factæ reſolutionis Sac. Congrega-
tionis per Capitulum clandeſtinè obtentæ ſuper
præcedendi Jure contra Dignitates Collegiatarum
ſub motivo dicti Ritualis, ut advertit Rota in ante-
13 dicta deciſione hujus Cauſæ 242. num. 3. coram Peuting.
quod tacitam declarationem conſuetudinis infert
omninò attendendam, ut per Rotam in Cremonen.
Jurispatronatus prima Julii 1672. §. Primo ſcilicet co-
ram Calutain, & conferunt tradita per Gratian. di-
ſcept. 940. num. 6. Gottofred. de præced. cap. 11. pag. 40.
Pignattell. conſult. Canon. 104. num. 62. & ſeqq. tom. 1.

Indubitantèr quia nam etſi per modum diſcur-
ſus ex præmiſſis inſimul junctis, prout fieri debe-
re monet Text. in l. 3. §. ejuſdem, ff. de Teſtibus, Rota in
Romana Pecuniaria ſuper exhibitione 21. Junii 1694.
§. Vindicata igitur in fine coram me, & in his terminis
coram Pamphil. deciſ. 127. num. 2. probatio ſufficiens
immemorabilis non emergeret negari haud poteſt,
quod Prælati, ſeu Dignitates Collegiatarum in
hac quaſi poſſeſſione præcedendi Canonicos per
duplicem centenariam exiſtant, quæ eumdem ef-
fectum, ac immemorabilis producit ex notatis per
Engen. conſ. 41. num. 42. lib. 1. Tuſchar. Jun. quæſt. 27.
14 per tot. lib. 2. Add. ad Buratt. deciſ. 875. num. 8. Rota
in recent. deciſ. 574. num. 10. & deciſ. 671. num. 14. ac
deciſ. 770. num. 8. & 9. par. 18. & deciſ. 106. num. 28.
cum ſeqq. ac deciſ. 136. à num. 5. par. 19. quippè cum
hæc quaſi poſſeſſio Dignitatum de dicto anno
1492. controverti non poſſit ob dictam confeſſio-
nem Canonicorum abindè citra, & uſque ad præ-
ſens fuiſſe continuatam de Jure præſumitur, dùm
interrupta non probatur, ut benè ponderat deciſio
15 hujus Cauſæ 33. num. 3. penès Poſth. de manut. & ultra
ibidem adductos Add. ad Pamphil. deciſ. 449. num. 8.
& 9. Rota coram Peuting. deciſ. 110. num. 4. coram Prio-
lo deciſ. 133. num. 6. in recent. deciſ. 78. num. 2. par. 17.
deciſ. 170. num. 3. par. 18. & deciſ. 140. num. 9. par. 19.

Creſcitque talis præſumptio tùm ex præſum-
pta obſervantia prædicti Ritualis præcedentiam
Dignitatibus præſcribentibus, de qua Curt. Jun.
conſ. 129. num. 12. Dec. conſ. 649. num. 9. Gabr. conſ. 84.
num. 6. & ſeqq. lib. 2. ac præcisè Rota coram Dunoz.
Jun. deciſ. 855. num. 13. quam etiam ex depoſitioni-
bus præfatorum Teſtium in exordio litis ſuper
Summariiſſimo Judicio examinatorum, & de Di-
gnitatum quaſi poſſeſſione deponentium, ut eam
intermedio hoc tempore ſimiliter arguant Surd.
16 conſ. 73. num. 46. & ſeq. lib. 1. Menoch. de retinen. remed.
3. num. 157. Rota coram Ubaldo deciſ. 20. coram Celſo
deciſ. 193. utrobique num. 5. coram Bich. deciſ. 295. num.
20. & deciſ. 336. num. 5. ac in deciſ. hujus Cauſæ 33. nu. 2.
penès Poſth. de manut. Accedentibus etiam in com-
probationem illius quaſi poſſeſſionis ſucceſſivis
decretis ſavorabilibus per Dignitates obtentis in
Judicio manutentionis, & quibuſdam inhibitio-
nibus, ac præceptis per Capitulum contra Digni-
tates ab Archiepiſcopo extortis, ut de primis Rota
coram Mantic. deciſ. 67. num. 2. & in Hiſpalen. Præce-
dentiæ 21. Aprilis 1690. §. Et nihilominus poſt med. co-
ram Reverendiſſimo D. meo Decano, & de ſecundis Poſth.
de manut. obſerv. 19. num. 20. 29. & ſeqq. ac Rota poſt
eum deciſ. 336. num. 2. coram Caval. deciſ. 106. num. 1.
& deciſ. 535. num. 2. coram Buratto deciſ. 306. num. 1.
Quin ſubduci debeat tempus motæ litis; Nam
præter quam quod præcedentèr centenaria fuiſſet
completa, nunquàm illud ſubducitur, quotiès ut
in præſenti decreta, ſeù ſententiæ emanarunt fa-
vore poſſeſſoris juxtà doctrinam Felin. communi- 17
ter receptam in cap. illud numer. 17. de præſcription.
Franch. de Eccleſ. Cathedr. cap. 33. numer. 196. ubi in
terminis ſimilis quaſi poſſeſſionis præcedentiæ Ro-
ta inter diverſ. 534. num. 6. par. prima coram Seraphino
deciſ. 1027. num. 6. & deciſ. 1459. num. 15. coram Car-
dinali Celſo deciſ. 690. num. 7. in rec. deciſ. 828. num. 6.
par. 2. & deciſ. 136. num. 2. cum ſeq. par. 19.

Quo verò ad alterum contrariæ deciſionis aſ-
ſumptum, quod probata etiam immemorabili ea-
dem dici debeat irrationabilis tanquam præferens
majori minorem, & propterea non attendenda
juxtà authoritates congeſtas in §. Tum etiam, non 18
minori inſubſiſtētia laborat equidem præter quam
quod concluſio ſuos habet contradictores, plu-
reſque limitationes patitur, ut videre eſt penès
Tranchedin. conſult. 14. num. 7. Capon. diſcept. 5. nu. 25.
Tondut. reſol. Benef. 81. num. fin. tom. 1. Franc. de Eccleſ.
Cathedr. cap. 33. à num. 179. Sperell. deciſ. 179. num.
36. Panimoll. deciſ. 1. adnot. 2. à num. 2. Add. ad Greg.
deciſ. 124. num. 3.

Nulla in caſu præſenti conſiderari poteſt irra-
tionabilitas, cognitio cujus arbitrio Judicis repo-
ſita eſt ad Menoch. de arbitr. Judic. caſ. 82. Panimoll. 19
deciſ. 1. adnot. 2. num. 12. Manriq. de præced. quæſt. 12.
num. 2. Franc. de Eccleſ. Cathedr. cap. 33. num. 16. eo
quia cum hujuſmodi Dignitates Collegiatarum
per modum unius corporis in proceſſionibus, cæ-
teriſque actibus controverſis incedant, ac cum Me-
tropolitanæ Capitulo miſceantur juxtà Dignita-
tem, & præeminentiam cujuslibet Ordinis con-
ceſſa tamen in unoquoque prælatione Ordinis
Metropolitanæ videlicet Prælati, & Dignitates
iſtius præcedunt Prælatos, & Dignitates Colle-
giatarum, Canonicique Metropolitanæ Canoni-
cos Collegiatarum, ſed inferiores Ordines Metro-
politanæ poſtponuntur majoribus Collegiatarum,
ſicuti hæc unio reſultat ex pluribus demonſtra-
tionibus etiam ad hunc effectum ſufficientibus ad
doctrinam Abbat. in cap. Paſtoralis in fine de elect. ni-
mirum, tàm ex unione Crucium, ſeù vexillorum,
quæ præbent intelligi ſingula corpora in unum
coaleſcere, veluti è converſo diſtinctio Crucium
ſeparationem corporum oſtendit Rot. in Hiſpalen.
Præcedentiæ 21. Aprilis 1690. & 29. Januarii 1691. 20
coram Reverendiſſimo Domino meo Emerix Decano, & 11.
Januarii 1692. §. Etenim obiectum coram R. P. D. meo
Caprara.

Ex ipſo tùm etiam Rituali Colonien. ubi ta-
lis unio hoc modo præſcripta legitur, quod perpe-
ram in deciſione contraria, §. fin. prætenditur fuiſſe
abrogatum per Ceremoniale Epiſcoporum editum
juſ-

juſſu, & confirmatum ſpeciali Conſtitutione ſan. mem. Clementis VIII. continens in ſe derogatio-
21 nem quibuſcumque Statutis, & conſuetudinibus, cum ex eo non revocentur particularia Statuta, ſeù Ritualia Eccleſiarum, quæ prout hic in viridi obſervantia exiſtunt *Barboſ. deciſ. Apoſtol.* 79. *num.* 7. *Rot. coram Dunozett. Jun. deciſ.* 855. *num.* 11. *cum ſeqq. & in recent. deciſ.* 102. *num.* 15. *par.* 10. nec minus per idem tolluntur conſuetudines immemorabiles, quidquid ſit de minoribus *Pignatteil. conſult. Canon.* 18. *num.* 12. *tom.* 3. *& conſult.* 58. *num.* 15. *in fin. lib.* 6. *Barboſ. de Canon. cap.* 33. *num.* 24. *& in ſumma deciſ. Apoſtolic. collect.* 78. *num.* 5. *&* 6. *Rota coram Dunozett. Sen. deciſ.* 198. *num.* 3. *coram Coccin. deciſ.* 1620. *num.* 2. *coram Merlin. deciſ.* 109. *num.* 1. *& in recent. deciſ.* 647. *num.* 12. *par.* 4. *tom.* 3.

Tum tertio ex ipſa conſuetudine immemorabili, ſeù duplici centenaria, quarum utraque talem unionem per viam Privilegii Apoſtolici, ſeu alterius meljoris Tituli de mundo præſumere facit, ut de immemorabili eſt *Text. in cap. ſuper qui-*
22 *buſdam, & ibi gloß. de verb. ſignificat. Fælin. in cap. cum nobis num.* 2. *de præſcript. Rota in recent. deciſ.* 11. *num.* 1. *par.* 2. *deciſ.* 150. *num.* 4. *cum ſequentibus par.* 5. *coram Bich. deciſ.* 169. *num.* 3. *coram Celſo deciſ.* 32. *num.* 5. *&* 6. *ac coram Cerro deciſ.* 115. *num.* 7. *cum ſeqq.* & de centenaria *Rota diverſ.* 254. *num.* 10. *par.* 3. *in recent. deciſ.* 218. *num.* 5. *par.* 6. *deciſ.* 574. *num.* 10. *& deciſ.* 709. *num.* 1. *par.* 18. *ac deciſ.* 106. *num.* 18. *& deciſ.* 152. *num.* 2.

Præſuppoſita irrationabilitas, excluſa remanet tàm ratione iſtius unionis, quam ex quo in pari ordine Capitulum Metropolitanæ ſuam majoritatem aſſequitur, & per conſequens conſuetudo præcedendo favore Dignitatem ſervanda eſt, cum tunc ceſſet ob relatam unionem ſciſſura membrorum à ſuo capite, nempè Epiſcopo per ea, quæ diſtinguendo. firmant *Fælin. in cap. Paſtoralis num.* 9. *de reſcript.* ibique *Abb. num.* 7. *verſ. Secus dicen.* & egregiè *Rota dictæ hujus Cauſæ allegans coram Coccino deciſ.* 1923. *num.* 4. *&* 16. Abſque eo, quod obſtare valuerit replicatio, quod extranei admitti non poſſint ad Corpus Capituli ex *cap. novit. & cap. quanto de his, quæ fiunt à Prælat.* Nam id non procedit,
23 quando prout hic, talis admiſſio per conſuetudinem legitimè præſcriptam introducta fuerit, uti de veriori limitando diſpoſitionem præ adductorum Textuum docet *Abb. in cap. cum olim num.* 8. *de ſenten. & re judicata Pignatteil. conſult.* 53. *num.* 2. *tom.* 6. *Rota diverſ. deciſ.* 713. *num.* 5. *par.* 1. *in recent. deciſ.* 296. *num.* 5. *par. prima deciſ.* 708. *num.* 2. *& ſeqq. par.* 2. *deciſ.* 8. *num.* 3. *&* 4. *par.* 5. *deciſ.* 27. *per tot. par.* 7. *& deciſ.* 251. *num.* 6. *par.* 19. Immò talis unio Prælatorum totiùs Cleri per modum univerſitatis non eſt nova, cùm de ea mentionem faciat *gloß. in cap. ſcriptum* 40. *de elect.* ibique *Innoc. ſub num.* 2. *verſ. Sed quæres, & Imol. ſub num.* 6. *cum ſeqq.* Atque arcenda videtur omnis novitas cum mutanda non ſint, quæ certam obſervantiam, & conſuetudinem habuerunt, ut ex *Text. in l. minimè Cod. de legib.* ad propoſitum ait *Capon. diſcept.* 5. *num.* 24. *Prat. diſcept.* 39. *num.* 3. *lib.* 4. & monet *D. Chriſoſtomus in Epiſtola prima ad Corinthios homil.* 7. — *Novitates eſſe odioſas, nihiloque adeò animos perturbare, quàm innovare aliquid, & à conſuetudine alienum facere.*

Et ità per binas vices cauſa diſcuſſa partibus, acritèr informantibus reſolutum fuit.

R. P. D. PRIOLO

Valentina Beneficii.

Mercurii 26. *Februarii* 1697.

ARGUMENTUM.

Agitur de translatione Juris Patronatus in fideicommiſſarium.

SUMMARIUM.

1 *Literæ Apoſtolicæ non verificatæ nullam merentur executionem.*

2 *Juſpatronatus tranſit in donatarium particularem accedente authoritate ordinarii.*

5 *An Juſpatronatus tranſeat ad fideicommiſſarios, & ſubſtitutos, vel potius remaneat apud hæredem directum.*

4 *Inſtitutio Univerſalis hæredis etiam in Juribus continet etiam Jus Patronatus, quod venit appellatione Jurium.*

5 *Juſpatronatus comprehenſum ſub hæredis Univerſalis Inſtitutione, tranſit etiam ad fideicommiſſarium.*

6 *Juſpatronatus venit in reſtitutione hæreditatis, quando fuit demandata reſtitutio per verba totalitatem importantia.*

7 *Verbo* Cujuſcumque Juris *includuntur omnia, & comprehenditur Tota, & integra hæreditas, abſq; diminutione.*

8 *Juſpatronatus, tanquam honorificum, & conſpicuum magis auget decorem familiæ, & memoriam Teſtatoris.*

9 *Juris patronatus capax non eſt filius naturalis inconcurſu legitimorum hæredum, etiam in gradu remotiorum.*

10 *Juſpatronatus fundatum pro hæredibus, & ſucceſſoribus, eſt ab initio merè hæreditarium.*

11 *Juſpatronatus hæreditarium delatum Jure ſucceſſionis hæreditariæ, poteſt uti proprium liberè transferri, etiam illud efficiendo de hæreditario gentilitium.*

12 *Gratia pro præſentato non poteſt verificari, quando præſentans non eſt in poſſeſſione præſentandi.*

13 *Præſentatio facta a ſucceſſore hæredis gravati non attenditur, ſi Juſpatronatus tranſit ad ſubſtitutos.*

DECIS. XX.

BEneficium ſimplex, quod obtinebat Maurus de Villanova, ac ſi eſſet illius prò medietate Patronus, reſignavit in manibus Sanctiſſimi ad favorem Raymundi de Pico, & expeditis literis cum derogatione alterius medietatis fuit à Reſignatario obtenta in Curia Archiepiſcopali illarum exequutio, ſed per appellationem ſucceſſivè interpoſitam non minus ad inſtantiam Emanuelis veri, & unici Patroni, quam Gaſparis ab eo præſentati devoluta cauſa coram me, DD. in hodierna diſceptatione cenſuerunt, literas Raymundi non eſſe exequendas, ſed Gaſparem eſſe inſtituendum.

Ratio reſolutionis, quoad primam illius partem deſumpta fuit ex eo quod nullibi apparet, controverſum Juſpatronatus pro medietate ſpectare ad Maurum; Cumque literæ deſuper expeditæ fu-

ſuper hoc unicè innixæ reperiantur, tamquam non
1 verificatæ, nullam promererentur exequutionem ad notata per Scribentes *in cap. primo de lit. conteſt. in 6. cum aliis adductis per Rotam coram Bichiò deciſ. 285. nu. 1. & in rec. deciſ. 25. num. 1. cum ſeqq. & deciſ. 108. nu. 5. par. 10. & alibi ſæpè*.

Ex facto ſiquidem dilucidè reaſſumpto, uſque ab initio fundationis oſtenſum fuit, ſucceſſionem Patronatus ex diſpoſitione Aloyſii una cum aliorum bonorum univerſitate delatam fuiſſe in perſonam Joannæ hæredis ſubſtitutæ: Cumque iſta ex particulari titulo donationis de illo diſpoſuerit,
2 negari non poteſt, quin accedente auctoritate Ordinarii, illius dominium tranſmiſſum fuerit in Emanuelem donatarium tametſi extraneum ad *Text. in cap. unico de Jurepatr. in 6. Lambert. eodem tract. lib. 1. par. 2. quæſt. prima art. 1. num. 2. Rota coram Coccino deciſ. 106. num. 5. & in recent. deciſ. 319. num. 1. par. 3. cum aliis adductis in Compoſtellana Parochialis 25. Junii 1696. §. Sicut non controvertebatur, & 28. Junii proximè præteriti in principio coram me*.

Non obſtante, ſi dicatur, quod Patronatus, quod eſt Jus, merè honorificum, non potuerit oblique tranſire in fideicommiſſarium, quia tamquam directum, remanſerat penès hæredem inſtitutum ex eo quod ſuper illo fideicommiſſarius non eſt loco hæredis, ut ex *Textu in l. quia perinde, ff. ad Trebell.* notabiliter advertit *gloſ. in verbo reſtituta*, & comprobat ibidem *Bart.* ubi dicit, quod iſte eſt unus ex caſibus, in quo aliquid remanet pænès hæredem, facta etiam hæreditatis reſtitutione, cum iſta Jura directa, & honorifica, tamquam ſe-
3 parata ab hæreditate diſponentis, & debita alio titulo, quam hæreditario, non tranſmittantur cum univerſitate aliorum bonorum ad ulteriores ſubſtitutos, ut ex originali doctrina *Bald. in l. cum Virum num. 2. C. de fideic. Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 12. num. 15.* aliiſque pluribus relatis benè comprobat, *Rota in recent. deciſ. 72. num. 6. cum ſeqq. par. 7. & in Bononien. Juriſpatronatus de Butrigariis 19. Junii 1693. §. Quibus Scipio coram R. P. D. meo Caprara*.

Quoniam pro remotione hujus obiecti, ſuper quo totum erat cauſæ momentum viſa eſt in contrarium præponderare conjecturata voluntas Teſtatoris deſumpta ex contextu totius diſpoſitionis; quotiès enim iſte ad omnia ſua bona, Jura, & actiones quomodolibet ſibi ſpectantes titulo inſtitutionis vocavit Hilarionem primogenitum, & iſto deficiente ſine filiis, abſque ulla detractione legitimæ, falcidiæ, trebellianicæ, & alterius cujuſcumque Juris ſubſtituit Aloyſium Raymundum ſecundo natum, & iſto, paritèr decedente ſinè deſcendentibus, voluit, quod cum eiſdem pactis vinculis, & conditionibus tota ſua hæreditas veniret, & pertineret ad Joannam ejus filiam majorem, ac illius filios, ita ut ſuccedatur de uno ad alium, uſque ad ultimum decedentem ſervando ſemper ordinem Primogenituræ; Ex hac profecto ſerie diſpoſitionis, DD. certiores facti ſunt de implicita voluntate Teſtatoris comprehendendi Juſpatrona-
4 tus ſub fideicommiſſo, quia ſi Inſtitutio verſatur tam ſuper bonis, quàm ſuper Juribus, & actionibus quorum appellatione contineri Juſpatronatus communiter tradunt, *Bald. conſ. 32. num. 3. lib. 1. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæſt. 9. num. 50. cum ſeqq.* & dixit *Rota coram Seraphin. deciſ. 725. num. 3. & in recent. deciſ. 207. num. 12. par. 6. & coram Zoras. deciſ. 114. num. 5.* pernèceſſe, ſequitur, ut in ſubſtitutione, quæ fuit ſpecialitèr facta in tota hæreditate præſumantur repetita ea omnia, quæ fuerunt per Teſtatorem expreſsè compræhenſa in Inſtitutione,
ut ex regula deſumpta à *Text in l. prima, C. de Impub.* 5
& ſubſtit. comprobat in his terminis *Rota coram Zarat. dicta deciſ. 114. num. 4. & in recent. deciſ. 271. nu. 2. cum ſeqq. par. 12. & deciſ. 64. num. 7. paritèr cum ſeqq. & deciſ. 136. num. 11. part. 13.* & egregiè in *Aſten. Juriſpatronatus 19. Aprilis 1697. §. Quorum favore coram R. P. D. meo de la Tremoville*.

Quod magis comprobari viſum eſt non ſolum quia de tempore delatæ ſucceſſionis fuit demandata reſtitutio hæreditatis, quod ſufficeret, ut ſub illo univerſali nomine compræhenſa cenſeantur Jura, & actiones, & conſequenter etiam incluſum dicatur Juſpatronatus, ut ex *Textu in l. hæreditas, ff. de regul. Jur. & in l. nihil aliud, ff. de verborum ſignif. in puncto tradit Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 11. num. 37. Rota coram Cerr. deciſ. 621. numer. 15. & dicta deciſ. 64. num. 11. par. 13. recent. & in eadem Cauſa coram Priolo deciſ. 136. num. 12.*

Sed fortius, quia in actu demandatæ reſtitutionis fuerunt per Teſtatorem adhibita verba totalitatem importantia ibi — *Tota dicta hæreditas mea ſit veniat, & pertineat ad poſthumum naſciturum ſi fuerit maſculus, alioquin ad Joannam meam filiam majorem*:
Cumque ſub illa nota totalitatis ſubintellecta fue- 6
rit totius, & univerſæ hæreditatis reſtitutio, ſi ab illa detrahi poſſet Juſpatronatus non ſequeretur juxtà præceptum Teſtatoris tota, & integra illius reſtitutio ad notata per *Bald. conſ. 461. num. 6. lib. 1. Barboſ. clauſ. 96. num. 1. cum ſeqq. Menoch. de præſ. lib. 4. præſ. 198. num. 19. cum aliis in Romana Trebellianicæ 15. Januarii 1691. §. Sicut neque coram me*.

Verum, ultra verba totalitatem præſeferentia accedit etiam prohibitio cujuſcumque detractionis, quæ cum non ſit coarctata ad ſolas detractiones legales, & quotitativas, ſed ſub illa amplitudine verborum ibi — *& alterius cujuſcumque Juris* porrigatur etiam ad quæcumque alia Jura in hæreditate exiſtentia, ex hoc clarè datur intelligi, quod ſub illa appellatione *cujuſcumque Juris* Teſtator voluit omnia includere, nihil penitus excepto, ut
notat *Rota deciſ. 271. num. 5. par. 12. recent.* & inte- 7
gram hæreditatem, abſque ulla diminutione demandare etiam ad ulteriores vocatos ad tradita per *Guidopap. deciſ. 507. ſub num. 1. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 11. num. 37. cum ſeqq. Vivian. de Jurepat. lib. 4. cap. 4. num. 16. & Roda poſt ipſum deciſ. 121. num. 8. & ſeqq. & in recent. dicta deciſ. 171. num. 4. par. 12. & in Novarien. Beneficii 7. Maii 1685. §. ſecundo, & §. Plures autem coram bo. mem. Benincaſa*.

Dictæque Teſtatoris voluntati inhærendum, quoque ſuadet natura ipſa rei, nàm hæreditas fuit relicta ſervato ſemper inter omnes ordine primogenituræ, uſque ad ultimam decedentem, & in quolibet gradu ſubſtitutionis ultra repetitum onus primogenituræ reperiuntur etiam repetita verba totalitatem importantia, quæ ſicuti perpetuam efficiunt diſpoſitionem, quoad omnes primogenitos prò tempore extituros, ità operantur, ut ad eos quoque tranſmiſſum cenſeatur Juſpatronatus, quod magis honorificum, & conſpicuum cæteris omnibus ex continuò exercitio Juris præſentandi
magis auget decorem familiæ, & memoriam Te- 8
ſtatoris, ut optimè advertit *Rota in dicta Aſten. Juriſpatronatus 19. Aprilis 1697. §. Nàm præterdicta cum ſeqq. coram R. P. D. meo de la Tremoville*.

Vindicata ex his pertinentià Juriſpatronatus, minus obſtare viſa eſt illius fundatio facta prò hæredibus, & ſucceſſoribus, ex quo arguebatur, quod Aloyſius non potuerit illud ſupponere ſub

gravamine fideicommiſſi in præjudicium Mauri hæredis ex propria perſona venientis; nam præter-
9 miſſo quod iſte, tamquam filius naturalis Aloyſii eſto quod eſſet capax Juriſpatronatus, non potuiſſet tamen concurrere cum legitimis etiam ſi eſſent in gradu remotiores ad notata per *Imol. in l. ex facto, §. Si quis rogatus num. 5. Ibique Alex. ſub num. 6. ff. ad Trebell. Menoch. conſ. 285. num. . . . Peregrin. de fideicommiſ. art. 22. numer. 80. & art. 28. num. 50. Caſtill. quotid. contr. tom. 5. lib. 5. cap. 67. num. 3. & Rota apud Vivian. deciſ. 69. la 2. num. 4. cum ſeqq. & in recent. deciſ. 126. num. 4. paritèr cum ſeqq. par. prima, & deciſ. 49. num. 3. & 4. & deciſ. 84. per tot. par.* 8. adhuc tamen difficultas ceſſare viſa eſt ex eo, quod iſte Patronatus, tamquam fundatus pro hæredibus, & ſucceſſoribus, erat uſque ab initio merè hæreditarius, ut
10 notat *Rota coram Merlin. deciſ. 94. num. 4. & in Feſulana Beneficii, ſeù Oratorii* 14. *Martii* 1650. *§. Poteſtas coram clar. mem. Cardinali Corrado* & propterea cum ex titulo hæreditariæ ſucceſſionis devolutus fuerit in dominium Aloyſii, iſte, tamquam de re propria potuit libere diſponere illum de hæreditario efficiendo etiam gentilitium, ut diſtinguendo tradit
11 *Caren. reſol.* 142. *num. 4. cum aliis relatis per Merlin. dicta deciſ. 94. num. 3. & coràm Ninot. deciſ. 25. nu. 22. cum ſeqq. ubi ſub num.* 33. ſubdit, quod per talem mutationem non dicitur attentatum contra formam fundationis, & proſequitur apud *Tondut. de penſion. deciſ. 47. num.* 8.

Non obſtat demùm prò validitate reſignationis, quod Raymundus fuerit in quaſi poſſeſſione præſentandi, quia cum iſta abſque nova appræhenſione tranſire non potuerit in Maurum illius filium, & hæredem, juxtà opinionem, quam ſemper tenuit *Rota coram Mantica deciſ. 88. num. 5. & Merlin. deciſ. 563. num. 2. & Priol. deciſ. 113. num. 29. cum ſeqq.* nec minus gratia prò præſentato verificari poteſt, quoad Maurum, quia iſte non eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi, ut notat *Lotter. de re benef.*
12 *lib. 2. quæſt. 8. num. 106. cum ſeqq. Rota in Iſclana Beneficii 16. Martii, §. Et quidem, & 18. Junii 1696. coram R. P. D. meo de la Trimoille, & confirmata 5. Decembris ejuſdem anni, §. fin. coram R. P. D. meo de Ulmo, & in Compoſtellana Parochialis 17. Junii 1697. in principio coram me:* Ultra quod comprobata pertinentia Patronatus favore ſubſtituti, in nihilo attendi debet præſentatio facta à ſucceſſore hæredis gravati,
13 ut pleuè firmatum fuit in *Landen. Canonicatus 16. Martii 1696, coram bo. mem. Emerix.*

Ex fundamentis itaque ſuperius deductis clarior apparuit reſolutio quoad inſtitutionem Gaſparis, quę eſt altera pars dubii, quia conſtito de vacatione Beneficii non minus ex reſignatione facta in contemptum veri Patroni, quam ex ſubſequuto Matrimonio reſignantis, ut de primo teſtatur *Garz. de Benef. par. 11. cap. 3. num. 35. & Rota in recent. deciſ. 152. & deciſ. 160. utrobique num. 5. cum ſeqq. par. 6.* & de ſecundo eſt *Textus in cap. primo, & in cap. quod à te de Cler. conjugat.* & verificata pertinentia Juriſpatronatus, & demum non impugnata exadverſo habilitate pręſentati, his omnibus concurrentibus, venit omni Jure inſtituendus ad *Text. in cap. querimoniam de Jurepatr.*

Et ità informantibus Emanuele, & Gaſpare, & ad inſtantiam Raymundi exhibita ſolùm quamdam Scripturam de partibus cum reſponſione etiam per Anonimum data, reſolutum fuit &c.

R. P. D. MUTO.

Colonien. Præcedentiæ ſuper bono Jure.

Veneris 22. Martii 1697.

Argumentum patet ex Summario.

1 *Centenaria æquipollet Immemorabili.*
2 *Conſuetudo in materia præcedendi totum facit, licet diſpoſitioni legum obſtaret.*
3 *Supplicans pro gratia fatetur id ex juſtitia conſequi non poſſe.*
4 *Confeſſio in precibus Principi porrectis, probat in ipſius Confitentis præjudicium, quouſque non detegatur erronea.*
5 *Clauſula,* ut aſſerunt *non obſtante Confeſſio probat in præjudicium confitentis.*
6 *Conſuetudo, & poſſeſſio probatis extremis intermedia continuata præſumitur.*
7 *Conſuetudo ex quibus coadjuvetur.*
8 *Liber Ritualis probat obſervantiam in materia præcedentiæ.*
9 *Crux unica eſt ſignum demonſtrativum unionis Collegiorum, & Capitulorum.*
10 *Centenaria, & Immemorabilis præbent poſſeſſori allegabilem, quemcumque titulum ſibi magis proficuum, & utilem.*

DECIS. XXI.

IN concurſu Dignitatum, & Prælatorum Inſignium Collegiatarum Colonien. & Metropolitanæ Eccleſiæ Capituli de præcedentia in proceſſionibus, aliiſque tàm publicis, quàm privatis actibus inter ſe decertantium, eamdem Capitulo deberi reſpondit Sacrum Tribunal in audientia diei primæ Julii 1695. renovata deinde ſemel, & iterum diſputatione ob noviter deducta cenſuit à deciſis recedere ſub die 4. Junii ſubſequentis anni, præeminentiamque Prælatis, Dignitatibus, & Scholaſtico Divi Gereonis competere, tàm in proceſſionibus, quàm in aliis actibus publicis, & privatis, revocatiſque in hodierno examine fundamentis, quibus utraque adverſans deciſio innititur Patres in ſecundo loco reſolutis perſiſtendum eſſe authumarunt.

Siquidem memoratæ Dignitates, & Prælati Collegiatarum cum per duplicem, & ultrà cente- 1
nariam æquipollentem Immemorabili ad tradita per *Engen. conſ. 41. num. 42. lib. 1. Theſaur. Jun. qu. 27. per tot. lib. 2. Add. ad Buratt. deciſ. 875. nu. 8. Rot. in rec. deciſ. 671. num. 14. & deciſ. 770. num. 8. par. 18.* per modum unici Corporis ſub unicaque Cruce Canonicos Metropolitanæ præceſſerint juxtà Ordinem præſcriptum per antiquiſſimum Rituale Colonien. in hujuſmodi præeminentiali Jure per conſuetudinem acquiſito conſervari debent; nam conſuetudo in hac materia præcedendi totum facit
licet diſpoſitioni legum obſtaret *Hoſtienſ. in cap. In-* 2
decorum de ætat. & qualit. Menoch. conſ. 51. numer. 51. Tamburin. de Jur. Abbat. diſput. 5. quæſt. 11. num. 81. in fine tom. 3. Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 43. nu. 179. Quart. de proceſſ. punct. 4. de præced. quæſt. 2. poſt exord. Bordon. de præced. num. 28. Pannimoll. deciſ. prima adnotat. 2. num. 2. Sperell. deciſ. 76. num. 4. Rota cor. Gregor. deciſ. 124. num. 2. in rec. deciſ. 483. num. 2. par. 5. deciſ. 156. num. 5. part. 17. & deciſ. 785. num. 5. par. 18.

Nec

Digitized by Google

Nec iterùm per Capituli-Defenſores impugnari valuit hujuſmodi conſuetudo, ejuſque relevantia, eo quia concludens probatio deſcendit ex ipſa confeſſione Capituli, quod in ſupplicatione porrecta de anno 1492. fa. me. Innocentio VIII. prò conceſſione gratioſi Indulti præcedendi Dignitates, & Prælatos Collegiatarum ad inſtar Eccleſiæ Moguntinæ faſſum fuit nedum implicitè cum tali petitione præcedendi ſolitum earumdem Dignitatum; nam petens aliquid ex gratia ſignan-
3 tèr à Supremo Principe præbet intelligi Id ex Juſtitia conſequi non poſſe, ut inquit *Rota coram Coccino deciſ. 375. & 1632. utrobique num. 12. cum ſeqq. & in Salnburgen. Juris Metropolitici 26. Novembris 1691. §. Ex quibus actibus coram R. P. D. meo, Priolo*, ſed etiam explicitè in ipſa ſupplicatione porrecta ibi -- *tamen quia ſecundariarum, ſeù Collegiatarum Eccleſiarum Colonien. Præpoſiti, & Decani ex quadam, ut aſſerunt conſuetudine præſcripta ſivè alias majoris Eccleſiæ Colonien. Canonicis in proceſſionibus, &c. hactenùs à loco, & tempore ſe præpoſuerunt, & prælocaverunt, ac digniorem locum occuparunt, prout occupant de præſenti, &c.* quæ confeſſio in precibus Principi porrectis dubio
4 procul in ipſius confitentis præjudicium probat quonſque non detegatur erronea per ea, quæ firmat *Ciarlin. contr. 131. num. 35. lib. 2. Rota in recen. deciſ. 118. num. 7. part. 14. & deciſ. 260. num. 7. cum ſeq. par. 17.* & in Romana quarti dotalis 27. Junii ſuperioris anni *§. Exequutionem quippè coram me*.

Quin urgeat reſponſio talem confeſſionem
5 fuiſſe qualificatam ab expoſita clauſula, *ut aſſerunt*, quæ nihil ponat in eſſe, quando quidem ultrà quod eadem non obſtante in præjudicium confitentis probare dixit *Barboſ. clauſ. 188. num. 5.* & de ſimili clauſula appoſita in præcibus *Rota d. deciſ. 260. num. 8. par. 18.* potiſſimè dum prò exiſtentia talis conſuetudinis de confeſſionis tempore plura concurrunt, nimirum, nedum relata petitio Capituli præcedendi Dignitates ex gratia, verum etiam ſubſequens factum; Nàm conceſſo per Innocentium VIII. expoſtulato Indulto cum ſtatim adverſus illud ſub vigentis Immemorabilia motivo Dignitates reclamaſſent deputatus extitit ad referendum Cardinalis Senenſis, æditaque illius relatione Alexander VI. immediatus ſucceſſor Indultum abrogavit ex ipſoque regiſtro aboleri mandavit, qui ſanè procedendi modus oſtendit exorhitantiam gratiæ provenientem ex contraria conſuetudine; Nàm alias Pontifex Indultum ad viam Iuris ſimplicitèr reduxiſſet, ut latè ponderatur in deciſione confirmata *§. Elicitur Tertio*.

Confeſſio Capituli præmiſſa duplicem habet partem in una continet conſuetudinem præſcriptam, & ſub hac dumtaxat cadit dicta clauſula, ut aſſerunt, ſicuti patet ex præmiſſis verbis, & in altera quaſi poſſeſſione præcedendi Dignitatum, & Prælatorum tàm in præteritum abſque aliqua indicativa principii, quam de tempore, quo fuit emiſſa, & in hac parte confeſſio eſt pura, & abſoluta, adeout quamvis in omnem caſum, præcedendi ſolitum Dignitatum de eo tantùm tempore probaretur, nihilominus abindè citrà duplex ela-
6 pſa fuiſſent centenaria æquipollens Immemorabili, eo quià dici deberet in futurum continuata, tam ex præſumptione Iuris, de qua *Text. in l. ſivè poſſidetis, ibique Gloſſ. & Doctores Cod. de probat. Rota coram Celſo deciſ. 73. num. 5. & deciſione 132. num. 2. in rec. deciſ. 87. num. 1. deciſ. 279. num. 14. par. 5. deciſ. 153. num. 11. par. 6. deciſ. 152. num. 4. & deciſ. 192. num. 7. par. 7.* confirmata ex eo, quod ſub initio labentis ſæculi, & ad præſens Dignitates, atque Prælati Collegiatarum in hac quaſi poſſeſſione præcedendi reperiuntur, ut medio tempore in eadem adſuiſſe pariter cenſeatur, ſicuti generalitèr *gloſ. in cap. accedens verbo temporis verſ. & ſic per primum de concurſ. conjug. Felin. in cap. inter dilectos num. 5. verſ. & quod extremum de fid. Inſtrum. Tiraquell. de præſcript. §. Primo gloſ. 5. per tot. qui in fine declarat gloſ. in cap. accedentibus de privil. Rota inter diverſ. deciſ. 545. num. 1. part. 1. & in terminis præcedentiæ allegatos in deciſione hujus cauſæ 33. num. 3. penès Poſth. de manuc. Rota in recent. deciſ. 102. num. 9. par. 10. recent.*

Quam etiam ex actibus poſitivis intermediis relatis per Teſtes, necnon ex pluribus decretis reportatis ab hoc Sacro Tribunali, mediante mandato de manutenendo favore earumdem dignita- 7
tum relaxato præviis deciſionibus impreſſis penes *Poſth. de manuc. deciſ. 32. & 33.* confirmato etiam per declaratorias apud *Peutinger. deciſ. 242.* quæ omnia quaſi poſſeſſionem tunc temporis præexiſtentem oſtendunt, magiſque cùm ex parte Capituli contrarium non probetur, nec aliqua interruptio prætendi poteſt ex hujuſmodi litibus, & controverſiis Dignitates victoriam reportarunt, ut obſervat ſecunda mea deciſio, quæ confirmatur *§. Creſcitque, & ultra ibidem adductos Rota coram Bich. deciſ. 361. num. 23.* tametſi Dignitates nullam obtinuerint ſententiam declaratoriam ipſarum boni Juris; Nam ſatisfuit removere obſtacula Capituli, quæ dumtaxat fomentum controverſiis præbebant cum iam Dignitates in quaſi poſſeſſione præcedendi exiſterent, ut illis remotis, conſequuta dici debet plena victoria, quæ ſemper commenſuratur habito reſpectu ad illud ſuper quo contenditur juxtà tradita *per Bald. in auct. hodie §. Cautione num. 3. & 4. verſ. quomodo quæritur Cod. de appell. Gabr. lib. 2. tit. de expenſ. concluſ. 2. num. 13. & 16. Scacc. de ſentent. & rei judicatæ gloſ. 14. quæſt. 13. num. 59.* ex circumſcriptione inſuper facta in Signatura Gratiæ reſolutionis clandeſtinæ per Capitulum obtentæ, quæ ſecluſa conſuetudine obtineri nequibat, quod factum in illius declarationem, quam valdè debet attendi ad *Text. in cap. ſi Papa de privileg. in 6. Clementin. Litteris de probat. Rota in Hiſpalen. præcedentiæ 11. Januarii 1692. §. Nitebant coram R. P. D. meo Caprara*; Demum ex antedicto antiquiſſimo Rituali Colonien. per modum unici corporis 8
hanc præcedentiam Dignitatibus Collegiatarum tribuenti, cujus continuata præſumitur obſervantia *Bero conſilio 8. num. 9. lib. 3. Benintend. deciſione 13 num. 9. Rota in recent. deciſ. 30. num. 5. & deciſione 213. num. primo parte prima* & oppoſitum alleganti onus probandi incumbit, *Becc. conſil. 9. num. primo Bero. conſil. 19. num. 62. Rota dicta deciſione 30. num. 5.* nec hujuſmodi Ritualis legalitas, atque exiſtentia denuo poteſt in contentionem deduci, cum illud legale fuerit recognitum, atque admiſſum in deciſione hujus cauſæ 242. *num. 2. & 3. coram Peutinger.* & tale revera reddit obſervantia eidem uniformis, *Soccin. Sen. conſil. 111. num. 4. lib. 1. Adden. ad Buratt. deciſ. 10. num. 73. Adden. ad Gregor. deciſione 469. litt. B. Rota inter diverſ. deciſ. 569. num. 2. part. 4.* ac præſumere facit acquieſcentia ſub Initio hujus pervetuſtæ litis uſque ad hæc tempora continuata, quæ ſerotinam exceptionèm modo propoſitam validius confutat ex allegatis in ſecunda mea deciſione *§. Plures*.

Conſuetudinis paritèr relevantia nec minus impugnari poteſt, ex quo agatur de materia im-

Digitized by Google

præſcriptibili propter ſui irrationabilitatem, & deformitatem minus dignum digniori præferendo; quippè cum Dignitates, & Prælati Collegiatarum unum conſtituant corpus cùm Capitulo Eccleſiæ majoris in proceſſionibus cæteriſque actibus controverſis; nam ſub unica Cruce incedunt,
9 quod eſſe ſignum demonſtrativum unionis ultrà relatos in deciſione, quæ confirmatur *§. Nulla in caſu firmavit Rota in Romana præcedentiæ 3. Martii* 1664. *§. primo circa med. coram Bevilacqua impreſ. poſt Panimoll. deciſion. prima adnot.* 17. *num.* 1. & cùm ordine proprio unionis; Nam poſt Prælatos, & Dignitates Metropolitanæ ſubſequuntur immediatè Dignitates, ac Prælati Collegiatarum, poſt iſtos Canonici Metropolitanæ, deindequè Collegiatarum, & ſic de quolibet ordine data prælatione ordini Metropolitanæ talis unio hoc modo ſtatuta legitur in ſæpe dicto Rituali, quod tanquam obſervatum per centenariam, & Immemorabilem perperam abrogatum prætenditur per Ceremoniale Epiſcoporum, *Pignatell. conſult. Canon.* 18. *numer.* 12. *tom.* 3. *Rota coram Dunozett. Sen. deciſ.* 198. *numer.* 3. *coram Coccino deciſ.* 1620. *& coram Merlino deciſ.* 109. *num.* 1. at poſtremò ex ipſa centenaria, & Immemorabili conſuetudine,
10 quæ allegabilem præbet poſſeſſori talem unionem, ſicuti quemcumque alium titulum ſibi magis proficuum, & utilem, ut ultrà cumulatos in poſteriori deciſione *Rota diverſ. deciſ.* 254. *num.* 10. *par.* 3. *deciſ.* 218. *num.* 5. *par.* 6. *deciſ.* 574. *num.* 10. *&* 647. *num.* 6. *part.* 18. *deciſ.* 152. *num.* 2. *cum ſeqq. par.* 19. *& in Barchinonen. Parochialis de Albyniana prima Junii præcedentis anni §. Prædictam coram me*, ex quibus demonſtrationibus ambigendum non eſt, unionem concludenter probatam remanſiſſe ad doctrinam Abbatis *in cap. Paſtoralis in fine de elect. minimè abſiſtente noviſſima depoſitione Magiſtrorum Cæremoniarum Colonien. data in Summario reſponſionis Capituli num.* 1. quia eſt ad perpetuam, & procurata lite pendente poſt plures propoſitiones cauſæ, nec percutit tempus antiquum introductæ conſuetudinis, ut proindè non veniat attendenda.

Ceſſat ex hac unione quæcumque irrationabilitas, atque deformitas, ut diſtinguendo tradit *Felin. in cap. Paſtoralis num.* 9. *de reſcript. Rota coram Coccino deciſ.* 1923. *num.* 4. *&* 6. *& in ſecunda deciſione §. Finali* permaximè quià in excluſionem Irrationabilitatis, & deformitatis, quam valdè urgent manutentio in hoc Sacro Tribunali conceſſa ipſis Dignitatibus, & Prælatis, abolitio, & Cancellatio Gratioſi Indulti favore Capituli prævia maturitate per Alexandrum VI. facta, & ipſa approbatio in Rituali Colonienſi.

Et ità omiſſis aliis levioris ponderis concluſum fuit utraque, &c.

R. P. D. M U T O.

Romana Penſionis.

Lunæ 17. Junii 1697.

A R G U M E N T U M.

An Clericus exercens Juriſdictionem Criminalem, & miles amittat Privilegia Clericatus, & Penſionem.

S U M M A R I U M.

1 *Clericus immiſcens ſe inſanguinis, & in exercitio Juriſdictionis Criminalis, an ſit capax retinendi penſionem.*
2 *Clericus ut amittat penſionem, & privilegia Clericatus debet prius ter moneri, ut ceſſet ab exercitio Juriſdictionis Criminalis.*
3 *Clericus propter aſſumptum Judicium Criminis Abigeatus non amittit Clericatum, ſed ſolum incurrit in irregularitatem.*
4 *Milites deſcripti in ordine Equeſtri militum Jeſu Chriſti an ſint capaces penſionis, & quot ſpecies ſint iſtorum militum.*
5 *Milites S. Jacobi de Spatha, & ſimiles an ſint capaces penſionis.*
6 *Tranſactio facta à Rectore Eccleſiæ afficit etiam Succeſſores, quorum nomine ſtipulata fuit.*
7 *Apertio oris ſolum remanet obſtaculum Clauſulæ* Sublatæ, *ſed non tollit tranſactionem, & robur Brevis Apoſtolici.*
8 *Penſionis continuata ſolutio facit præſumere juſtificationem gratiæ.*
9 *Lis non interrumpit conſuetudinem quando poſſeſſor in lite victoriam reportavit, & ita continuavit.*

DECIS. XXII.

SUper fructibus certis, atque in certis in ducat. auri 200. expreſſis Eccleſiæ Parochialis D. Nicolai ad Cæſarinos de Urbe reſervata fuit in anno 1624. annua penſio ducat. 60. ſimilium favore Fœlicis Pernęi, quam ſolvit; quouſque vixit magnus Titularis tunc temporis, ſed Lippa Succeſſor eam contendere cępit ſub anno 1638. coram A. C. Argelo, in quo tamen judicio Fœlix mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exactionis reportavit, una cum favorabili ſententia ſuper ſubſiſtentia, & validitate penſionis hujuſmodi, confirmata per Signaturam Juſtitiæ cum clauſula *ſine præjuditio Literarum Apoſtolicarum, & non retardata ſolutione penſionis*; Verum Titularis præfatus non acquieſcens cauſam committi curavit in Rota, ſed cogitantes deindè partes magis profuturam concordiam ad eamdem de anno 1642. devenerunt, ubi prędvio receſſu à lite, reducta concorditèr fuit penſio ad annua ſcut. 80. ac tranſactio per ſa: me: Urbanum VIII. in forma ſpecifica confirmata extitit, Fœlixque in pacifica quaſi poſſeſſione exigendi remanſit uſque ad ejus obitum obventum de anno 1668.

Memoratus Fœlix de hoc eodem anno extremo ejus vitæ vigore ſpecialis Indulti ſa: me: Innocentii X. hanc penſionem tranſtulit ad favorem Taddei Pernæi ejus filii, quod in Lippa novum

litis

litis deſiderium excitavit, quapropter anno 1672.
in Judicio coram A. C. obtinuit Taddæus penſio-
narius ſibi ferri ſententiam, deindè in judicatum
translatam ſuper exequutione Literarum Apoſto-
licarum mox dictæ translationis; Deſunctoque
Lippa, Laurentius Silvanus Succeſſor cępit etiam
penſionem contendere, ut duobus ex integro
motis Judiciis, altero ad illius inſtantiam coram
R. P. D. Vice-gerente ſuper aſſignatione congruæ,
aliorumque onerum Eccleſiæ perſolvendorum an-
te penſionem, & altero ex parte Penſionarii coram
A. C. pro manutentione in quaſi poſſeſſione exi-
gendi; In primo prodiit ſententia declarans ex
fructibus certis Eccleſiæ taxatis in eadem ſenten-
tia in ſcut. 253. eſſe deducen. ducat. auri de Came-
ra 40. pro oneribus neceſſariis Divino Cultui, &
& ſervitio Eccleſiæ, ac ducat. auri ſimiles 30. pro
ſatisfactione legatorum piorum ejuſdem Eccleſiæ,
& demum Titulari aſſignandos eſſe ducatos 100.
auri pro ejus congrua, & in altero Judicio Penſio-
narius mandatum de manutenendo, & ejus vigo-
re exequutivum pro ſolutione terminorum decur-
ſorum reportavit, cum ſententia abſolutoria ab
exceptionibus invaliditatis penſionis reſervatio-
nis, atque illius extinctionis ob prætenſam Irre-
gularitatem incurſam, & incapacitatem, tam trans-
ferentis, quam translatarii; A quibus judicatis
devoluta cauſa ad hoc Sacrum Tribunal, eadem-
que per Signaturam Juſtitiæ commiſſa primitiùs
bo: me: Rondinino cum clauſula *Si quid exequen-
dum non retardata ſolutione congruæ ad ratam ſcut.* 100.
monetæ ſub die 8. Junii 1685. reſponſum fuit pro
exequutione dicti mandati exequutivi A. C. proùt
ex deciſione coram eodem emanata, deinde con-
firmata 9. Junii 1692. coram Eminentiſſimo Me-
diolanen. ac inſimul etiam reſolutum exequendas
eſſe Literas Apoſtolicas Taddæi contra Manzo-
num ultimum titularem, in quo ſenſu in hac par-
te permanſit Rota, ut in die 9. Junii ejuſdem anni
coràm eodem, aſſumptaque poſt modum contro-
verſia coram R. P. D. meo Priolo ſuper congrua,
reſolutum fuit eam deberi in ſcut. 100. monetæ,
proùt ex deciſionibus æditis ſub diebus 10. Aprilis
1693. & 15. Martii ſubſequentis Anni, in po-
ſtrema quarum ſimilitèr dictum fuit detrahenda
eſſe onera pro ſumma in relata ſententia R. P. D.
Vice-gerentis ſpecificata, à quo Judicato appel-
1 lantibus hæredibus antedicti Silvani, commiſſa-
que mihi cauſa per Signaturam Juſtitiæ cum clau-
ſula *Si quid exequen. pro ſcut. 15. annuis, in reliquis ſi-
ne præjudicio*, gemina hodiè diſputanda proponun-
tur dubia ad Inſtantiam Hoſpitii Apoſtolici Pau-
perum invalidorum intereſſe habentis ad cauſam
admiſſi, atque hæredum præcitati Silvani, & PP.
ſuper eo — An penſio, ciuſque translatio ſubſti-
neatur, non reſoluto ſub diebus 4. Maii & 10.
Decembris anni proximi præteriti reſponderunt
Penſionem, cujuſque tranlationem ſubſtineri, nam
Taddæus Penſionarius habet intentionem funda-
tam in Literis reſervationis in ſubſequuta concor-
dia cum Brevi Apoſtolico confirmata in Indulto
de tranferendo, atque in ſubſequuta translatione,
& in poſſeſſione exigendi penſionem, in qua tam
ejus Anteceſſor fuerat, quàm ipſe exiſtit, ut his
recollectis firmavit *Rota in Romana penſionis 29. Fe-
bruarii 1692. §. Duæ enim coram R. P. D. meo Ca-
prara*.

Nec in diverſam ſententiam trahere DD. va-
luerunt in contrarium deducta, non quidem pri-
mò, quod Fœlix penſionem transferens uſque ab
initio fuiſſet incapax illam acquirendi, magiſque
retinendi, & transferendi, ex quo cum exercuiſſet
quamplura gubernia ſæcularia, tam in Civitate
Montis Pæneſtris, quam in Terra Montis Roton- 1
di, & in ſævis ſe immiſcuiſſet aſſumendo cogni-
tionem delictorum capitalium, & præſertim cri-
minis Abigeatus *ad Text. in cap. Clerici, vel Monach.
can. Nullus 15. quæſt. 4. can. ſæpè, & can. 15. A qui-
bus 23. quæſt. 8. Rota in recent. deciſ. 253. numer.* 10.
& ſeq. par. 19. Nam quic objecto ſatisfaciunt de-
ciſiones in hac cauſa æditæ, & ſanè animadverte-
bant DD. quod cùm motivum talis amiſſionis pen-
ſionis conſiſtat in amiſſione Clericatus, iſta in hy-
potheſi ſecuta dici non poteſt, nec ex ſuſceptione
Judicii in genere cum habitualitate criminalis
cum nullus ex præadductis Canonibus firmet ex
hujuſmodi ſuſceptione privari ipſo Jure Clericum 2
penſione, ſeù beneficio, ſed in omnem caſum
præcedere debet trina monitio, ut declarando de-
ciſiones, quæ in hac materia videntur contrariæ
cum pluribus firmavit *Rota in dicta Romana penſionis
§. Cæterum in fine coram R. P. D. meo Caprara*: Mi-
nuſque pro aſſumpto Judicio criminis Abigeatus,
nam præterquamquod non apparet Fœlicem ſuper
eo ſententiam, & quidem Capitalem protuliſſe,
non exinde Clericatum amiſiſſe, & per conſe-
quens penſionem, ſed ſolum in irregularitatem
incurſus prætendi potuiſſet, ut explicat *Rota in* 3
deciſ. 173. numer. 17. par. 19. cum ibi allegatis, nec
contrarium firmat *Abb. in cap. Clericis numer. 10. &
ſeqq. ne Cleric. vel Monach.* nam potiùs tractat de
irregularitate, quam de amiſſione Clericatus,
vel penſionis; *Adduct. in deciſ. 278. numer. 4. & ſeqq.
par. 16. & Romana Penſionis 15. Julii 1668. coram
bon. mem. Alberg.* loquuntur in teminis militiæ ſæ-
cularis, qui videatur præſeferre renunciationem
militiæ Sacræ qualis eſt Clericatus, & propterea
non applicabiles.

Minùs obſiſtere viſum fuit ſecundum obje-
ctum prætenſæ incapacitatis ex parte Taddæi
Translatarii, ex quo de tempore translationis
penſionis adſcriptus requiretur in ordine æqueſtri
militum Jeſu Chriſti reſiſtente Conſtitutione B.
Pii V. in ordine 73. §. 2. Præmiſſio ſiquidem tres 4
eſſe ſpecies iſtorum militum, prima eſt illorum,
qui ſunt verè Regulares, cum emittant tria vota
ſubſtantialia paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ
incedant in habitu regulari, ac degant in Clauſtris,
proùt ſunt exiſtentes in Monaſterio Oppidi de
Thomar, & in Collegio Accademiæ Conimbricen.
uti obſervat *Barboſa de Jur. Eccleſ. Univerſ. lib. 3
cap. 7. num. 25. verſ. conſtat*, & iſta ſpecies cadit ſub
præcitata diſpoſitione Bullæ Pianæ, quæ revocan-
do privilegia per Pontifices Prædeceſſores hujuſ-
modi militiæ conceſſa, ea reduxit ad terminos Ju-
ris communis per quod penſiones, ſed beneficia
ſæcularia Regularibus quantumvis Clericis inter-
dicta remaneant *ex Regul. Text. in cap. cum ſinguli de
præben. in 6.* ſed hujus ſpeciei non eſt Taddæus, qui
nec emiſit tria vota, nec degit in Clauſtris, nec in
habitu regulari incedit; Secunda ſpecies eſt
eorum, qui morantur extrà Clauſtra, ſed in ha-
bitu Militari, & ducunt Uxores, ſed nec iſtius
ſpeciei eſt Taddæus cùm nec duxerit Uxorem,
nec in habitu militari incedat; Tertia demùm
ſpecies eſt militum honorariorum, inter quos eſt
ille, qui non ſunt, nec Religioſi, nec Regulares,
nec Uxorati, ſed vivunt in habitu Clerici ſæcula-
ris, nec indigent aliquo indulto ad acquirendas
penſiones, neque cadunt ſub dicta Piana conſtitu-
tione,

Digitized by Google

tione, ut in ſpecie Militum Sancti Jacobi de Spa-
da, & aliarum Militiarum non emittentium tria
5 vota ſubſtantialia ſtatuit Sacra Congregatio Con-
cilii die 10. Novembris 1600. & ſic paulò, poſt
Bullam Pianam in decreto, quod referunt, & ſe-
quuntur *Pignatell. conſult. 72. numer. 1. tom.6. Garz. de beneſic. in addit. ad primam partem cap. 4. numer. 34. Barboſ. de offic. & poteſtat. Epiſcop. cap. 3. allegat. 57. numer. 174. & de Jure Eccleſ. lib. 3. cap. 7. numer. 23.*

Demum Penſionis nullitas obiici non potuit
ex capite malæ expreſſionis valoris in ducat. 200.
auri in originaria illius reſervatione factæ etenim
DD. veritatem hujuſmodi expreſſionis deſumpſe-
runt, tam ex Proceſſu fabricato coram A. C. Ar-
gelo, quàm ex confeſſione Lippæ Titulari Suc-
ceſſoris emiſſa in dicta tranſactione inita cum Fæ-
lice transferente, uſque & de anno 1642. per ſa:me:
Urbanum VIII. in forma ſpecifica confirmata, quæ
nedum afficit ipſum tranſigentem, ſed etiam ipſius
6 Succeſſores, ſub quorum etiam nomine ſtipulata
fuit, ut reſpondit Alex.III. *in cap. veniens de tranſact. ubique Gloſ. ſub verb. confirm. Rota coram Merlino deciſ. 480. num. 1. coram Celſ. deciſ.68. numer. 2. & 3. coram Bich. deciſ. 57. numer. 5. coram Cerro deciſ. 162. num.8. in Romana funeralium 4. Martii 1695. §. Quia illa coram R. P. D. meo Molines, & in Nullius, ſeu Senogallien. Bonorum ſuper manutentione 13. Junii ejuſdem anni §. ulterius poſt med. coram me*; Præſertim cum fa-
cta fuerit bona fide, & poſt obtentam ex parte
Penſionarii, ſententiam ſavorabilem *ad Text. in cap. ſtatuimus, & cap. vehemens de tranſact. Rota in recent. deciſ.79. num.6. par.1. & coram Royas deciſ.135. nu.3.* Et
quidem abſque quo ſuffragari valeat aperitio oris
obtenta ab hæredibus Silvani, & Manzoni *in deciſ. b.m. Rondan. 10. Maii* 1688. quia iſta ſolum fuit apta
removere obſtaculum clauſulæ *ſublata* adjecta in
7 Brevi, itaùt ipſi admitterentur ad ſaciendas con-
trarias probationes pro demonſtranda erroneitate
tranſactionis hic nullatenus peractas, ſed non
ſubſtulit de medio robur ipſius tranſactionis, &
Brevis Apſtolici, cum hæc ſit differentia inter ſim-
plicem aperitionem oris, & inter reductionem
gratiæ ad terminos Juris communis, ut relatis plu-
ribus Rotæ deciſionibus firmat *Marcſcott. var. reſol. lib.2. cap.37. num.67. & 69.* & ſequitur *Rota deciſ.769. num. 10. par.18. recent.*

Adſtipulatur quoque inconcuſſa, & tam adeò
antiqua obſervantia earumdem literarum median-
te diururna ſolutione penſionis facta per titulares,
quæ præmiſſis probationibus injuncta operatur, ut
gratia ſub initio præſumatur juſtificata *Rota in*
8 *rec. deciſ.505. num.3. par.1. cor. Card. Cerro 183. num.1. cum ſeqq. & in deciſ. hujus cauſæ 9. Junii 1692. §. verificato enim. valoris cor. Eminentiſſ. Mediolanen.* Quin
interrupta remanſerit ex lite mota, ſignanter cor.
A. C. Argelo, nam cum Penſionarius in ea Victo-
riam reportaverit, nedum interrumpitur, ſed po-
tius quaſi poſſeſſio, & obſervantia confirmatur,
juxtà doctrinam *Fælin. communiter receptum in c. Illud num. 17. de Præſcrip. Rota coram Seraphin. deciſ. 1027. numer. 6. coram Celſ. deciſ.691. num.7. in rec. deciſ.828. n. 6. par. 2. deciſ. 136. num. 2. cum ſeq. par. 19. & in Colon. Præcedentiæ 4. Junii 1696. §. creſcitque talis præſumptio in fine coram me.*

Et ita omiſſo examine partitarum pro deſti-
mendo valore atque etiam ſubjectionis onerum, ac
propoſitarum deſuper exceptionum, tamquam ex
præmiſſis ſuperfluo, reſolutum fuit DD. omnibus
ſuffragantibus, de Partibus auditis &c.

R. P. D. PIO

Palentina Canonicatus.

Veneris 14. Martii 1698.

ARGUMENTUM.

Quamvis Sede Pontificia vacante ceſſet Regula Reſervatoria menſium, tamen hoc habet locum dummodo Ordinarii Collatores validè conferuntur.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus Palentinus habet cum Capitulo alternativum exercitium nominationis, & alia Jura.*
2 *Beneficia reſervata ratione menſium, conferuntur ab Ordinariis Collatoribus, ſi vacant Sede Apoſtolica vacante.*
3 *Sententia tranſit in rem Judicatam concurrente Validitate, & Juſtitia, nec eſt locus reſtitutioni.*
4 *Regula Cancellariæ reſervatoria menſium ceſſat Sede Apoſtolica vacante.*
5 *Sede Apoſtolica vacante ſi collatio beneficiorum reſervatorum non fuerit ſortita effectum, niſi Sede plena intret regula reſervatoria menſium.*
6 *Scriptura requiritur in contractibus ad probationem cum perfectus dicatur contractus ſolo conſenſu.*
7 *Retrotractio non admittitur in præiudicium Papæ in beneficiis conferendis, quando ordinarius collator non contulit Sede Pontificia vacante.*
8 *Referens magis operari non valet, quam relatum, cum unum alteri ineſſe cenſeatur cum omnibus ſuis qualitatibus.*

DECIS. XXIII.

REverendiſſimus Epiſcopus Palentinus ha-
bens cum Capitulo alternativum exer-
citium nominationis, ac etiam ſimulta-
neam collationem Canonicatuum, & Præben-
darum ſuæ Cathedralis, ut teſtatur *Garzias de*
beneſic. par. 5. cap. 1. num. 715. & relato Filiuccio 1
Rota in Hiſpalen. Diviſionis ſimultaneæ 11. Februarii ſuperioris anni §. Quam etiam, verſ. Et de Eccleſiis Burgen. Palentina coram R. P. D. meo Muto, ac abundè
conſtat ex documentis datis *Summ. Joſephi Serrani num.1. & 3.* & præſertim ex concordia inter Epiſ-
copum, & Capitulum ex cauſa vacationis huiuſ-
modi Canonicatus ſtipulata, occaſione, qua va-
cante per obitum ſan. mem. Alexandri Octavi
Apoſtolica Sede, ceſſabat Regula reſervatoria
Menſium; proindeque Ordinarii Collatores in
quibuſcumque Menſium vacantia beneficia con-
ferre poterant, iuxta firmata in *Segobricen Beneficii* 2
23. Junii 1692. §. nec obſtaculum; cor. R. P. D. meo Molines, & in hac Palentina in deciſ. R.P.D. mei dilecti Olmo 6. Februarii 1696. §. Nam licet, elegit, ſeu
nominavit ad tunc vacantem Canonicatum Fer-
dinandum Ramirum, ſeſe tamen opponente Ca-
pitulo, cui electio, ob jam conſumptum Epiſ-
copi Turnum, pertinebat. At quia deinceps ſub
die 9. Auguſti anni 1691. Sede plena ob aſſump-
tionem ad Pontificatus apicem SS. D. N. Inno-
centii XII. feliciter Regnantis, memorata Epiſcopi
no-

Digitized by Google

nominatio, poſt plures præcedentes tractatus, tan-
dem per ſpecialem concordiam à Capitulo appro-
bata fuit; Hinc agnoſcens dictus Ioſeph Serranus,
quod præfatus Canonicatus ſubiacebat Regulæ 68.
Cancellariæ a ſan. mem. Urbano Octavo conditæ,
& ab omnibus Pontificibus ſub initio eorum Pon-
tificatuum renovatæ, qua Apoſtolicæ Sedi reſer-
vantur omnia Beneficia, de quibus Sede vacante
inferiores Collatores vel minùs validè diſpoſuerint
vel nullo modo diſpoſuerint; de eodem, tamquam
ex dicta Regula 68. ut diximus, reſervato, à San-
ctiſſimo Domino Noſtro proviſionem reportavit,
ac deſuper litteras Apoſtolicas expedivit, quas, ut
pote in omnibus juſtificatas, exequendas eſſe per
contradictas reſpondit *Rot. ſub die 6. Februarii 1696.
coram R.P.D. Olmo*, ad cujus reſolutionis normam
poſtea prolata fuit ſententia, quæ tranſivit in Judi-
catum; Cumque ab eadem in gradu reſtitutionis
in integrum appellationis cauſa mihi per Signatu-
ram Juſtitiæ fuerit commiſſa, dubium hodie Com-
miſſioni conforme: *An conſtet de re Judicata, ſeu po-
tiùs de cauſis reſtitutionis in integrum*, diſceptandum in
Rota propoſui, quod pro re Judicata fuit reſolutum
ob validitatem, ac giuſtitiam dictæ ſententiæ, qui-
bus concurrentibus, meritò in auctoritatem rei Ju-
dicatæ tranſitum fecit, adeout conſequenter adver-
3 ſus eamdem non ſit locus expoſtulatę in integrum
reſtitutioni, *Rota coram Cæſare de Graſſis deciſ. 10. nu.
11. & ſequentib. de ſent. & re judicata, coram Seraphino
deciſ. 1123. num. 5. & coram ſan. mem. Alexan. VIII.
deciſ. 89. num. 5.*

Validitas enim non controvertitur, & Juſti-
tia reſultat ex rationum fundamentis lucuſenter
deductis in deciſione cauſæ emanata coram R. P.
D. meo Olmo, in qua optimè firmatur, quod, li-
cet, ſublato per mortem Pontificis obſtaculo Re-
gularum Cancellariæ, Inferiores Collatores ex Ju-
4 ris communis cenſura providere poſſint de Bene-
ficiis vacantibus in quibuſcumque Menſibus, ut
ſuperiùs innuimus, & probant *Antonell. de tempor.
legal. lib. 3. cap. 1. de Menſe num. 44. & ſequent. Rota
deciſ. 635. num. 10. part. 18. & deciſ. 121. num. 8. &
ſequent. part. 19.* Ideoque hac de cauſa, Ordinarius
Palentinus validè conferre valuiſſet Ramiro con-
troverſum Canonicatum; nihilominus cùm hu-
juſmodi collatio plenarium effectum ſortita non
fuerit, niſi Sede plena poſt aſſumptionem ad Pon-
tificatum Sanctiſſimi Domini Noſtri, nempe de
5 menſe Auguſti 1691. quo tempore fuit inita con-
cordia inter dictum Epiſcopum, & Capitulum,
hinc fit, quod eadem evidenter irrita remanſit, ex
quo per dictam Regulam 68. Cancellariæ Cano-
nicatus jam erat Sedi Apoſtolicæ reſervatus.

Neque ad evitandam adeò claram, & paten-
tem reſervationem quidquam prodeſſe valuit re-
ſponſio, quod nempe proviſio Epiſcopi fuerit va-
cante Pontificia Sede convalidata virtute conſen-
ſus à Capitulo præſtiti ſub die 7. Julii, ut per de-
fendentes Ramiri liquere contendebatur ex acti-
bus Capitularibus exhibitis *ipſius Summ. num. 1.*
necnon ex articulis à Joſepho admiſſis, datis pari-
ter *dicto Summ. num. 2.* quibus ſtantibus prætende-
batur, concordiam ſub dicta die fuiſſe re vera ſta-
bilitam; cùm regulare ſit, quod ad integram con-
tractus perfectionem ſolus partium conſenſus ſuf-
ficiens reputetur, nec eſſentialiter exigatur ſcri-
ptura, quæ tantùm ad ejuſdem contractus proba-
6 tionem confici ſolet, ex firmatis per *Manz. con-
ſult. 129. per totam, & conſultat. 344. num. 53.* cum
aliis relatis per *Rotam deciſ. 291. num. 22. & 23. &
deciſ. 353. ferè per totam, par. 9. & deciſ. 548. num. 30.
& ſeq. par. 18. recent.*

Quandoquidem ad eliminationem obiecti,
ſuper quo totum cauſæ monumentum reſidebat,
Domini ponderabant, quod in Eccleſia Palenti-
na, ut in relatione facti probatum eſt, inter Epi-
ſcopum, & Capitulum nominatio ad Beneficia va-
cantia alternatim diviſa reperitur, eorumdem ve-
rò collatio contradiſtincta ſpecialiter ab exercitio
nominationis ſimultaneæ ad utrumque reſervata
eſt; qua quidem diſtinctione retenta, planè con-
ſequitur, quod actus Capitulares confecti ſub die
7. Julii, ex quibus Capitulum ſatagit comproba-
re complementum concordiæ, referri dumtaxat
poſſunt ad approbationem ſimplicis nominationis
Ramiri ab Epiſcopo factæ, non obſtante conſum-
ptione ejus Turni, qui a Capitulo prorogatus fuit
ut deprehenditur ex verbis illis: *Non ſi finiſchi il
Turno, che per queſta volta ſi dilati, e ſi proroghi*, & mi-
nimè referri valeat ad veram collationem ſimulta-
neæ, tam ab Epiſcopo, quam a Capitulo explen-
dam, cui collationi Capitulum ſuum conſenſum
præſtare noluit, dum quoad hoc punctum nulla
fuit capta reſolutio, dilata tantùm ejuſdem conſi-
deratione, ut apertè evincitur ex verbis ſubſe-
quentibus actus Capitularis, ibi: *E che nel Titolo,
Collatione, & intimatione ſi conſideri la formalità, che ſi
è praticata fin' hora per Statuti, e Simultonea.*

Quamobrem cùm collatio in favorem Ramiri
ab Epiſcopo facta non niſi de menſe Auguſti, &
ſic Sede Apoſtolica jam plena, fuerit a Capitulo
approbata, ut conſtat ex ſæpe recenſita Concordia
inter Epiſcopum, & Capitulum celebrata, inde
innegabiliter ſuccedit intrare memoratam Regu-
lam 68. reſervatoriam Beneficiorum, vel non col-
latorum, vel minùs validè collatorum, ad cujus
efficaciam effugiendam requiritur, quod proviſio
Beneficii vacati in menſe, qui Sede plena fuiſſet
Apoſtolicus, ſit totaliter perfecta, & completa,
itaut ad eamdem integrandam nil prorſus rema-
neat peragendum, quod certè non verificatur in
nuda nominatione ad ſui perfectionem perneceſſe
expoſcente ſucceſſivam collationem; nam verba
illa Regulæ: *De quibus non eſt diſpoſitum*: favore Pa-
pæ nequeunt intelligi de ſimplici nominatione,
ſeu electione, quæ ſunt diſpoſitiones imperfectæ
ad Beneficium conſequendum, ſed de vera, & ab-
ſoluta collatione, juxta originalem diſtinctionem
quam facit *Jo: Andreas in cap. Cum in illis verſic. Diſ-* 7
poſitio, de præbend. in 6. cum qua ad reſolutionem
prætenſæ controverſiæ in ſpecie procedunt *Lavo-
rius variar. lucubrat. titul. 4. de elect. Canonic. cap. 13.
num. 21. & ſeq. Barboſ. de jur. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 19.
num. 24. & ſeq.* ubi firmat in his terminis non poſſe
conſenſum a Capitulo præſtitum retrotrahi ad tem
pus, quo validè dari poterat, nempe Pontificia
Sede Vacante, quia hujuſmodi retrotractio in pre-
judicium Pontificis admitti non debet, quod ge-
neraliter ad evitandum præjudicium tertii perpen-
dunt *Sperell. deciſ. 171. num. 45. & ſeq. Rota deciſ. 246.
num. 3. part. 7. recent.* cum aliis relatis in laudata
dictæ cauſæ deciſione coram R. P. D. meo Olmo
§. final.

Detecta igitur ex præmiſſis irrelevantia a-
ctuum Capitularium, ac ſatis firmato, quod col-
latio Canonicatus, de quo res eſt, perfecta tantùm
fuerit Apoſtolica Sede plena, nullum ulteriùs
conſtitui valuit fundamentum ſuper Articulis ad-
miſſis, ac confeſſatis per Joſephum, quia cum ji-
dem nil plus contineant, quàm quod contentum
legi-

legitur in actibus Capitularibus, ſubintrat rece-
ptiſſima non minùs, quàm vulgaris propoſitio,
quod referens magis operari non valet, quàm re-
latum, cum unum alteri ineſſe cenſeatur cum om-
8 nibus ſuis qualitatibus, de qua *Surd. conſ.* 313. *nu.*
5. *Altograd. conſ.* 5. *num.* 17. *tom.* 1. *&* *conſ.* 44. *num.*
26. *tom.* 2. *Rot. coram Burat. deciſ.* 52. *num.* 3. ibique
Ferentiil. num. 11. *&* 12. *& in recent. deciſ.* 543. *num.*
5. *& alibi paſſim*. Præterquam quod in ipſis Arti-
culis admiſſa quidem dicitur a Capitulo nominatio
facta ab Epiſcopo; de collatione verò nihil articu-
latur; Unde, quamvis de puncto nominationis
concordatum dici poſſet, attamen in ordine ad
collationem perdurabat adhuc diſcordia, perſi-
ſtentibus partibus in opinionibus oppoſitis, Epi-
ſcopo ſcilicet, ut valeret collatio facta per ipſum
ſolum; Capitulo verò, ut fieret alia per ſimulta-
neam. Propptereaque diſſidentium animis nondum
in unam, & eamdem ſententiam coeuntibus, uti
concordia remanſit incompleta ante novi Pontifi-
cis creationem, ita locus remanebat ſupervenienti
reſervationi ex Regula 68. quam toties intrare,
quoties proviſio non eſt undequaque perfecta ſu-
pra firmatum eſt in §. *Quamobrem*.

Etita utraque.

R. P. D. A N S A L D O

Barchinonen. Beneficii.

Lunæ 14. Aprilis 1698.

A R G U M E N T U M.

De Gratia quæ vocatur Piſcatoria, ſeu *Certo modo*.

S U M M A R I U M.

1 *Gratia* certo modo *quæ dicatur*.
2 *Piſcatores beneficiorum in turbido navigantes ſunt odioſi*.
3 *Gratia precum veritate deſtituta nullam meretur exe-cutionem*.
4 *Beneficium obtinens* certo modo *non juſtificans litteras nullum gerit veſtem nuptialem, neque eſt legitimus contradictor, neque impugnator aliarum litterarum quæ præcedùntur non juſtificatæ*.
5 *Adagium* tua non intereſt *valet etiam in beneficialibus*.
6 *Negativa debet probari ab impetrante ſi fuit expreſſa in litteris, nempè, quod Beneficium non ſit debitum certo generi perſonarum, vel non exiſtant perſonæ capaces, etiam per impoſſibilem negativam coarctatam*.
7 *Inſtrumentum facit probationem probatam*.
8 *Executor præſumitur omnia ritè geſſiſſe niſi probetur contrarium*.
9 *Deſcendentia ex quibus probetur*.
10 *Sententia lata in cauſa ſtatus, & cum legitimo contradictore facit jus quoad omnes*.
11 *Gratia* perinde valere *ſanatoria nullitatis, & erroris litterarum valet* à data præſentium tantum.

D F C I S. XXIV.

NOn acquieſcens Joſeph reſolutioni Tribu-
nalis, & decreto denegauti retardationem
literis Apoſtolicis, quas obtinuerat Coſta
uti ab ipſa fundatione vocatus ad Beneficium ere-
ctum ſub titulo S. Luciæ, novam aſſequi procura-
vit Commiſſionem ſuſpenſivam earumdem litera-
rum, ac Decreti Rotalis; ſed hodiè DD. rursùs ad
normam novi reſcripti Signaturæ per me requiſiti
citrà hæſitationem reſponderunt, procedendum
omninò eſſe ad legitimam præfatarum literarum,
& Decreti Rotalis exequutionem.

Quamvis enim ſtylus S. Sedis, ſivè Datariæ
Apoſtolicæ prudentèr, ac juridicè paſſim permittat,
ut quoties ſub inſubſiſtenti, & mendaci præſup- 1
poſito aliquis extorſerit à largitione ejuſdem S.Se-
dis proviſionem, ſivè literas ſuper Beneficio alias
ad collationem Papæ ad normam Juris, & Regula-
rum Cancellariæ pertinente, valeat alter tanquam
denunciator præfati mendacii, ſivè obreptionis me-
diante gratia, ac impetratione, quam nuncupant
certo modo, in quoddam præmium reportare conſe-
quutionem ejuſdem Beneficii, quamobrem hujuſ-
modi Imperatores, veluti ſatagentes turbare pri-
ſtinum Obtentorem, & plerumque poſſeſſorem,
fortè non immeritò juxtà vulgare adagium nun- 2
cupentur *Piſcatores*, quia nempè in turbido impe-
trationis antecedentèr per alium factæ abſque alio
titulo, quam deſtructivo præcedentis proviſionis,
ſeù collationis expiſcari conentur idem Beneficium
& ideò regulariter reputentur non minùs apud
Scribentes, quam penès Tribunalia parùm favora-
biliter ſuſcipiendi, ſed potiùs odioſi, uti liquet
apud *Hoſtien. in cap. cum in multis ſub num.* 4. *verſ. Pro-
vide, & ſub num.* 9. *verſ. Verùm, de reſcript. in* 6. *Lot-
ter. de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 44. *num.* 2. *& ſeqq. Card.
de Luc. de Benefic. in ſupplem. par.* 4. *diſc.* 134. *numer.* 2.
Rot. coram Royas deciſ. 269. *num.* 4. *& deciſ.* 303. *num.*
10. *& in Romana Cappellaniæ* 27. *Novembris* 1680. §.
*Ideò non applicantur in fine, coram clar. mem. Card. Vi-
cecomite*.

Hinc non mirum, ſi, Iuſtitia ita de per ſe exi-
gente, non parùm in hodierna piſcatione ſeſe fe-
fellit Joſeph; Pro fundamento namque ac baſi ſuæ
Gratiæ adverſus Coſtam conquiſitæ Summo enar-
ravit Pontifici, quod prædictum beneficium S.Lu-
ciæ, utpotè vacatum in menſe Apoſtolico, liberè
ad S. Sedem ſpectaret, non autem (ut expreſſerat
Coſta) ex caracthere infixo fundationi debitum
foret certo generi perſonarum, quin etiam, ubi
potuiſſet cenſeri alicui perſonarum generi affectum
nulli amplius aderant capaces aſſequutionis hujuſ-
modi Beneficii, quæ ſanè præſuppoſita quando ſub-
ſtitiſſent, de plano ſequebatur, Gratiam Impetra-
tionis à contrario reportatam per Coſtam, veluti 3
precum veritate deſtitutam, nullam dubio procul
exequutionem promereri, vulg. Jur. *in cap. Ad au-
res in fin. & in cap. Ad Audientiam ii* 2., ibique *Abb.
num.* 5. *& Felin. num.* 22. *de reſcript. Rot. deciſ.* 153. *nu.*
7. *coram ſan. mem. Alex. VIII. & deciſ.* 148. *num.* 12.
par. 19. *& in Reatina Archipresbyteratus* 13. *Januarii
proximè præteriti* §. 1. *in fin. coram R. P. D. meo Muto*.

Verùm totus iſte diſcurſus, & fundamentum
minimè tamquam ex ore Joſephi proſiliens ad Ju-
ſtitiæ lances valebat appendi, quia cum Joſeph
proprias literas, quarum verba recenſentur *in præ-
cedenti Deciſione R. P. D. mei Capraræ ſub die* 10. *Maii*
1697. §. *Idem Beneficium*, non adhuc juſtificaverit

coram

coram noſtro Auditorio , nullam gerebat veſtem
Nuptialem, propter quam uti legitimus contradi-
4 ctor , vel impugnator litterarum Coſtæ poſſet ad-
mitti , urgente contra eumdem Ioſephum notiſſi-
mo Adagio -- *Tua non intereſt* , de quo paſſim in alio
propoſito habetur *in deciſ. 63. num. 6. coram Carillo* ,
*deciſ. 378. nu.9. part. 17. & in Romana Prælaturæ de
Vecchiarellis 9.Decemb.1697. §.final.&* 10.*Martii proximè
præteriti §.Cùm itaque in fin.coram Me*;quemadmo-
5 dum enim Mēdacium obreptionis,vel ſubrettionis
præbet juſtam cauſam S.Sedi,ut denunciatori con-
ferat illud idem Beneficium , quod ab alio fuerat
falsò extortum , ità ex oppoſito nequit impartiri
licentiam cuicumque non juſtificanti ſuam impe-
trationem , ut poſſit juſtè ſe opponere , & compa-
rere, ex quo conſimiles obreptiones, vel ſubreptio-
nes non apparent connumeratæ inter delicta pu-
blica , ſuper quibus ad univerſalem Reipublicæ
vindictam unicuique permittitur accuſare, & ſta-
re in judicio , juxtà cenſuram *Text. in l.Qui cætu, §.
fin. ff. Ad leg. Jul. de vi publ.* cum concord. apud *Fa-
rinac. in prax. quæſt. 12. num. 8. Rainald. in Comment.
ad Bannim. gen. Bonon. lib. 3. cap. 34. §. 10. num. 3.*

At fortè non immeritò deſtitit Joſeph ab ex-
hibitione , ſeù juſtificatione ſuarum litterarum ,
quia conſimile præſuppoſitum ſuæ piſcationis , ſivè
6 impetrationis involvens duplicem è diametro ad-
verſantem ſuppoſitionem , nempè & non affectio-
nis certo generi , vel non ſuperexiſtentiæ perſona-
rum capacium , debuiſſet per quaſi impoſſibilem
negativam coarctatam veluti ſubſtentaculum pro-
priæ Gratiæ per Joſephum comprobari , ad tradita
per *Rot. coram Burat. deciſ. 175. per tot. ibique Adden.
num. 21. & deciſ. 948. num. 1. & 2. & deciſ. 2. num. 9.
coram Vbago , & in recent. deciſ. 50. num. 2. & dec. 341.
num. 5. part. 15.* cum cæteris *in dicta Deciſione diei* 10.
Maii 1697. *§. penult. coram R.P.D. meo Caprara* .

Quapropter Domini potiùs ex officio,ob exe-
quutionem litterarum Coſtæ eiſdem demandatam,
inquirentes de veritate narratorum per enuncia-
tum Coſtam adinvenerunt , & ſubſiſtere radicem
Juriſpatronatus paſſivi ad favorem deſcendentium
à Fundatore , & palmitem deſcendentiæ compro-
batum à Coſta ; Circa namque primam partem id
effulſit ex poſitivo fundationis Inſtrumento quod.
7 facit (ut dicunt noſtri *Scribentes*) probationem pro-
batam , ad not. per *Bart. in leg. 1. num. 8. ff. de oper
nov. nunciat. Bald. in leg. quoties in fin. Cod. de Judic. &
in leg. intereſt num. 2. Cod. de ſolut. Rot. deciſ. 356. par.
14. recent. & deciſ. 276. coram Priolo utrobique num. 1.*
& alibi millies .

Abſque eo , quod refragari valeret multiplex
obiectio per Joſephum aliàs citrà legitimam, ut di-
ximus , figuram in hodierna contentione ſuſcita-
ta ; videlicet & quod præfatum Inſtrumentum fo-
ret penitùs informe , ac neſciretur undè fuiſſet ex-
tractum , ex quo , ſi qua aderat extractio , ſequu-
ta noſcebatur lite pendente ſine prævia compulſa-
tione , ac Partis citatione , quodque ex illius facie
præſeferret ſpeciem meri ſumpti deprompti ex alio
ſumpto , & idcircò non eſſet forſan (ut oportebat)
productum coram Vicario Barchinon. deputato
litterarum Coſtæ Exequutore : Sed ultrà quod in-
formitas corruebat ex oppoſita facie , ac legalitate
Inſtrumenti recenſiti ex parte Coſtæ in ejus *Summ.
impreſſo num.*3. & de extractione conſtabat à ſucceſ-
ſore Regente Scribaniam Laurentii , qui fuerat de
prædicto rogatus Inſtrumento , ut pariter *in Summ.*
Coſtæ *dicto num. 3. in fine* ; a fundamentis obiectio-
nem evellere viſa eſt productio Teſtamenti ſubſe-
quuta coram Exequutore , in quo noſcebatur ,
Aromarium fundatorem demandaſſe erectionem
Benefici , de quo agitur , cum reſervatione Juriſ-
patronatus activi favore Beneficiatorum, ſeu Cap-
pellanorum , quorum Beneficia , ſeu Cappellanias
ipſe Aromir , vel in vita , vel poſt obitum ab ini-
tio erigi curaverat ; Vnde etſi Judex Exequutor
litterarum Coſtæ abſtinuerit à demandanda in A-
ctis poſitiva exhibitione Inſtrumenti fundationis ,
certè vel eadem exhibitio non erat neceſſaria , ex
quo nemo comparuerat impugnans exequutionem
litterarum Coſtæ , vel præſumitur , quod ad par-
cendum expenſis ſemper à Judice quantum fieri
poteſt tollendis ſeſe extrajudicialiter informaverit
de effectiva erectione , ejuſque Inſtrumento ad
Tabulas Teſtamentarias Aromirii coram ſe jam
productas conſecutivo , idque planum eſt , ac de
conſequentiis juridicæ illius præſumptionis , jux-
ta quam Exequutor cenſetur rectè, validèque om-
nia geſſiſſe , niſi manifeſtè probetur contrarium , 8
ut generaliter habetur apud *Pamphil. deciſ. 588. nu.
11. Merlin. deciſ. 418. num. 3. & deciſ. 90. num. 6. cor.
ſan. mem. Alex. VIII.* & in propoſito Executoris me-
ri , ad differentiam mixti , quod idem merus Exe-
quutor præſumatur ſufficientem ſumpſiſſe Infor-
mationem circa ea , quæ gratiæ ipſius exequutio-
nem reſpiciebant , *Rot. coram Buratt. deciſ. 842. num.
6. & coram Dunoz. Jun. deciſ. 75. num. 2. & deciſ. 1481.
num. 7. & ſeqq. coram Coccino, & in Ilerden. ſeu Tarra-
conen. Beneficii 5. Julii 1683. §. Non obſtat , coram bo.
me Guaxardo , & in præterita Deciſione hujus Cauſæ §.
Nec adverſatur , coram R.P.D. meo Caprara* .

Neque minoris luciditatis effulxit Juſtificatio
alterius partis contentæ in literis Coſtæ , nempè
quod idem Coſta foret de deſcendentibus ab Aro-
mirio ; quoniam hujuſmodi deſcendentiam Coſta
comprobavit non ſolùm mediante depoſitione Te-
ſtium , *dicto Summ. impreſſo num.* 6. ac fide Baptiſma- 9
tis non tantùm proprii , ſed ejus quoque Progeni-
torum, verùm etiam per alia publica monumenta,
de quibus *in eodem Summ. num. 8. & ſeqq.* qui ſanè
ſunt modi regularitèr præſeferentes perfectam pro-
bationem deſcendentiæ , ut ait *Butr. in cap. ſeries
num.* 8. ibi -- *quæ etiam Fælin. num. 3. in fin. de Teſtib.
Rot. coram Millin. deciſ. 10. per totam , & coram Bu-
ratt. deciſ. 709. num. 3. & ſeqq. & deciſ. 43. num. 1. co-
ram Vbago , & in Lunen. Sarzanen. Cappellaniæ 25.
Junii 1685. §. Impugnabatur , coram bo. mem. Paulue-
cio* ; Maximè ubi quæſtio non ſit inter alios de ea-
dem deſcendentia , quo caſu exigi meritò ſolet fir-
mior juſtificatio per gradus diſtinctos , ex animad-
verſis per *Garz. de Beneſ. par. 7. cap. 15. num. 28. cum
ſeqq. Mareſcot. var. reſolut. lib. 1. cap. 70. num. 3. Rot.
coram Seraphin. deciſ. 578. per tot. Pen. deciſ. 333. nu. 3.
& 4. & deciſ. 346. num. 10. & 11. Bich. deciſ. 154. nu.
15. Carill. deciſ. 117. num. 7. & in rec. deciſ. 255. num. 6.
& deciſ. 301. num. 11. par. 10. & deciſ. 422. num. 11.
par. 18. & in Cordube. Cappellaniæ 26. Martii* 1696.
§. 1. poſt med. coram R. P. D. meo Muto .

Super acceſſit ad eliminandam exceptionem ,
quam ſine veſte , ut diximus , nuptiali obiiciebat
Joſeph contrà Teſtes tamquam , abſque partis ci-
tatione , ideòque ſinè conſuetis Interrogatoriis in-
ductos , Sententia formiter comprobativa , quam
reportavit Coſta circa ſuam deſcendentiam de
Anno 1687. quamobrem ſicuti certa videbatur
prætenſio citationis Partis , quando nulla Pars
aderat , quæ foret (niſi per ſpiritum divinationis) 10
expectanda , & citanda , ità memorata Sententia,
utpotè lata in Cauſa ſtatus , ac cum legitimo con-

tradictore, faciebat procul dubio Jus contra omnes; juxtà celebrem *Text. in leg. Ingenuum, ff. de Stat. homin. Gonzal. ad regul. Cancell. gloſ. 9. §. 1. num. 84. & ſeqq. Rot. coram Bich. deciſ. 284. num. 4. & deciſ. 98. num. 14. coram S. M. Alexandro VII.* & obſervat *præcedens deciſio R. P. D. mei Capraræ, §. Juſtificatio in fin.*

Parùmque officiebat ad everſionem utriuſque juſtificationis factæ reſpectu ſuæ gratiæ per Coſtam illud objectum, quod cùm Aromirius gemina, ut dictum fuit, erexit Beneficia, circà unum conſtitutum in Altari Sancti Jacobi ad minùs apparerent præſentationes, quam continuatæ Inſtitutiones in Deſcendentibus ab Aromirio, quoad verò controverſum Beneficium S. Luciæ, nec de præſentationibus, nec de inſtitutionibus hujuſmodi Deſcendentium per ſpatium trium ferè ſæculorum edoceretur; Quoniam inquantum objectum iſtud tendere poterat ad deſtructionem Juriſpatronatus paſſivi ſuper Beneficio S. Luciæ, illud proſternebatur evidenter nedùm ex Teſtamento Aromirii, ſed etiam ex ipſo Inſtrumento fundationi, quinimò confeſſio Joſephi in una parte diſpoſitionis ejuſdem Aromirii, nempè circà Beneficium S. Jacobi, nimiùm vehementer conferebat ad præſumptionem alterius, & maximè juncta exequutione conceſſa per Exequutorem literarum Coſtæ, per qua ſemper eſt præſumendum, ut præter ſuperiùs adductos ſub §. *Abſque eo quod* comprobat *Rot. coram Manzanedo deciſ. 155. num. 3. 4. & 5. & coram Merlino deciſ. 687. num. 12. & 13. & deciſ. 93. num. 14. par. 16. recent.*

Inquantùm autem idem objectum feriebat probationem deſcendentiæ, jam profligabatur ex juſtificationibus ſuperiùs enunciatis, & nihilominùs ſat non erat aſſerere, vel probare, quod per ſpatium trium ſæculorum, ac multò magis in ultimo ſtatu Beneficium extitiſſet uti liberum à ſervitute Juriſpatronatus benignè admiſſa per Sac. Canones collatum, quia adhoc, ut per ſuper hac exceptione ſolidari poſſet, oportuiſſet ſimultantè demonſtrare, quod etiam quando vacare contigit Beneficium S. Luciæ extarent actu deſcendentes ab Aromario fundatore, iique petiiſſent Inſtitutionem, fuiſſentque ſpreti, vel excluſi, aliàs namque vel non satagentium incuriæ, vel non exiſtentiæ tunc perſonarum capacium de eadem deſcendentia de prædicto tempore ſucceſſæ vacationis totum de facili tribuendum erat abſque læſione, & præjudicio, & ipſius Juriſpatronatus, & inſtantiæ hodiè promotæ per Coſtam capacem, & deſcendentem ab Aromirio repertum, per ea, quæ in hoc ipſo, vel non diſſimili propoſito animadverterunt adducti per *Rot. deciſ. 3. num. 11. coram ſa. mem. Alex. VIII. & deciſ. 82. num. 5. & ſeqq. par. 19. & in Dertuſen. Erectionis Cappellaniarum 16. Februarii 1686. §. Etenim, coram Reverendiſs. D. meo Decano*, & firmat *præterita Deciſio R. P. D. mei Capraræ in §. Quod autem.*

Atque ex his, adhæſivè de cætero ad fundamenta uberrimè extenſa *in præcitata Deciſione R. P. D. mei Capraræ* DD. non putarunt magis inſiſtendum ſuper inculcatione non probati, ſeù malè expreſſi valoris pro parte Coſtæ, quia cùm is fortaſsè meliùs informatus, exprimendo deinceps verum, & effectiuum valorem aſſequutus eſſet à S. Sede gratiam, quæ nuncupatur *Perindè valere*, undequaque ſanatoriam hujuſcemodi defectus malæ expreſſionis, ſubalterna replicatio Joſephi; quod
11 eadem gratia *Perindè valere* contineret clauſulam modificativam -- *valeat à data præſentium tantùm* -- valuiſſet fortaſsè ſuffragari Joſepho, quotieſcumque de tempore ejuſdem gratiæ exhibuiſſet, vel juſtificaſſet ſuas litteras certo modo (ut expoſuimus) obtentas, vel particularem gratiam reportaſſet à Dataria ex hoc præciſo capite malè expreſſi valoris per Coſtam, de cætero namque cùm Joſeph nullum Jus ex vi ſuæ Impetrationis, neque tunc haberet, neque ex poſt habere demonſtraverit, profectò non poterat propria inſubſiſtentia, vel ſaltèm non juſtificata jura intermiſcere ad infringendam hujuſmodi ſanatoriam, quæ etſi fuerit conceſſa cum præfata clauſula gratiam temperante, non tamen eſt apta aliquod Jus Tertio tribuere, & elargiri, ſed ſolùm capax conſervandi illud Jus, quod alteri oſtenderetur quæſitum de præfato tempore datariæ, ut dicunt, ſupplicationis, teſte *Amayden. de Styl. Datar. lib. 1. cap. 14. num. 9. Epiſc. de Roſa de execut. litt. Apoſt. par. 1. cap. 5. num. 334.* & conſonat *Rot. deciſ. 323. nu. 28. par. 16. rec. & in Aurien. Cantoriæ 8. Junii 1696. coram R. P. D. meo de la Tremoille; confirmata 10. Decembris ejuſdem Anni coram* R. *P. D. meo del Olmo utrobique §. final.*

Et ità utroque &c.

R. P. D. MUTO.

Romana Juris Legendi ſuper manutentione.

Veneris 16. Maii 1698.

ARGUMENTUM.

Poſſeſſio, vel quaſi legendi ad favorem Romanæ Univerſitatis dilucidè comprobatur.

SUMMARIUM.

1 Univerſitas *Studii Generalis Urbis in Archigymnaſio Sapientiæ habet Juris aſſiſtentiam ad effectum legendi Scientias.*

2 Manutentionem *ad obtinendam Sufficit aſſiſtentia Juris.*

3 *Poſſeſſio docendi Jus Canonicum favore Univerſitatis Romanæ Sapientiæ ex quibus probetur.*

4 *Lectorum Cathalogus in Romana Sapientia publicatur de ordine Sanctiſſimi.*

5 *Rector Univerſitatis Romanæ Sapientiæ habet Juriſdictionem promulgandi edicta prohibitiva ne alii legant neque Concluſiones legales imprimantur, affigantur, & defendantur.*

6 *Scholares nonpoſſunt Tempore, quo legitur in Sapientia Romana aliò ſe conferre ad audiendas privatas lectiones, & Concluſiones tueri, vel eis intereſſe.*

7 *Rector concedit licentias aperiendi Scholas in Urbe.*

8 *Rector Romanæ Univerſitatis permittit Auditoribus Sacræ Rotæ defenſionem Concluſionum in Cancellaria Apoſtolica, quando aſſumuntur ad Auditoratum.*

9 *Religioſi ſocietatis Jeſu ad effectum Juvenes Exiſtentes in Seminariis, & Collegiis ſemper uſi fuerunt opera Lectorum Romanæ Sapientiæ.*

10 *Manutentio Eo magis debetur, quoties ultra Juris aſſiſtentiam concurrit etiam factum poſſeſſionis.*

11 *Poſſeſſio in Juribus negativis requirit prohibitionem cum acquieſcentia, & ex quibus hæc prohibitio reſultet.*

12 *Pro-*

Digitized by Google

12 *Prohibitiones per edicta, & proclamata probant poſſeſſionem in Juribus negativis, cum prohibitione, & acquieſcentia.*
13 *Licentiæ ſeu permiſſones probant poſſeſſionem in Juribus negativis.*
14 *Poſſeſſionis actus licet reſpiciant aliquas Tantum perſonas, Tamen attenditur Cauſa univerſalis Ex qua profluunt, ad effectum cogendi omnes.*
15 *Religioſis ſocietatis Jeſu non competit manutentia in lectione Juris Canonici ex profeſſo, & in particulari Cathedram, quia eis Jus reſiſtit.*
16 *Lectiones Juris Canonici, & alii actus Clandeſtini, & Turbativi, & quæ Cauſam liti dederunt, non Sunt manutenibiles.*
17 *Poſſeſſionis ad effectum non ſufficit obſervantia inalio loco.*
Extenſio non detur de loco ad locum, neque de Caſu ad Caſum.

DECIS. XXV.

DOmini cenſuerunt Univerſitati, & non Pa-
tribus Societatis Jeſu dandam eſſe Manu-
tentionem in poſſeſſione, vel quaſi legendi
Jus Canonicum ex profeſſo, & in ſeparata Cathe-
1 dra, ſiquidem Univerſitas habet pro sè nè dum
utriuſque Juris aſſiſtentiam deſumptam ex *cap. cum
de Diverſis de privileg. in 6. & ex §. hæc autem tria con-
ſtitut. prohæmial. ſſff. ac ex l. unica, C. de ſtud. liberal.
Urb. Romanæ*, prout latius in Deciſione ædita ſub
hac eadem audientia ſuper negotio principali, quæ
ſatis eſſet abſque aliquo poſſeſſionis munimine ad
2 Manutentionem obtinendam *cap. cum perſonæ circa
finem eodem tit. de privileg. in 6. Poſt. de Manutent. obſ.
45. num. 6. & 7. Rot. coram Dunoz. Jun. deciſ. 536. num.
2. coram Cardin. Cerr. deciſ. 545. num. 2. & in Surrentina
Juriſdictionis 21. Februarii proximi præteriti, §. non
etenim coràm R. P. D. meo Anſaldo.*

Sed factum ipſum poſſeſſionis docendi Jus Ca-
3 nonicum in Urbe privatinè quoad omnes, ſicuti
probatur, tùm ex Cathalogis, qui ſingulis annis
conficiuntur, & publicantur de Mandato Sanctiſ-
ſimi ſuper materiis legendis, & ſpecialiter ſuper Ju-
4 re Canonico, tum ex quo Rector Univerſitatis ab
immemorabili tempore promulgari conſuevit ædi-
5 cta prohibentia, quod nullus in Univerſitate, vel
extra ſine expreſſa illius licentia audeat, ſeù præ-
ſumat Concluſiones Typis mandare, affigere, &
defendere, nec non tempore quo in Univerſitate
leguntur ſcientiæ, vel artes, aliò ſe conferre ad au-
diendas privatas lectiones, aut alibi Concluſiones
6 tueri; vel eis intereſſe ſub pœnis pecuniarijs, &
etiam corporis afflictivis ejus arbitrio; Tum etiam
ex quo dictus Rector Univerſitatis conſuevit rur-
ſus ab immemorabili tempore prævia inquiſitione
ſuper idoneitate per ſuos Examinatores licentiam
7 concedere omnibus, & ſingulis, qui pro tempore
Scholas aperuerint, publicèque docuerint etiam
Jus Canonicum, tum inſuper ex quo conſuevit
nobis metipſis Sacri Auditorij candidatis permit-
tere defenſionem de more in ædibus Cancellariæ
8 Apoſtolicæ concluſionum Juris Canonici. Tum,
& ſpecialiùs demum ex quo cum iidemmet Patres
Societatis voluerint ſuorum Collegiorum, vel Se-
minariorum Juvenes in Jure etiam Canonico in-
ſtruere Lectores Univerſitatis accerſiverunt iiſque
9 ſemper uſi ſunt, & cum quaſdam Concluſiones ſub-
ſtinendas, abſque licentia Rectoris Univerſitatis
Typis mandare præſumpſerint rejecti fuerunt per
P. Magiſtrum Sacri Palatii Apoſtolici, ut de his
omnibus patet ex documentis exhibitis in ipſius
Univerſitatis *Summ. num. 9. cum multis ſequent.* quoties
enim ultra Juris aſſiſtentiam concurrit etiam poſ-
ſeſſionis factum, eo magis manutentio debetur, ut
præter ſuperius cumulatos *Rot. in rec. deciſ. 273. &* 10
*382. utrobique num. 2. part. 2. & coram Card. Cerr. deciſ.
348. pariter num. 2.*

Hinc inallegabilis redditur exceptio, quod ad
effectum manutentionis ultrà poſſeſſionem proba-
ri neceſſe ſit prohibitionem cum acquieſcentia,
nam ultrà quod non verſamur in materia faculta-
tiva, ex præmiſſis talis prohibitio cum acquieſcen-
tia reſultat, unde prohibitionibus per ædicta, &
proclamata eſt doctrina *Abbat. in cap. ſignificante nu.* 11
1. de appellat. Rip. in l. quo minus num. 133. ff. de flumin. 12
*Rolland. à Vall. conſ. 22. numer. 20. & per tot. lib. 2.
Theſaur. deciſ. Pedemon. 16. num. 7.* & de licentijs, ſeù
permiſſionibus *Poſt de Manut. obſerv. 24. num. 16. Rot.* 13
*poſt eum deciſ. 541. num. 11. & in recent. deciſ. 770. nu. 2.
par. 3. & deciſ. 576. num. 2. par. 4.* quamvis non om-
nes præallegati actus reſpiciant PP. Societatis, ex
quo tamquam ex univerſali cauſa profluentes eos
etiam afficiant, cum non actus ipſi, ſed eorum
cauſa univerſalis ſpectetur juxtà doctrinam *Bald.
in l. 1. num. 47. C. de emancipat. liber. bene. Poſt. deciſ.* 14
*Bonon. 64. num. 7. Rot. coram Mantic. deciſ. 328. nu. 6.
coràm Celſ. deciſ. 7. num. 8. & in Gerunden. Anniverſa-
riorum ſuper concordatione pactorum 28. Junii 1690. §.
conſonat coràm bo. me. Emeriæ Decano.*

Denegata tamen fuit PP. Societatis Manuten-
tio in lectione, ſeù explicatione Juris Canonici ex 15
profeſſo, & in particulari Cathedra, ne dum quia
eiſdem jus reſiſtit, ſed paritèr quia non ſunt in poſ-
ſeſſione manutenibili, nam vel agitur de lectioni-
bus Juris Canonici habitis in Collegio Urbis, &
iſtæ tanquam clandeſtinæ, ac turbativæ, & quæ
cauſam liti dederunt, nullatenus ſuffragantur *Poſt.
de Manut. obſ. 17. num. 51. & obſerv. 71. num. 3. cum* 16
*ſeq. Rot. coràm Coccin. deciſ. 1672. num. 1. in nullius, ſeù
Provinciæ Tarraconen. Juriſdict. ſuper Manutentione 30.
Aprilis* 1694. §. nec obſtant actus *coràm bo. me. Emeriæ,
& in d. Surentina Juriſdictionis 21. Februarii præteriti,
§. eoque evidentius coram R. P. D. meo Anſaldo*, aut verò
agitur de lectionibus habitis in aliis Collegiis Ita-
liæ, vel extrà omiſſis aliis reſponſionibus non pro-
batur quod factæ fuerint in locis quibus exiſtunt
Univerſitates, quodque factæ fuerint ex profeſſo,
& in Cathedra ſeparata, quod concludi neceſſe
fuiſſet, ut fieri non poſſit extenſio de loco ad lo-
cum, & de caſu ad caſum ex firmatis *per Poſt. de
Manut. obſerv. 73. ſub num. 46. Rot. in rec. deciſ. 632.* 17
*numer. 3. part. 3. & deciſ. 554. numer. 19. cum ſeq. par.
18.*

Et ità manutentionem dandam Univerſitati
dumtaxat informanti reſolutum fuit &c.

Digitized by Google

R. P. D. MUTO.

Romana Juris Legendi ſuper bono Jure.

Veneris 16. Maii 1698.

ARGUMENTUM.

An Regulares poſſint ſtudere, & docere Jus Canonicum. Prohibitio legendi Jus Civile, ac Juſprivativum Univerſitatis Studii Sapientiæ Romanæ, non minus doctè quam elaboratè hic explanatur. De Privilegiis Collegii Romani Societatis Jeſu quoad munus docendi hic pertractatur.

SUMMARIUM.

1 *Archigymnaſium Sapientiæ Romanæ eſt celebris Univerſitas ſuper cæteras Terrarum Orbis Academias Principatum obtinens.*
2 *Archigymnaſium Sapientiæ Romanæ regitur à Collegio Advocatorum Conſiſtorialium.*
3 *Defenſio Jurium, & Privilegiorum contra detractores eſt licita.*
4 *Univerſitas Studii generalis, eo ipſo quod eſt Univerſitas habet fundatam intentionem in Jure prohibendi aliis ne legant extra Univerſitatem.*
5 *Univerſitas Studii Romani habet privilegium legendi Jus Canonicum fundatum in corpore Juris* in cap. cum de diverſis de privileg. in 6.
6 *Univerſitas Studii Romani habet etiam privilegia legendi utrumque Jus ex Conſtitutionibus Pontificiis, & in Jure Cæſareo.*
7 *Religioſi Societatis Jeſu numquam in præteritum legerunt Jus Canonicum.*
8 *Univerſitas Studi Romani habet privilegia omnium aliarum Univerſitatum Orbis Terrarum.*
9 *Decretalis* in cap. 3. de magiſtris declaratur.
10 *Univerſitatis Licentia requiritur, ut alii legere poſſint*
11 *Licentia ubi requiritur arguitur, prohibitionem eſſe in viridi obſervantia.*
12 *Univerſitas Studii Romani in facultate Canonica habet peritiſſimos magiſtros.*
13 *Licentia legendi denegatur, quando in Univerſitate adeſt copia magiſtrorum, & quando adeſt Juſta cauſa denegandi.*
14 *Magiſtri in eadem ſcientia legentes ſi ſint plures extrà neceſſitatem ſe met ipſos impediunt.*
15 *Univerſitatum Studiorum ſplendor conſiſtit in frequentia ſtudioſorum.*
16 *Univerſitas Studii Romani prædilecta à Summis Pontificibus.*
17 *Regularibus incongruum eſt ſtudium Juris Canonici.*
18 *Jus Canonicum eſt Jus Humanum.*
19 *Regulares non debent curare de iis, quæ humana ſunt, & reſpiciunt Politiam humani Generis.*
20 *Jus Canonicum non eſt ſcientia congrua pro Religioſis.*
21 *Juris Canonici Sacri Canones, non omnes ſunt neceſſarii pro Theologia morali.*
22 *Regulares debent adire alios Magiſtros, & peritos in rebus ipſis non congruentibus.*
23 *Abbas Panormitanus nuncupatus Nicolaus Tudiſcus Studuit Bononiæ. Doctor creatus fuit à Zabarella.*
24 *Regulares ſtudentes in Religione ſtudiis prohibitis videntur malo animo ferri.*
25 *Abbas Panormitanus legit in Academia Senenſi.*
26 *Pirringh legit in Academia Dilingana.*
27 *Layman legit in Academia Dilingana.*
28 *Regulares non ſunt omninò ad legendum Jus Canonicum.*
29 *Regulares non poſſunt incumbere ſtudio legum, & nu. 30. neque in Camera, & privatim.*
31 *Studium privatum, & in Camera ſine Magiſtro parum, aut nihil prodest.*
32 *Sine Legibus Civilibus non poſſunt perfectè addiſci Canones.*
33 *Regulares debent obſervare regulas religioſiſſime.*
34 *Religioſi Societatis Jeſu non poſſunt legere Jus Canonicum, maximè contentioſum.*
35 *Jus Canonicum conſtituit facultatem de perſeen omnibus Canonibus in corpus Juris redactis.*
36 *Dictio* Ex *importat intrinſecitatem, & conjunctionem.*
37 *Regulæ Societatis Jeſu* circa ſtudia declarantur.
38 *Canones congruentes Theologiæ Morali debent legi in Cathedra Theologiæ Moralis complexivè, non autem ſeparatim, & principaliter in Societate Jeſu.*
39 *Dictio hæc eſt repetitiva.*
40 *Theologia Moralis quomodo pertractanda in Societate Jeſu.*
41 *Canonum Cathedra ſeparata non eſt neceſſaria pro Theologia morali.*
42 *Lites dirimendæ ſunt ab initio, nec dari debet occaſio litigandi, & faciendi attentata.*
43 *Inſtitutiones Canonicæ ſunt elementa totius ſcientiæ Canonicæ.*
44 *Canonici Juris ſtudium eſſe interdictum Regularibus, & Patribus Societatis Jeſu, probant ipſimet Regulares de Societate.*
45 *Obſervantia prævalet interpretationi Juris.*
46 *Obſervantia operatur, ut novitatem amplecti non liceat.*
47 *Novatores reprehenſione digni.*
48 *Privilegia conceſſa Societati Jeſu pro ſtudiis* declarantur.
49 *Verba* Aliarum facultatum, & cujuſvis earum facultatum *reſtringuntur ad facultates ſuperius expreſſas in privilegiis, & in Regula permiſſas.*
50 *Privilegia uti odioſa in præjudicium tertii non extenduntur.*
51 *Deciſiones alium caſum diverſum percutientes non applicantur.*
52 *Deciſiones recipiunt interpretationes ab allegatis in eis.*

DECIS. XXVI.

URbis noſtræ celebris Archigymnaſii, ſeu generalis ſtudii Univerſitas, quæ Sapientiæ nomen congruentèr quidem ſibi meruit indici, nec non ob ſui vetuſtatem prærogativas, & privilegia tam Pontificia, quàm Cæſarea in corpore Juris etiam clauſa ſuper cæteras omnes 1 Terrarum Orbis Academias Principatum obtinuit, ut videre eſt penès *Scuphil. tit. de grat. expect. num. 34. Cohell. notit. Cardinalat. cap. 15. congr. 19. §. ſic enim legimus fol. 107. Middendorp. de Academ. Orbis Terrarum lib. 3. titul. de Gymnaſ. Roman. ejuſque privileg. fol. 610. Lotther. de re benefic. lib. 3. quæſt. 7. num. 43. cum ſeqq. Mend. de Iur. Academ. lib. 2. quæſt. 2. num. 16. 42. cum ſeqq.* ſemper fuit, & eſt in antiquiſſima quaſi poſſeſſione per ipſius Magiſtros legendi, ſeu expli-

Digitized by Google

explicandi Jus Canonicum privativè quoad omnes Regulares, & Sæculares, ut cum nuper PP. Societatis Jeſu de facto, & abſque debita licentia in ſuis Scholis Collegij de eadem Alma Urbe poſt decurſum unius cum dimidio à die fundationis ſæculi erexerint ſeparatam Cathedram in claſſe Juris Canonici, at ex profeſſo aſſumpſerint publicam explicationem Inſtitutionum Canonicarum, & Libri primi Decretalium Gregorii IX. novitati hujuſmodi ſe oppoſuit præclarum DD. Advocatorum Sacrę Conſiſtorialis Aulæ Collegium nomine pręfatæ Univerſitatis ſub cura; & regimine ipſorum exiſtentis, pro defenſione Jurium, & privilegiorum illius omninò licita, atque debita, ut contrà
2 invidos detractores adnotant *Daniel de nobil. diſput. 44. in principio*, *& Rota in Colonien. Præcedentiæ 4. Junij 1696. ſub principio coràm me*, introductaque deſuper judiciali contentione, placuit R. P. D.
3 Sperello in locum A. C. deputato per decretum demandare, PP. Jeſuitas manutenendos eſſe in poſſeſſione, vel quaſi Juris legendi abſque alicujus licentia omnes Sacros Canones etiam ex profeſſo, & in ſeparata Cathedra, dumtaxat excepta illa Sac. Canonum parte, quæ ſpectat ad forum contentioſum appoſito titulo ſuper janua Scholæ, & è contrà manutenendam Univerſitatem in poſſeſſione, vel quaſi juris prohibendi ſuper dicta exceptione, quod idem Judex in petitorio deindè per ſententiam obſervari mandavit: Appellante verum Univerſitate in partibus prejudicialibus ad Rotam, cum in hodierna Audientia coràm me, cui commiſſio delegata extitit, dubitari contingat — *An, & de cujus bono jure conſtet Domini favore Univerſitatis de ipſius bona jure conſtare procul dubio reſpondendum eſſe cenſuerunt*.

Illa ſiquidem ſuper hac privativa electione, vel explicatione ex profeſſo Sacrorum Canonum, ex qua Jus aliis prohibendi corollariè, ſequitur, fundatam habet intentionem, nedùm in generali diſpoſitione Juris nominatim legi hæc Jura publicè prohibentis, extrà ea loca, quæ facultatem
4 iſtam privilegio meruerint, ut in §. *Hæc autem tria Conſtit. prohæmial. ff. ibique Bartol. num. 2. & 3. Bald. ſub num. 1. Cagnol num. 243.* & egregiè firmat *Petr. Gregor. Tholoſan. de Republ. lib. 18. cap. 1. ſub num. 17. verſ. neque*, ideò ibi — *Prout enim placuit iis, qui inſtituerunt, & exercerunt, & privilegiarunt ſtudia ſcientiæ, & artes ibidem legi publicè tantum debere &c. & de Jur. art. method. & præcep. cap. 40. num. 3.* ibi — *Sed & in Jur. legendo, & interpretando loca obſervari par eſt, cum non liceat ubique ea interpretari, & niſi in Urbibus Regiis, & quæ privilegio hoc donatæ ſint; Cum enim, ut diximus, munus ſit Regium jura interpretari, non licet omnibus, niſi quibus demandata eſt cura, jura docere, nec alibi, quàm in loco à Rege, vel Principe huic muneri deputato*.

Sed etiam in ſpeciali tàm juris Pontificii *in cap. cum de diverſis de privil. in 6.* ubi per Innocentim IV.
5 Univerſitas hæc expreſſè deputatur ad legendum jus Canonicum ad hoc, ut de diverſis Mundi partibus ad Sedem Apoſtolicam quaſi matrem confluentes, aliique omnes ibidem proficere valeant privilegiis ſtudii generalis tributis, quod idem habetur in ſucceſſivis Conſtitutionibus Summorum
6 Pontificum, IX. nimirùm Bonifatij 8. & 4. Leonis X. inter ſuas *tom. 1. Bullar. nov. fol. 205. & 548.* quam etiam Juris Cæſarei *in l. unica C. de ſtud. liber. Urbis Romæ lib. 11.* in qua improbatur, ac certis etiam pęnis ſubiicitur eorum licentia, qui uſurpantes ſibi Magiſtrorum nomina publicis in locis liberales artes docere ſtudent, *ibique ſcribentes*.

Eoque magis cum in præteritum hæc privativa fuerit obſervata in ipſa Alma Urbe, in qua nemo ex profeſſo abſque Univerſitatis ſtudii generalis licentia Jus Canonicum legit, ipſiquemet PP. Jeſuitæ nunquam in præteritum ſimilem prætenſionem excitarunt, & in aliis Univerſitatibus ex- 7
teris, ut de Neapolitana, & Patavina narrat *Mindendorp. de Academ. Orbis Terrarum tom. 2. lib. 4. fol. 42. & 65.* & de Salamantina *Mendo eod. tract. quæſt. 5. num. 118.* quarum juribus, & Privilegijs
gaudet Univerſitas Urbis ex dicta Sanctione In- 8
nocentii VIII. relata *in cap. cum de diverſis ibique Canoniſtæ de privil. in 6. Mend. ubi ſupra lib. 2. quæſt. 2. in fine Mindendorp. lib. 3. tit. de Gymnaſ. Romano, ejuſque privilegio fol. 610. Borell. de præſtant. Reg. Catholic. cap. 4. num. 20.*

Quin in oppoſitum hæc diſpoſitio juris ſpe-
cialis, & generalis Univerſitati aſſiſtens, vel abro- 9
gata dici poſſit ex decretali Alexandri III. *in cap. 3. de Magiſtris*, per quam concedi videtur, cuicumque tamen idoneo, facultas regendi ſtudia, atque Scholas, aut ſaltem allegabilis non ſit adversùs PP. Societatis Jeſu, ob particularia privilegia Pauli III. & B. Pii V. ſibi conceſſa, quibus attentis alias in noſtro auditorio diſcuſſa materia cum Univerſitate Cracovien. deciſum fuerit coràm Coccino, Ubaldo, & Ghiſlerio ipſorum Collegio dictæ Civitatis, licere Sacram Theologiam, & liberales artes ultra humaniores legere, atque docere, ut èx reſolutionibus editis in Cracovien. Juris legendi, & impreſſis coram eodem Coccino *deciſ. 1650. 1659. 1672. & 1673. & in recent. deciſ. 265. ac 325. par. 5.*

Præmiſſo quando quidem reſpectu præadductę decretalis eam editam fuiſſe ad effectum coercendi cupiditatem illorum, qui in Gallicana Eccleſia prodocendi licentia pretium, & mercedem extorquebant, ut ibidem, & in duobus præcedentibus capitibus legitur non tamen ad concedendam cuicumque, licet idoneo, liberam, & abſolutam poteſtatem legendi, cum in eiſdemmet capitibus expreſsè demandetur, obtinendam eſſe debitam licentiam, *ut in cap. 1.* ibi — *pro licentia verò docendi nullum pretium exigat, nec docere quemquam qui ſit idoneus petita licentia interdicat, & in cap. 2.* ibi — *prohibeas, ne in Parochia tua pro licentia docendi exigatur aliquid*, atque in eodem *cap. 3.* ibi — *Dignos eſſe animadverſione cenſemus, qui nomen Magiſtri Scolarium, & Dignitatem aſſumunt, & ſine certo pretio Eccleſiaſticis viris docendi alios, licentiam non impendunt &c. Strictè præcipientes &c. ut ſine moleſtia, & exactione &c.* hancque li- 10
centiam requiri, & quidem ab Univerſitate concedendā admiſit *Rota in citatis Cracovien. Juris legend. coràm Coccin. deciſ. 1672. & deciſ. 1703. utrobique nn. 5. & 6.* hæc decretalis licentiam præſervans, prohi-
bitionem ipſam potius confirmet, illamque oſten- 11
dat eſſe in viridi obſervantia ex his, quæ habentur *per Rotam in recent. deciſ. 453. numer. 6. & deciſ. 511. num. 7. par. 13. in Derthonſen. Juriſdictionis ſuper negotio principali 26. Aprilis 1694. §. Et his accedit coràm R. P. D. meo Pio, & in Hortana Sylvarum 10. Martij proximè præteriti §. controverſa autem memora in fine coràm me*.

In hypotheſi talis debita licentia requiſita non fuit per PP. Sociatis in erectione controverſæ, & ſeparatæ Cathedræ juris Canonici, ſed quatenùs etiam petita fuiſſet, vel hodie peteretur cogi non poſſet Univerſitas ad eam concedendam, tùm ex duplici generali, & excuſante ratione,

qua-

Digitized by Google

quarum prima prouenit ex quo nulla concurrit
neceſſitas talis erectionis, cum Uniuerſitas in hac
facultate Canonica multis, & peritiſſimis referta
12 Magiſtris reperiatur; Undè in hoc caſu validam
eſſe derogationem licentiæ docet *Abb. in cap. 1. de*
Magiſtris ſub num. 2. ibi -- *Item nota, quod cuicumque*
13 *idoneo non eſt deneganda licentia docendi, quod eſt verum*
ſecundum Innocentium, & alios niſi exiſtente, Cauſa, &
quia adeſt magna copia Magiſtrorum, & ibidem *Felin.*
num. 3. Ancarun. ſub numer. 4. in fine Anton. de Butr.
num. 13. Joan. Andr. numer. 4. Soccin. Jun. numer. 9.
Zabarell. numer. 4. & Gonzal. Tellez. numer. 5. Eo quia
plures Magiſtri in eadem ſcientia extrà neceſſita-
14 tem ſibimetipſis impedimenti ſunt ex littera *Text.*
in l. unica Cod. de ſtud. liber. Urb. Rom. lib. 11. ibique
Luc. de Penn. ſub numer. 20. & Abb. in d. cap. 1. ſub
numer. 2. de Magiſtr. & Butr. pariter ibidem in fine:
Et etiam quia alias vileſceret Uniuerſitas à Prin-
15 cipe conſtituta; Nàm ſplendor Uniuerſitatum
præcipuè reſidet in frequentia Studioſorum *Text. in*
l. 3. §. penultimo ff. de Decurion. & in l. Magiſtros Cod.
de profeſſor. & Medic. lib. 10. Eſcobar. de Juriſdict. in
ſtud. general. cap. 32. num. 10. Pereyr. in Accadem. lit-
terar. lib. 1. quæſt. 2. num. 14. in fine: Attenta for-
tiùs ſpeciali prædictione, qua ſemper Summi Pon-
16 tifices proſecuti fuere hanc nobilem Uniuerſita-
tem Urbis, atque finem principalem illius ere-
ctionis de quo Bonifacius VIII. in dicta ejus Con-
ſtitutione ſic loquitur -- *Ad Urbium Urbem Roma-*
nam videlicet Civitatem, quam Divina Clementia ſtatuit
Caput Orbis, eo attentioris meditationis intuitum retor-
quemus, quo principalius in eadem noſtri Sedem Apoſto-
latus Cœleſtis diſpoſitio ſtabilivit, & rurſus ibi -- *ſitque*
ibi fons ſcientiarum irriguus, de cujus plenitudine hauriant
univerſi litterarum cupientes imbui monumentis, & Leo X.
de ea ſic habet in præcitata ejus Conſtitutione -- *Sed*
ut hoc in Urbe noſtra votivos ſortiatur effectus, eo propen-
ſior cura nos urget, quo Urbs ipſa Vicarij Chriſti in Ter-
ris Regia, anteque ejus oculos ſemper poſita tamquam
Apoſtolicæ Sedis validiſſimum firmamentum ſuper cæteras
Orbis Urbes Principatum obtinere dignoſcitur.

Deſcendit altera ex impedimento, quod præ-
ſtat Regularis Status, eidem quippè vel in-
congruum eſt ſtudium Juris Canonici in Univer-
ſum, & expreſſo, eo quia cum illud Jus humanum
17 ſit, atque factum ad politiam humani Generis, ut
ſunt verba *Gloſs. in cap. cum de diverſis de privil. in 6.*
ibi -- *nota quod licet Jus Canonicum ſit extractum à Jure*
Divino, tamen dicitur Jus humanum, quia fuit factum
ad politiam humani Generis, & tradunt *Baldus in cap.*
18 *licet Univerſis ſub num. 4. de Teſtibus Fagnan. in cap. non*
debet num. 13. de Conſanguin. & affin. Donat. rer. regul.
tom. 1. tract. 13. quæſt. 85. num. 26. in fine fol. 332. ubi
quod Jus Canonicum, quandoque vocatur Jus
Divinum contradiſtinctivè ad Jus Cæſareum, non
quod verè, & propriè ſit Divinum, & probat Con-
ſtitutio prohemialis Decretalium Gregorii IX. in
illis verbis -- *tot quotidie noua litigia geſſerunt, ut niſi*
juſtitia conatus ejus ſua virtute reprimeret &c. & in aliis
ibi -- *volentes igitur, ut hac tantum compilatione Uni-*
verſi utantur in Judiciis, & in Scholis &c. ex quibus
manifeſtum ſit Jus Canonicum intentum, & or-
dinatum fuiſſe ad politicum regimen, & guber-
nium Chriſtianæ Reipublicæ, & ad dandam nor-
mam judicialibus contentionibus, & de ijs, quæ
19 humana ſunt, & politiam humani Generis reſpi-
ciunt nihil curare ſpectet, aut congruat Religio-
ſis *Can. de præſentium 16. quæſt. 1. ibi amariſſimum ha-*
beo de iſto propoſito ad illud officium homines deduci, in quo
nullo modo, quæ à Monachis Deo promiſſa ſunt valeant ad-
impleri &c. ut interdicatur etiam eis exercitium,
dum nequeunt in cauſis poſtulare, nec eſſe Judices
cap. 1. & 2. de poſtulan. latè Caſtropal. oper. moral.
tom. 3. tract. 16. diſput. 4. punct. 12. §. 1. num. 1. Roxas
de incompatibilitat. Regni part. 6. cap. 4. à numer. 36.
ad 39. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 2. cap. 6. à numer. 1.
ad 9.

Sequitur propterea, Jus Canonicum reputa-
tari non poſſe ſcientiam congruam Religioſis, ut 20
expreſſe tenent *Hoſtienſ. in cap. ſuper ſpecula ante*
numer. 1. ibi -- *Quia iſtæ ſcientiæ Religioſis non con-*
gruunt, cum & eis prohibentur exercitium ipſarum An-
caran. ibidem ſub num. 2. & Joan. Andreas ſub num. 1.
& in cap. non magnopere ſub num. 3. ne Clerici, vel Mo-
naci, vbi cum *Ancaran. ibidem num. 5. & Anton. de*
Butr. ſub numer. 9. advertit etiam ſtudium Juris Ca-
nonici Monacis, & Regularibus non expedire ex
alia ratione, qui ut ſunt verba -- *Intumeſcunt enim*
Scioli contra Abbatem, ipſum accuſant, undè lites, odia,
labores, multæ expenſæ, multaque Monaſteriis nociua pro-
veniunt. & in ſpecie incongruitatem hanc egregiè
firmant ipſimet PP. Jeſuitæ, nimirùm *Mendo de jur.*
accadem. lib. 2. quæſtion. 31. numer. 388. ibi -- *Etenim*
quamuis non interveniant illæ ſpeciales rationes æquitatis,
decentiæ ac proportionis, quæ ad non docen. Jus Civile,
& medicinam dantur, tamen ſtudium Juris Canonici non
omninò proportionatur ſtatuis Regularium, ubi paulò
ante refert ex hac ratione nullum ex Regularibus
Jus Canonicum docere; Idemque tradit *Suarez de*
relig. tom. 4. tract. 10. lib. 5. cap. 4. ſub numer. 4. ibi --
quamvis enim hæc pars illius doctrinæ aliis Clericis Sæcu-
laribus non prohibeatur, quin verè non eſt prophana, ſed
Eccleſiaſtica, & ad gubernationem Eccleſiaſticam neceſſa-
ria nihilominùs aliena eſt à Statu Religioſo, qui ab om-
nibus forenſibus cauſis etiam Eccleſiaſticis debet eſſe alie-
nus &c.

Abſque eo quod attendi mereatur *P. Paſſarin.*
de ſtat. homin. tom. 2. quæſt. 187. num. 1135. aſſerens
Religioſos tàm privatim, quam publicè Jus Ca-
nonicum docere poſſe: nam confunditur ex ratio-
nibus, & auctoritatibus mox allegatis, & ex com-
muni omnium Religioſorum Ordinum obſervan-
tia, ſeù vſu, atque etiam in ſui ſubſtantia, ſeù ra-
tione allegata; Quatenùs, enim ait, partem Juris
Canonici deſervientem foro contentioſo non abſo-
lutè diſconvenire Regularibus, qui ſcire debeant
ne dùm ea, quæ per ipſos, verùm etiam quæ per
alios agenda ſunt ad effectum illos inſtruendi, &
audiendi forenſium Confeſſiones, eorumque acta
in foro pœnitentiæ judicandi, ultrà quod aſſump-
tum non ſubſiſtit; nàm non omnes Sacri Canones
neceſſarii ſunt illis, quibus incumbit conſcientias 21
inſtruere, ſeù informare, ut præ cæteris advertit
Card. de Lugo reſpon. moral. lib. 4. dub. 34. numer. 3.
eidem reſpondit *Imperator in l. conſultu Cod. de teſtam.*
quod probroſum ſit ſpiritualibus viris peritos ſe
eſſe diſceptationum forenſium, & ſi pro ſuarum re-
rum regimine opus habent forenſi peritia adire
debent alios, non autem arrogare ſibi jus docen-
di ſcientiam ſuæ profeſſioni, ac ſtatuti non con- 22
gruentem, ſicuti præcisè perpendit *Hoſtienſ. in*
cap. ſuper ſpecula ne Clerici, vel Monaci numer. 4. &
Jo: Andr. ſub numer. 5. & faciunt tradita per eum-
dem *Hoſtienſ. in cap. non magnopere numer. 7. ne Cle-*
rici, vel Monaci, & ibidem *Ancaran. numer. 6. &*
Abb. in cap. ſuper ſpecula numer. 12. eodem tit. ubi
quod non debent Religioſi ſub prætextu cujuſvis
inſtantis mundanæ neceſſitatis occaſione ſcientiæ
ſe periculo exponere, mundanis ſe rurſùs actioni-
bus involvendi.

Minùs

Digitized by Google

Minùs allegabilia ſunt exempla Abbatis Pa-
normitani , & inter Patres Jeſuitas Layman. &
Pirring. qui licet Monaci , & Religioſi , repetitio-
nes tamen ſuper Jure Canonico Typis ediderunt ,
ſivè quia materia editionis librorum latiùs patet ,
quàm Scholarum , ut obiecto appoſitè reſpondet
Card. de Lug. d. dub. 34. ſub num. 6. ſivè etiam quia
hi authores non didicerunt Jus Canonicum in Re-
ligione; Sed in ſæculo , & ſignanter Abbas in ſæ-
culo nuncupatus Nicolaus Thudiſcus ſtuduit Bo-
noniæ, ut ipſemet teſtatur in *cap. ſuper ſpecula num.
3. ne Clerici, vel Monaci*,& ibidem à Card. Zabarell.
23 Præceptore ſuo Doctor creatus , ut refert in *rubr.
de Judic. num.* 1. Pirringh. in ſæculo ſtuduit Ingol-
ſtadii,ut ipſe fatetur in tom. 1. decretalium in Epi-
ſtola dedicatoria , quod eſt longe diverſum, ut do-
cet *Calderin. in conſil.2.nu.7 de Magiſtris*, & rationem
reddit *Fagnan. in cap. non magnopere num.19. verſ.me-
dium ne Clerici vel Monaci*, quod qui incipit addiſce-
24 re in Religione videtur malo animo moveri , in-
volvendi ſcilicet ſemetipſum rursùs mundanis a-
ctionibus : Secus eſt in eo, qui continuat in ſcien-
tia jam ante didicita : Sivè & fortius quia non do-
cuerunt nomine Religionis,vel in ejus Scholis,nec
Univerſitates reclamarunt , ſed potius nomine ip-
ſarum Univerſitatum , & in earumdem ſtudiis , à
quibus fuerant conducti : Abbas enim fuit Lector
25 Sacrorum Canonum in Univerſitate Senarum, ut
ipſemet teſtatur *in rub. de Judiciis num.*1. & refert *Jo:
Baptiſta Groſ.in vita ipſius,ſeu Abbas vindicatus cap.*10.
ſimiliter Pirringh. Profeſſor publicus aſſumptus
fuit ab Univerſitate Dilingana, ſuoſque labores in
26 Univerſitate hac dictatos de licentia Superiorum
evulgavit ſicut innuit in fine proemii *tom.* 1. & de-
mùm Layman. ipſe etiam fuit Profeſſor ordinarius
27 in eadem Academia Dilingana , ut legitur in ejus
operibus ad Jus Canonicum .

Aut ſaltem Reipublicæ non expedit , quod
Regulares publicè , & exprofeſsò doceant , & ex-
plicent Jus Canonicum ob inſufficientiam aptitu-
28 dinis in hac ſcientia omninò ad legendum requiſi-
ta *ex d. cap.1. & 3. de magiſtris*, & egregiè notat *Bar-
boſ.de offic. & poteſtate Epiſcop. par.3. alleg.56. num.27.*
ibi - *Et requiritur licentia Univerſitatis &c. quæ non de-
bet dari niſi iis , qui apti, & utiles videntur ad docendum ,
Garz. de benefic. tom. 1. par. 3. cap. 2. nu. 59. cum ſeqq.*
ubi refert , ita fuiſſe deciſum per Sacram Congre-
gationem Concilii ad inſtantiam Univerſitatis
Compluten. *Caſtropal. oper.moral.tract.7.diſp.3.punct.
5. §. 9. num. 2.*

Sanè talis inſufficientia probari , ſeù præſumi
viſa fuit ex eo , quod ſicut Religioſis ſolemni in-
terminatione vetitum eſt incumbere ſtudiis legum
29 *in cap. non magnoperè , & in cap. ſuper ſpecula ne Clerici
vel Monaci*, ibique *Hoſtienſ. num. 5. verſ. ſed numquid ,
& num.6. Jo: Andr. paritèr nu.5.& 6. Butr.nu.10.Za-
barell. nu.6. & in ſpecie de Religioſis Societatis Jeſu,Bar-
boſ. in dicto cap.non magnoperè nu.3. Gall. conſ.130.num.
57. Paſſerin.de homin.ſtat. tom.2. quæſt.187. num. 1133.
art.* 1. & fatentur *Piringh. ſuper eodem titulo ne Cleric.
vel Monaci §.6. num.31.Card. de Lug. reſponſ.moral.lib.
4. d. dub. 34. nu.*1. ubi alii referuntur .

Ut nec quidem privatim , & in Camera tali
ſtudio dare operam poſſint ; finis quippe Sacro-
30 rum Canonum in prohibendo ut ſupra Religioſis
viris ſtudia legum duplex , & uterque commenda-
bilis fuit,ne ſcilicèt occaſione civilis ſcientiæ mun
danis rurſus actionibus involuerentur , ut ſunt
verba *Textus in d. cap. non magnoperè ne Clerici, vel Mo-
naci &c.* & ut ampliarentur ſtudia Sacræ Theolo-
giæ , ut in *d.cap.ſuper ſpecula verſ.quia verò Theologiæ
&c. ſtudium cupimus ampliari &c. eodem titulo* , & bene
*Hoſtienſ.in relato cap.ſuper ſpecula num.1.5.& 9. Ancha-
ran. ibidem nu.2. Io: Andr. nu.1. & 6. Butr.nu.1.Zaba-
rell. ſub num.4. & ſub nu. 6. Rebuff. in citato tract. no-* 31
minat. quæſt. 5. num. 36. Quinimò hoc ſtudium pri-
vatum , & in Camera factum nunquam reddere
potuiſſet Regulares idoneos magiſtros ad effectum
alios inſtruendi , nam qui per ſe ipſum ſtudet , per
ſe ipſum ignorat, ut ſæpè ſæpiùs Baldum Docto-
rem ſuum ſibi dixiſſe refert *Ancharan.in d. cap. ſuper
ſpecula ſub nu.5. in fine ne Clerici , vel Monaci , & etiam
advertit Fagnan. ibid.nu.27. verſ.ſed certè* .

Igitur ſi Regulares ſtudiis legum incumbere
non valent, impoſſibile prorsus eis redditur, quod
Jus Canonicum legere , ſeu explicare poſſint; nàm
inter leges, & Canones connexio quædam,ac mu-
tua cauſalitas ineſt, itaut ſine ſcientia legum , per- 32
fecta Canonum ſcientia haberi non poſſit , *Text. in
cap. Cleric. de Judic. cap.1. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat.
cap.1.de oper.nov.nunciat.Luc.de Penn.in l. unica nu. 14.
in fine Cod.de ſtud.liberal. Urb. Romæ lib.11. Roman.ſin-
gular. 654. Mandoſ. de Signat. Gratiæ verb.licentia.au-
diendi leges,§. contra verò verſ. ſine legum,Rebuff.in tract.
nominat. quæſt.5. ſub num. 14. verſ.Immò audacter dico ,
quod Ius Pontificium perfectè non poteſt intellig ſine legi-
bus, cum ſit medulla legum , & Jus Canonicum eſt practi-
ca Juris civilis, M.nd. de Jur. accadem. lib.1. quæſt. 31.
num.374.* indeque paſſim per ora Doctorum volitat
adagium illud,de quo originaliter Roman.*d.ſingul.
654. Legiſta ſenza Capicoli val poco , ma il Canoniſta
ſenza leggi val niente* , & hoc ipſum expreſsè defini-
vit ſan.mem. Leo X. in ſua Conſtitut. 4. ſuper hac
univerſitate , ubi ſub §. 13. enunciat neceſſitatem
audiendi leges pro captu ſcientiæ Canonicæ, eaſq;
non niſi in hac Univerſitate audiendas eſſe , ibi :
*Et modernis temporibus pro clariori Canonum intelligen-
tia legum cognitio non abſque re eſſe dignoſcitur in ſtudio
Urbis hujuſmodi duntaxat pro clariori dd. Canonum in-
tellectu leges ſive alicujus Cenſuræ , ſivè pænæ incurſu au-
diendi licentiam elargimur .*

Tùm etiam hujuſmodi particularis Cathedræ
erectio permittenda non eſt ex ſpeciali ratione ,
quæ oritur ex impedimento, quod præbent Patri-
bus Societatis Jeſu ſuæmet ipſorum Conſtitutio- 33
nes , quas religioſiſſimè ſervare tenentur ex diſpo-
ſitione Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. cap.1.de re-
gul. Reginald. in prax.for.pænit. lib. 18. nu.390.Rodrig.
quæſt. regul.tom.1. quæſt.26. art.1. Novarr. Lucru. re-
gul. verb. Regul. nu.1. & 2. Mend. de Jur. Accad. lib.2.
qu.31. nu.388.* in eis namque datis *in Summ. Univerſi-
tatis nu.8.* hæc habentur : *Cum Societatis, atque ſtudio-
rum ſcopus ſit proximus ad cognitionem, & amorem Dei,&
ſalutem animarum juvare , cumque ad eum finem medium
magis proprium ſit facultas Theologica, in hanc potiſſimum
Societatis Univerſitates incumbent , & diligentir per ido-
neos admodùm Præceptores,quæ ad ſcholaſticam doctrinam
& Sacras Scripturas pertinent,ac etiam expoſitiva,quæ ad* 34
*hunc finem nobis præfixum conveniunt (non attingendo ta-
men eam partem Canonum, quæ foro contentioſo inſervit)
pertractabunt . Et in cap.14. par.4. earumdem Conſtitu-
tionum fol. 198. titul.de libris, qui prælegendi ſunt*, ibi :
*In Theologia legatur vetus , & novum Teſtamentum , &
doctrina Scholaſtica D. Thomæ , & in ea, quam poſitivam
vocant, eligantur ji auctores,qui ad ſcopum noſtrum magis
convenire videbuntur, & Gloſ.* ſubdit : *ut ex aliqua par-
te Juris Canonici, & Conciliorum* , itaque ſi Canones
per Jeſuitas tradendi erunt ſub Theologia poſitiva,
ibi : *ac expoſitiva , quæ ad hunc finem nobis præfixum con-
veniunt*, & rursùs tradendi non ſunt Canones in
ſer-

Digitized by Google

ſervientes foro contentioſo, ibi: *non attingendo tamen eam partem Canonum, quæ foro contentioſo inſervit*:
planum evadit doceri non poſſe Jus Canonicum,
quod non legitur ſub alia facultate, ſed conſtituit
facultatem de per ſe, & uon conſiſtit in particu-
laribns Canonibus ad aliam forſan facultatem ada-
ptabilibus, ſed generalitèr in omnibus per Sum-
35 mos Eccleſiæ Præſules pro regimine Chriſtianæ
Reipublicæ conſtitutis, & in Corpus Juris reda-
ctis, ut eleganter *Gonzal. in lib. 1. Decretal. Gregorii
IX. in apparat. de origin. & progreſ. Jur. Canon. ſub
num. 1.* ibi *Ut cum dicimus Jus Romanorum ſignificamus
omnia præcepta rectæ, & probidæ gubernationis, & admi-
niſtrationis Juſtitiæ, quæ in Corpus, ſeu in libros Juris
Romani redacta fuerunt ſimiliter Jus Pontificium omnes
Canones Eccleſiaſtici regiminis, qui à Summis Eccleſiæ
Præſulibus ſtatuti fuerunt.*

Et in hoc caſu particularis, & ſeparatæ Ca-
thedræ erectio pro his materiis, & Sacris Canoni-
bus, quæ ſibi ex Conſtitutionibus permittuntur
ſuſtineri nec poteſt, cum ſit contra *Textum* expreſ-
ſum ipſarum Conſtitutionum, ibi: *ac etiam expoſi-
tiva, quæ ad hunc finem nobis præfixum conveniunt, non
attingendo tamen eam partem Canonum, quæ foro conten-
tioſo inſervit*: Dictio namque illa *Ex* importat in-
trinſicitatem, & coniunctionem, denotatque,
36 quod Canones ad finem Societati præfixum ſpe-
ctantes tradendi ſunt ſub Theologia poſitiva *Bald.
conſil. 321. in fine lib. 1. Alexand. conſil. 124. num. 12.
lib. 4. Barboſ. dictioa. 115. num.* 6. Perpenſo ſignantèr
epitom. Societatis par. 5. cap. 4. ſect. 9. in iis verbis:
37 *Præter Theologiam Scholaſticam tradenda eſt poſitiva, quæ
ſcilicet complectitur Concilia, Decreta, Doctores, Sanctos,
& res alias morales, ſeu caſus conſcientiæ, non attingendo
tamen eam partem Canonum, quæ foro contentioſo inſer-
vit &c. Immò hæc lectio caſuum conſcientiæ in Collegiis
communitèr habenda eſſet &c.* Quo fit ſub nomine
Theologiæ poſitivæ tradenda eſſe Concilia, Decre-
38 ta, alioſque Sacros Canones, exceptis iis inſer-
vientibus foro contentioſo, & quod Cathedra ho-
rum omnium complexiva debet eſſe Cathedra ca-
ſuum conſcientiæ; nam dictio illa, *hæc*, præcedens
dicta verba: *Lectio caſuum conſcientiæ &c.* eſt repeti-
tiva Conciliorum, Decretorum, aliorumque Sa-
crorum Canonum in parte permiſſa ſub Cathedra
39 caſuum conſcientiæ *Galganet. de condit. & demonſtrat.
par. 2. cap. 1. quæſt. 18. num. 13.* latè *Barboſ. dict. 133.
num. 5.* Ac in idem conſonante alio libro ſanctio-
num Societatis impreſſo Antuerpiæ, ac inſcripto:
*Ratio, atque Inſtitutio ſtudiorum Societatis Jeſu aucto-
ritate ſeptimæ Congregationis aucta fol. 71. titul. Re-
gulæ Profeſſoris caſuum conſcientiæ*, in quo ad onus
Profeſſoris caſuum conſcientiæ deſcriptæ, ſeu re-
cenſitæ leguntur particulares materiæ, ſeu Cano-
nes, quorum lectio ex Conſtitutionibus Societatis
ſuis Collegiis permittitur, ut oſtendunt ea verba:
40 *Unus Profeſſorum biennio explicet Sacramenta omnia, &
cenſuras, & præterea hominum ſtatus, atque officia alter
biennio, item Decalogum, in cujus ſeptimo præcepto aget
de contractibus ſemper leniter attingendo, quæ minoris mo-
menti, aut non ità propria eſſe videantur v. g. de depoſitio-
ne, de gradatione, magia, & alia hujuſmodi*; Et in ſpe-
cie non eſſe nec neceſſarium, minuſque opportu-
num pro his particularibus materiis, ſivè Sacris
Canonibus in Scholis Societatis erigere Cathe-
dram ſeparatam teſtimonium perhibet ipſemet
41 *Mendo Jeſuita de Jur. Academ. lib. 2. quæſt. 31. nu. 375.*
ibi. *Quia dum materiæ Theologiæ eis exponuntur maxi-
mè morales, etiam explicatur Jus Canonicum, & Ponti-
tificium, & Conciliorum ſanctiones, unde hauriunt illi,
quæ ex Jure Pontificio ad proprium inſtitutum ſpectant,
quin opus ſit propria ejus Gymnaſia frequentare.*

Aliàs particularis hæc Cathedra remaneret
anonima; nàm intitulari non poſſet Juris Canoni-
ci, eum deficeret in parte Ipſius Juris ſubſtantiali,
ac potiſſima, quæ reſpicit materias fori contentioſi,
minuſque Theologiæ moralis, dum iſtam jam ha-
bent PP. Jeſuitæ, ut non egeant alteriùs erectio-
ne; Et ſi id admitteretur, nil aliud eſſet, quàm
perpetuas ſerere lites inter has partes; nàm coge-
retur quotidiè univerſitas arrectis auribus ſtare, ne
ex parte Lectorum Collegii Societatis traſcende-
retur ſphera ſibimet ipſis competentium materia-
rum, & ſuper exceſſibus inſtruere, & ſubſtentare
lites, quas ſub initio dirimi neceſſe eſt, demandan-
do quod PP. Societatis continuent in legendo ma- 42
terias permiſſas in Cathedrà Theologiæ moralis ex
traditis per *Saminiat. controv. 55. num. 79. Rota in
recent. deciſ. 19. numer. 22. par. 19.* Potiſſimè quia ſta-
tim iidem Patres Jeſuitæ in actu erectionis contro-
verſæ Cathedræ cœperunt legere non particulares
materias, ſed Jus Canonicum in univerſum, & ſpe-
cialitèr materias ſibi per ſuas Conſtitutiones ex-
preſsè prohibitas, ut ſunt materiæ fori contentioſi,
dùm ut in exordio præmiſſum fuit, cœperunt le-
gere Inſtitutiones Canonicas, quæ elementa di-
cuntur totius ſcientiæ Canonicæ, prout eas appel- 43
lat *Juſtinianus noſter in proœm. Inſtitut. §. Igitur*, &
& Librum primum Decretalium, cujus plerique
tituli, ut cuique patere poteſt, ſpectant ad forum
contentioſum.

Quod impedimentum ex Societatis Conſtitu-
tionibus exoriens agnoſcunt, & confitentur ipſiuſ-
met Societatis Doctores, inter quos *Suarez de Re-* 44
ligione tom. 4. tract. 10. lib. 5. cap. 4. ſub numer. 4. ibi:
*In §. autem primo ejuſdem Capituli comprehendi videtur
ſub Theologia doctrina poſitiva, quam Societatis Profeſſo-
res pertractare poſſunt, quantum ad finem præfixum ſalutis
Animarum juvat, & ideò hæc verba interponuntur, non
attingendo tamen eam partem Canonum, quæ foro conten-
tioſo inſervit. Quamvis enim hæc pars illius doctrinæ aliis
Clericis Secularibus non prohibeatur &c. nihilominùs alie-
na eſt à Statu Religioſo, qui ab omnibus forenſibus cauſis
etiam Eccleſiaſticis debet eſſe alienus &c. Quia verò certius
hoc eſt de tota theologica doctrina, quæ & ſcholaſticam, &
poſitivam, & ſcripturæ interpretationem amplectitur.
Ideò in hanc potiſſimùm Societatis univerſitates incumbent,
quia ad ſalutem animarum medium magis proprium eſt*,
Mend. de Jur. Accadem. lib. 2. quæſt. 31. num. 375. ità
loquitur. *Quamvis non detur prohibitio reſpectu ſtudii
Juris Canonici, attamen Religioſi publicè ei non ſtudent,
nec audiant in Accademiis lectiones in ejus Juris Cathedris
dictatas: Tum quia opportunius eſt ipſis artes Theologiam,
& ſcripturam ſacram addiſcere, ut his ſcientiis apti red-
dantur ad incumbendam ſaluti propriarum animarum, &
proximorum mediis miniſteriis ſalutaribus, quæ Religiones
exercent. Tum quia dùm materiæ Theologiæ eis exponun-
tur, maximè morales etiam explicatur Jus Canonicum,
& num.* 388. reſpondens ad objecta, inquit: *Limi-
tanda verò eſt concluſio, quod prædicta liceant Jure com-
muni attento, non autem juxtà ſpeciales ſacrorum ordi-
num ſanctiones, aut conſuetudines, ut ſupra diximus num.
351. &c. & in noſtra Societate Jeſu nullus poteſt ad Ca-
thedras apponi &c. & communitèr Regularis nullus Jus
Canonicum docet &c. Etenim quamvis non interveniant
illæ ſpeciales rationes æquitatis, decentiæ, ac proportionis,
quæ ad non docendum Jus Civile, & medicinam dantur
&c. tamen ſtudium Juris Canonici non omninò proportio-
natur Statui Regularium, Cardin. de Lug. reſponſ. moral.
lib. 4. dub. 34. num. 1. & ſeq.* & ſignantèr ibi - *Quoad*

Jus

Jus Canonicum nulla eſt prohibitio &c. In Societate tamen reſtringitur facultas hæc quoad Præceptores, quibus non permittitur in Scholis omnia tradere, quæ in Jure Canonico continentur: nàm in Conſtitutione par. 4. cap. 12. §. inter illa, quæ Præceptores tractare debent in Scholis dicitur, ac etiam ex poſitiva, quæ ad hunc finem nobis præfixum conveniant (non attingen. tamen eam partem Canonum, quæ foro contentioſo inſervit) pertractabunt, præmiſerat enim finem harum lectionum eſſe proximum ad cognitionem, & amorem Dei, & ſalutem ſuarum Animarum juvare, quod etiam alludere videtur Conſtitutio eadem par. 4. cap. 14. lit. C. ubi dicitur aſſumendam eſſe materiam ex aliqua parte Juris Canonici, quaſi non omnes Partes, ſed aliqua ſolum explanare deceat &c.

Magiſque præmiſſa confirmantur in univerſum ex obſervantia ſubſequuta, dùm ab initio Inſtitutionis nunquam PP. Societatis, licèt viri oculatiſſimi hanc erectionem Cathedræ particularis pro Jure Canonico tentarunt, tam hic in Urbe, ut patet ex eorum Elenchis, & Ephemeridibus quolibet anno in renovatione ſtudiorum publicari, & imprimi ſolitis, quam alibi, ubi Collegia retinent, cujuſmodi obſervantia prævalet ipſi Ju-
45 ris interpretationi, *Honded. conſ. 92. num. 30. lib. 1. & conſ. 35. num. 45. lib. 2. Cravett. reſponſ. pro gentra num. 317. verſic. uſque adeo, Menoch. conſil. 39. nu. 20. Rota inter diverſ. deciſ. 574. num. 3. par. 1. coram Buratt. deciſ. 944. num. 6. & coram Royas deciſ. 343. num. 11. & 12.* Ac operatur, ut novitatem amplecti non
46 liceat juxtà diſpoſitionem tàm Juris Divini *in Proverb. cap. 22. ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt Patres tui*, & *Job. cap. 8. Interroga enim generationem priſtinam, & diligentèr inveſtiga Patrum memorias*, & *Hierem. cap. 6. State ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea*, quàm etiam Juris Canonici *in cap. quæ ad perpetuam 25. quæſt. 1. in cap. quod dilectio de conſanguinitate, & affinitate, & in Cap. Conſuetudinis de Conſuetudine*, ut his Juribus perpenſis quam maxi-
47 ma reprehenſione dignos eſſe Novatores hujuſmodi plenè probat *Capon. diſcept. 85. à num. 1. & Rota in Colonien. præcedentiæ ſuper bono Jure 4. Junii 1696. §. finali in fine coram me*.

Hinc recurri non poteſt per Patres Societatis ad præcitata particularia privilegia Pauli III. & Beati Pii V. ſi conceſſa; In eis quippe tametſi licentia concedatur Præpoſito Generali ejuſdem Societatis, ut quos de ſuis idoneos in Domino judicaverit, ad lectiones Theologiæ, & aliarum facultatum alterius licentia ad id minimè requiſita,
48 ubilibet deputare poſſit; Talis tamen facultas reſtringitur ad litteras humaniores, Philoſophiam, & Theologiam, de quibus loquitur regula ad normam quarum Indulta emanarunt, ut in *cap. 5. 4. par. fol. 155. tit. de doctrina, cui Scolaſtici Societatis ſtudere debent*, ibi. *Cum doctrinæ, quæ in hac Societate addiſcitur hic ſcopus ſit ſuis, & proximiorum animis prodeſſe, & quia generatim loquendo litteræ humaniores diverſarum linguarum, Logica itidem naturalis, ac moralis Philoſophia, Metaphiſica, ac Theologia tàm quæ Scholaſtica, quàm quæ poſitiva dicitur, & Sacra Scriptura ad id juvat harum facultatum ſtudiis operam dabunt, qui ad Collegia mittantur*, quod idem repetitur in *cap. 6. tit. de litterarum ſtudiis tom. 2. fol. 43.* non tamen abſoluta, & generalis tradita fuit facultas docendi Jus Canonicum repugnans ex præmiſſis tùm ſtatui religioſo, tùm publicæ utilitati, tùm etiam ipſiuſmet Societatis Conſtitutionibus; undè licet Indulta poſt expreſſionem theologiæ ſubdant
49 etiam verba, *& aliarum facultatum, & cujuſuis earum facultatum*, generalitas hæc reſtringitur ad facultates ſuperius expreſſas, & in regula permiſſas, ut dixit *Rota in recen. deciſ. 183. num. 9. par. 12.* ſignantèr cum hujuſmodi Indulta exemptiva à privilegiis, & facultatibus univerſitatis uti odioſa ſtrictiſſimè intelligenda ſint, ut quantum fieri poteſt non ſe extendant in ejuſdem Univerſitatis præjudicium juxtà doctrinam *Abbat. in cap. quia circa* 50
21. num. 4. de privileg. Oldrad. conſ. 268. num. 2. Rota in recentior. deciſ. 291. num. 9. part. 5. & dicta deciſ. 183. num. 12. & deciſ. 530. num. 3. par. 18.

Contrarium nec firmant deciſiones æditæ in Cracovien. Juris legendi *coram Coccino, Ubald. & Ghiſlerio* ſuperiùs allegatæ; nam ibi queſtio erat inter Patres Societatis, & Univerſitatem, ſeù Academiam Cracovien. de Sacra Theologia legenda eiſdem citrà dubium permiſſa, non autem de Jure Canonico ex ſuperiùs firmatis, eiſdem vetito, ut propterea cum diverſum caſum percutiant, non applicantur, primuſque deſerviunt pro hodiernæ contentionis deciſione, *Rota in rec. deciſ. 218. num.* 51
25. par. 19. & in Romana Salviani 28. Januarii 1692. §. nec magis afficit cordum b. m. Benincaſa; Indubitantèr cum Jura, & auctoritates, quibus prædictæ deciſiones nituntur non alios terminos, quam humaniorum litterarum, & Sacræ Thologiæ tranſgrediantur, ex quibus propterea interpretationem recipiunt, *Rota in dicta deciſ. 407. num. 45. par. 9.* & 52
alibi frequentèr.

Et ità Univerſitate dumtaxat informante Collegio Patrum Jeſuitarum ſæpiùs monito, citato, & intimato, concluſum fuit &c.

R. P. D. DELL'OLMO.

Auellina, ſeù nullius Præſtationum.

Lunæ 29. Aprilis 1697.

ARGUMENTUM.

Anathociſmus, quando dicatur. An Cenſus conflatus ex annuis præſtationibus debitis tamquam Sors, & Capitale ſubſtineatur. An in impoſitione Cenſus facta ab Eccleſia neceſſarium ſit beneplacitum Apoſtolicum. An, & quando intret Conſtitutio Urbani Octaui la 157. & an ſit locus Sanctioni Cenſus impoſiti ſine pecunia numerata.

SUMMARIUM.

1 *Anathociſmus dicitur, quando Cenſus conflatus eſt ex fructibus, per viam renovationis damnati fœnoris.*
2 *Cenſus conſtitutus ex annuis præſtationibus, quæ deberetur tamquam Sors, & Capitale, ſubſtinetur.*
3 *Annuæ præſtationes, quando dicantur tamquam Sors, & Capitale.*
4 *Cenſus in bonis Eccleſiæ impoſitus, ſine beneplacito Apoſtolico non valet.*

5 *Limita in Cenſu impoſito coactè, ad evitandam deliberationem bonorum Eccleſiæ.*
6 *Beneplacitum Apoſtolicum præſumitur interveniſſe ſtante lapſu triginta, & ultra annorum, & ſolutione fructuum Cenſus.*
7 *Bulla Vrbani Octavi la 157. non procedit in contractibus initis inter duas Eccleſias.*
8 *Beneplaciti Apoſtolici præſumptio, ut intret requiritur copulativè curſus triginta annorum.*
9 *Jura non exiſtentia inatiis ſunt extra mundum, ideò non attendenda.*
10 *Cenſus creatus ſine pecunia numerata non valet.*
11 *Cenſus ſi ſit conflatus ex vero, & reali credito ſanandus eſt.*
12 *Commiſſio in Signatura Gratiæ emanta cum clauſula* Arbitrio Rotæ *relaxat Juris rigorem.*
13 *Arbitrium pro ſanatione Cenſus non intrat, quando debitor fuit prius per ſententiam Judicis liberatus.*
14 *Sententia nulla ex defectu Juriſdictionis Sententiæ nomen non meretur.*
15 *Pontifex, cui fuit expoſitum, quod debitor Cenſus fuit liberatus per Sententiam Judicis, ſi commiſſionem pro ſanatione ſignaverit videtur derogaſſe Juri quæſito debitoris.*
16 *Fructus provenientes ex bonis in ſolutum datis poſſunt percipi, tamquam fructus ex re propria.*

DECIS. XXVII.

COmmiſſa mihi Cauſa appellationis à ſententia R.P.D. mei de la Tremoille revocatoria alteriùs bo: mem: Ninot per contradictas promulgatæ, quæ abſolvebat Ven. Congregationem Montis Virginis à præſtatione annui redditus Ducatorum 387. nec non à ſolutione Cenſus annui Ducatorum 105. aliàs promiſſi, & reſpectivè impoſiti favore Hoſpitalis Sanctiſſimæ Annunciatæ Neapolis, ac deſuper propoſito die 4. Februarii proximi preteriti Dubio ſuper confirmatione dictæ ſententiæ R. P. D. de la Tremoille, affirmativa prodiit reſolutio quoad annuam præſtationem Ducat. 387. cui cum acquieverint Monachi enunciatæ Congregationis, atque è controuerſo agreſſi diſputationem ſuper dicto annuo Cenſu ducat. 105. die 15. Martij preteriti proponi curaverint Dubium — *An ſententia bon. mem. Ninot. ſit confirmanda quoad annuam præſtationem ducatorum* 105. Dilata fuit reſolutio, & quia Monachi prædicti opponebant nullitatem aduersùs memoratam Sententiam R. P. D. de la Tremoille, ex quo generalitèr infirmat alteram bon. me. Ninot, non obſtante. quod in Deciſione die 30. Martij ſuperioris anni ab ipſo edita inſpectio dicti Cenſus fuerit ſpecificè reſeruata, rursùs quia ab Hoſpitali obtenta fuerit commiſſio ſanationis dicti Cenſus mihi à SS. directa cum clauſula arbitrio Rotæ fuit mihi eadem die iniunctum, ut proponerem Dubium — *An, & quæ Sententia Rotale ſit confirmanda, vel infirmanda, & An ſit locus arbitrio pro ſanatione*, ſuper quo hodiè Rota conſulta edidit reſponſum Sententiam bonæ me. Ninot eſſe infirmandam, & eſſe locũ ſanationi.

Ratio ſic decidendi quoad primam dubij partem deſumpta fuit ab eiuſdem Sententiæ nullitate, ac Iniuſtitia, quarum prima cum fuerit pleniſſimè comprobata *in dicta deciſione R. P. D. mei de la Tremouille*, ad quem Domini remiſſivè ſe habuerunt ſecunda emerſit ex eo, quia Cenſus de quo agitur non fuit conflatus ex fructibus per viam renoua-
1 tionis damnati fœnoris, quæ ſaperet ſpeciem anathociſmi, quemadmodum fuit *in deciſione 55. coràm Ninot*, quæ illius ſententiam præceſſit, ſed conſtitutus fuit ex dictis annis præſtationibus ducat 387. per quadriennium decurſis, & non ſolutis, quæ a Monachis debeantur tamquàm ſors, & Capitale, quo in caſu Cenſum tamquam validum ſubſtineri illiuſque fructus citra vſurarum labem
debitos eſſe communitèr concordant Doctores, & 2
ſignantèr *Rum. conſ. 55. ſub num. 18. lib. 2. Houded. conſ. 40. num. 18. lib. 1. & conſ. 34. num. 7. & 79. lib. 2. Borgnin. Caualcan. deciſ. 21. ſub numer. 30. par. 1. & deciſ. 14. num. 24. par. 2. Gratian. diſcept. 987. num. 2. & ſequent. Roderic. de anu. reddit. lib. 3. quæſt. 7. nu. 28 Leotard. de uſur. quæſt. 5. num. 17. Card. de Luca de Camb. diſc. 3. num. 8. verſ. verum Caſtill. deciſ. 22. num. 48. & ſeq. Gurb. deciſ. 24. num. 35. Rouit. deciſ. 9. ſub nu. 30. & 36. Milanen. deciſ. 8. num. 352. lib. 1.*

Quod autem dictæ annuæ præſtationes debeantur tanquam ſors, & capitale ad euidentiam conuincitur, quia Monachi prædicti illas promiſerunt annuam, & in perpetuum ſoluere loco pretij Bonorum Prioratus Sancti Guglielmi ipſis in ſolemni tranſactione celebrata de anno 1567. ab Hoſpitali præfato aſſignatorum, & conſequentèr cum huiuſmodi promiſſio facta fuerit in eorumdem bonorum compenſationem, utique fatendum eſt, quod illorum loco ſæpedictæ præſtationes ſucceſſerint, & naturam for-
tis, ac Capitalis aſſumpſerint, ut in proximis ter- 3
minis firmauit *Rota deciſ. 77. num. 4. & ſeq. part. 14. & deciſ. 264. numer. 5. pa. 19. recent.*

Neque urget defectus Beneplaciti Apoſtolici, quod in impoſitionibus Cenſuum factis ab Eccle-
ſia, neceſſarium eſſe Statutum fuit in *Extrauag.* 4
ambitioſæ de rebus Eccleſiæ non alienau. Cenc. de Cenſ. quæſt. 88. ſub num. 15. verſ. prout etiam Cenſ. Faguan. in cap. nulli num. 18. de rebus Eccleſ. non alienau. Card. de Luca de alien. diſcurſ. 1. num. 38. Leotard. de uſur. quæſt. 51. numer. 35. & ſequent. Rot. coram Bich. deciſ. 502. num. 3. & 4. etiamſi dictæ impoſitiones fiant fauore alteriùs Eccleſiæ, ſeù loci Pij ut tenent *de Luca d. diſc. 1. n. 104. Rot. deciſ. 229. n. 8. par. 8. & deciſ. 234. num. 11. & ſeqq. par. 12. rec.*

Tùm quia dictus Cenſus fuit creatus ad eui-
tandam imminentem deliberationem Bonorum 5
ipſius Congregationis Montis Virginis Exequtatorum pro dictis quatuor annatis decurſis, ſitque ex cauſa omninò neceſſaria, quæ pro Cenſus valiliditate huiuſmodi ſolemnitatem non expoſcit, *Faguan. in cap. nulli 27. de rebus Eccleſ. non alienan. Olea de ceſſ. Iur. tit. 2. quæſt. 2. num. 6. & 7. Rota poſt Pich. ad ſtatut. Vrb. deciſ. 71. num. 5. coram Gregor. deciſ. 227. num. 11. & poſt Merlin. de pignorib. deciſ. 97. num. 14. & in Romana Cenſus 16. Iunii 1683. §. ſecundum in fine, coràm bon. mem. Albergato, & 19. Maii 1685. §. Aduertebant coram bo. me. Benincaſa*; Maximè quia ut legitur in Inſtrumento illius impoſitionis Monachi reportarunt à Gubernatoribus remiſſionem dictarum præſtationum decurſarum per quindecim annos, quod operatur, ut præter ſolemnitatem, quæ ſuppletur ab actu neceſſario, concurrat etiam vtilitas, quæ in huiuſmodi alienationibus de Iure requiritur *cap. ſine exceptione 12. qu. 2. cap. & hoc Jus 10. quæſt. 2. Faguan. in d. cap. nulli num. 7. de reb. Eccleſ. non alien. Rota coram Caualer. deciſ. 288. num. 1. cor. Coccin. deciſ. 374. num. 4. & in recent. deciſ. 275. num. 1. par. 10.*

Tùm etiam quia ex lapſu triginta, & ultra annorum ab illius impoſitione cum obſeruantia
ſolutionis fructuum intrat præſumptio, quod 6
beneplacitum interuenerit *Gloſ. in cap. perennis*

de

Digitized by Google

de emption. & vend.ſ. Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 13. num. 9. de Luca de alienat. d. diſcurſ. 1. numer. 84. Vrceol. de tranſact. quæſt. 24. num. 47. Rot. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. dec. 45. num. 2. & in recent. deciſ. 256. num. 1. & ſeq. par. 8. & deciſ. 139. num. 3. par. 14. potiſſimum quia fuit à partibus expreſſè reſer-
7 uatam, quatenùs opus eſſet *Vrceol. d. quæſtion. 24. numer. 47. Rota poſt Pich. dicta deciſ. 31. numer. 3. & in recent. deciſ. 175. numer. 14. par. 8.* non obſtante Coſtitutione 157. Urbani VIII. per quam ſublata eſt quævis Beneplaciti præſumptio niſi deducta fuerit ex centenaria, quoniam illius diſpoſitio non procedit in contractibus initis inter duas Eccleſias, cum in his ceſſet præſumptio uſurpationis, quæ dedit cauſam Conſtitutioni *Rota de exequt. litt. Apoſtolic. par. 1. cap. 4. num. 298. de Luca de alienat. & contract. probib. d. diſcurſ. 1. 1. numer. 98. & diſc. 2. numer. 3. Vrceol. de tranſact. quæſtion. 24. numer. 52. Pacion. de locat. cap. 14. numer. 8. Rota coràm Priol. deciſ. 231. numer. 6. & in recent. deciſ. 10. numer. 12. & deciſion. 209. numer. 7. par. 14. & in Carpentoraten. Laudemii 20. Junii 1693. §. fin. verſ. quia coram Eminentiſſ. Caccia.*

Minimè attenta replicatione, quod obſeruantia non fuerit per tricenariam completa, ut proindè ea deficiente corruat etiam præſumptio beneplaciti, cum requiratur copulatiuè per totum di-
8 ctum tempus continuata *Cardin. de Luca d. diſcur. 1. numer. 88. Vrceol. dicta quæſt. 24. numer. 48. Adden. ad Baratt. deciſion. 45. numer. 8. & ad Ludoniſ. deciſion. 354. numer. 18. Rota coràm Coccin. deciſion. 301. num. 3. coram ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ. 220. num. 22. & 23. & deciſion. 259. numer. 11. & ſeqq. & in recent. deciſion. 309. numer. 9. & 10. par. 15. & deciſion. 582. numer. 12. part. 18.* Quippè cum jura ex quibus dicta obſeruantia evacuari prætenditur non ſint de actis, nulla de illis habenda eſt ratio, cum dicantur eſſe extra Mundum, *Beltram. ad Gregor.*
9 *deciſion. 324. numer. 6. Ridolphin. in praxi part. 1. cap. 2. numer. 119. Rota coram Coccino deciſion. 631. numer. 4. & deciſion. 1524. numer. 8. & deciſion 1784. numer. 14. & in Cracouien. Præpoſituræ, ſeu Parochialis 28. Junii 1684. §. Et demum coram clar. memor. Cardin. Matthei*, præterquam quod neque ex illis deſtrui videbatur allegatæ obſervantiæ complementum.

Minùſque vrget, quod dictus cenſus fuerit creatus ſinè pecunia numerata, quæ fuit alia nullitas amplexa *in dicta deciſione 55. coram bo. mem.*
10 *Ninot., ut ibidem numer. 4.* Quia cum Gubernatores Hoſpitalis impetrauerint Commiſſionem ſanationis aduerſus dictam nullitatem arbitrio noſtri Tribunalis, Domini juxta ſecundam dubii partem illi locum eſſe authumarunt, nam quoties, ut in hypotheſi Cenſus conflatus eſt ex vero, & reali credito ſemper intrat arbitrium pro tempe-
11 rando rigore Pianæ Conſtitutionis *Caren. reſolut. 205. numer. 6. Cardinalis de Luca de cenſib. diſcur. 3. numer. 5. Vrceol. de tranſact. quæſtion. 41. numer. 25. Rota in Neapolitana Cenſuum 20. Aprilis. 1693. §. Neque cum ſeqq. coràm Reverendiſſimo Archiepiſcopo Turonen.* Quin releuet, quod idem arbitrium regulari debeat à Jure, & propterea dùm ex diſpoſitione dictæ Bullæ Pianæ ſancitum eſt, quod Cenſus non alias imponi valeat, quàm mediante pecunia numerata, illud proindè menſurandum veniat juxta tenorem dictæ Conſtitutionis, Quoniam cùm commiſſio emanauerit in Signatura Gratiæ, quæ ſemper gratioſè reſcribit, major ex illa tributa fuit facultas noſtro Tribunali amplectendi æquitatem, ut ſubſtineatur Cenſus proveniens ex vero credito, alias enim ſi numeratio pecuniæ intervenieſſet arbitrium nihil ope- 12
raretur, vt latè conſiderat *Rota in recent. deciſ. 311. numer. 2. & ſeqq. part. 17. & deciſion. 52. numer. 1. part. 18. & in allegata Neapolitana Cenſuum §. Et jure quidem.*

Nec refragatur, quod dictum arbitrium non intret, quando ſuper nullitate huiuſmodi fuit in Judicio pronunciatum, ne alioquin eueniat, quod unico, & eodem tempore ſanatus remaneat Cenſus, & condemnetur debitor jàm per ſententiam liberatus, *Cardin. de Luca de Cenſ. dicto diſcurſ. 3. numer. 4. Rota deciſion. 311. numer. 11.* 13
part. 17. & in deciſion. 356. numer. 9. part. 18. & in Baren. Cenſus 4. Julii 1663. §. ſiquidem arbitrium coram bon. mem. Veroſpio. Duplici ſiquidem reſponſione remouetur obiectum; Altera nempe, quod Sententia promulgata ſuper nullitate Cenſus de quo res eſt detecta, fuit nulla ex defectu juriſdictionis, ut in deciſionibus hujus Cauſæ tàm coram R. P. D. de la Tremoille, quàm coram me editis, quæ ideò ſententiæ nomen non meretur, ac ſi non emanaſſet, *Vant. de nullitate ex defectu Juriſdictionis numer. 6. Scaccia de ſententia, &* 14
de re judicata gloſſ. 7. quæſtion. 1. numer. 13. Cardin. de Luca de judic. diſcurſ. 36. numer. 3. Rota deciſion. 130. numer. 28. part. 16. recentior. Altera vero, quod cum fuerit Sanctiſſimo expoſitum dictam ſententiam contrariam emanaſſe, & nihilominùs commiſſionem pro ſanatione ſignaverit, cenſetur Pontificem juri Monachis quæſito qualecumque illud fuerit voluiſſe derogare, *Rota deciſion. 194. num. 2. par. 6. recent. & deciſion. 601. numer. 4. part. 18. & in* 15
dicta Neapolitana Cenſuum §. abſque eo, quod coram Reverendiſſimo Turonen.

Atque hinc ſuperfluum Patres inducarunt examen an hujuſmodi contractus reſolvatur in ſimplicem dationem in ſolutum, quoniam ſi hucuſque dicta locum ſibi vindicant in Cenſu, eò fortiùs procederent quotiès dictus contractus eſſet ſimplex datio in ſolutum, quia citra uſurariam labem licitum eſt percipere annuos redditus provenientes ex bonis in ſolutum aſſignantis tanquam fructus procedentes ex re propria *Ondeд. conſil. 30. numer. 36. lib. 1. Gall. de fructibus diſputat. 24. numer. 9. Manſ.* 16
conſultat. 169. numer. 5. Palm. Nep. allegat. 212. ſub numer. 8. Seraphin. deciſ. 1284. numer. 1. Rota deciſ. 16. numer. 44. part. 11. recent.

Et ità utraque &c.

R. P. D. DELL'OLMO

Florentina Penſionis.

Veneris 24. Januarii 1696.

A R G V M E N T V M.

Nullitas reſervationis Penſionis, ex quo Papæ non fuit narrata altera penſio, qua gravatum erat Beneficium hic firmatur. Nec juvare ignorantiam; Deciſionem Caputaquen. 311. alias 312. parte 2. in hac materia editam fuiſſe rovocatam; Penſionem eſſe nullam ob non verificatum valorem Beneficii, nec eſſe locum reductioni, hic benè deciditur.

S V M M A R I V M.

1 *Penſionis Reſervatio non facta mentione alterius Penſionis eſt nulla.*

2 *Limita ſi fuit omiſſa ex probabili, & juſtà ignorantia.*

3 *Beneficiatus non faciens mentionem Beneficii ſibi abſenti, & ignoranti ab Epiſcopo collati non ſubjacet vitio ſubreptionis.*

4 *Gratia non invalidatur, quando taciturnitas veritatis provenit ex ignorantia.*

5 *Ignorantia alterius Penſionis reſervatæ in eodem Beneficio ſi nonfuit exorta ſpatio longi temporis potuit Juſtè præſumi extincta, nec ejus omiſſio vitiat gratiam.*

6 *Penſionis ſecundæ reſervatio eſt nulla ob non expreſſionem primæ Penſionis, ſivè illius exiſtentiam ſciverit, vel ignoraverit Penſionarius.*

7 *In Litteris Apoſtolicis fieri debet mentio ſolum de Jure quæſito non autem de Jure ad rem.*

8 *Ignorantia non excuſat à ſubreptione, quando gratia ſimpliciter pendet à voluntate concedentis, & ſuppreſſio veritatis eſt fundamentum, vel Cauſa conceſſionis.*

9 *Papa non cenſetur duplici onere voluiſſe gravare Eccleſiam, niſi facta fuerit expreſſa mentio de præcedenti penſione.*

10 *Ignorantia, & credulitas non excuſat quoties tacetur id quod de Jure, & de ſtylo Datariæ erat exprimendum.*

11 *Penſionis primæ expreſſio debet fieri de Jure, & de ſtilo, alias penſio eſt ipſo Jure nulla, non autem ope exceptionis.*

12 *Ob Ignorantiam antiquæ Penſionis ſemper ſubſtinetur ſecunda, quoties Beneficium utriuſque eſt capax.*

13 *Sed contrarium eſt verius.*

14 *Subreptionem ad excludendam, & ad ad cognoſcendum, quæ ſint illa, quibus expreſſis veriſimiliter Papa gratiam conceſſiſſet, attenditur ſtylus Principis, & uſus Cancellariæ, ut aliarum litterarum per Principem conceſſarum.*

15 *Penſionis antiquæ mentio debet fieri de Jure, & de ſtylo Datariæ quo caſu non attenditur an Papa facilius, vel difficilius conceſſiſſet, ſed illius taciturnitas vitiat gratiam.*

16 *Penſionis antiquæ onus videtur deductum dum in ſecunda reſervatione fuit expreſſus valor in minor quantitate, quam importet Beneficium.*

17 *Sed contrarium eſt verius quia Deciſio Caputaquen. fuit revocata.*

18 *Clauſula* Dummodo remaneant centum pro Rectore *non reſpicit favorem Penſionarii, ſed Ipſius Titularis, & ſic non debet in illius odium retorqueri.*

19 *Clauſula* non obſtantibus *tollit quodcumque impedimentum reſervationi Penſionis oppoſitum.*

20 *Clauſula* non obſtantibus &c. *non tollit defectum ſubreptionis, ſed ea tantummodo, quæ poſſunt obſtare expreſſis.*

21 *Clauſula*, & aliæ deſuper aſſignatæ penſiones &c. *operatur ut valeat ſecunda Penſio, quamvis non ſit facta ſpecifica mentio antiquæ.*

22 *Valor Beneficii narratus per aſcenſum in reſervatione Penſionis debet probari de tempore reſervationis.*

23 *Valor Beneficii in Judicio Petitorio requirit probationem perfectam, & concludentem, quando fuit narratus per aſcenſum, & pro Juſtificatione Clauſulæ dummodo remaneant centum pro Rectore.*

24 *Penſionis ſed reductioni locus eſt ubi in expreſſione valoris ceſſat ſuſpicio doli, etiam ubi non fuit expreſſa prima Penſio.*

25 *Penſionis reductioni locus non eſt, ubi eſt ipſo Jure nulla in totum ob non expreſſum valorem, verum, & ubi an fuit expreſſa prima Penſio.*

DECIS. XXVIII.

A Sententia R.P.D. mei Molines præviis duabus Deciſionibus emanata, confirmatoria alterius latæ ab Ordinario Florentino declarantis nullam eſſe reſeruationem trium Penſionum factam de anno 1687. ſuper Plebania Sanctæ Cæciliæ de Decimo fauore Laurentii, Benedicti, & Coſmi, denuò prouocantibus Penſionariis commiſſa fuit mihi appellationis Cauſa, undè conſulti DD. in præſenti Audientia ſuper Dubio -- *An ſententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda*, pro confirmatione reſponderunt.

Validitas enim non fuit controverſa, & Juſtitia ſatis plenè reſultare videbatur ex dictis duabus Deciſionibus in cauſa æditis ſub diebus 22. Martii & 17. Junii 1697. coram R. P. D. meo Molines, ut reſpondit *Rot. deciſ.* 81. *num.* 6. *& deciſ.* 183. *num.* 2. *par.* 19. *recent.* & paſſim alibì. Cum enim in reſervatione prædictarum Penſionum non fuerit facta mentio alterius Penſionis annuæ ſcut. 40. monetæ Romanæ, qua Beneficium prædictum gravatum reperiebatur uſque ab anno 1670. per fel. record. Clementem IX. fauore Joannis Baptiſtæ de Scarlattis, utique dicta reſeruatio nullatenùs ſuſtineri valet; ſed eſt ipſo Jure nulla, & ſubreptitia, cum non præſumatur Papam voluiſſe duplici onere gravare Beneficium, *Gig. de Penſion. quæſt.* 29. *Mandoſ. ad reg.* 33. *Cancell. quæſt.* 6. *num.* 7. *& ſeqq. Azor. Inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 8. *cap.* 9. *quæſt.* 3. *Leo in Theſaur. quæſt. for. Eccleſiaſt. cap.* 22. *num.* 68. *Tondut. de Penſion. cap.* 44. *Barboſ. de Iur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 102. *Spad. conſil.* 29. *num.* 1. *lib.* 3. *Capon. diſcept.* 243. *num.* 28. *& diſcept.* 253. *cap.* 2. *num.* 10. *Roſ. de exequut litter. Apoſt. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 209. *Card. de Luc. de Penſion. diſcurſ.* 4. *&* 5. *utrobique num.* 2. *Rota coram Merlin. deciſ.* 804. *coram Bichio deciſ.* 236. *num.* 8. *coram Cerro deciſ.* 202. *num.* 7. *& deciſ.* 250. *num.* 15. *& ſeq. & in recent. deciſ.* 739. *par.* 2. *deciſ.* 169. *num.* 1. *& ſeqq.*

Digitized by Google

& ſeqq. par. 7. deciſ. 107. num. 16. part. 10. deciſ. 379.
num. 10. par. 14. deciſ. 69. num. 4. & ſeqq. & deciſ. 152.
num. 1. part. 16. deciſ. 279. num. 2. & ſeqq. part. 17.
deciſ. 123. num. 2. & deciſ. 294. num. 20. par. 18.

Neque ad declinandam dictæ regulæ effica-
ciam ſubſiſtere viſę ſunt binę limitationes per Pen
ſionarios iterum repetitæ: non quidem prima, quod
dicta Regula non procedat quotiès prout in præ-
2 ſenti mentio primæ Penſionis omiſſa fuit non ex
dolo, & malitia, ſed ex probabili, & juſta igno-
rantia per ea, quæ firmant Card. de Luc. de Penſion.
diſc. 4. num. 7. & ſeq. Rota coram Dunozet. deciſ. 349.
num. 13. & in recent. deciſ. 164. nu. 3. par. 16. Exem-
plo impetrantis Beneficium à Sede Apoſtolica, qui
tametſi mentionem non fecerit alterius Beneficii
ab eius Epiſcopo ſibi abſenti, & ignoranti autece-
denter collati, non tamen vitiat impetrationem
3 juxta Textum expreſſum in cap. Gratia 7. de reſcript. in 6.
cum regulare ſit in Jure, quod gratia non inuali-
datur, quando taciturnitas veritatis provenit ex
4 ignorantia cap. ſuper litteris de ſcript. cap. dudum verſic.
conſiderantes de præben. in 6. Fagnan. in dicto cap. ſuper
litteris de reſcript. à num. 52. Rota in Cancben. Beneficii
10. Maii 1610. numer. 1. coram Sacrato impreſſa penes
Marcheſan. de Commiſſ. part. 1. fol. 463. & in recent. de-
ciſ. 536. num. 3. part. 4. tom. 3. deciſ. 310. num. 3. &
deciſ. 419. num. 2. part. 4. quam Penſionarii in hoc
caſu deducere conabantur ex eo, quod cum à prin-
cipio, & per ſpatium decem, & ſeptem annorum
5 dicta antiqua Penſio nunquam fuerit exacta, ex
tanti temporis lapſu juſtè præſumi poterat extin-
cta ex firmatis per Rotam coram Buratt. deciſ. 591. nu.
9. ubi de ſolo quinquennio, coram Priol. deciſ. 266.
num. 22. & in recent. deciſ. 152. num. final. par. 16. ubi
ex ſolo decennio antiqua Penſio præſumebatur
extincta.

Siquidem in Jure receptum eſt reſervationem
ſecundæ Penſionis eſſe nullam ob non expreſſio-
nem primæ Penſionis, ſiuè illius exiſtētiam ſciverit
ſivè ignoraverit Penſionarius, quia in hac materia
6 non attenditur intentio Partium, ſed voluntas Pon-
tificis reſervantis juxta tradita in pſicto per Gambar.
de auctor. Legat. lib. 6. tit. de penſion. nu. 231. verſic. ſed quid
dicemus, quem ſequitur Pariſ. de reſign. lib. 6. quæſt.
2. num. 48. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 8. cap. 9. quæſt.
3. verſ. ſed dubium eſt, Corrad. prax. beneſ. lib. 5. cap. 1
num. 47. verſ. qui Tondut. de Penſion. cap. 44. nu. 7. Rot.
in recent. deciſ. 379. num. 4. par. 17. & in prima De-
ciſione hujus Cauſæ §. Nam obiectum, & in ſecunda
§. Quoniam. Quibus non merentur opponi doctri-
næ in obiecto allegatæ, cum nulla ex illis præciſè
firmet hujuſmodi limitationem, ut optimè oſten-
dit ſecunda deciſio R. P. D. mei Molines §. Nec ob-
ſtant. Etenim Card. de Luca de Penſion. diſ. 4. num. 8.
ideò conſuluit non eſſe faciendam mentionem an-
tiquæ Penſionis in reſignatione Eccleſiæ, quia in
ejuſdem Penſionis translatione facta in vim Indul-
ti aderat vitium intrinſecum annullatiuum actus,
& Translatarius ſpatio viginti annorum nunquam
illam petierat, Rot. coram Dunoz. Sen. deciſ. 349. nu.
13. ultra quod loquitur in Judicio manutentionis,
& in illius caſu pro ſanandis nullitatibus obtenta
fuerat gratia per indè valere, admittit nullitatem ſe-
cundæ Penſionis allegari poſſe à Reſignatario, &
ſolum huiuſmodi facultatem negat in reſignante,
quia ex illius culpa contigerat non fieri mentio-
nem ſecundæ Penſionis, Deciſio demum 164. num. 3.
par. 16. recent. tale quid non firmat, ſed ſolum dicit
ſufficere publicam vocem, & famam obitus primi
Penſionarii ad effectum obtinendi remiſſoriam;
quinimò poſt completum examen propoſita Cauſa
ſuper negocio principali Rota declaravit ignoran-
tiam antiquæ Penſionis non excuſare à nullitate
reſervationis ſecundæ, quoties de anteriori omiſſa
fuerit mentio, ut in deciſ. 279. num. 4. par. 17. recent.

Indeq; non obſtat, quod ex diſpoſitione Text. in
cap. Gratia 7. de reſcript. in 6. ſubſtineatur impetra-
tio Beneficii obtenti ſine mentione alterius ob ju-
ſtam ignorantiam, quod illud fuiſſet abſenti colla-
tum; Quoniam omiſſis diverſis ſolutionibus dicto
Textui per Doctores datis in cap. ſuper litteris de re-
ſcript., quas latè refert Sanchez de matrim. lib. 8. diſp.
21. num. 60. reſponſum fuit, quod ideò in illo Tex-
tu ſubreptio ex cauſa ignorantiæ, gratiam non vi-
tiavit, quia cum Beneficium collatum fuerit ab-
ſenti, & ignoranti antè acceptationem impetrans
non habebat jus in re, ſed tantùm ad rem cap. ſi ti-
bi abſenti de Præbend. in 6. & in litteris Apoſtolicis
fieri debet mentio dumtaxat de Jure quæſito, non 7
autem de Jure ad rem, ſeu quærendo cap. ſi motu
proprio eodem tit. de Præbend. in 6. Clement. gratiæ de
reſcript., & ita intelligendum eſſe dictum Text. in
cap. gratia tenent Moez. ibidem Bero. in cap. ſuper litte-
ris num. 42. de reſcript. ibidemque Fagnan. num. 70.
verſ. Doctores, Gonzal. in cap. ad aures num. 14. eodem
tit. Sanchez de matrimon. dicta diſput. 21. num. 60. Ponc.
eodem tractat. lib. 8. cap. 16. num. 19. Roſa de exequut.
litt. Apoſt. cap. 5. ſub num. 90.

Minuſq; urget regula, quod taciturnitas verita-
tis proveniens ex ſimplicitate, vel ignorantia non
vitiet Gratiam ex dicto cap. ſuper litteris de reſcript.
cum concordan. Tum quia hoc non procedit, ubi 8
gratia ſimpliciter pendet à voluntate concedentis,
& ſuppreſſio veritatis eſt fundamentum, vel Cauſa
conceſſionis, ut in d. cap. ſuper litteris ibi — Si verò ibiq;
Gloſſ. verb. litteras, Abb. num. 4. & 6. & Fagnan. nu. 62.
Roſ. de exequut. litter. Apoſt. cap. 5. num. 70. & ſub nu.
90. Rot. deciſ. 120. num. 20. par. 17. recent. prout con-
tingit in præſenti caſu, in quo, ut dictum eſt at-
tenditur ſola voluntas Pontificis, qui non cenſe-
tur duplici onere voluiſſe gravare Eccleſiam, niſi 9
de præcedenti Penſione expreſſa facta fuerit men-
tio, ut præter auctoritates ſuperius allegatas ſunt
Text. in cap. mandatum cap. litteris de reſcript. & in cap.
duobus eodem tit. in 6. Caſſador. deciſ. 3. num. 4. de Pen-
ſion. Rota in Senogallien. Penſionis prima Julii 1695.
§. Ex eadem cum ſeqq. coram Reverendiſſimo Domino meo
Decano, & in ſecunda Deciſione hujus Cauſæ §. At-
que hinc ſuperfluum. Tum etiam quia ignorantia, &
credulitas non excuſat quotiès tacetur id, quod de
Jure, & de ſtylo Datariæ erat exprimendum cap. ſi
motu proprio de Præbend. in 6. Menoch. de arbitr. lib. 2. 10
caſ. 201. num. 27. Corrad. in prax. diſpenſ. lib. 7. cap.
4. num. 52. Fagnan. in dicta cap. ſuper litteris num. 58.,
& 69. Roſa de exequut. litter. Apoſtolic. dicto cap. 5. nu.
52. quemadmodum ſuccedit in mentione primæ
Penſionis, quæ de Jure, & ſtylo Datariæ omninò 11
fieri debet, adeò quod ea non facta impetratio ip-
ſo Jure ſit nulla, non autem ope exceptionis, Lot-
ter. de re beneſic. lib. 1. quæſt. 38. num. 59. Tondut. de
Penſion. dicta cap. 44. num. 8. & ſeq. Caſſador. deciſ. 3.
& deciſ. 4. utrobique num. 5. de Penſion. Rot. deciſ. 169.
num. 2. par. 7. recent. & in prima deciſione hujus
Cauſæ §. Steris enim.

Nec valet replicatio, quod ob ignorantiam
antiquæ Penſionis ſemper ſubſtineatur ſecunda 12
quoties Beneficium utriuſque ſit capax ad tradita
per Pariſ. de reſignat. lib. 6. quæſt. 2. num. 48. verſic.
quod quidam, Azor. inſtit. moral. part. 2. lib. 8. cap. 9.
quæſt. 3. verſ. ſed dubium eſt. Quoniam admiſſo etiam
quod

Digitized by Google

quod Plebania, de qua agitur fuiſſet capax utriuſque Penſionis , quod cæteroquin non ſubſiſtit in facto , attamen ſola capacitas Beneficii non redderet validam reſervationem ſecundæ , quia ob non mentionem primæ deficeret voluntas Papæ gra-
13 vandi Eccleſiam utroque onere, ut præcisè reſpondit *Rota coram Merlin. deciſ.* 804. *num.* 3. *verſ. quoniam*.

Non item ſubſiſtere viſa eſt ſecunda limitatio elicita ex veriſimili voluntate Papæ, quod etiamſi ſciviſſet antiquam extare Penſionem , adhuc novas reſervaſſet , tum ex ſtylo Datariæ de illo tempore vigente gravandi Parochiales in ea quantitate, quæ excedebat ſummam duc. centum pro congrua Rectoris ad formam *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 13. §. *Ad hæc*; Tum ex particulari ſtylo gravandi Penſionibus prædictam Parochialem , dum ſuper illa alias fuerunt impoſitæ in ſumma ſcutorum centum auri , *Summario Penſionariorum num.* 2. cum ad cognoſcendum , quæ ſint illa , quibus expreſſis veriſimiliter Papa Gratiam conceſſiſſet , attendatur ſtylus Principis , &
14 uſus Cancellariæ, ac aliarum litterarum per Principem conceſſarum , vel quæ ſolent concedi *Fagnan. in dicto cap. ſuper litteris num.* 57. *in fin. verſic. ad cognoſcendum autem* , *Rota coram Celſ. deciſ.*346. *num.*9. & 11. & *in recentior. deciſ.* 539. *num.* 6. & *ſeq. part.* 4. *tom.* 3. *deciſ.* 162. *num.* 43. *par.* 12. *deciſ.* 310. *num.* 6. & *deciſ.* 419. *num.* 5. *par.* 14.

Nam cum mentio antiquæ Penſionis , ut ſupra firmatum eſt fieri debeat de Jure , & ſtylo Datariæ , non attenditur an Papa faciliùs , vel difficiliùs conceſſiſſet, ſed illius taciturnitas vitiat omninò gratiam *dicto cap. ſi motu proprio de præben. in* 6. *Garz. de Benef. par.* 8. *cap.* 3. *ſub num.* 20. *Menoch. de*
15 *Arbitr. lib.* 2. *caſu* 201. *numer.* 27. & *ſeq. Fagnan. in dicto cap. ſuper litteris num.*58. & 69. *Adden.ad Ludoviſ. deciſ.* 150. *num.* 11. Si enim ſubſiſteret motivum præſumptæ voluntatis Papæ deſtrueretur regula , & ſemper ſubſtineretur ſecunda Penſio non facta mentione primæ , quoties Beneficium eſſet capax utriuſque gravaminis , quod tamen nullatenùs dicendum eſt, & multo minùs in caſu præſenti, nam Pontifex Clemens IX. in reſervatione Penſionis facta favore Scarlatti , licèt Eccleſia tunc temporis majoribus gauderet redditibus , noluit tamen illam ſuum conſequi effectum , niſi extincta fuiſſet alia Penſio ducatorum 50. antiquitùs reſervata favore Lapi Niccolini ; ex hujuſmodi enim conſuetudine non gravandi dictam Eccleſiam novis penſionibus , niſi extinctis antiquis , nedùm ceſſat allegatus ſtylus illam gravandi in ea quantitate , quæ excedit congruam Rectoris , ſed etiam excluditur veriſimilis voluntas Pontificis reſervantis poſteriores Penſiones , cum illa ſemper regulanda ſit juxta conſuetudinem , & ſtylum anteceſſoris , ut optimè obſervant Deciſiones R. P. D. mei Molines , prima nempè in §. *Quæ omnia* , & ſecunda in §. *Nec pro arguenda* .

Quin ſuffragetur reſponſio , quod Clemens IX. ideò voluerit dictam Penſionem non habere effectum niſi alia extincta, nec alias Eccleſia nimis gravata fuiſſet, ex quo tunc temporis ferebat onus aliarum duarum Penſionum in ſumma ducatorum quadraginta trium , non autem quia revera noluerit illam gravare in omnibus redditibus ultra congruam Rectoris . Ultra quod enim non docetur Papam motum fuiſſe ex hac ratione , ſed ex eo dumtaxat , quod Eccleſia reperiebatur gravata Penſione prædicta ad favorem Nicolini , & quod magis eſt in litteris reſervationis Penſionis favore Scarlatti nec etiam conſtat , quod tunc duraſſent binæ prædallegatæ Penſiones , ut in *dicto Summario Penſionariorum num.* 1. & 2. ceſſat fundamentum ex eo , quod admiſſa etiam illarum duratione , adhuc ob ingentem Beneficii valorem de illo tempore remanſiſſent prò Rectore pluſquam centum ducati de Camera , unde cum hoc non obſtante noluerit dictus Pontifex Penſionem habere effectum niſi alia præcedenti extincta, ſignum evidens eſt,quod voluntas Papæ non fuit gravandi Eccleſiam uſque ad congruam Rectoris .

Nec dicta veriſimilis voluntas Pontificis deſumi poteſt ex eo , quod quemadmodum valor Plebaniæ longè excedit ſummam ducatorum biſcentum expreſſam in reſervatione novarum Penſionum,ità cenſendum ſit deductum fuiſſe ex prælato valore onus antiquæ Penſionis , novamque conſtitutam fuiſſe ſuper fructibus in reſervatione expreſſis juxta firmata per *Caputaquen. deciſ.* 311. 16
alias 312. *par.* 2. quem ſequitur *Pariſ. de reſignat. lib.* 6. *quæſt.*2. *num.* 59. *verſ. limita quinto.* Quoniam ſi ignorata fuit antiqua Penſio , ut ſupponunt Informantes prò Penſionariis,non poteſt dici expreſſionem valoris factam fuiſſe deducto illius onere , quod erat ignotum *l. manifeſtiſſimi* , *C. de furt. Coſt. de fact. ſcien.* & *ignor. ſuſpect.* 85. *num.* 14. *Rota deciſ.* 83. *num.* 25. *par.*19. *recent.* & in omnem caſum cum valor taliter expreſſus in facto non juſtificetur , ceſſat ſuppoſitum veriſimilis mentis Pontificis , & conſequenter,nec etiam applicatur *dicta Deciſio Caputaquen.* cujus de cætero nulla eſſet habenda ratio, cum Rota ab illa videatur receſſiſſe *in deciſ.* 313. alias 314. *dicta par.* 2. *coram eodem* , ut animadvertit eadem *Rot. coram Merlin. deciſ.* 804. *num.* 4.

Multòque minùs Pontificis voluntas argui poteſt ex clauſula *Dummodò remaneant centum pro Rectore* in Litteris reſervationis appoſita , quia cum non reſpiciat favorem Penſionariorum , ſed ipſius Titularis , non debet in illius odium retorqueri 18
l. quod favore , *ff. de legib. Tondut. de penſ. cap.* 44. *num.* 13. & *ſeq. Rot. coram Mantic. deciſ.* 93. *num.* 3. & *coram Millin. deciſ.* 279. pariter *num.*3. & firmant præcedentes Deciſiones prima ſcilicet in §. *Nec defectus*, & ſecunda in §. *Nec pro arguenda* .

Demùm nec elicitur ex alia clauſula ; *Non obſtante Conſtitutionibus* , & *qualibet alia dictæ ſedis Indulgentia , per quam præſentibus non expreſſam , vel totaliter non inſertam effectum gratiæ dictæ penſionis impedi-* 19
ri valeat quomodolibet, vel differri,quam tollere quodcumque impedimentum firmant in his terminis *Pariſ. de reſign. lib.* 6. *dicta quæſt.* 2. *ſub num.* 55. *verſ.* & *ſi aderat* , *Caputaquen. deciſ.* 96. *num.*8. & *ſeq.par.*2. Nam dicta clauſula licet exequutiva non tollit defectum ſubreptionis , ſed ea tantummodò , quæ poſſunt obſtare expreſſis *Corrad. in prax. beneſ.lib.*5. 20
cap. 2. *num.* 20. *in fin. verſ. verum* , *Rot. deciſ.* 739. *nu.*5. *par.* 2. *recent.* & in deciſionibus hujus Cauſæ in §§. *proximè citatis*. Quibus non contradicunt *Pariſ.* & *Caputaquen.* in objecto allegati ; quia loquuntur in terminis quando una cum prædicta clauſula aderat alia *præſens* , & *aliæ deſuper aſſignatæ Penſiones non excedant medietatem fructuum* , qua ſtante ſuſtinetur reſervatio ſecundæ Penſionis , quamvis non ſit facta ſpecifica mentio antiquæ , quia tunc Papa ſaltem in genere de illa creditur cogitaſſe *Pariſ. dicta quæſt.* 2. *num.* 53. & *ſeqq. Lotter. de re beneſic. lib.* 21
primo quæſt. 38. *num.* 62. *Azor. inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 8. *cap.* 9. *quæſt.* 3. *verſ. ſciendum* , *Tondut. de penſ. dicto cap.* 44. *numer.* 12. *Card. de Luc. eodem tit. diſc.* 4. *num.*

num. 10. & in alio Tractatu de penſ. ad ornatum Conſtitutionis ſa. mem. Innocentis XI. cap. 10. num. 11. Rota coram Verall. deciſ. 298. num. 1. lib. 2.

Ex his itaque cum reſervatio Penſionum, de quibus eſt quæſtio tamquam nulla, & ſuſceptitia ob non factam mentionem antecedentis Penſionis nullo modo valeat ſuſtineri, ſuperfluum DD. exiſtimabant deſcendere ad aliam nullitatem promanantem ex defectu probationis valoris in duc. 200. de Camera per aſcenſum expreſſi, quam latè Rota amplexa fuerat in præcedenti inſtantia; Et tamen ex abundanti, ut pateat reſervationem prædictam eſſe inſanabilitèr nullam etiam ex hoc capite tranſierunt Patres cum firmatis in deciſionibus R.P.D. mei Molines, quod ſcilicèt dictus valor plenè non juſtificatur per Penſionarios, tum ex eo, quod probationes non percutiunt tempus reſervationis
22 novarum Penſionum *Lotter. de re beneſ. lib. primo, quæſt. 38. num. 69. Tondut. de penſ. cap. 44. numer. 14. Card. de Luc. eodem tit. diſc. 7. num. 5. & diſc. 8. pariter numer. 5. & 7. Rot. coram Dunozett. Jun. deciſ. 880. num. 5. coram Merlin. deciſ. 123. & in recent. deciſ. 245. num. 31. par. 17.* tum etiam quia Teſtes per ipſos inducti ignorant, quæ bona, & redditus Eccleſia poſſideat *Rot. coram Cavaler. deciſ. 383. num. 2. & in recent. deciſ. 680. num. 6. & ſeq. & deciſ. 798. num. 5. par. 18.* nec deducunt onera Beneficii, minuſque expenſas neceſſarias pro recollectione fructuum *Tondut. de Penſ. cap. 14. numer. 14. Palm. Nep. alleg. 35. num. 6. Rot. coram Gregor. deciſ. 147. num. 2. coram Cerro deciſ. 125. numer. 7. & 9. coram Dunozett. Jun. deciſ. 880. num. 6. & coram Bich. deciſ. 325. num. 25. & in recen. deciſ. 6. num. 5. par. 17. & deciſ. 375. num. 25. & ſeqq. par. 19. & in Calaritana Penſionis 11. Januarii 1697. §. Teſtes coram R. P. D. meo Muto*, cum tamen in hoc Judicio petitorio requiratur probatio omninò perfecta, & concludeus ad verificationem valoris expreſſi per aſcenſum, & prò juſtificatione
23 clauſulæ *Dummodò remaneant centum pro Rectore, Garz. de beneſ. par. prima cap. 5. numer. 473. & 475. & ſeqq. Lotter. de re beneſ. lib. 1. quæſt. 43. num. 1. & 4. Tondut. de penſ. dicto cap. 14. num. 1. 11. & ſeq. Rota coram Cerr. deciſ. 578. num. 4. coram Penting. deciſ. 427. & in recent. deciſ. 6. num. 6. par. 17. deciſ. 680. numer. 24. par. 18. deciſ. 375. num. 1. & 10. par. 19. & in dicta Calaritana Penſionis, §. Inevitabiliter*, & ſimiliter in prima Deciſione hujus Cauſæ *§. final.* & in ſecunda *§. Ultra nullitatem.*

Non relevante, quod ubi ceſſat ſuſpicio doli, quamvis non ſit facta mentio antiquæ Penſionis, & ubi expreſſus non ſit verus valor, dictæ Penſioſiones debeant proportionabilitèr reduci, ut in caſu non factæ mentionis primæ Penſionis bona fide
24 tenet *Card. de Luc. de penſ. diſc. 4. num. 8. in fin.* & in caſu non expreſſionis veri valoris monent ipſemet *de Luc. dicto diſc. 4. num. 6. & diſc. 12. num. 5. Rot. deciſ. 536. num. 1. & ſeq. par. 4. tom. 3.* Quia placuit DD. reſponſio data in ultima Deciſione hujus Cauſæ *§. final.* quod cum memoratæ Penſiones in utroque caſu ſint nullæ ipſo Jure in totum, non valeant ullo modo reduci ad ratam valoris Beneficii, ut in terminis nullitatis ob non expreſſam anteceden-
25 tem Penſionem firmant in puncto *Tondut. de penſ. dicto cap. 44. num. 11. Jul. Capon. diſcept. 253. num. 11. & 47. Rota coram Merlin. deciſ. 722. num. 4. & in recent. deciſ. 279. numer. 15. par. 17.* & in terminis alterius nullitatis ob nou juſtificatiouem valoris per aſcenſum expreſſi *Card. de Luc. de penſ. diſc. 6. num. 12. & diſc. 12. num. 3. Tondut. in eodem tract. cap. 15. num. 5. & ſeq. Fagnan. in cap. ad hoc num. 29. de ſolutionibus, Rota deciſ. 169. num. 12. & ſeq. par. 7. deciſ. 187. num. 34. & 36. par. 11. deciſ. 152. numer. 11. par. 16. deciſ. 120. num. 25. & ſeqq. & deciſ. 245. num. 32. par. 17. & in Calaritana Penſionis 1. Decembris 1692. §. Ceſſante igitur, & ſeqq. coram bon. mem. Emerix.*

Et ità utraque parte &c.

R. P. D. DELL' OLMO.

Auguſtana Juriſpatronatus ſuper negocio principali.

Lunæ 17. Februarii 1698.

ARGUMENTUM.

Jus Patronatus an veniat ſubceſſione fundi, vel loci particularis, ubi ædificata eſt Cappella, vel Eccleſia patronata, & an comprehendatur ſub ceſſione Villæ. Quid ſit Villa. Et an ignorantia Juris Patronatus in cedente excludat comprehenſionem; doctè diſcutitur.

SUMMARIUM.

1 *Juſpatronatus transfertur in Ceſſionarium fundi, vel loci particularis, ubi ædificata eſt Cappella, vel Eccleſia Patronata.*
2 *Verba*, cum omnibus Pertinentiis *contenta in ceſſione, ſeu permutatione comprehendunt etiam Jus Patronatus illi annexum.*
3 *Villa dicitur unitas quarumdam domorum ſine muris.*
4 *Villa importat Univerſitatem.*
5 *Jus Patronatus tranſit cum Univerſitate Bonorum.*
6 *Jus Patronatus non poteſt ſub ſimplici rerum permutatione venire, cum non probetur annexum rebus permutatis.*
7 *Jus patronatus non venit ſub permutatione facta taxativè ad Hoſpitia, & alia bona.*
8 *Jus Patronatus eſſe de pertinentiis, & Juribus alicujus Villæ, ſeu Pagi quomodo probetur.*
9 *Juris patronatus annexio probanda non eſt, quando ſit ceſſio Jurium de perſe, & uti conſtituentia diverſam ſpeciem.*
10 *Taxativa non excludit connexa, quæ veniunt in conſequentiam, & quæ alias venirent ex diſpoſitione Juris, & ex natura Verborum.*
11 *Ceſſione, ſeu tranſlationi generali facta una cum omnibus Juribus, & pertinentiis, ſubſequens expreſſio Oſpitiorum, & bonoram non præjudicat univerſalitati, ſed cenſetur appoſita demonſtrativè non taxativè.*
12 *Obſervantia plurimum operatur ad probandum Jus patronatus fuiſſe comprehenſum in Ceſſione.*
13 *Obſervantia ad iſtum effectum probandi comprehenſionem Juriſpatronatus ex quibus probetur.*
14 *Confeſſio emanata ab uno ex contrahentibus de intelligentia contractus plenè inſtructo, & auctore ne in actu ſerio, & proportionato plenè probat.*
15 *Contrahentium voluntas numquam trahitur ad incognita, & incogitata.*

16 *Jus*

16 *Jus patronatus licet Ignorat. m venu ſub univerſali tranſlatione Jurium, & pertinet tiarum.*

17 *Ignorantia Juris honoriſici, & Juris Patronatus non præſumitur in viro nobili de illa familia.*

18 *Jus patronatus acquiritur ex fundatione, abſque aliquo hominis miniſterio.*

19 *Cappella incorporata Eccleſiæ Parochiali dicitur ſeparata à cæteris Bonis, atque effecta poſt integralis ejuſdem Parochiæ, & inſeparabilis ab illa.*

20 *De Tertii Jure nemo poteſt excipere.*

21 *Donatarius contrahentium non poteſt permutationem, ſeu aliud factum ſuorum Auctorum impugnare.*

DFCIS. XXIX.

COmmiſſa mihi Cauſa appellationis interpoſita à Sereniſs. Principe Epiſcopo Auguſtano à ſententia Reverendiſs. P.D. mei Decani, qua præviis tribus deciſionibus editis 31. Januarii, & 10. Junii 1695. ac 6. Februarii 1696. ſtabilitum fuit competere Baroni Franciſco Antonio de Imhoff Juſpatronatus Eccleſiæ, ſeu Capellæ B. Mariæ Virginis Auxiliatricis in Campo Lycio, propoſui dubium — *An ſententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda*, illiuſque reſolutione dilata ob diſcrepantiam ſuffragiorum ſub diebus 3. Junii, & 11. Decembris Anni proximè elapſi cum ordine in hac ultima propoſitione iniuncto, ut viderent Quintus, & Sextus in hodierna Audientia repropoſita Cauſa pro infirmatione ſententiæ reſponſum fuit.

Potiſſimùm fundamentum reſolutionis in eo ſtetit, quia etiam admiſſa exiſtentia Jurispatronatus favore Reginæ de Imhoff, ejuſque hæredum, deſcendentium legitimorum, & Agnatorum de familia de Imhoff, attamen cùm in contractu permutationis inito ſub die 10. Octobris 1668. inter Epiſcopum Auguſtanum, & Hieronymum Dominicum, ac Io: Baptiſtam fratres de Imhoff Patrem, & Patruum reſpectivè Franciſci Antonii, iſti ceſſerint Eccleſiæ Cathedrali Auguſtanæ locum Divæ Virginis Auxiliatricis in Campo Lycio, in quo ædificata fuit præfata Cappella, ſeu Eccleſia, ſub hac ceſſione tranſlatum quoque videbatur in Eccleſiam Auguſtanam Juſpatronatus
1 ipſis Cedentibus competens ex perſona Reginæ eorum Aviæ, ut in ſpecie de ceſſione fundi, vel loci particularis tenent *Zabarell. conſ. 122. n. 2. Covarruv. var. reſol. lib. 2. cap. 13. num. 3. verſ. Tertiò, Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 9. num. 15. in fin. Molin. de juſt. & jur. tom. 3. diſput. 620. num. 6. ad fin. verſ. Quod quando, Garz. de beneſ. par. 5. cap. 9. num. 32. & ſeqq. Campanill. diverſ. jur. canon. rub. 11. cap. 13. num. 35. Barboſ. in cap. Ex litteris numer. 2. & 5. ad med. de Jurepatr. & vol. 10. num. 15. & de jur. Eccleſ. univerſ. lib. 3. cap. 12. num. 223. & ſeqq. Corrad. in prax. beneſ. lib. 4. cap. 5. numer. 4. Seraphin. Maſſin. de confiſc. quæſt. 37. num. 7. Franceſ. var. reſol. cap. 9. num. 17. & ſeqq. Salgad. in labyr. credit. par. 3. cap. 5. num. 6. Fraſ. de patronat. Reg. Indiar. tom. 1. cap. 42. Rota deciſ. 46. num. 9. par. 9. recent.* Eoque fortiùs tum attentis verbis — *cum omnibus pertinentiis, & juribus*, cum quibus facta fuit ceſſio, ſeu permutatio, operantibus, ut in tran-
2 ſlatione fundi, ve loci particularis procul dubio veniat Juſpatronatus illi annexum, *Bald. conſ. 32. num. 2. in princip. lib. 1. Abb. in dicto capit. Ex litteris numer. 1. Marc. Antonin. lib. 1. reſol. 60. num. 13. & ſeq. verſ. Corroboratur, Adden. ad deciſ. 46. numer. 25. par. 9. rec. Rot. coram Seraphin. deciſ. 725. num. 3. & in recen. deciſ. 399. num. 2. par. 2. & deciſ. 314. num. 1. par. 4. tom. 1.* Tùm, & magis ponderando expreſſam nominationem loci Campi Lycii, qui cùm ſit ad inſtar Pagi, ſeu Villæ, eò quia in eo continentur cum ſupradicta Eccleſia ſexdecim domus unitæ, ſuper quibus habebant Imhoffiani juriſdictionem baſſam, in quo propriè conſiſtit Villa, quæ dicitur unitas quarumdam domorum ſine moris, ut tradit
Bertazzol. de clauſ. clauſ. 21. gloſ. 23. ſub num. 3. univerſitatis permutationem importat, cum qua cer- 3
tiùs redditur tranſire Juſpatronatus, *capit. Ex litteris 7.* ibi — *Villam, in qua Eccleſia ſita eſt, de Jurepatr.* & ibidem tradunt *Fagnan. num. 24. Gonzal. num.* 4
2. Antonell. de loc. legal. lib. 1. cap. 12. num. 1. & 23. Barboſ. de poteſt. Epiſc. allegat. 74. num. 38. & ſeqq. & 5
de jur. Eccleſ. univerſ. lib. 3. dicto cap. 12. num. 223. & ſeqq. Seraphin. Maſſin. de confiſc. dictæ quæſt. 37. num. 7. Corrad. in prax. beneſ. lib. 4. capit. 5. num. 36. & ſequen.

Atque ex his ceſſare videbantur duo fundamenta pro excludenda tranſlatione Jurispatronatus, ponderata in ultima deciſione Reverendiſs. D. mei Decani §. *Demùm ad ſeq.* Primum, quod non probaretur Juſpatronatus annexum rebus permutatis, ac proindè non potuerit ſub ſimplici rerum permutatione venire, abſque eo quod illo fieret
mentio, *Lotter. de re beneſic. lib. 2. quæſt. 9. num. 54.* 6
Mantic. deciſ. 164. num. 3. & ſecundùm quod cùm permutatio non legatur facta generaliter, & indeterminatè, ſed taxativè, & ſpecialiter ad Hoſpitia, & alia bona, ſub eorum permutatione, neutiquam tranſlatum dicatur Juſpatronatus in Eccleſiam
Auguſtanam, *Lotter. dicto lib. 2. quæſt. 9. numer. 52.* 7
Barboſ. de poteſt. Epiſcop. par. 3. dicta alleg. 71. num. 8. Siquidem quoad annexionem, ultrà quod clarè patet ex eo, quod in loco Campi Lycii permutato ſitam eſſe Cappellam, de cujus Patronatu agitur, ſatis oſtendunt, tum licentia eam ædificandi, & conceſſio Juriſdictionis Baſſæ facta ab Epiſcopo de anno 1604. ubi dicitur eam concedi ad 450. paſſus circùm circa Cappellam; Tùm etiam Cæſareum Diploma Rodulphi II. Imperatoris in publica, & legali forma extractum, in quo idem Imperator confirmando conceſſionem dictæ Juriſdictionis nuncupavit dictum locum certum ſpatium, & diſtrictum in Campo Lycio ſitum, cum enunciativa, quod in eo Regina Capellam ædifica-
vetit *Sum. Epiſt. num. 1. 2. & 19.* quæ omnia declarant 8
Cappellam eſſe de pertinentiis, & juribus d. Villæ, ſeu Pagi, ut in ſpecie firmavit *Rot. deciſ. 314. nu. 3. in fine par. 4. rec. & d. deciſ. 46. numer. 9. & 10. par. 9.* Prætereà nec opus eſt probare d. annexionem, cum permutatio directè, & principaliter contineat locum B. M. V. Auxiliatricis in Campo Lycio, tunc enim requiritur probatio annexionis, quandò ceduntur bona ſimpliciter, ſine ulla ſpecificatione jurium, quæ ideò ſub diſpoſitione venire non poſſunt, niſi per viam annexionis ad bona nominata; ſecùs autem quando prout in præſenti jura ipſa de per ſe, & uti conſtituentia diverſam ſpeciem con-
ſiderantur *Fagnan. in d. cap. Ex litteris num. 61. & ſeq.* 9
de Jur. patr. Lambertin. de jur. patr. lib. 1. par. 2. quæſt. 5. art. 14. num. 6. ante med. Rot. deciſ. 207. num. 12. & ſeqq. par. 6. rec.

Minùs ſubſiſtit ſecùndum, quod ceſſio d. loci de Campo Lycio non fuerit facta generaliter, ſed taxativè ad Hoſpitia, & bona ibidem expreſſa. Quamvis enim ubi etiam ceſſio fuiſſet particularis, hæc eſſet ſufficiens ad effectum transferendi controverſum Juſpatronatus juxtà ſuperiùs firmata, adhùc illius univerſitatem planè reſultantem ex generali expreſſione omnium jurium, & pertinentiarum,

tiarum, non excludit particularis ſpecificatio quorumdam bonorum, tùm quia facta fuit per hæc verba, *inter quæ &c.* & ſic non per modum reſtrictiuum, & taxativum, ſed demonſtratiuum, & declarativum aliquorum bonorum; tùm quia taxativa non excludit connexa, quæ veniunt in conſequentiam, & quæ aliàs venirent ex diſpoſi-
10 tione juris, & ex natura verborum, *Rebuff. in l. Pratum verſ. Item limitat, & reſtringit, & verſic. ultimo dictio taxativa, ff. verbo ſignif. Menoch. conſ. 705. num. 22. Barboſ. de dict. uſufreq. dict. 402. num. 6. & de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 102. ſub numer. 19. Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 31. num. 4. Rota deciſ. 442. num. 2. par. 2. rec.* Tùm demùm, quia ſtante præcedenti generali ceſſione d. Loci vna cum omnibus juribus, & pertinentijs, ſubſequens expreſſio Hoſpitiorum, & bonorum non præjudicat univerſalitati, ſed de jure cenſetur appoſita demonſtrativè, non taxati-
11 vè, ut explicat *Rot. in rec. deciſ. 181. num. 6. & ſeqq. par. 19. & in Lunen. Sarzanen. Beneficiorum 13. Martii 1682. §. Non obſtante, & §. Nihilominùs cor. bo. me. Rondinino, & 4. Maii 1685. §. Non obſtante, & ſeq. cor. eodem, & in Gerunden. Beneficii 26. Martii 1683. §. Pariter cor. Eminentiſs. D. Cardin. Gaccia Archiepiſcopo Mediolanen.*

Eoque faciliùs DD. in hanc ſententiam convenerunt attenta ſubſequuta obſervantia, tàm ex
12 dictis, quàm ex factis elicita, *Rot. cor. Celſ. deciſ. 15. num. 11. & cor. Carill. deciſ. 246. num. 4. & in rec. deciſ. 52. num. 5. & ſeqq. par. 19.* quæ plurimum operatur ad probandum Juſpatronatus fuiſſe comprehenſum in ceſſione, *Rot. deciſ. 490. num. 4. cor. Penting. & deciſ. 136. num. 5. & 6. cor. Priol.* & quid in præcedenti inſtrumento partes intellexerint, *Cravett. conſ. 294. num. 8. Spad. conſ. 157. num. 19. lib. 1. Rot. deciſ. 87. num. 20. par. 9. & deciſ. 155. num. 15. & dec. 212. num. 7. par. 17.* maximè cum verba ipſa ceſſionis capacia, & adaptata ſint intelligentiæ ab obſervantia traditæ, *Rot. cor. Merlin. deciſ. 728. num. 2. & coram Priol. deciſ. 104. numer. 6. & 7.* Ab anno ſiquidem 1668. ſtipulatæ permutationis, Imhoffiani numquam prætenderunt Juſpatronatus ſuper d. Cappella, imò eadem permutatione jam ſequuta fratres de Imhoff permutantes ſub die 10. Nouembris eiuſdem anni coram Epiſcopo Auguſtano declararunt, quod ante permutationem tria puncta ſuper Cappella ſibi reſervaverunt, ibi - *Qualiter nobis ante effectivè concluſam permutationem jam recenſendum à Celſitudine Veſtra omnibus vicibus agnita, & pro juſtis habita, tria puncta humillimè reſervavimus &c. ut in Summ. Epiſcopi num. 20.* aſſiſtentiam nimirùm ſenioris ex linea de Imhoff tam aperitioni Gazophilaciorum, quàm ſuſceptioni rationum redditiuum prædictæ Eccleſiæ Oratorium itidem in eadem Eccleſia, & Epitaphium pro Regina Fundatrice, quæ reſervationes probant Cappellam cum cæteris aliis juribus translatam fuiſſe in Cathedralem, ex natura reſervationis generalem comprehenſionem omnium aliorum jurium non exceptuatorum *l. quæſitum, §. Denique, ff. de fund. inſtruct. Ca-*
13 *ſtrenſ. conſ. 70. num. 3. lib. 1. Surd. conſ. 152. num. 43. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 13. num. 77. Add. ad deciſ. 46. numer. 18. & 19. par. 9. rec. Rot. deciſ. 101. num. 10. poſt Vivian. de jurepatr. & cor. Coccin. deciſ. 157. num. 4. & deciſ. 375. num. 11. & cor. Priol. deciſ. 95. num. 22. & in rec. deciſ. 69. num. 4. par. 1.*

Quod, & clariùs indicat alia ſupplicatio exhibita Epiſcopo Auguſtano de anno 1676. per Jo: Baptiſtam unum ex Permutantibus, & patrem Franciſci Antonii Actoris pro habenda confirmatione prædictorum jurium reſervatorum, in qua expreſsè faſſus fuit in ſæpèdicta ceſſione comprehenſam fuiſſe Eccleſiam, ſeu Cappellam, ibi - *cum alienatio, & ceſſio Templi una cum appartinentiis ad B. Virginem Auxiliatricem in Campo Lycio de Imhoffianis ad Celſiſſimas manus facta fuerit, d. Summ. num. 22.* Quæ confeſſio cùm emanaverit ab uno ex contrahentibus de intelligentia contractus plene inſtructo, & Auctore prædicti Franciſci Antonii, ac in actu ſerio, & proportionato plenè probat *ad Text. in l. ge-* 14
neraliter 13. C. de non numerat. pecun. Bart. in l. pro hærede nu. 3. ff. de acquiren. poſſeſ. Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib. 12. tit. 12. numer. 26. Maſcard. de probat. concl. 43. num. 9. & concl. 47. num. 16. Cyriac. controv. 244. num. 30. Angel. de confeſſ. lib. 1. quæſt. 1. num. 14. & lib. 3. quæſt. 20. num. 2.

Firmata ſic comprehenſione Juriſpatronatus tàm ex verbis, quàm ex mente Contrahentium, nec etiam attendi merentur aliæ duæ exceptiones in contrarium oppoſitæ, non quotidem prima deſumpta ex probabili ignorantia Juriſpatronatus in permutantibus, ex quo de illius acquiſitione adhuc hodiè dubitetur, & Epiſcopus ſemper negaverit illud adfuiſſe, cùm tamen certum ſit voluntatem contrahentium nunquam trahi poſſe ad incognita, ſeu incogitata *ad Text. in l. Ignorans, ff. de* 15
locat. leg. labeo 7. §. Tubero, ff. de ſuppellect. legat. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 1. tit. 3. num. 1. Rot. in rec. deciſ. 139. num. 7. & 8. par. 1. & deciſ. 172. num. 4. par. 5. & deciſ. 87. num. 6. par. 19. & in Bononien. Fideicom. 9. Decemb. 1697. §. Atque hinc cor. R. P. D. meo Molinei. 16
Ultrà quod enim cùm ceſſio fuerit univerſalis de Villa cum omnibus ſuis juribus, & pertinentiis, ſub ea venit quoque Juſpatronatus, quamvis ignotum, & ignoratum, tanquàm eidem Villæ annexum, *Cravett. conſ. 227. num. 11. Menoch. conſ. 496. num. 59. & 60. Galerat. de renunciat. lib. 3. cap. 9. nu. 13. verſ. Sed contrarium Donad. eod. tract. cap. 4. n[illegible]. 21. à num 13. & ſeqq.*

Urget prætereà, quod Viri nobiles, ut erant prædicti fratres de Imhoff, non præſumuntur ignoraſſe decus, & jura honorifica eorum familiæ, nec eſt veriſimile, quod habeat notitiam de Patronatu Actor tertius hæres, quodque eamdem non habuerint filii memoratæ Reginæ Fundatricis, quorum alter erat Conſul Auguſtanus ſub hac qualitate nominatus in epiſtola Epiſcopi anni 1628. maximè extantibus penès ipſos tot documentis exhibitis a Barone præſeferentibus fundationem Cappellæ, ejuſque conſecrationis, ac omnium actuum a d. Fundatrice, ejuſque immediatis ſucceſſoribus geſtorum confirmationem, ejuſmodi ſignanter eſt proteſtatio ab eadem Regina emiſſa de anno 1624. in qua ſpecialis, ac individua ſit mentio Juriſpatronatus ſuper Cappella *Summ. Baronis num. 11.* ex quibus omnibus excluditur ignorantiæ præſumptio ad tradita *per Roman. conſ. 127. ſub num. 1. Card.* 17
de Luca de cred. diſc. 130. ſub num. 6. & de jur patr. diſc. 64. ſub num. 5. & 6. Rot. deciſ. 481. num. 3. par. 1. diverſ. Atque ulteriùs de plena ſcientia eorumdem fratrum permutantium ſatis conſtat, tùm ex nonnullis antiquis prætenſionibus per ipſos ante permutationem excitatis, referendo Codicillos Reginæ, ex quibus illis innotuerat fundatio Cappellæ, *dicto* 18
Summ. numer. 8. 9. 10. & 24. cum ex fundatione abſque aliquo hominis miniſterio Juſpatronatus acquiratur *cap. Nobis de Jurepatr. Spad. conſ. 6. num. 3. & conſ. 7. nu. 1. tom. 2. Vivian. de jurepatr. par. 1. lib. 2. cap. 1. nu. 9. & 23. Lotter. de re beneſ. lib. 2. quæſt. 7. num. 2. & ſeqq. Ricc. in prax. Archiep. reſol. 123. num. 3. par. 1.*

Rot. coram Merlin. deciſ. 35. num. 1. coram Bich. deciſ. 162. num. 6. coram Arguell. deciſ. 117. num. 13. coram Zarat. deciſ. 80. numer. 13. & in rec. deciſ. 175. num. 2. par. 5. tom. 1. & deciſ. 89. numer. 2. par. 6. tùm etiam ex quo iidem permutantes in ſupplicatione facta Epiſcopo pro conceſſione, ſeu confirmatione prædictorum trium jurium, non ſolùm declararunt, quod eorum; Avia fuerat Fundatrix Cappellæ, verùm etiam quod ipſi in permutatione ſibi reſervaverant, licèt in illius inſtrumento inſerta non fuerint, hujuſmodi tria jura honorifica, quæ cùm non ex alia cauſa prætenderè poſſent, niſi tanquàm Patroni prædictæ Cappellæ, eorum reſervatio notitiam Juriſpatronatus in acquirentibus præſupponit *Arg. Text. in l. quædam mulier cum ibi notat. ff. de rei vindic. l. 2. ff. de uſufruct. Cravett. conſ. 226. ſub num. 5. & 6.*

Multò minùs meretur attendi ſecunda exceptio ex eo deducta, quod cum controverſa Cappella fuerit incorporata Eccleſiæ Parochiali Mcittingen. *Summar. Actoris num. 1.* per hanc incorporationem ſeparata fuerit à bonis permutatis, atque effecta pars integralis ejuſdem Parochiæ,
19 & inſeparabilis ab illa, *Abb. in cap. Quanta num. 5. & 6. de Judic. Cravett. conſ. 818. numer. 3. Mantic. de tacit. lib. 1. tit. 14. num. 8. Merlin. deciſ. 115. num. 4. & 5. & deciſion. 625. num. 1. Bich. deciſion. 311. num. 29. & ſeqq.* nam quidquid ſit de hujuſmodi incorporatione, de qua non conſtat, niſi ex diſpoſitione Reginæ Fundatricis impediri non poterat ex hoc capite, quin Juſpatronatus tranſiret in Eccleſiam Auguſtanam per alienationem, ſeu translationem loci, in quo ſita eſt Cappella; nullumque præjudicium exindè irrogatur Eccleſiæ Parochiali, quæ ex translatione Juriſpatronatus, de qua hodiè unicè diſceptatur, potiùs retrahit utilitatem, dum libertatem conſequitur, & Cappellanus perpetuus dictæ Cappellæ citrà controverſiam Miſſas celebrat, ac cætera alia jura Parochialia exercet, quæ ex incorporatione illi competerent, in Villicos, & Incolas dicti loci: Hiſque præterea accedit, quod nec Franciſcus Antonius hujuſmodi exceptionem proponere valet, vel quia eſt de jure Terzii, de quo regulari-
20 ter nemo poteſt excipere *l. 1. Cod. de except. rei judic. Rota coram Coccin. deciſ. 701. numer. 2. & coram Cerr. deciſ. 612. in fin.* vel quia ipſi tanquam Donatario prædictorum Contrahentium non liceat permutationem factam a ſuis Authoribus impugnare *ad*
21 *Text. in l. cum à Matre, Cod. de rei vindic. Ruin. conſ. 128. numer. 16. lib. 2. Bonden. collect. legal. 11. numer. 116. lib. 2. Rot. coram Celſ. deciſ. 124. numer. 11. & in recen. deciſ. 101. num. 21. par. 9. & deciſ. 332. num. 32. par. 18.*

Et ità utraque &c.

R. P. D. DELL'OLMO.

Auguſtana Juris Patronatus ſuper reintegratione.

Lunæ 17. Februarii 1698.

ARGVMENTVM.

Occaſione Spolii commiſſi ſuper Jure Patronatus Eccleſiaſtico examinatur hic remedium Can. *reintegrandæ*, & *cap. ſollicitè de reſtitutione ſpoliatorum*, & poſtremo deciditur quod Benefactorum oblationes, & eleemoſinæ ex quibus Monaſterium fuit conſtructum, oblatæ non intuitu Cappellæ Patronatæ, ſed fabricæ pro Religioſis nullum titulum præbent Patrono, ad effectum acquirendi deſuper Jus patronatus.

SVMMARIVM.

1 *Reintegratio non conceditur, dum Auctores petentes Reintegrationem ſponte dimiſerunt, & facto proprio ceciderunt ab antiqua poſſeſſione.*
2 *Reſervatio aliquorum Jurium concludunt, quod alia non reſervata fuerint renunciata.*
3 *Spolium in primis, & ante omnia eſt purgandum rejectis exceptionibus ad petitorium.*
4 *Nec ſpoliatur auditur opponens renunciationis* Spolij, *quaſi hæc non ſponte, ſed coactè facta præſumatur.*
5 *Spoliato obſtat exceptio non juris incontinenti probata, etiam in judicio privilegiato ſpolij.*
6 *Remedium Canonis* Reintegrandæ *quando ceſſet, & quando non intret Tex. in cap.* ſollicitè de reſtitutione ſpoliat.
7 *Reintegratio non habet locum ſine præſumpta violentia vel metu, qui non præſumitur in permutatione facta favore Eccleſiæ.*
8 *Violentia, & concuſſio in ſubjecta materia permutationis Juris patronatus non præſumitur.*
9 *Textus* in cap. ſollicitè de reſtitutione ſpoliatorum *quando procedat.*
10 *Scientia Spolij requiritur, ut renunciaſſe dicatur Spolio per ceſſionem.*
11 *Ignorantia præſumitur in hæredibus.*
12 *Ignorantia præſumitur poſtlapſum annorum 44.*
13 *Ignorantia Spolii eſt inveriſimilis tum eſt patrata cum interventu plurium nobilium.*
14 *Ignorantia ex quibus excludatur.*
15 *Oblationes, & Eleemoſinæ non intuitu Cappellæ patronatæ ſed fabricæ Religioſorum annexæ nullum Titulum præbent Patronis ad effectum acquirendi deſuper Juſpatronatus.*

DECIS. XXX.

A Decreto Reverendiſs. D. mei Decani, per quod ad formam Deciſionum deſuper coram eo emanatarum ſub diebus 31. Januarii, 10. Junii 1695. & 6. Februarii 1696. obtinuit Baro Fran-

Franciſcus Antonius Imhoff reintegrari ad poſſeſ-
ſionem, ſeu quaſi Patronatus, & jurium Patrona-
lium Cappellæ, ſeu Eccleſiæ *B. M. V. Auxiliatricis*
in Campo Lytio, & pro effectu reintegrationis man-
dari reſtitui clave dictæ Eccleſiæ, & Gazophyla-
ciorum, necnon Monaſterjoli prope dictam Cap-
pellam ædificati, provocante Sereniſs. Principe
Epiſcopo Auguſtano, & devoluta ad Me per com-
miſſionem Signaturæ Juſtitiæ Cauſa Appellatio-
nis, una cum dubio ſuper negotio principali Juriſ-
patronatus, conſului Dominos: *An Decretum Ro-
tale ſit confirmandum, vel infirmandum*, ſed bis ſuſpen-
ſa reſolutione utriuſque Dubii ſub diebus 3. *Junii*,
& 11. *Decembris* ſuperioris anni, tandem hodie vi-
dentibus quinto, & ſexto ex PP. reſcriptum fuit,
Decretum eſſe infirmandum.

Cùm enim fratres Imhoff. per contractum
permutationis initum de anno 1668. cum Epiſco-
1 po Auguſtano vigore ampliſſimæ ceſſionis Loci *D.
M. V. Auxiliatricis in Campo Lytio*, cum omnibus
ſuis juribus, & pertinentiis in eo comprehenſæ in
Eccleſiam Cathedralem Auguſtanam tranſtulerint
Juſpatronatus controverſæ Cappellæ, receptis per
eos nonnullis bonis ad Menſam Epiſcopalem ſpe-
ctantibus, ut latè firmatum eſt in alia contempo-
ranea Deciſione ſuper negotio principali, fruſtra
hodie prædictus Baro de Imhoff prætendit reinte-
grationem ad Juſpatronatus, & cætera jura illius
conſecutiva, & acceſſoria ex capite prætenſi ſpolii
commiſſi de anno 1624. per Vicarium Generalem
Auguſtanum, dum fratres permutantes illius Au-
ctores ſponte dimittendo Juſpatronatus ex facto
proprio ab antiqua poſſeſſione ceciderunt, & ha-
buerunt pro non commiſſo, vel pro renunciato
ſpolio, *Caſſador. deciſ. 4. num. 9. & ferè per tot. de re-
ſtit. ſpol. Buratt. deciſ. 136. num. 20. Coccin. deciſ. 1642.
num. 2. Pentng. deciſ. 332. num. 3. Priol. deciſ. 416. nu.
11. Dunoz. Jun. deciſ. 375. num. 5. Rot. in recen. deciſ.
261. num. 6. & 7. part. 17. & in Toletana Executionis
Teſtamenti ſuper Manutentione, ſeu Reintegratione 25.
Junii 1696. §. non quidem, coram bon. mem. Emerix
Decano*.

Eòque fortiùs, dum ex aliis actibus tam præ-
cedentibus dictam permutationem, quàm poſtea
geſtis ab Auctoribus dicti Baronis [illegible] constat
de libera dimiſſione prætenſorum jurium Patrona-
lium, ſibi unicè reſervatis nonnullis juribus hono-
rificis, quæ eis conceſſa, nec etiam hodie contro-
vertuntur. Nam de anno 1655. prædicti fratres
correſpectivè ad facultatem ſibi impartitam ad Epi-
ſcopo Auguſtano de ædificando prope dictam Ec-
cleſiam novum Hoſpitium, pro majori commodo
Peregrinantium cum exemptione Gabellæ vinariæ,
renunciarunt adminiſtrationi Oblationum præ-
dictæ Eccleſiæ, *Summ. Epiſcopi num.* 13. Eodemque
anno 1655. in precibus eidem Antiſtiti porrectis
nil aliud Imhoffiani reſervari curarunt, quàm tria
puncta, interventum ſcilicet Senioris eorum Fa-
miliæ in aperitione Gazophylaciorum, & ſuſcep-
tione Oblationum, conſtructionem privati Ora-
torii intra ambitum Eccleſiæ, & inſcriptionem E-
pitaphii in memoriam Reginæ Fundatricis, *d. Sum-
mario num.* 12. 13. *&* 14. prout denique ad hæc ſola
jura honorifica ſe reſtrinxerunt in aliis geminatis
precibus Epiſcopo Succeſſori oblatis de annis
1668. & 1676. *dict. Summ. num. 19. cum tribus ſeqq.*
Ex hac enim particularium jurium reſervatione
validum inſurgit argumentum, quod cæteræ aliæ
Patronales præeminentiæ, ſi quæ competebant, &
de quibus dicitur ſpoliata Regina Fundatrix, ab
eis fuerint renunciatæ, *Buratt. conſ. 76. num. 35. Mo-
lin. reſol. 1. num. 46. Rot. deciſ. 95. nu. 22. coram Priol.
deciſ. 812. num. 26. coram Dunozz. Jun. & in rec. deciſ.
762. num. 11. part. 18.* cum aliis relatis in *deciſ. ſuper
Negotio principali §. Eòque facilius, in fin.* 2

Nec in contrarium facit, quod cùm Judicium
reintegrationis ſit privilegiatum. & introductum
in odium ſpoliantis, ante omnia ſpoliatus ſit reſti- 3
tuendus in ſuis juribus, rejectis omnibus excep-
tionibus ad Petitorium, *l. 1. ff. de vi, & vi armat. l.
Si quis ad ſe, C. ad leg. Jul. de vi publ. c. Ex litteris,
& c. Conquerente, de reſtit. ſpol. Peregr. conſ. 133. num. 1
& ſeqq. lib. 5. Andreol. contr. 381. num. 19. Rot. coram
Buratt. deciſ. 731. num. 6.* ibique *Adden. litt. A. coram
Coccin. deciſ. 113. num. 8. coram ſa. me. Alex. VIII. deciſ.
104. num. 23. & 24. & in rec. deciſ. 365. num. 10. part.
1. & deciſ. 624. num. 10. par. 18.* & firmant Deciſio-
nes Cauſæ, prima nempe §. *fin.* & tertia §. *In conſe-
quentiam*; Adeò quod nec ſpolians audiri debeat,
licèt opponat exceptionem renunciationis ſpolii,
quaſi hæc non ſponte, ſed coactè facta præſumatur, 4
juxta *Text. expreſſ. in c. Sollicitè 2. de reſtit. ſpol.* ibiq;
*Bald. in princ. & Gonzal. num. 1. Peregr. conſ. 133. nu.
1. & ſeqq. Menoch. conſ. 660. num. 7. & de recup. poſſeſſ.
remed. 1. num. 263. Cyriac. contr. 339. num. 32.* ſuper
qua Juris diſpoſitione innituntur Deciſiones Re-
verendiſs. D. mei Decani, ut in prima §. *Inani*, in
ſecunda §. *Minuſque relevat*, & in tertia §. *in conſe-
quentiam*.

Quandoquidem ubi, prout hic, exceptio non
juris ſpoliati eſt notoria, & oſtenditur in continen-
ti, hæc etiam admittitur in Judicio privilegiato 5
ſpolii, ex traditis per *Pontan. de ſpol. libr. 3. cap. 2.
num. 48. Gabriel. de reſtitut. ſpoliat. concluſ. 1. num. 94.
Rot. deciſ. 423. num. 11. coram Dunozzett. Jun. & dec.
687. num. 17. coram Merlin. ubi concordan.* Non ob-
ſtante diſpoſitione citati *Text. in cap. Sollicitè, de re-
ſtitut. ſpoliat.* Tum quia non agitur de ſimplici re-
nunciatione ſpolii, ſed de ceſſione titulo oneroſo,
& correſpectivo ad alia bona per Menſam Epiſco-
palem ceſſa, & à fratribus permutantibus accepta-
ta, quo caſu ceſſat remedium Canonis reintegran-
dæ, ut in terminis *Rot. deciſ. 261. num. 6. & 7. part.* 6
17. recent. Tum quia diſpoſitio præfati Textus uni-
cè ſe fundat in præſumptione, quod renunciatio
fuerit violenta, & non libera, ibi: *Quia non eſt ve-
riſimile, quod ſponte juri ſuo renuntiaverit, qui jam ſpo-
liatus renunciavit*. Quæ præſumptio cùm ceſſet in
hypotheſi ex libera permutatione facta à fratribus
correſpectivè ad tot alia bona per ipſos recepta, ceſ-
ſare etiam debet prædicti *Textus* cenſura *cap. Accepta
in fin. de reſtitut. ſpoliat. & in eod. cap. Sollicitè*, notant
*Jo. de Imol. ſub num. 7. Ancharan. num. 3. Bald. ſub
num. 3. & Gonzal. ſub num. 1. idem Bald. in dict. cap. Ac-
cepta, num. 1. Bellamer. ſub num. 1. verſ. Secundò oppo-
nitur, Abbas ibidem num. 10. & Vagnarecc. in verb. Si
vobis conſtiterit, per tot. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 1,
num. 271.* Tum rurſus quia cùm permutatio facta
fuerit cum Epiſcopo favore Eccleſiæ Cathedralis,
per hoc ſolùm abeſſe præſumitur quævis violentia, 7
& metus, *l. final. ff. de eo, quod metus cauſa*, atque
ideo neque habet locum reintegratio, ut obſervant
*Bellamer. in d. cap. Sollicitè, num. 2. verſ. Quartò oppo-
nitur, & verſ. Item quia, Zabarell. num. 3. in fin. & nu.
4. Abbas ibidem dict. num. 10. Vagnarecc. in d. cap. Acce-
pta, verb. Si vobis conſtiterit, de reſtitut. ſpoliat. Me-
noch. dict. remed. 1. num. 276.* Parùm attento, quod
Epiſcopus ſit etiam Princeps, & Dominus Loci,
& in eo Juriſdictionem Temporalem exerceat:
Qualitas namq; Eccleſiaſtica purgat quamcumque

Digitized by Google

præſumptionem concuſſionis, & violentiæ, ut in
8 ſubiecta materia Juſpatronatus firmant *Barboſ. de jur. Eccleſ. univerſ. lib. 3. cap. 12. num 152. & ſeqq. Corrad. in prax. benefic. lib. 4. cap. 4. num. 42. Antonell. de loc. legal. lib. 1. cap. 12. num. 27. & de regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 6. Panimoll. deciſ. 10. annot. 2. num. 12. Rot. in Olomucen. Jurisdictionis 19. Januarii, & 5. Junii 1693. §. Nam non videtur, & ſeq. coram R.P.D. Muto, & 5. Maii 1694. §. Rurſus, & ſeq. coram R. P. D. meo Molines*. Tum tandem quia præcitatus *Text. in cap. Sollicitè*, non procedit, quando, prout hic, poſt renunciationem ſpoliatus per longum temporis
9 intervallum non fuit conqueſtus, quia tunc veriſimiliter dicitur ratum ſine metu habuiſſe, quod geſſit, & renunciationis actum fuiſſe ſpontaneum, *Anton. de Butr. in dict. cap. Sollicitè*, & ibidem *Barboſ. num. 6. Menoch. de recuperan. poſſeſſ. dicto remed. 1. num. 278. Pariſ. de reſignat. lib. 13. quæſt. 5. nu. 41. & ſeqq.*

Minùſque pro excludenda renunciatione ſpolii ſuffragari poteſt, quod non probetur fratres de Imhoff habuiſſe ſcientiam ſpolii de tempore per-
10 mutationis, prout requiritur, ad hoc, ut ſub prædicta ceſſione, ſeu renunciatione cenſeretur comprehenſum, *Bellamer. deciſ. 550. per tot. Panimol. dec. 10. num. 18. Rota in recent. deciſ. 139. num. 7. part. 1. & deciſ. 172. num. 4. part. 5.* & firmat ultima Deciſio
11 Reverendiſſimi D. Decani §. *final.* ſed immo in eis uti Hæredibus præſumatur ignorantia, *cap. Præſumitur 47. de regul. jur. in 6. l. Verius 21. ff. de probat. l. Qui in alterius 43. ff. de reg. jur. Gratian. diſceptat. forenſ. 681. num. 3. Rot. deciſ. 52. num. 28. & deciſ. 429. num. 15. par. 12. deciſ. 258. num. 16. part. 16. & deciſ. 488. num. 11. par. 18.* maximè cum factum eſſet antiquum ob lapſum ſcilicet annorum 44. a die prætenſi ſpolii uſque ad contractum permutationis,
12 ad tradita per *Murant. in repetit. leg. Is poteſt, numer. 227. in tertia limitatione, ff. de legatis 1. Gaill. obſervat. 48. num. 20. lib. 2. Menoch. de præſumption. præſumpt. 23. num. 38. lib. 6.*

Nimium ſiquidem inveriſimilis viſa eſt allegata ignorantia, vel ex qualitate facti adeò notorii, cum ſpolium patratum aſſeratur palàm, & publicè, ac cum interventu plurium nobilium *Sum-*
13 *mar. Baronis num. 11.* ut in propoſito tradit *Menoch. de præſumpt. quæſt. 8. num. 2. & 3. lib. 1. de præſumpt. 23. num. 80. & 81. lib. 6. Rot. in rec. deciſ. 533. num. 4. par. 1. & deciſ. 353. num. 13. par. 13. & deciſ. 532. num. 30. par. 14.* Vel attenta qualitate Juriſpatronatus maximi decoris familiæ de Imhoff in Eccleſia ſita in loco, ubi Imhoffiani Juriſdictionem exercebant, habebantque Hoſpitia, & proximam habitationem cum exactione Gabellæ Vinariæ, vel etiam ex qualitate ipſa Perſonarum nobilium cum eorum alter eſſet Conſul Auguſtanus, ac præterea
14 ambo nepotes Reginæ, contra quam ſpolium commiſſum dicitur, his enim concurrentibus non eſt allegabilis, Ignorantiæ præſumptio, *Maſcard. de probat. concluſ. 1299. Menoch. de præſumpt. 23. lib. 6. & de recuperan. poſſeſſ. remed. 16. num. 46. & ſeqq. Coll. de ſcient. & ignor. inſpect. 64. Rota in Romana, ſeu Vernlann fideicommiſſi 10. Maii 1690. §. Addebam præterea coram R.P. D. meo Caprara*. Potiſſimum vero, quia ſpolium verè innotuiſſe fratribus permutantibus, comprobatur ex quo ipſimet in actu antecedenti de anno 1654. petendo ab Epiſcopo licentiam ædificandi præfatum Hoſpitium cum exactione Gabellæ Vinariæ aſſertum ſpolium præſuppoſuiſſe videntur, ibi: *Non attentis jis, quæ tempore Aviæ noſtræ in adminiſtratione hujus Cappellæ inconvenienter evenerunt Summ. Epiſcopi num.* 12. Quæ inconvenientia cum nulla alia fuerint præter remotionem Reginæ ob prætenſam malam adminiſtrationem obligationum Cappellæ, reſultat, exindè non ſolum notitia remotionis, ſed & implicita confeſſio dicti ſpolii, & quidem ipſorum Permutantium, qua nulla major dari poteſt eorum ſcientiæ probatio, *l. generaliter, C. de non numerat. pecun. Angel. de confeſſ. lib. 1. quæſt. 1. num. 14. & ſeqq. Rot. deciſ. 125. num. 5. & dec. 247. num. 4. par. 13. deciſ. 27. num. 9. deciſ. 446. num. 2. & deciſ. 532. num. 27.*, ubi de confeſſione etiam implicita *par. 14. rec.* & alibi paſſim.

Et hæc quæ ita ſe habent quoad Juſpatronatus ac cætera jura honorifica in illius conſequentiam ſuccedentia, qualia dicuntur eſſe retentio clavium d. Eccleſiæ, & Gazophilaciorum, Cuſtodia ſupellectilium, & adminiſtratio oblationum, fortiùs procedunt pro deneganda reintegratione ad prædictum Monaſterium Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia, ut optimè firmat *ſecunda Deciſio Reverendiſſimi D. Decani §. finali*.

Quandoquidem aſſertum ſpolium anni 1624. jam præceſſerat prædicti Monaſterii ædificatio, ibidemque regularis obſervantia jàm fuerat introducta. Idque apprimè reſultat ex eo, quod in redditione rationum de oblationibus d. Eccleſiæ Imhoffiani ab anno 1605. uſque ad annum 1622. calcularunt conſiderabilem quantitatem florenorum 4596. erogatam in nova ejuſdem Monaſterii ſtructura, & aliam florenorum 2400. prædictis PP. aliſque perſonis Eccleſiaſticis elargitam *Summ. Epiſc. n.* 6. Idipſum confirmat diploma Imperiale Rodulphi II. de anno 1606. ex quo conſtat, quod Imhoffiani expoſuerant, quod ſæpè memorata Regina paucis abindè annis Cappellam una cum quodam Monaſterio ædificaverat *d. Summ. num.* 19. Atque hoc demùm patefacit proteſtatio emiſſa ab ipſa Regina de prædicto anno 1624. in qua conquerendo de ſpolio, quod à Curia Eccleſiaſtica Auguſtana paſſa fuerat, profitetur ſe jamdiù prædictos Regulares admiſiſſe, & ab jis in Patronam fuiſſe agnitam *Summ. Baronis nu.* 11. Quibus ſtantibus cum de anno 1667. Patres Minores impetraverint ab Epiſcopo Auguſtano, non ſolum facultatem Monaſterium in ampliorem formam redigendi, ſed & uſum Cappellæ eidem Monaſterio adhærentis, prædicti verò fratres de Imhoff ne dùm hujuſmodi conceſſioni ſe non oppoſuerint, ſed immo de anno 1668. certo adiecto onere celebrationis Miſſarum, & Anniverſariorum, jiſdem Religionis donaverint duas Domunculas cum Horto annexo, necnon tranſitum viarum, ſinè quibus amplior Monaſterii conſtructio perfici non poterat, expreſſa habita relatione ad d. Epiſcopalem Conceſſionem, & prædictæ Cappellæ incorporationem *dicti Summ. Epiſcopi num. 16. 17. & 28.* Utique per hujuſmodi actum eamdem conceſſionem ratam habuiſſe, ac cuicumque juri, quod deſuper habebant prædictis Patribus renunciaſſe videntur, ad tradita per *Capyc. conſul. 105. num. 19. & ſeqq. Rot. deciſ. 146. num. 20. par. 18. rec.*

Atque ex his non relevat reſponſio ultimæ deciſionis Reverendiſſimi D. Decani *in §. remanet cum ſeqq.* quod Baro de Imhoff. hodiè non impugnet prædictarum Domuncularum donationem, ſed petat reintegrari ad alia ædificia poſtmodum ex Piorum, & Benefactorum Ælcemoſynis conſtructa tanquam prædictæ Eccleſiæ, ſeù Cappellæ acceſſoria, quemadmodum enim ex ſuperiùs dictis conſtat, quod Fratres de Imhoff admiſſioni horum Religioſorum antiquitùs conſenſerant, ità nec mo-

der-

Digitized by Google

dernus Baro prætendere poteſt poſt lapſum annorum 70. & ultra illorum expulſionem, vel ab antiquo, vel etiam à novis ædificiis in augumentum vetuſtioris authorante Epiſcopo, & prædictis Fratribus conſentientibus, ut præſertur poſt prædictam donationem ædificatis, *Vulg. l. cum à Matre*
25 *C. de rei vindic.* Præſertim quia cum Benefactorum oblationes, & ælemoſynæ, ex quibus Monaſterium noviter extructum, ſivè auctum aſſeritur, oblatæ videantur non intuitu d. Cappellæ, ſed quidem fabricæ eorumdem Religioſorum, nullum propterea tribuere poterant Imhoffianis titulum acquirendi deſuper Juſpatronatus, *Gloſ. in cap. piæ mentis 16. quæſt. 7. Abbas in cap. 3. num. 10. de Jurepatr. Card. de Luc. de Jurepatr. diſc. 55. num. 17. & 20. Rot. coram Coccin. deciſ. 106. num. 12. cor. Cavaler. dec. 159. & in Toletana Juriſpatronatus 5. Junii anni præteriti, §. Juſtitia coram me, & in ſecunda deciſ. hujus cauſæ Reverendiſſimi Decani, §. Demum.*

Et ità concluſum utraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Viterbien. Confirmationis Statuti.

Veneris 6. Aprilis 1685.

ARGUMENTUM.

Statutum, quando dicatur æquum, & rationabile ut confirmationem à Pontifice mereatur, in hac deciſione de ordine Sanctiſſimi edita pertractatur, ac de Statuto Viterbii Rubrica 74. lib. 2. reſtringente libertatem Teſtandi ad favorem Piæ Cauſæ, & Eccleſiaſticarum perſonarum diſceptatur. Non tamen id procedere favore fratrum, & in aliis caſibus hic diſtinctim enumeratis.

SUMMARIUM.

1 *Statutum Viterbii Rubrica 74. lib. 2. hic recenſetur.*

2 *Statutum Viterbii adimens facultatem teſtandi mulieri in præjudicium filiorum eſt æquum, & rationabile.*

3 *Filiorum favor prævalet cuicumque alteri cauſæ ſeu libertati teſtandi ad favorem Piæ Cauſæ.*

4 *D. Auguſtini ſententia ſuper prohibita exhæredatione liberorum favore Piæ Cauſæ.*

5 *Statuta in Italia plura vigent adimentia mulieri facultatem teſtandi in præjudicium filiorum & hic recenſentur.*

6 *Confirmatio conceditur, quando adſunt ſtatuta conſimilia in aliis Italiæ Civitatibus maximè in Urbe.*

7 *Statutum eo magis dicitur Juſtum, quo tendit ad conſervationem familiarum & pro hac populus ſupplicat.*

8 *Statutum adimens facultatem teſtandi mulieri favore fratrum non eſt confirmandum.*

9 *Statutum mandans quod mulier non poſſit facere actus ultimæ voluntatis, ſine præſentia fratrum & conſenſu non eſt æquum, neque confirmandum.*

10 *Statutum, quod mulier non poſſit facere actus, vel contractus inter vivos, ſine præſentia proximiorum eſt æquum, & videtur confirmandum.*

11 *Confirmatio Statuti inhabilitantis mulierem ad contrahendum ſine ſolemnitatibus poteſt concedi, cum clauſula, quod Juramenta cenſeantur dolo, & metu extorta.*

DECIS. XXXI.

Extat Statutum Civitatis Viterbii, quo ſub *rubrica 74. lib. 2.* expreſsè cavetur, quod Mulier habens filios, vel filias Laicos, filium, vel filiam ex filio Laico, & maximè ex diverſis matrimoniis procreatos, non poſſit teſtari, codicillari, nec aliquem contractum facere extrà perſonas filiorum, & filios ſuos de ſuis dotibus, & bonis privare, niſi tantummodò prò Anima ſua decem libras Papalinorum prò centenario relinquere - *quod ſi contrafacere tentaverit, vel ad actum contrafaciendi devenerit, tùm tale Teſtamentum, Codicilli, quivis contractus ſint nullius efficaciæ, vel valoris* -- Proſequendo verò diſpoſitionem ad ipſum ampliat reſpectu fratrum carnalium, & eorumdem filiorum ibi -- *Et idem intelligatur in muliere carente liberis habente Fratrem, ſeù Fratres carnales, ſeù filios Fratris, vel Fratrum carnalium* -- Progrediendo ulterius etiam ad contractus inter vivos ſancitum legitur, & quod nulla Mulier nupta, vel non nupta habens Fratrem, vel Fratres carnales, vel filios Fratris carnalis, vel Fratrum carnalium poſſit teſtari, codicillari, vel cauſa mortis donare, vel aliquem contractum, vel diſtractum facere, ſinè præſentia, & conſenſu eorumdem, improbando ſemper quoſcumque contractus juratos alitèr geſtos, ac præciſis, & formalibus verbis præcavendo -- *Et nihilominùs Mulier, quæ contraxerit, non ſervata forma præſentis Statuti, non poſſit conveniri, nec poſſit compelli prætextu obligationis, ſivè promiſſionis, vel præſtiti Juramenti per eam, & opponens, non audiatur, & incurrat pœnam decem librarum Papalinorum communi Viterbii applicandam* -- Inferiùs etiam ſuper hujuſmodi Juramento addendo - *Et quod utens tali Juramento puniatur in ducentis libris denariorum Papalinorum.* 1

Verùm quia hujuſmodi municipalis lex cùm cæteris in rubrica contentis juxtà varia Judicantium Ingenia, & opiniones non ſinè magno Civium ſumptu, incommodo detecta eſt plurium, & in dies litium productiva, ſub prætextu præſertim quod veluti reſtrictiva libertatis teſtandi, maximè ad favorem Piæ Cauſæ, vel tanquàm deſtituta ſpecifica Papæ confirmatione dubia redderetur ejuſdem ſtatutariæ Sanctionis validitas; Idcircò Communitas, & Homines Civitatis Viterbii bono Reipublicæ conſulentes. & pro Concivium nitore conſervationem bonorum in familiis exoptantes humillimas preces S. D. N. porrexerunt, prò obtinenda ejuſdem Statuti ſpecifica confirmatione ſuper quoad providum Montium *Tex. in l. humanum eſſe 8. Cod. de leg.* remiſſa huic noſtro Tribunali voto hujuſmodi cognitione exquiſivi a DD. meis uſque ſub die 22. Junii 1682. ad inſtantiam ſolius Communitatis. An eſſet locus confirmationi præfati Statuti? Sed ut firmior caperetur reſolutio, & ut quodammodo Jus, ac Intereſſe Eccleſiæ, quibus præfata diſpoſitio, mediante reſtrictiva legati ad primam Cauſam, adverſari videbatur perempta nul-

nullatenùs dicerentur ipſa Eccleſia inaudita DD. reſolutionem Cauſæ diſtulerunt ad aquas, reſcribendo quod in ipſius repropoſitione, nè audiretur Eminentiſſimus Epiſcopus, quouſque in præſens expectato ob Sedis Epiſcopalis vacationem paulò poſt hujuſmodi reſcriptum ſequutam, & hodiè etiam Eminentiſſimo Succeſſore audito pro confirmatione præfati Statuti juxtà modum inferiùs exprimendum edidit reſolutio.

Putaverunt ſiquidem DD. pro adequata, & tutiori reſponſione Statutariam diſpoſitionem in in quatuor partes dividere, quarum prima facultatem teſtandi, & contrahendi quocumque modo adimit dumtaxat mulieri habenti filios, & filias ex uno, vel pluribus Matrimoniis procreatos prætèr ſummam decem librarum Papalinorum pro centenario, & ex ſuprà notatis verbis Rubricæ colligitur, quoad hanc hujuſmodi Statuti confirmatio-
2 nem ſpecificam mereri DD. cenſerunt, quià æquum rationabile, & juſtum videbatur, proùt alias monuerunt *Corrad. in prax. Benefic. lib. 2. cap. 15. nu. 142. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 1. quæſt. 24. num. 40. verſic. occurrunt, & dixit Rota coràm Merlino deciſ. 828. n. 11. & 12., & in Seguntina Præbeminentiarum ſuper validitate Statuti 17. Maii 1681. coram R. P. D. Meo Rondinino.*

Equitatem ſuadebat honeſta illa ratio cæteris præferenda, ac primario à Statuentibus habita, quod tale Statutum reſpiciat dumtaxat favorem liberorum, ac iſtorum intuitu fuerit adempta facultas teſtandi mulieribus, quæ ob ſexus imbecillitatem nimis ſugeſtionibus ſubiectæ dicuntur, contrariando legibus, & auferendo ipſarum filiis id, quod aperto Jure tribuitur ſuper materna ſucceſſione, ideoque huiuſmodi favor quemadmodum prævalere debet cuicumque alteri Cauſæ, ſeù libertati teſtandi, ita & æquum, ac Juri conſentaneum videtur, quod ſemper prò viribus ſubſtineatur, & ita concludendo tenuerunt *Calderin. conſ. 20. de Con-*
3 *ſtitution. per tot.* ubi adducit Sententiam D. Auguſtini -- *Quicumque vult ex hæreditato filio hæredem facere Eccleſiam, quæret alterum, qui ſuſcipiat non Auguſtinum* -- quæ regiſtratur *in cap. final. 12. quæſtion. 4.*
4 *Zabarell. in terminis præſentis Statuti conſ. 144. per tot. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 24. num. 1. & ſeqq. Ferron. ad Statut. Urbis cap. 134. lib. 1. numer. 1. & ſeqq.*

Rationabilitatem, quo præſeferunt quamplura exempla ſimilium Statotum in Italia vigentium juxtà ſeriem latè recenſitam penès *Merlin. de Legitim. d. quæſt. 24. ſub numer. 1. lib. 3.* & ſignantèr
5 illorum habentium ſpecificam confirmationem à Papa, ut ſunt Statutum Urbis 134. à ſan. mem. Gregorio XIII. ſpecificè confirmatum, & Civitatis Beneventi ſpecifica itidem confirmatione Sixti V. munitum, de quo *Rota deciſion. 146. coram Dunoz. Seniore*, undè non niſi rationabilis videatur petita confirmatio, *argum. l. 1. Cod. de Jur. Jur. enuel. in §. Sed & ſi*, ibi -- *Debere omnes Civitates conſuetudinem*
6 *Romæ ſequi, & leges, quià caput eſt orbis terrarum* -- Et concordat *Tex. in can. quis neſciat diſt. 12. can. non decet diſt. 19. can. nulli fas ſit diſt. 20. cum aliis per Eminentiſſimum à Laurea in Epiſt. can. verb. Eccleſ. Roman. ritus congeſt.*

Juſtitiam movent preces totius Civitatis, ac Populi Viterbienſis, quibus communi omnium voto exponitur obſervantiam hujuſmodi Statuti bonum, ac utilitatem Reipublicæ, & familiarum præſeferre, itaut illius validitas ex vario Judicantium ſenſu ſub antiquo poſita; maximum præjudicium familiis etiam nobilibus intulerit cum everſione totius, ſeù majoris partis illorum ſubſtantiæ,
undè juſtum videtur, quod hodiè ad preces totius 7
Populi ſupplicantis hujuſmodi Satutum pro lege obſervandum proponatur, ut inquit *Imper. in §. hoc autem authen. de non eligen. ſecund. rubr.*

Secundùm verò partem ejuſdem Rubricæ, quam DD. in illis verbis ponderarunt -- *Et item intelligatur in muliere carente liberis habente Fratrem, ſeù Fratres Carnales, ſeù Filios Fratris, vel Fratrum Carnalium* -- Confirmatione ſpecifica non dignam eſſe reſponſum fuit, uti nimis reſtrictivam facultatis teſtandi, cum vix dari poſſit caſus, in quo mulier decedat, vel ſinè liberis, vel ſinè Nepotibus, vel ſinè Fratribus, vel ſinè Nepotibus ex Fratribus, & in omnem caſum ceſſat reſpectu Fratrum illa æquitas, illud Jus, & ille favor, qui concurrit in filiis, quivè reſpectu eorum facit validum, & rationabile Statutum, ut ex ſupra notatis, & allegatis colligitur, exindè enim ſequitur, quod etiam ceſſare debeat hujuſmodi ratio
confirmationis, & arguendo à contrario ſenſu in- 8
quit *Bald. in l. de quibus ff. de legibus Alex. conſ. 5. in fin. & conſ. 75. num. 5. lib. 5.*

Prò tertio verò diſtinctionis membro DD. conſiderarunt inferius diſpoſitum, ſeù expreſſa in Statuto quoad contractus inter vivos, ibi -- *Et quod nulla mulier nupta, vel non nupta habens Fratrem, vel Fratres Carnales, vel Filios Fratris Carnalis, vel Fratrum Carnalium poſſit teſtari, codicillare, vel cauſa mortis donare, vel aliquem contractum, vel diſtractum facere, ſinè præſentia, & conſenſu eorumdem* -- Quod ſanè membrum ſubdiſtinxerunt, juxta litteram ipſius Statuti, quoad actus inter vivos, & actus ultimæ voluntatis, & quoad hos nullam cofirmationem mereri, retenta præcedentium lectura DD. non dubitarunt, cùm relinquatur Mulieri, quoad perſonas inibi expreſſas libera poteſtas te-
ſtandi abſque alteriùs conſenſu, & præſentia, & 9
hoc quidem civili, & naturali æquitati conſentaneum videtur, cum Teſtamenta ab alieno pendeant arbitrio: Quo verò ad contractus intèr vivos, optatam confirmationem Statutum mereri, cùm ea moderatione, quod ſufficiat præſentia, & conſenſus duorum proximorum, recurrente in id potiſſima, & omnibus ſtatuentibus approbata ratione, quod in iis, in quibus Mulieres de facili circumveniri, ac decipi poſſunt, prout in Mandata contractuum, æquum, & rationabile videatur, quod adhibeatur præſentia, & conſen-
ſus proximiorum, ut ſuccurratur eorum imbecil- 10
litati, ac per præſentes proximiores recognoſcatur veritas, & utilitas contractus, ut paſſim in quibuſcumque Statutis habetur, ut omiſſis aliis diſponitur in Statuto Æſii, *ut in deciſ. 753. num. 10. par. 15. recent.*

Super quarta demum Rubricæ parte, quæ vires præſtiti Juramenti in contractibus reſpicit DD. omninò in arbitrium Summi Pontificis illius ſpecificam confirmationem repoſuerunt, hoc ſolùm reuerentiſſimè addendo, quod ſi magis Sanctitati
Suæ placuerit in confirmatione exprimatur, quod 11
Juramentum cenſeatur metu, & dolo extortum, ut in Statuto Urbis *cap. 149. & cap. 151. à ſan. mem. Gregor. XIII.* confirmato alias ſtatuentibus Laicis non eſt permiſſum directè infringere vires Juramenti ex Theorica *Bartol. in l. omnes Populi numer. 35. ff. de Juſtit., & Jur. cum concordan. relatis per Rotam coràm Dunoz. Jun. deciſion. 81. num. 8.*

Et ità ex præmiſſa diſtinctione conciliando

omnia

Digitized by Google

omnia , quæ ex parte Promotoris Fiſcalis Menſæ Epiſcopalis in oppoſitum deducebantur , ex eo quod præfatum Statutum , uti reſtringens facultatem teſtandi ad favorem piæ cauſæ eſſet contrà Jus Eccleſiæ , cum verè talis libertas in ſuis honeſtis caſibus intacta relinquatur , juxtà modum ſuperiùs expreſſum eſſe locum petitæ confirmationi Doctores reſponderunt utraque parte &c.

R. P. D. EMERIX.

Ronana , ſeù Portuen. devolutionis Tenutarum.

Lunæ 5. Maii 1687.

ARGVMENTVM.

Manutentio non debetur Emphytheutæ contra Dominum directum aſſociatum in vim Mandati Judicis ob non ſolutos Canones . Citatio pro acceptatione devolutionis non requiritur adverſùs Emphyteutam non poſſidentem , licet comprehenſum in inveſtitura. Purgatio moræ numquam denegatur Emphyteutæ non obſtante pacto reſolutivo , mora geminata , & etiam ſi Jus Eccleſiæ ſit effectum deterius , dummodo danmum reſarciatur . Et quamvis Eccleſia acceperit poſſeſſionem rei devolutæ , ac datur modus purgandi moram .

SVMMARIVM.

1 *Manutentio, ſeù reintegatio non competit Emphyteutæ contrà Eccleſiam Dominam directum , quæ poſſidet in vim Mandati Judicis , niſi conſtet Judicem nulliter , & injuſtè proceſſiſſe .*

2 *Manutentionis ad effectum non ſufficit , quælibet nullitas , & Injuſtitia , ſed debet eſſe parens , & & notoria , itaquod nullo velamine celari valeat.*

3 *Procuratorum comparitiones arguunt ſcientiam in principali declaratæ caducitatis per Eccleſiam Dominam directam .*

4 *Citationis defectus ſuppletur per Comparitionem Procuratoris .*

5 *Collegii Rector habet totale regimen , & adminiſtrationem Bonorum , & poteſt acceptare caducitatem abſque alio ſpeciali Mandato , quidquid in ſimcem Procuram .*

6 *Citatio Emphyteutæ non poſſidentis non requiritur in caducitate , ſed ſufficit citare Fratrem Emphyteutam poſſidentem .*

7 *Purgatio moræ numquam denegatur Emphyteutæ, niſi concurreat evidens protervia , & dolus Emphyteutæ .*

8 *Familia præclariſſima Urſina Ducis Bracciani conſtitnta in notoria impotentia cam antea opibus, & nobilitate floreret , & Dux eſſet magnus prci ordinis .*

9 *Emphytenta excuſatur à caducitate propter angultias rei familiaris .*

10 *Solutio Canonum ad computum receptorum ſine præjudicio incurſæ caducitatis excuſat ab illa .*

11 *A Caducitate excuſat quæcumque Cauſa etiam bellalis , & fatua .*

12 *Purgatio moræ conceditur . Emphyteutæ non obſtante pacto reſolutivo , & mora geminata . Etiam Jus Eccleſiæ effectum ſit deterius ne Dominum directi acceperit poſſeſſionem rei devolutæ .*

13 *Eccleſia tamquam pia mater debet eſſe contenta propi indemnitate , itunt ſi quid damni paſſa fecer: reſarcitur non antem debet cam alterius Jalar locupletari .*

14 *Purgandi moram modus qualis ſit .*

15 *Emphytenta in purgatione moræ non debet ſolvere Canones pro tempore quo fructibus caruit , & Dominus poſſedit .*

DECIS. XXXII.

OB non ſolutum Canonem per duplicatum biennium Rector Ven. Collegij Germanici, & Ungarici, cui auctoritate Apoſtolica vnita reperitur Abbatia SS. Andreæ , & Sabæ , acceptavit devolutionem quinque Tenutarum olim per clar. mem. Cardinalem Innocentium Cybo in Emphyteuſim conceſſarum autoritatibus moderni D. Ducis Bracciani ſub expreſſa lege , *quod ſi per biennium continuum deficiatur in ſolutione Canonis cadat qui defecerit à Jure præſentis Conceſſionis ipſo Jure , & ipſo facto etiam abſque alia deſuper facienda declaratione* , facta ſucceſſivè D. Duci judiciali interpellatione ſervatis ſervan. , obtinuit à R. P. D. Cavallerino Judice deputato per Protectores Collegii mandatum de aſſocian. , cum dilatione tamen duorum menſium eidem conceſſa ad ſolvendos Canones ; quo intimato, lapſiſque non ſolum duobus menſibus, ſed ferè anno cum dimidio, & continuante D. Duce in mora non ſolvendi appræhendit etiam realem poſſeſſionem . Quapropter poſt varia accidentia ſuperventa eidem R. P. D. Cavallerino Commiſſione Sanctiſſimi, ut procedat de voto Rotæ appellatione remota , datum fuit dubium ; *An D. Duci ſit danda manutentio , vel potiùs competat reintegratio , & purgatio moræ* . Et non eſſe dandam manutentionem, neque reintegrationem , ſed D. Ducem admittendum ad purgationem moræ juxtà modum inferiùs exprimen. Domini reſponderunt.

Siquidèm manutentio , ſeù reintegratio non competit contra Collegium , quod poſſidet in vim Mandati Judicis , niſi conſtet , Judicem nulliter , & injuſtè proceſſiſſe juxtà *Text. in l. juſtè poſſidet , & l. qui univerſas §. Item cum Pretor ff. de acquir. poſſeſ.* & tradita per *Ridolphin. in praxi par. 2. cap. 14. num. 130. Poſth. de manut. obſerv. 12. num. 25. & ſeqq. Rota deciſ. 223. numer. 5. par. 7. recent. deciſ. 43. numer. 1. coràm Gregor. & deciſion. 49. numer. 3. coràm Buratto:* 1
Imò non ſufficit ad hunc effectum quælibet nullitas , & Injuſtitia , ſed debet eſſe patens , & notoria , ità quod nullo velamine celari valeat , ut dixit *Rota deciſion. 337. numer. 1. & 2. coram Caval. deciſion. 106. numer. 3. coram Rembold. deciſion. 158. num. 5. & 6. coràm Buratt. in Romana Reintegrationis 30. Aprilis 1677. §. Hinc propterea coram Reverendiſ. Bourlemont , & in Interamnen. Prædii 26. Junii 1679. §. cumque etiam coràm Eodem .* 2

Tales autèm viſæ non ſunt tres nullitates adductæ

ſtę ab Informan. pro D. Duce ; non quidem
prima, quod declaratio Caducitatis intimata fue-
rit D. Duci, mediante ſimplici citatione exequta
Domi dimiſſa copia, non autem mediante citatio-
ne perſonali. Quia quidquid ſit, an hæc de jure
requireretur illius defectus ſanatus remanſit per
plures ſucceſſivas comparationes, & actus in cau-
ſa geſtos a Procuratoribus D. Ducis, ex quibus
quemadmodùm reſultat certa, & indubitata ſcien-
tia declaratæ caducitatis, ſic etiam tollitur quæ-
cumque nullitas ex defectu citationis, quæ ſolùm
requiritur, ad hoc ut reus certior fiat de inſtantia
Actoris, ad tradita per *Rot. deciſ. 191. numer. 19. poſt
Zecch. de obligat. Cameral. deciſion. 134. numer. 6. par.
9. deciſion. 390. numer. 1. & 10. par. 16. rec. deciſ. 491.
numer. 6. & 7. coram Bich. & deciſ. 269. num. 4. & ſeqq.
coram Em. D. meo Ottobono.*

Neque ſecunda quod Caducitas declarata
fuerit. P. Caprino ſine ſpeciali mandato ad hunc
effectum requiſito. Quia hæc procederet, quan-
do P. Caprinus eſſet ſimplex Procurator Colle-
gii; ſecus verò ubi (prout hic) erat legitimus
Rector, penesque ipſum reſidet totale regimen,
& adminiſtratio bonorum, & Jurium Collegii;
nàm in his terminis tamquam legitimus Admini-
5 ſtrator rectè potuit declarare caducitatem per ea,
quæ in fortioribus terminis tradunt *Soccin. Senior.
conſil. 66. numer. 20. lib. 3. Altograd. conſil. 85. numer.
47. Corbul. de Cauſ. privat. ob non ſol. Can. limit. 21.
numer. 17. Adden. ad Buratt. deciſion. 617. verſ. ſecun-
do limitatur.*

Nec denique tertia, quod non fuerit in hoc
Judicio citatus Dominus Princeps Vicovarij fra-
ter Domini Ducis, habens jus ſuper Bonis, tan-
quam compræhenſus in Inveſtitura. Quia cum
bona poſſiderentur ſolùm à Domino Duce, iſte
dumtaxàt citari debebit, ejuſque citatio ſufficit ad
hoc, ut res cum ipſo acta ſubſtineatur, & non
6 poſſit dici de nullitate, & injuſtitia judicii à fratre
non poſſidente, ut in his terminis tradunt *Salicet.
in l. 2. numer. 13. in fine, & Jaſ. numer. 192. verſ. 7.
quæra Cod. de Jure Emphyt. Ruin. conſ. 165. numer. 10.
& conſ. 168. numer. 6. libr. 1. Rota deciſion. 343. num. 1.
coràm Coccin. deciſ. 398. num. 4. coràm Cavaler. deciſ. 79.
num. 6. coram Bich. deciſ. 416. num. 2. coràm Priol. & in
Fanen. fideicommiſſi ſuper exceſſu 13. Januarii 1679. §.
fin. coràm Reverendiſſimo Bourlemont.*

Cęterùm placuit admittere D. Ducem ad
purgationem moræ, quià hæc ex benigno ſtylo
hujus noſtri Tribunalis numquàm denegari ſolet,
niſi concurrant evident protervia, & dolus Em-
7 phyteutæ, ut per *Rotam deciſ. 388. num. 4. coràm
Gregor. deciſ. 624. numer. 8. coràm Buratto deciſion. 118.
numer. 11. coram Arguelles, & deciſ. 519. num. 2. coram
Vbaldo, & alibi paſſim*; iſta autem in præſenti pror-
sùs excluduntur ex notoria impotentia præclariſ-
8 ſimæ Familiæ D. Ducis, quæ licèt ante actis tem-
poribus non magis nobilitate, quàm opibus flo-
reret, hodiè tamen vix habet ſufficientes redditus
pro condecenti ſubſtentatione, hæc ſiquidem rei
familiaris anguſtia, præſertim in Magnate primi
ordinis, ſine dubio præbet juſtam cauſam excuſa-
tionis à pœna caducitatis, prout aliàs in quibuſ-
9 cumque perſonis indiſtinctè illam admittunt *Jaſ.
in l. 2. numer. 54. & 56. Cod. de Jur. Emphyt. Mantic.
de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 27. numer. 54. Surd.
de Aliment. tit. 1. quæſt. 48. numer. 37. Fulgin. de
Emphyt. tit. de ſolut. Can. par. 1. num. 379. Rot. deciſ. 94.
num. 5. coràm Cavalleria deciſ. 337. num. 1. & deciſ. 473.
num. 1. par. 13. recent.*

Accedente potiſſimum, quod Dominus Dux
de anno 1674. ſolvit Canonem anni 1670. & ſic
quoad valuit curavit ſatisfacere propriæ obligatio-
ni; imò per hanc ſolutionem à Collegio receptam
poſt acceptatam Caducitatem juſtè credere potuit
fuiſſe ſibi remiſſam Caducitatem, tametſi illa recep-
ta fuerit cum clauſula -- *ſine præjudicio*, quia contro-
verſum eſt apud Doctores, utrum hæc præſerva-
tio tanquam contraria facto ſuffragetur ad effe-
ctum excludendi remiſſionem, ut videre eſt apud
*Surd. conſ. 86. nu. 14. Gratian. diſcept. 633. n. 38. Corbul.
de Cauſ. privat. ab non ſolut. Canon. ampliat. 9. num. 10.
& ſeqq.* Junctiſque tribus nullitatibus, de quibus
ſupra, quæ licet judicialitèr examinatæ viſæ ſint
non ſubſiſtere; Nihilominùs potuerunt præbere 10
D. Duci probabilem Cauſam credendi, ſibi fuiſſe
minùs legitimè declaratam caducitatem, ad quam
evitandam ſufficit quæcumque cauſa etiam be-
ſtialis, & fatua, proùt tradunt *Seraphin deciſion.
1228. numer. 5. Gregor. deciſion. 388. numer. 4. Bu-* 11
*ratt. deciſion. 624. numer. 8. Arguell. deciſion. 118.
numer. 11. Ninott. deciſ. 48. numer. 7. Rota in recent.
deciſ. 160. num. 32. par. 10. deciſ. 257. num. 6. par. 11.
& deciſ. 65. num. 4. par. 17.*

Hinc non refert, quod in Inveſtitura adſit pa-
ctum reſolutivum, quodque alias Dominus Dux
fuerit admiſſus ad purgationem moræ, & conſuma-
ta executio favore Collegii, ac jus Eccleſiæ effe-
ctum deterius, quia non obſtantibus his, & ſimi-
libus circumſtantiis ſemper, & quandocumque
Rota admittit Emphyteutam ad purgationem mo- 12
ræ, quotiès proùt hìc conſtat de notoria illius im-
potentia, & ſubeſt aliqua Cauſa credendi fuiſſe re-
miſſam ſivè nulliter declaratam caducitatem, ut
firmavit, & ſervavit *in deciſ. 336 & deciſ. 473. par. 13.*
in qua ſimiliter aderat pactum reſolutivum, quod-
que plus eſt Dominus directus in vim mandati de
aſſociando per ſpatium decem annorum poſſederat
Domum. Et faciliùs quando agitur cum Eccleſia,
quæ eſt pia Mater, quæque debet eſſe contenta
propria indemnitate; Itaut ſi quid damni paſſa
fuerit, ei reſarciatur, non autem velle cum alterius 13
jactura locupletari, ut ad rem ponderat *Joſeph Lu-
dovic. deciſ. Peruſ. 90. num. 6.*

Modus autem purgandi moram eſt, quod Do-
minus Dux reficiet Collegio omne damnum, &
intereſſe, quod paſſum eſt poſt declaratam caduci-
tatem, & quod pateretur per admiſſionem ad pur-
gationem moræ, quodque promptè, & integrè per-
ſolvat omnes Canones, antequam illi reſtituatur
poſſeſſio, exceptis decurſis de tempore, quo Col-
legium poſſedit, & fructus percepit; Æquitas enim
non patitur, ut pro tempore, quo Emphyteuta
fructibus caruit, prægravetur onere ſolvendi Ca-
nones, ut aliàs reſpondit, & ſervavit Sac. Concil. 15
Neapolit. teſte *Sanfælic. deciſ. 114. num. 6.*

Et ità rejectis ad particularem diſputationem
exceſſibus in exequtione prætenſis à Domino Du-
ce, eorumque relevantia pro manutentione, ſeù
reintegratione reſolutum fuit utraque &c.

R.P.D.

R. P. D. E M E R I X.

Romana, ſeù Portuen. Tenutarum.

Veneris 25. Junii 1694.

A R G V M E N T V M.

Nobilis doctrina hic enucleatur. An Emphyteuta poſt incurſam, & declaratam caducitatem teneatur reſtituere fructus Domino directo. Poſſeſſio Inſtrumentalis nullum parit effectum, dum alius continuavit in naturali poſſeſſione Emphyteuſis per admiſſionem ad purgationem eſt eadem cum antiqua, & operatur ex tunc, non autem ex nunc, explora auctoritate *Cardin. de Luca de Emphyt. diſc.* 41. Deciſio menti tenenda, & pro lege regiſtranda.

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteuta quoties admittitur ad purgandam moram & pena privationis remittitur, non tenetur reſtituere fructus Domino directo perceptos poſt incurſam, & declaratam caducitatem.*

2 *Emphyteuta bona fide percipit fructus poſt incurſam, & declaratam caducitatem ob ſpem purgandi moram quia non eſt totaliter privatus.*

3 *Poſſeſſio Inſtrumentalis nullum parit effectum favore illius, qui eam accepit dum alius continuavit in naturali poſſeſſione.*

4 *Etiamſi ſit capta de mandato Judicis.*

5 *Poſſeſſio inſtrumentalis dicitur amiſſa, dum is qui eam accepit ſpatio quinque annorum permiſit quod alius poſſideret, & fructus perciperet.*

6 *Empyteuſis per admiſſionem ad purgationem moræ in Emphyteuta refirmata, ac ſtabilita non eſt nova ſed una, & eadem cum antiqua.*

7 *Purgatio moræ operatur ex nunc, non autem ex tunc, & eſt juris fictio, quæ non operatur in præjudicium Tertii, cui fuit medio tempore Jus quæſitum.*

8 *Sed contrarium eſt verius, ſcilicet quod Purgatio moræ operatur ex tunc, non autem ex nunc cum omnimoda Emphyteuta reintegratione.*

D E C I S. XXXIII.

INſtante Domino Duce die 31. Martii proximè elapſi pro expeditione Cauſæ, & viceverſa Collegio Germanico, & Hungarico pro nova audientia ſuper puncto admiſſionis ad purgationem moræ per geminas deciſiones editas 5. Maii 1687. & 2. Decembris 1693. reſoluto favore D. Ducis, & utroque unanimitèr ad diverſos tamen effectus ſingulis fauorabiles impugnante modum admiſſioni hujuſmodi præſtitum in poſteriori deciſione reſcriptum fuit: *Audiatur, & ſcribatur ſtrictè ſuper modo purgandi moram*: Undè ad hujus reſcripti normam dato hodie per me dubio: *An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis ſuper modo præfato?* Domini cenſuerunt ſtandum in deciſis quo ad fructus per D. Ducem perceptos à die incurſæ, ac etiam declaratæ caducitatis uſque ad diem inſtrumentalis poſſeſſionis per Collegium apprehenſæ, & quoad perceptos à die inſtrumentalis uſque ad diem naturalis poſſeſſionis Collegii recedendum, & quoad perceptos è converſo per Collegium à die petitæ judicialitèr adverſus ipſum admiſſionis ad purgationem moræ uſque in præſens non fuerunt concordes.

Steterunt ſiquidem in deciſis quoad fructus perceptos à die incurſæ, ac etiam declaratæ caducitatis uſque ad diem inſtrumentalis poſſeſſionis Collegii: nàm quidquid ſit in abſtracto loquendo, utrum emphyteuta ceſſans in ſolutione Canonum teneatur fructus Domino reſtituere à die incurſæ caducitatis, vel potiùs illius declarationis, & rurſùs an ſaltem dies incurſæ caducitatis attendi debeat, quotiès in Inſtrumento Inveſtituræ conventum fuit, quod ob ceſſationem in ſolutione Canonum emphyteuta cadat à Jure conceſſionis abſque alia declaratione, inſpectiones hujuſmodi viſæ ſunt Dominis applicabiles, quotieſcumque agitur de exequenda adversùs emphyteutam devolutione, ſeu caducitate, eoque jure ſuo cum effectu privando, non autem in caſu, quo (prout hic) ille recipitur ad purgandam moram, & ſic judicium devolutionis, ſeù caducitatis effectui non demandatur, ac pœna privationis remittitur; In his quippè terminis nullos videtur emphyteuta cogendus fructus Domino reſtituere: Tùm quià illos bona fide percepit ob ſpem, quam habuit 1
confirmandi ſibi jus ſuum per remedium purgationis moræ de jure competens: Tùm etiam quia non eſt emphyteuta totalitèr privatus jure ſuo, donec 2
poteſt purgare moram, ut tradit *Jo: ab Imola in cap. potuit ſub n. 29. verſ. ſed circà iſtam de locat. & conduct. Soccin. conſ. 167. num. 12. lib. 2. Riminald. Sen. conſ. 421. num. 19. Bardellon. conſ. 55. num. 14. lib. 1. Mantic de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 23. num. 17. Corbul. de jur. emphyteut. tit. de cauſ. privat. ob non ſolut. canon. ampliat. 38. in princ. Rot. dec. 361. num. 74. par. 11. recent.*

Et ex his receſſerunt à deciſis quoad fructus perceptos à die Inſtrumentalis, uſque ad diem naturalis poſſeſſionis Collegii, quià dum ea non obſtante, Collegium ſivit, quod D. Dux fructus perciperet, recurrunt eædem rationes, quod illos bona fide percepit, & cum titulo non totalitèr reſoluto, ſed confirmabili per admiſſionem ad purgationem moræ, nec poſſeſſio inſtrumentalis ul- 3
lum parit effectum, dum Alius continuavit in naturali poſſeſſione, ut latè probat *Poſth. de manut. obſervat. 21. num. 35. & ſeqq. & obſerv. 71. num. 18. verſ. & etiam fortis Rota penès ipſum deciſ. 42. num. 3. & deciſ. 334. num. 2. par. 2. coram Verallo* etiamſi capta dicatur de mandato Judicis, & ejus auctoritate *Poſth. d. obſervat. 21. num. 55. in fine Rota deciſ. 186. numer. 4.* 4
coram Buratt. præſertim quando (prout hic) capta fuit poſt longum temporis intervallum à die expeditionis mandati, & rursùs non citato D. Duce, ac citrà ſcientiam illius *Poſth. loco ſupra citato Rota deciſ. 613. num. 5. & deciſ. 1075. num. 3. coram Coccin. deciſ. 97. num. 2. coram Peutinger. & deciſ. 262. num. 11. coram Bich.* & quod plus eſt, Collegium ſpatio quinque annorum fructus non percepit, nec petiit, ſed ſciens prudens percipi paſſum fuit per D. 5
Ducem, quo ſtante, poſſeſſionem, ſi quam ſibi

quæſivit, vel amiſiſſe dicitur, vel dimiſiſſe *Cravett. conſ.* 235. *num.* 1. *Alex. conſ.* 235. *numer.* 1. *Giovagnon. conſ.* 170. *numer.* 1. *&* 18, *lib.* 2. *Gratian. diſcept.* 454. *num.* 6. *Rot. deciſ.* 18. *num.* 1. *&* 5. *coram Merlin. deciſ.* 730. *num.* 6. *coram Buratt. & deciſ.* 649. *numer.* 11. *& ſeqq. coram Bich.*

Nec obſtant ponderationes in contrarium adductæ pro parte Collegii: non quidem prima, quod emphyteuta condemnetur ad reſtituendos Domino fructus à die incurſæ, vel ſaltem declaratæ caducitatis ex cauſa ipſius privationis, ac reconſolidationis dominii utilis cum directo, & ſic ad euadendam ejuſmodi reſtitutionem bona fides non juvet, quoniam in ſtatu, & terminis noſtris, in quibus nempè licet emphyteutæ purgare moram, ipſe reperitur (ut & ſuprà tetigimus) non tantum in bona fide, ſed etiam in juſto titulo, qui non totalitèr ab eo abdicatur, uiſi poſtquam ampliùs non poteſt purgare moram, ut conſtat ex præcitatis auctoritatibus, ac ex eo etiam quo di-
6 citur, emphyteuſim per admiſſionem ad purgationem moræ in emphyteuta refirmatam, ac ſtabilitam, non eſſe novam, ſed unam, & eamdem cum antiqua, ut per *Jaſ. in l.* 2. *num.* 126. *in fine Cod. de jur. emphyt. Gabr. conſ.* 75. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 2. *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 25. *num.* 17. non attenta replicatione, quod auctoritates hujuſmodi loquantur in terminis emphyteutæ moram purgantis ante caducitatis declarationem, quia eadem prorsùs ratio militat etiam poſt declarationem caducitatis, quandocumque poſt ipſam admittitur purgatio moræ. Neque ſecunda quod purgatio moræ ope-
7 retur ex nunc non autem ex tunc, & ſit Juris fictio, quæ non operatur in præjudicium Juris medio tempore alii acquiſiti ex traditis per *Card. de Luc. de emphyt. diſc.* 41. *num.* 5. Quoniam imò veriùs videtur illam operari ex tunc, non autem ex nunc cum omnimoda emphyteutæ reintegratione, & indemnitate Jurium emphyteuticorum cum (ut
8 patitur) ſe habeat per modum refirmationis, ac ſtabilimenti in primævo jure, & tollendo privationis cauſam, non privationem, quæ nulla eſt, ubi ejus cauſa ſopibilis, & reducibilis eſt ad non cauſam: nec denique tertia, quod ex facto D. Ducis proceſſerit, quominùs Collegium apprehenderit poſſeſſionem naturalem: Quoniam id nullatenùs juſtificatur, ut omnes actus ad hunc effectum adducti percutiunt tempus poſt apprehenſam per Collegium eamdem poſſeſſionem naturalem.

Et ità ſuffragantibus omnibus Dominis deciſum fuit utraque &c.

R. P. D. DELL' OLMO.

Romana, ſeu Portuen. Tenutarum ſuper fructibus.

Lunæ 17. *Junii* 1697.

ARGUMENTUM.

Purgatio moræ tollit devolutionem acti numquam fuiſſet incurſa, adeout Emphyteuta faciat fructus ſuos poſt incurſam, & declaratam caducitatem. & fortius à die motæ litis contra Dominum ſuper purgatione; Nec obſtat Inſtrumentalis poſſeſſio capta per Dominum, niſi quoque accipiat naturalem expulſis Colonis, & quatenus eam adipiſcatur, Domino non opitulatur à die motæ litis.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuſis reviviſcit propter purgationem moræ ex æquitate Juris Canonici.*

2 *Emphyteuta poſt incurſam, & declaratam caducitatem remanet poſſeſſor Juſto titulo, & facit fructus ſuos.*

3 *Purgatio moræ facit ceſſare devolutionem perinde, ac ſi non eſſet incurſa.*

4 *Purgatione moræ conceſſa Emphyteuſis non dicitur nova, ſed antiqua, ac eadem, ut prior, ideoque pro ea non accipitur nova inveſtitura, ſed continuetur antiqua.*

5 *Domini directi patientia, quod Emphyteuta remaneat in poſſeſſione poſt incurſam, & declaratam caducitatem ſufficit ad excuſandum Emphyteutam à fructuum reſtitutione.*

6 *Fructus, ut acquirantur totum facit bona, vel mala fidei percipientis.*

7 *Emphiteutæ jure reſoluto dominium utile cum directo conſolidatur, nec Emphyteuta facit fructus ſuos.*

8 *Emphyteutæ Jus non reſolvitur, ſi fuit deinde admiſſus ad purgationem, & in quibus terminis procedat contraria concluſ.*

9 *Purgatio moræ operatu reſtitutionem in priſtinum, ac ſi numquam devolutio fuiſſet incurſa.*

10 *Poſſeſſio Inſtrumentalis, abſque recognitione Colonorum in dominum, remanente alio in poſſeſſione naturali, habetur pro non capta, nec privat poſſeſſorem naturalem, etiam ſi intereeſſerit auctoritas Judicis.*

11 *Fructus ſunt reſtituendi à die motæ litis nulla facta diſtinctione an poſſeſſor juſtam, vel injuſtam litigandi Cauſam habuerit.*

12 *Aſſociationis in Sequelam veniunt reſtituendi etiam fructus à die motæ litis.*

13 *Æquitas indulgens Emphyteutæ moræ purgationem non patitur, quod Dominus directus reſtituat etiam fructus.*

14 *In Reſtitutione in integrum conceſſa gratiosè per Principem non veniunt reſtituendi fructus percepti.*

15 *Pur-*

15 *Purgatio moræ non innititur gratiæ, ſed æquitativæ diſpoſitioni clauſæ io corpore Juris Canonici receptæ in Tribunalibus Eccleſiaſticis, & in Rota.*
16 *Fructus reſtituendi ſunt, quos habiturus eſſet, ſi res reddita fuiſſet in principio motæ litis.*
17 Catdinalis de Luca declaratur.
27 *In reſtitutione in integrum conceſſa ex juſta Cauſa veniunt fructus, uſque ab initio.*
18 *Fructus veniunt etiam in renovatione Emphyteuſis od favorem proximioris illum petentis.*
19 *Fructus percepti à Domino directo naturaliter poſſidente Emphyteuſim devolutam ante motam litem ſuper purgatione moræ debentur Domino non tamen illi, qui à die motæ litis percipiuntur.*
20 *Depoſiti realis defectus non poteſt opponi à Domino directo, ſi illud impedivit, & ſic habetur pro facto.*
21 *Depoſitum ſufficit, quod fuerit oblatum verbaliter, & deinde ad effectum perductum, quando ex auctoritate rei judicatæ fuit ſuppletus conſenſus contradicentis.*

DECIS. XXXIV.

POſtulante de anno 1684. D. Principe] Don Flavio Urſino judicialitèr ſe admitti ad Beneficium purgationis moræ adversùs caducitatem incurſam ;ob non ſolutos Canones Collegio Germanico Urbis Domino directo, obtentoq; deſuper] juxtà votum noſtri Tribunalis decreto favorabili ab A. C. Signatura Juſtitiæ ad provocationem Collegij reſcripſit -- *Ad Rotam de Cauſa restitutionis in integrum ſine præjudicio rei judicatæ*, cujus reſcripti; vigore recuperata per Principem naturali poſſeſſione Tenutarum, de quibus eſt quæſtio, indè coram me duo principalitèr venerunt in diſputatione; Alterum ſuper validitate, & juſtitia præcitati decreti admiſſionis ad purgationem moræ, de quo in alia deciſione hac eadem die favore D. Principis ædita, & alterum ſuper Fructuum reſtitutione hinc indè ab vtroque Collitigante prætenſa juxtà diſtinctionem temporum inferiùs ordinatim reſerendam, in quo auditis omnium DD. ſuffragiis reſponſum acceppi, *Fructus non eſſe reſtituendos per Principem, ſed per Collegium juxtà modum*.

Prioris partis reſolutionis ea fuit ratio, quia
loquendo de primo, & ſecundo tempore effluxo à
die incurſæ, & reſpectivè declaratæ caducitatis,
uſque ad inſtrumentalem poſſeſſionem, quàm de
anno 1677. idem Collegium appræhendit, cum de-
claratione prædicta non obſtante, Contractus
emphyteuticus non fuerit ità reſolutus, quo minùs
adhuc reviviſcere non poſſet per admiſſionem D.
Principis ad beneficium purgationis moræ ex
æquitate ſcripta Juris Canonici *in cap. potuit de locat.*
1 *& conduct.* quam in his terminis latè expendunt *Be-*
rous ibidem num. 143. & Jo: de Imol. num. 29. Riminald.
Sen. conſ. 421. num. 19. lib. 3. Gabriel. conſ. 75. num. 6.
& 7. lib. 2. Cephal. conſ. 25. num. 44. lib. 1. Soccin. Sen.
conſ. 167. numer. 9. lib. 2. Bardellon. conſ. 55. num. 14.
lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 33. num. 17. Rota
deciſ. 1088. num. 24. & 25. coram Coccino, & deciſ. 43.
num. 11. coram Ninott. prout & eventus ipſe decla-
ravit in Judicio per rem judicatam favore Princi-
pis fæliciter abſoluto, & probant deciſiones Cau-
ſæ, quæ Votum Rotale præceſſerunt *ſub die 5. Maii*
1687. §. Cæterum placuit, & 2. Decembris 1693. §. Ad-
mittendus autem cum tribus ſequent. coram bo. mem. Eme-
rix Decano, inde aſſequimur ad aſſumptum peti-
tionis Collegii pœnitùs adverſativum, quod Prin-
ceps ita ex juſto titulo, & bonæ fidei poſſeſſor re-
manſerit, & propterea fecerit fructus ſuos, ut omiſ-
ſis genaralibus, *Rota deciſ. 361. num. 74. par. 11. recent.*
Adeò enim verum eſt, quod Contractus emphy- 2
teuticus non reſolvatur in totum poſt incurſam,
& declaratam caducitatem, durante tempore, ſeu
ſpe purgandi moram, ut per admiſſionem ad illam
ceſſet caducitas, ſeu devolutio, perindè, ac ſi non 3
eſſet incurſa juxtà firmata per *Rot. in deciſ. 183. nu. 2.*
& 8. coram ſan. memor. Alexandro VIII. & deciſ. 419.
num. 23. coram Dunoz. Jun. & Emphyteuſis non di-
catur nova, ſed antiqua, ac eadem, ut priùs;
Ideòque pro ea non accipitur nova inveſtitura, ſed
continuatur antiqua, *Jaſ. in l. 2. numer. 126. in fin.* 4
Cod. de Jur. emphyt. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22.
tit. 33. num. 17.

Potiſſimum verò cum ſpem conceptam adau-
xerit factum ipſorum Rectorum Collegii tam ne-
gativum, quippe ipſis patientibus D. Princeps
etiam poſt incurſam, & declaratam caducita-
tem Tenutas pacificè poſſedit, quod ſufficere ad
excuſandum emphyteutam à fructuum reſtitutio-
ne tradunt, *Facchin. controv. jur. lib. 1. cap. 94. verſ.* 5
non obſtant Amic. de jur. emphyt. quæſt. 72. num. 5. Ho-
diern. ad Surd. deciſ. 29. num. 7. Chriſtin. deciſ. Belgic.
lib. 1. deciſ. 321. à num. 4. uſque ad 12. & lib. 3. deciſ.
520. numer. 5. quam etiam poſitivum reſultans ex
Canonum ſubſequuta receptione, quæ quidquid
ſit, an induxerit remiſſionem ejuſdem caducitatis
præcedentèr declaratæ, certum eſt, quod juſtam
præbuit Cauſam D. Principi credendi illam, vel
ſibi fuiſſe remiſſam, vel remiſſuram ſolventi reli-
quos Canones, quod ſatis eſt ad effectum lucran-
di fructus, cum in hac materia totum faciat bona,
vel mala fides percipientis, ut in ſpecie firmat,
Gall. de fruct. diſp. 11. art. 1. numer. 60. & probant de- 6
ciſiones hujus Cauſæ coram bo. me. Emerix.

Mon obſtat, quod prædicta demùm proce-
dant, ubi declarata caducitas non perducitur ad
effectum, ſecùs autem cum illam ſubſecuta fuerit
poſſeſſio per Dominum directum apprehenſa, per
quam, reſolutio jure emphyteutæ, dominium uti-
le conſolidatum cum directo ab illo abſtulit, & ti-
tulum, & bonam fidem aptam ad producendum
fructus ejuſdem favore ad notata per *Felin. in cap. de* 7
quarta ſub num. 33. de præſcript. Soccin. Sen. conſ. 167.
num. 12. lib. 2. Coſt. de jur. & fact. ſcient. & ignor. tit.
commun. utriuſque reg. 3. num. 3. & ſeq. Clar. in §. Em-
phyteuſis, quæſt. 9. in princ. Corbul. de jur. emphyt. tit. de
cauſ. privat. ob non ſolut. Canon. ampliat. 45. ſub nu. 2.
Borgnin. Cavalcan. deciſ. 43. num. 47. lib. 2. Benintend.
deciſ. Bonon. 37. numer. 15. & ſeq. Quia cum deſigna-
tus effectus devolutionis non fuerit irrevocabilis,
prout talis evaſiſſet ſi vel effluxum fuiſſet tempus
ad moram purgandam, vel de illa emphyteuta,
nullatenùs curaſſet; in quibus terminis intelligen-
di ſunt DD. in contrarium adducti, prout ita ſe 8
explicant in ſpecie, *Soccin. Sen. d. conſ. 167. ſub eo-*
dem num. 12. Coſt. de jur. & fact. ſcient. & ignor. d. reg. 3.
in fin. Corbul. d. tit. de cauſ. privat. ob non ſolut. Canon.
ampliat. 38. Quin potiùs de facto revocatus fuerit
per admiſſionem Emphyteutæ ad purgationem
moræ, per hanc, ſicuti Princeps reſtitutus fuit in
priſtinum adverſus incurſam, & declaratam devo-
lutionem, ac ſi iſta numquam fuiſſet inducta, *Ja-* 9
ſon. in l. 2. numer. 126. in fin. Mantic. de tacit. lib. 22.
tit. 33. numer. 17. Rota coram Seraph. deciſ. 1496. nu. 2.
& coram ſa. me. Alexandro VIII. deciſ. 185. num. 2. &
8. & deciſ. 277. num. 9. par. 11. rec. Et concordant
allegat. in principio; ità ex eodem jure ipſi reman-

ſit confirmatus titulus faciendi fructus ſuos, ut probant *deciſ. bo. mem. Emerix 2. Decembr. 1693. & 25. Junii 1694. utrobique §. fin.*

Sub eadem cenſura cadunt quoque fructus, quos iuxta tertium tempus D. Princeps percepit à die inſtrumentalis poſſeſſionis per Collegium adeptæ de anno 1677. uſque ad diem 10. Maii 1682. in quo naturalem poſſeſſionem fuit aſſequutum; nam cum illa capta fuerit non citato in eo actu D. Principe, minuſque obtenta à Colonis recognitione in Dominum, & quod plus eſt ſucceſſivè Collegium paſſum fuerit D. Principem continuare in ſua præcedenti naturali poſſeſſione non referibili ad aſſertas contradictiones miniſtrorum ejuſdem Principis, de quibus nullum exhibitum fuit documentum, quemadmodum exinde remanſit imperfecta, & pro non capta ad omnes juris effectus, nec priorem poſſeſſorem ſua poſſeſſione privavit, ut de
10 poſſeſſione capta non citato poſſeſſore eſt *Text. in l. quod meo, §. fin. & l. pergere, §. fin. de acquir. poſſeſſ. cap. licet cauſam de probat. Poſth. de manut. obſerv. 10. nu. 85. & obſer. 21. num. 35. & plurib. ſeqq.* ubi concordantes, *Rot. apud eumdem deciſ. 421. num. 3. & coram Buratt. deciſ. 146. num. 2.* ubi etiamſi interceſſerit auctoritas Judicis, *& coram Bich. deciſ. 268. num. 11.* & in terminis DD. directi *deciſ. 1073. coram Coccin. & in Nullius, ſeu Senogallien. Bonorum ſuper manutentione 13. Junii 1695. §. Abſque eo quod coram R.P.D. meo Muto*, & de capta non ejectis Colonis, ſi prior poſſeſſor adhuc continuavit in ſua naturali poſſeſſione *Honded. conſ. 21. numer. 25. lib. 2. Poſth. de manut. obſer. 21. numer. 42. & 53. & obſer. 71. num. 18. Rota poſt eumdem d. deciſ. 421. num. 3. & deciſ. 334. num. 2. par. 2. coram Veralo, & in ultima deciſ. bo. me. Emerix, §. Et ex his receſſerunt.* Ità etiam in neceſſariam conſequentiam nihil magis operari potuit, quàm antecedens declaratio devolutionis, de cujus inefficacia ad effectum, de quo agitur ſupra diſſervimus.

Abſoluto ex prædictis D. Principe à fructuum reſtitutione per Collegium prætenſa, DD. tranſeundo ad ſecundam partem reſolutionis concernentem fructus per Principem econversò adverſus Collegium peritos, quamvis deberi minime crediderint à die 10. Maii 1682. uſque ad diem 3. Martii 1684. quo commiſſa fuit Cauſa ſuper purgatione moræ, [& in hoc ſtetit reſolutionis modus) illos tamen omninò debitos autumarunt a prædicta die 3. Martii 1684. uſque ad annum proximè elapſum, in quo Princeps ad ſuam naturalem poſſeſſionem fuit reſtitutus ex eo fundamentali principio, quod quando actio eſt directa in rem, fructus ſunt reſtituendi a die motæ litis, nulla habita diſtinctione an poſſeſſor juſtam, vel injuſtam litigandi Cauſam habuerit, cum ad iſtum effectum, nec ſit neceſſaria mala fides vera, quæ reſultat ab explicita rei alienæ ſcientia, ſed ſufficiat præſumpta, & facta ex litis conteſtatione proveniens, ut ſunt
11 jura aperta in *l. videamus 38. ff. de uſur. l. ſi ædiles 25. §. Item ſciendum, ff. de ædil. edict. l. item veniunt 22. §. petitum, & l. ſed, & ſi 25. §. ſi ante litem, ff. de petition. hæred. l. nemo rem 82. §. 1. ff. de verbor. oblig. l. Julianus 17. ff. de rei vindicat. l. 3. Cod. eod. tit. & l. 2. Cod. de fruct. & lit. expenſ. Peregrin. de fideicom. art. 49. num. 137. Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 16. num. 77. & ſeqq. Fontanell. deciſ. 72. num. 5. & deciſ. 206. num. 12. Rota coram Buratt. deciſ. 184. num. 1. & coram Merlin. deciſ. 663. num. 1. & deciſ. 22. num. 1. par. 11. rec.*

Neque adverſus legale hoc fundamentum obſtare viſa ſunt plura in contrarium excitata objecta; non primum quod Emphyteutæ pro admiſſione ad purgationem moræ competat ſimplex Judicis officium, quod ſecum fert ſolam actionem perſonalem, non autem rei perſecutoriæ interdictum; Officium quippe à Judice interponendum benè ſe compatitur cum exercitio actionis in rem directæ, ubi iſtam natura judicii expoſtulet juxtà doctrinam *Bartol. in l. 1. numer. 14. ff. de leg. 1.* ibique *Rip. num. 66. Pacific. de Salvian. inſpect. 3. cap. 4. num. 196. Neguſant. de pignor. par. 2. membr. 4. num. 196. Merlin. cod. tract. lib. 5. cap. 14. numer. 3. & ſeqq. Craſſ. recept. ſentent. tit. de legat. quæſt. 76. num. 3.* optimè *Calduſ. de renovat. Emphyt. lib. 1. quæſt. 10. numer. 17. §. Ex quibus*: Quamobrem cum ut in alia mea hodierna decisione probatum fuit rectè per A. C. decreta 12
fuerit aſſociatio, utique in iſtius neceſſariam ſequelam veniunt in reſtitutione fructus à die motæ litis, ut probant jura ſupra allegata, & dixit in ſpecie *Rota deciſ. 455. à num. 1. ad 7. par. 9. rec. & deciſ. 270. num. 15. par. 15.* ex ea quidem ratione ſpecialiter etiam militante in hoc judicio purgationis moræ, quod quemadmodùm ſi iſta ab initio per Collegium fuiſſet admiſſa, D. Princeps poſſeſſionem bonorum recuperando ab eo tunc, feciſſet fructus ſuos, ita & ſuos fecerit, ſi per Collegium ſtetit, quominùs effectum remedii ſibi à jure impertiti aſſequi non potuit, quia Lex in hoc caſu ſupplet miniſterium hominis injuſtè illam denegantis, cum eadem, immò majori plenitudine, ut generaliter tradunt *Caſtrenſ. conſ. 338. in fin. lib. 3. Fulgin. de jur. Emphyt. tit. de contr. Emphyt. quæſt. 33. num. 4. Rota coram Dunoz. Jun. deciſ. 243. num. 2. & 3. & in rec. deciſ. 46. num. 34. & deciſ. 143. num. 14. par. 10. deciſ. 143. num. 15. & deciſ. 441. num. 18. par. 18.* & magis in ſpecie *Sanfelic. deciſ. 114. num. 7. lib. 1. Gizz. in addit. ad Capyc. Latr. deciſ. 30. num. 20. Rot. deciſ. 361. num. 74. par. 11.*

Non ſecundo, quod utcunque aſſumptum procederet, ubi purgatio moræ admittenda foret de jure, ſecùs autem ſit, ubi, ut in caſu admiſſa dicebatur ex quadam indulgentia, & benignitate æquitativa noſtri Auditorii, ac proinde æquitas non patiatur, ut Dominus directus ultra damnum, quod patitur reintegrandi Emphyteutam de re devoluta, debeat ulteriùs reſtituere fructus, quos titulo conſolidationis dominii utilis cum directo perceperat, *Card. de Luca de Emphyt. diſc. 41. num. 20.* 13
Rota Lucen. deciſ. 35. ſub numer. 28. poſt Ramon. conſ. tom. 1. Carol. Ant. de Luca in Meliorat. ad reſolut. de Marin. tom. 1. meliorat. 271. numer. 10. & ſeqq. Rota in Romana Domus 12. Junii 1665. in principio coram cla. me. Card. Taya, & in Mediolanen. Bonorum 4. Martii 1693. §. At denique coram bo. me. Emerix, exemplo reſtitutionis in integrum, quæ ſi gratiosè a Principe concedatur, non extenditur ad fructuum perceptorum reſtitutionem ad tradita per *Odd. de reſtit.* 14
in integr. quæſt. 45. num. 12. & quæſt. 99. art. 14. Guazzin. de confiſc. concl. 38. num. 21. Gaurb. deciſ. 89. num. 4. Quoniam cum fundamentum admiſſionis ad purgandam moram non innitatur ſimplici gratioſæ conceſſioni; ſed æquitativæ diſpoſitioni Juris Ca- 15
nonici in *d. cap. poenit, de locat. & conduct.* quam Eccleſiaſtica Tribunalia, & præſertim noſtrum èx debiti officio ſequi tenentur, *Bart. in l. per hanc divinam functionem num. 15. Cod. de tempor. appell. Fugnan. in cap. Antigonus num. 29. de Pact. Riminald. Jun. conſ. 185. num. 23. & ſeqq. Coccin. deciſ. 2065. num. 5.* conſequens ſit, ut eadem æquitas, per quam ex neceſſitate obſtringebatur Collegium ad admittendum D. Principem ad imploratum beneficium, eique reſti-

Digitized by Google

reſtituendum ex eo tunc bona emphyteutica, eadem, in quam, poſtulet, ut injuſtè denegata bonorum reſtitutione refundat emphyteutæ fructus,
16 quos *is habiturus eſset ſi ſtatim Judicii accepei tempore res ei reddita fuiſſet*, ut ſunt verba I. C. *in l. reſtituere* 35. *ff. de verb. oblig.* & concordant jura ſupra allegata cum aliis relatis per *Cald. de renovat. Emphyt. lib.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 17. *§. Ex quibus*.

Neque in contrarium urget Auctoritas *Card. de Luca*, cum cæteris in objecto relatis, loquuntur enim in terminis fructuum, quos Dominus dire-
17 ctus percepit, antequam Emphyteuta peteret ſe admitti ad purgandam moram, & ſic in tempore, in quo habuit juſtum titulum illos percipiendi, cùm nondùm per conteſtationem litis fuiſſet poſitus in mala fide, & in contumacia reſtituendi rem emphyteuticam, ut ex lectura.

Minuſque ex combinatione terminorum applicatur exemplum gratioſæ reſtitutionis, de qua *Odd. & cæteri ſupra allegati*; quinimmò ſi ab æquiparatis, licèt deſumere argumentum ad *Text. in l. ſi quæcumque, ff. de offic. ejus cui, l. & eleganter ff. de dolo*; validiſſimum profectò reſultat tum ab ipſa reſtitutione in integrum, quæ ſi ex æquitate, vel aliqua
18 juſta cauſa puta abſentiæ, ignorantiæ, minoris ætatis, & ſimili concedatur fructus veniunt uſque ab initio ad *Text. in l. quod ſi minor §. reſtitutio, ff. de minor. Gratian. diſcept. for. cap.* 807. *num.* 22. *Cancer. var. reſol. par.* 3. *cap.* 16. *num.* 102. *Card. de Luca de Emphyt. d. diſc.* 41. *num.* 10. *Chriſtin. deciſ. Belgic.* 123. *num.* 14. *&* 6. *vol.* 2. Tùm & fortiùs ab alio exemplo renovationis, quæ ex æquitate *Bartol. in l.* 1. *§. permittitur, ff. de Aqu. quotid. & Eſtiu.* vel alia in Jure non ſcripta, & ſic ex officio Judicis debita ſit proximiori, in qua pariter fructus à Domino directo ſunt reſtituendi à die petitæ renovationis, non alia ratione, niſi quia hìc moram feciſſe videtur, qui litigare maluerit, quam quod juſtum erat reſtituere, ut ait *Text. in l. nemo rem* 82. *§.* 1. *ff. de verb. oblig.* & in terminis latè exornat *Coldaſ. de renovat. Emphyt. lib.* 1. *dicta quæſt.* 10. *num.* 16. *& ſeq.* ubi teſtatur ita judicatum fuiſſe in Senatu Luſitaniæ, *Franc. Pinehir. de Cenſ. & Emphyt. quæſt.* 2. *diſput.* 7. *ſect.* 3. *ſub num.* 56. *Rota deciſ.* 140. *num.* 1. *coram Priol. & in recent. deciſ.* 162. *num.* 1. *& ſeqq. par.* 13. *& deciſ.* 143. *num.* 17. 19. *&* 20. *& deciſ.* 441. *num.* 24. *par.* 18. *com.* 2. *rec.*

Non tertiò, quod purgatio moræ operetur ſolummodò à die, quo per Judicem fuit admiſſa, non autem retrotrahatur ad obviandum damnis, quæ Emphyteuta paſſus fuerit in præteritum; Obiectum ſiquidem procedit in damnis, ſeu fructibus, quos Dominus directus percepit à die naturalis ejus poſſeſſionis uſque ad inchoatum Judicium ſuper purgatione moræ, quos beneficio retrotra-
19 ctionis Emphyteutam avocari non poſſe, etiam hìc Domini exiſtimarunt, ut ſupra dictum eſt, & in his terminis loquuntur *Beyma de mora §.* 18. *Piccard. eod. tract. diſp.* 1. *ſub num.* 125. & alii, qui in contrarium allegabantur; Secùs autem in his, quos non vi retrotractionis, ſed ex natura judicii veniunt poſt litem conteſtatam in qualibet actione rei perſecutoria, ſive petatur res uti propria, ſive uti debita *l. ſi fundus §. in vindicatione ff. de pignor. Rot. deciſ.* 156. *num.* 12. *apud Poſth. de manut.*

Nec denique quartò, quod ad conſtituen. in mora Collegium ad effectum lucrandi fructus, debuiſſet præcedere effectivum depoſitum Canonum decurſorum, necnon omnium damnorum, quæ ex illorum dilata ſolutione Collegium ipſum paſſum fuerat. Nam cum ſemper iſtud uſque ab initio ſe oppoſuerit inſtantiæ à D. Principe promotæ prætendendo non eſſe locum petitæ admiſſioni, non eſt cur hodiè eidem Principi opponatur defectus d. realis depoſiti, tanquam id provenerit ex juſto impedimento Domini directi, cujus reſpectu haberi debet, ac ſi fuiſſet actualiter factum, ut in ter- 20
minis, *Fontanell. deciſ.* 74. *num.* 3. *cum ſeqq. Maſtrill. deciſ.* 148. *num.* 7. *Rota deciſ.* 162. *num.* 8. *par.* 13. *deciſ.* 143. *num.* 18. *& ſeqq. & deciſ.* 441. *à num.* 20. *uſque ad fin. par.* 18. *rec.* ſatiſque fuit, ut illud toties verbaliter fuerit oblatum, & deinde ad effectum perductum, quando ex authoritate rei judicatæ contra-
dicentis conſenſus fuit ſuppletus *Clar. in §. Emphy-* 21
teuſ. quæſt. 8. *verſ. donec, Corbul. de Emphyt. tit. de cauſ. privat. ob non ſolut. Can. limit.* 37. *num.* 4. *Surd. deciſ.* 6. *per tot. Rot. deciſ.* 140. *num.* 9. *coram Priol. & in Romana Caſtri Porciliani* 21. *Januarii* 1685. *§. fin. &* 14. *Maii ejuſdem anni §. Quo demùm coram bon. mem. Rondinino.*

Et ità reſolutum fuit utraque &c.

R. P. D. DELL' OLMO.

Romana ſeu Portuen. Tenutarum.

Lunæ 17. *Junii* 1697.

ARGUMENTUM.

Vindicatur aſſociatio Emphytheutæ conceſſa pro effectiva purgatione moræ ab obiectis nullitatibus. Remedia poſſeſſoria Emphyteutæ competentia hìc enucleantur. Cautio de reficiendis damnis quando, & quomodo ſit præſtanda, de ejus idoneitate, & quietantia facta a Judice ex officio, ac de beneficio purgationis hìc diligenter pronunciatur.

SUMMARIUM.

1 *Judex tenetur ſequi Votum Rotale præcisè in omnibus alias nulliter procedit.*
2 *Aſſociatio competit tam primo, quam omnibus aliis ſucceſſivè vocatis in Inveſtitura vigore Clauſulæ* Conſtituti.
3 *Remedium omne poſſeſſorium competit vocatis in Emphyteuſi.*
4 *Ad purgationem moræ admiſſus Emphyteuta reaſſumit omnia Jura, & remedia ipſi competentia ante devolutionem.*
5 *Purgatio moræ participat de reſtitutione in integrum.*
6 *Ad purgationem moræ admiſſus non excuſatur præſtando cautionem de reficiendis damnis Domino directo, ſed debet procedere ad præfixionem Termini ad ea liquidandum.*
7 *Præfixio termini ad liquidanda damna non debet ſervari, quando ſaltem non fuerunt probata in genere.*

8 *Fru-*

8 *Fructus veniat ſub generali obligatione damnorum, & intereſſe.*

9 *Cautio præſtita per relationem ad decretum A. C. comprehendit omnia, quæ in eo exprimuntur.*

10 *Relatio operatur, at nulla ſit differentia inter id quod nominatim exprimitur, vel per relationem.*

11 *Cautio præſumitur idonea, dum recepta fuit per Notarium habentem officium proprium.*

12 *Cautionis idoneitas non requiritur, ubi Principalis eſt ſolvendo.*

13 *Quietantia facta à Judice ex officio in contumaciam recipere recuſantis, quid operetur.*

14 *Purgationis moræ remedium de æquitate Canonica ſemper, & conſtantiſſimè à Rota receptum fuit tam ante, quam poſt executam ſententiam devolutionis, quoties Jus Domini non ſit effectum deterius, vel ſi damnum aliquod illatum eſt, emphyteuta illud reficere velit.*

15 *Limita ſi cum recuſationibus Canonum concurrat protervia, & dolus Emphyteutæ.*

16 *Eccleſia tamquam pia mater non debet diteſcere cum damno alterius.*

17 *Damnum Domini directi non dicitur, ſi tenetur reſtituere fructus perceptos à die motæ litis.*

18 *Emphiteutæ impotentia excludit contumaciam.*

19 *Cæteris ſatisfactio, quando dicatur ad intellectum* Tex. in cap. potuit de locato.

DECIS. XXXV.

DEcretum ab A. C. de voto noſtri Auditorii prolatum ſuper admiſſione D. Principis D. Flavii Urſini ad æquitativum remedium purgationis moræ adversùs caducitatem ob non ſolutos Canones incurſam, nec non illius aſſociatione ad poſſeſſionem Tenurarum, de quibus agitur, impugnabant hodie coram me in gradu reſtitutionis in integrum Defenſores Collegii Germanici Domini directi ex duplici nullitatum videlicet, & Jniuſtitiæ titulo; Verum cum in utroque aſſumpto Collegium non eſſe inprobatis PP. exiſtimaverint, hinc prodiit reſcriptum *non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum*.

Et quidem ex nullitatibus, quæ proponebantur omninò inſubſiſtens viſa eſt prima, quod A.C. pro effectu purgationis moræ concesſerit D.Principi mandatum de aſſociando ad poſſeſſionem Tenutarum, quamvis de eo, nec in præcedentibus cauſæ deciſionibus, nec in voto ad illarum normam promulgato, quod præcisè in omnibus ſequi tenebatur, quicquam à Rota fuiſſet determinatum ad notata per *Felin. in cap. ſcis citatus num.* 10. *de reſcript. Vant. de nullitat. ex defectu Juriſd. nu.*152. *Mar-*
1 *cheſaa. de commiſſion. part.* 2. *tit. de ſuſpect. Judic.* §. 2. *num.* 33. *pag. mihi* 394. *Coccia. in annotat.* 185. *num.* 1. *Rota coram Buratt. deciſ.* 29. *num.*16. & ibi *Adden.litt. D.* eo ipſo enim, quod Rota ſuum votum protulit pro admiſſione D.Principis ad purgationem moræ, quemadmodum in neceſſariam conſequentiam, & implicitè voluit, quod illius effectus haberetur per ea juris remedia, quæ Emphyteutæ competunt ad recuperandam ſuam naturalem poſſeſſionem; Ita in nihilo exceſſit A.C. concedendo D. Principi aſſociationem virtute clauſulæ conſtituti in inſtrumentis inveſtiturarum appoſitæ efficaciter tribuentis tam primo, quam omnibus aliis ſucceſſivè ad emphyteuſim vocatis omne remedium poſſeſſorium retinendæ, ſeù recuperandæ, ut omiſſis generalibus in terminis tradiderunt *Ger. Spin. conſ.*49. *num.* 34. & *conſ.* 52. *num.*7. *verſ. reſponditur* 1. *Fulgin. de emphyteuſ. tit. de diverſ. quæſt. emphyt. quæſt.* 13. *num.* 2
18. *Rot. coram ſa. me. Gregor. deciſ.* 437. *nu.* 1. ibique *Adden. num.* 5. & 6. & *poſt Pattell. expedit. civil. deciſ.* 3
76. *num.* 10. & *coram Dunoz. Jun. deciſ.* 993. *num.* 19. & 20.

Aſque eo quod operatio conſtituti inefficax prætendatur poſtquam emphyteuta cecidit à jure ſuo, & conſolidatum fuit dominium utile cum directo per effectivam poſſeſſionem a Collegio adeptam, & qualem agnoviſſe dicebatur eadem Rota, quæ in ſuperiori inſtantia manutentionem, & reintegrationem pro parte D. Principis petitam denegavit, ut in deciſionibus *bon. me. Emerix* 5. *Maii* 1687. & 2. *Decembris* 1693. in principio; Quoniam, cum ſucceſſivè idem Emphyteuta receptus fuerit ad purgationem moræ hæc operatur, ut illius favore cum Inſtrumento conceſſionis reviviſerint omnia Jura, quæ exindè ante caducitatem incurſam ipſi competebant, ut in ſpecie *Gabr. conſ.* 75. *num.* 6. & 7. *lib.* 2. *Cephal. conſ.* 25. *num.* 44. *lib.* 1. 4
Mantic. de tacit. lib. 22. *tit.* 33. *num.* 17. cum cæteris adductis *in ultima deciſione bon. mem. Emerix* 25. *Junii* 1694. §. *Steterant ſi quidem*, & in alia mea hodierna deciſione ſuper fructibus §. *Prioris Partis* ducto argumento à reſtitutione in integrum, cujus participat beneficium hoc purgationis moræ, ut ob ſervant *Corbul. de emphyt. tit. de cauſ. privat. ob non ſolut. Canon. limit.* 20. *num.* 7. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 46. *par.*3.*cor.* 5
Verali. & *deciſ.* 252. *num.* 7. *part.* 12. *recen.* Neque contrarium ſtatuunt deciſiones bo. me. Emerix in quibus remedium manutentionis, & reintegrationis reſpectivè eatenus denegatum fuit, quatenus principaliter petebatur ex Cauſa ſpolii, & nullitatis Judicii devolutionis, & ſic adverſativè ad purgationem moræ, quæ in juris ſubſidium ab eodem Principe petita fuit, ut ex eiſdem deciſionibus patet.

Non etiam obſtat ſecunda, quod loco refectionis damnorum, & intereſſe, quam Rota in ejus voto præcedere voluit effectum purgationis moræ A.C. mandaverit per Principem præſtari cautionem de illis reficiendis, quando debuerat præfigere terminum Collegio ad illa liquidanda juxtà praxim in ſimili tentam *in Mediolanen. Bonoram* 4.
Martii 1695. *coram bon. me. Emerix*; Quoniam cum 6
ſenſus Rotæ circa prædictam refectionem, intelligi debeat, prout de jure, quatenus ſcilicet de eiſdem damnis, vel in ſpecie vel ſaltem in genere conſtaret juxtà diſtinctionem communiter in praxi ſervatam, de qua *Adden. ad Buratt. deciſ.* 169. *nu.* 55. Hinc jis nullo pacto ex parte Collegii probatis ſola cautio per Principem præſtari debuit, cum nec intret præfixio termini pro illorum liquidatione, quando ſaltem eorum probatio in genere non 7
præcedat *Fulgin. de Emphyt. tit. de meliorat. quæſt.* 3. *num.* 6. *Borgnin. Cavalcan. deciſ.* 336. *num.* 456. *par.* 2. *Rot. deciſ.* 352. *num.* 12. & 20. & *deciſ.* 366. *num.*30. & *deciſ.* 406. *num.* 13. *par.* 19.

Minus refragatur tertia quod Dominus Princeps, vel nullam, vel minùs idoneam dederit cautionem pro fructibus; Quia tametſi cautio cantet pro damnis, & intereſſe, neque nominatim ſpecificet fructus, attamen vel iſti veniunt de ſui natura ſub generali obligatione damnorum, & intereſſe juxta ſenſum *Rotæ in deciſione hujus Cauſæ* 10. *Decembris* 1693. §. *fin. coram bo. mem. Emerix*, vel uti- 8
que ſub eadem comprehenduntur virtute relationis habitæ ad decretum A. C. juxtà regulam deſumptam *à l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit.* de qua *Rot.dec. num.* 3. *coram Coccin.* & *deciſ.* 220. *num.* 3. & 8. *coram*

Priolo

Digitized by Google

Prioſo cum aliis paſſim, nulla enim adeſt diſcre-
pantia, quod quid nominatim exprimatur, vel
10 per relationem *Rota coram Coccin. deciſ.* 487. *num.* 2.
præſertim, ubi agitur de ſubſtinendo ipſo actu *Se-
rapvin. deciſ.* 616. *num.* 5.

Idoneitas verò cautionis, vel talis reputari
debet de tempore, quo fuit præſtita, dum recepta
11 fuit per Notarium habentem officium proprium,
& pro ipſo fidejuſſore obligatum juxta reformatio-
nem Pauli V. & tradunt *Angel. in* §. *ſed hoc jure no-
tab. ultim. inſtit. de Attil. Tutor. Rota poſt* 2. *vol. conſ.
Farinacc. deciſ.* 45. *num.* 2. & 3. & *deciſ.* 443. *num.* 1.
par. 4. *tom.* 2. *recen.* vel ea minimè attenditur, ubi
12 cæteroquin Principalis ipſe eſt ſolvendo *Gloſ. in l.
mulier. Cod. de jur. dot.* & ibi *Bald. num.* 2. *Ruin. conſ.*
49. *num.* 8. *vol.* 5. *Aretin. fidejuſ. par.* 2. *ſect.* 7. *cap.* 2.
num. 26. & *ſeqq. de Franch. deciſ.* 480. *num.* 2.

Neque demum relevat quarta, quod admiſ-
ſum fuerit depoſitum Canonum decurſorum in
ſumma ſcut. 12250. & ſic etiam pro tempore quo
Collegium integros fructus ſibi deberi contendit,
ſucceſſivè verò ex officio Judicis interceſſerit fina-
lis quietantia involvens implicitam prædictorum
fructuum remiſſionem; Quietantia ſiquidem hæc
tanquam ſupleta à Judice in contumaciam Credi-
toris non comparentis pro effectu neceſſario libe-
rationis Debitoris pro ſumma, quæ ab eo ſolve-
batur operari non potuit ob Clauſularum ampli-
tudinem voluntarium receſſum Collegii à præ-
tenſionibus excitatis ſuper integra dictorum fru-
ctuum reſtitutione ex regula, quod actus fa-
13 ctus ad unum effectum non eſt trahendus ad di-
verſum, argumento *Text. in l. ſi de certa Cod. de tran-
ſact.* & *in l. jubemus Cod. ad Vellejanum Gabriel. concluſ.*
4. *num.* 22. & *ſeqq. de regul. Jur. Coccin. deciſ.* 1375.
num. 9.

Vindicatis judicato A. C. ejuſque ſubſequuta
executione ab oppoſitis nullitatibus, quod attinet
ad Juſtitiam meritorum, DD. reaſſumentes, quæ
pleniùs firmata fuerunt in primis duabus deciſio-
nibus bo. me. Emerix *ſub diebus* 5. *Maii* 1687. & 2.
Decembris 1693. iterum convenerunt in ſenſu, Do-
minum Principem fuiſſe omninò admittendum ad
imploratum Præſidium purgationis moræ ex æqui-
14 tate Juris Canonici *in cap. potuit de Locat.* & *conduct.*
cui cum noſtrum Tribunal ſemper conſtantiſſimè
adhæſerit, tàm ante, quam poſt executam ſenten-
tiam ſuper devolutione, quoties vel jus Domini
non ſit effectum deterius, vel ſi damnum aliquod
illatum eſt, Emphyteuta illud reficere velit, ut
omiſſis aliis dictum fuit in *Romana devolutionis Do-
mus* 1. *Julii* 1689. §. *purgatio ſiquidem cor. bo. me. Eme-
rix*, & *in Mediolanen. Bonorum* 3. *Decemb.* 1691. §. *fin.*
& 21. *April.* 1692. *per tot. cor. Eminentiſſ. Mediolanen.*
& niſi cum recuſationibus Canonum concurrat
evidens, & inexcuſabilis dolus, ac protervia ex
15 parte Emphyteutæ, ut videre eſt *in deciſ.* 799. *num.*
24. *coram Dunozet. Jun. deciſ.* 185. *num.* 30. *coram Bi-
chio, deciſ.* 119. *num.* 11. *par.* 9. & *deciſ.* 255. *num.* 9.
par. 19. *recen.* & latiùs probant deciſiones prioris
inſtantiæ *coram bo. me. Emerix*. Id potiſſimum ſer-
vandum videbatur in hypotheſi, quia agitur cum
Eccleſia, quæ tamquam pia mater debet eſſe con-
16 tenta, quod Jus ſuum non ſit effectum deteriùs,
non autem ex aliena jactura, & infortuniis hujus
nobiliſſimæ familiæ diteſcere ad *Text. in l. planè ff. de
petit. hered. Verall. deciſ.* 231. *num.* 3. *par.* 2. *Pacion. de
Locat.* & *Conduct. cap.* 62. *nu.* 39. & 40. & proſequitur
ſecunda deciſio *bon. me. Emerix* §. *admittendus autem*.

Nil relevante damno, quod paſſurum eſt
Collegium, ſi admiſſa purgatione moræ condem-
netur ad refundendum fructus, quos ab initio hu-
jus litis perceperit, ut in alia mea hodierna deci-
ſione ſuper fructibus edita: Quia cum damnum
hoc proveniat ex intereſſe lucri, quod Collegium 17
captavit cum iniuria alterius, qui ob illius reſi-
ſtentiam in admittendo purgationem moræ re-
manſit in damno, non meretur attendi ad effectum
de quo agitur, ut per *Textum in l. Is, cui* §. *ultimo ff.
de furt.* probant in terminis *Decian. conſ.* 84. *num.* 23.
vol. 2. *Riminald. Jun. conſ.* 643. *num.* 11. & *ſeqq. Pa-
cion. de Locat.* & *Conduct. cap.* 55. *num.* 11. & *ſeq.*

Prout nec refert, quod reddatur inexcuſabi-
lis contumacia Debitoris in ſolvendo Canones ex
ipſa dilata illorum ſolutione ferè per decennium,
quod poſt incurſam, ſeù declaratam caducitatem
effluxit uſque ad adeptam bonorum poſſeſſionem
per Collegium, & reſpective petitam per Domi-
num Principem purgationem moræ, idque adver-
ſetur illi celeri ſatisfactioni, quam requirit Jus Ca-
nonicum in dicto *Cap. potuit de locat.* & *Conduct.*

Notoria ſiquidem, & maxima rei familiaris
anguſtia, in qua tunc temporis verſabatur Domi-
nus Princeps ob urgentiam quamplurium Credi- 18
torum, quibus præmebatur, & difficultatem ven-
dendi aliquod Corpus inſigne, ex quo æs alienum
diſſolvi poſſet, pluſquam ſatis probat Cauſam ex-
cuſandi oppoſitam contumaciam ad *Text. in l. hoc
amplius* 9. *ff. de damn. infect.* §. *ſecundo, verſ. aliud eſt ſi
fortè, tit. quæ fuit prima Cauſa Benef. admitt. lib.* 2. *de
feud.* cum inter Cauſas, quæ præſervant Emphy-
teutam à pœna, illa paſſim admittatur, quam ne-
ceſſariam reddit debitoris impotentia juxta doctri-
nam *Bald. in cap. quærelam in fin. verſ. quæro an Con-
ductor. de Jur. Jur. Corbul. de Emphyt. tit. de privat. ob
non ſolut. Can. lim.* 29. *num.* 1. *Fulgin. eodem tract. tit.
de ſolut. Canon. quæſt.* 1. *nu.* 379. *Rot. deciſ.* 373. *nu.* 1.
par. 13. cum cæteris adductis in prima deciſione
coram bo. me. Emerix §. *Cæterum placuit*, & *in ſe-* 19
cunda §. *Et cauſæ quidem*. Quæ præterea operatur,
ut celeriter ſatisfeciſſe videatur per quem non ſte-
tit, quominus, & celeriùs fuiſſet ſatisfacturus, ſi
Patrimonii Vires id ſuſtuliſſent ad *regul. Text. in l. ſi
interdict. ff. ne Vis fiat ei*.

Et ita reſolutum fuit utraque Parte acerrimè
informante & omnibus DD. ſuffragantibus &c.

R. P. D. DELL' OLMO.

Romana, ſeu Portuen. Tenutarum ſuper
fructibus.

Veneris 10. *Januarii* 1698.

ARGUMENTUM.

Fructus an faciat ſuos Emphyteuta poſt
incurſam, & declaratam caducitatem,
& quando Dominus Directus teneatur
ad illorum reſtitutionem, quid
operetur purgatio moræ, in confir-
mationem aliarum doctiſſimarum de-
ciſionum ſuper hoc articulo editarum,
hic elaboratè, ac ſapientèr exponitur.

SUM-

Digitized by Google

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteuta tenetur ad reſtitutionem fructuum perceptorum à die declaratæ, & acceptatæ caducitatis per Dominum directum.*

2 *Canonum portionis receptio, & patientia Domini directi, quod Emphyteuta poſſideret excuſet Emphyteutam à reſtitutione fructuum.*

3 *Domino directo volente Emphyteuſis reſolvitur.*

4 *Pro caducitate evitanda, quæ vis etiam minus Juſta cauſa admittitur.*

5 *Inſtrumentalis poſſeſſio clandeſtina non præjudicat Emphyteutæ non citato in eo actu, detinenti naturalem.*

6 *Poſſeſſio amittitur per modicum Tempus, ſi alius in poſſeſſione remaneat.*

7 *Emphyteuta non tenetur ad reſtitutionem fructuum niſi à die incurſæ, & declaratæ caducitatis.*

8 *Domini Directi tolerantia, quod Emphyteuta poſſideat Juncta cum receptione portionis Canonum excludit in Domino Titulum ad petendos fructus.*

9 *Clauſula* ſine præjudicio *in receptione Canonum an opituletur Domino directo, & noceat Emphyteutæ quoad fructus reſtituendos quid quid ſit, quo ad alios effectus.*

10 *Proteſtatio, & Clauſula* ſine præjudicio *appoſita in actu quietantiæ factæ abſente illo, qui ordinem abſque ulla præſervativa affirmavit, nihil valet.*

11 *Purgationis Beneficium Emphyteutam in ſuo antiquiori titulo confirmat, perinde ac ſi nunquam moram contraxerit.*

12 *Purgatio moræ operatur, ut Emphyteuta ad reſtitutionem fructuum non teneatur.*

13 *Empyteuta non remanet privatus ſuo Jure, cum habeat ſpem, quod Eccleſia pia mater caducitatem ſit remiſſura.*

14 *Emphyteuta poſt purgationem moræ non cogitur ſuſcipere novam inveſtituram, quia eſt eadem antiqua, quæ durat.*

15 *Celeris ſatisfactio requiritur pro admiſſione ad purgationem.*

16 *Purgatio moræ innititur æquitati Canonicæ.*

17 *Emphyteuta celeriter ſatisfeciſſe dicitur, qui quam citò potuit ſatisfecit.*

18 *Emphyteutam excuſat impotentia ſolvendi.*

19 *Emphyteuta tenetur ad refectionem damnorum, & intereſſe, quæ Dominus directus paſſus eſt, & per conſequens ad fructus.*

20 *Emphyteuſis in materia ſub nomine damnorum, & intereſſe veniunt ea ex quibus Jus Domini eſt effectum deterius, ut expenſæ inutiles.*

21 *Fructus percepti ab Emphyteuta non veniunt ſub nomine damnorum.*

22 *In damno non dicitur per hoc ſolum, quod lucrum perdiderit.*

23 *In Beneficio Purgationis moræ conceſſo de Jure Canonico ſpeciale eſt, ut Emphyteuta reſtituatur ad Jus ſuum, perinde, ac ſi nulla mora fuiſſet inducta.*

24 *Purgatio moræ, an operetur ex nunc, vel ut tunc.*

25 *Emphyteutæ, qui in poſſeſſione permanſit, ſatis eſt pro lucrandis fructibus habere titulum ſaltem coloratum, & putativum.*

26 *Dominus directus non tenetur reſtituere fructus perceptos poſt adeptam poſſeſſionem rei devolutæ.*

27 *Lis conteſtata dicitur per Commiſſionem reproductam.*

28 *Fructus à die motæ litis ſunt reſtituendi ex generali natura omnium Judiciorum.*

29 *Fructus veniunt in Judicio aſſociationis.*

30 *Fructus debentur Proximiori in Judicio renovationis.*

31 *Dictio* quando *eſt conditionalis.*

32 *Sententia retrotrahitur ad diem petitionis, ſeù Commiſſionis, & ex tunc dicitur, ſecuta Judicis condemnatio.*

33 *Deciſio Mediolanen. Bonorum 13. Januarii 1696. cor. Emerix declaratur.*

34 *In purgationis moræ judicio veniant fructus à die latæ ſententiæ tantum.*

35 *Aſſociatio retrotrahitur ad diem motæ litis etiam pro acquirendis fructibus.*

36 *Fructus debeatur à die motæ litis, tamen in purgatione moræ.*

Quam in contractibus ab initio revocabilibus, & in titulo reducendo ad non titulum, ac etiam in reſtitutione in integrum.

37 *Oblatio ſola purgat moram, quando Dominus recipere recuſavit.*

DECIS. XXXVI.

JUdicium ſuper purgatione moræ, quod D. Princeps Urſinus fœlicitèr abſolvit recuperando naturalem poſſeſſionem Tenutarum Galeriæ, quas de anno 1682. Collegium Germanicum Urbis jure conſolidationis dominii utilis cum directo occupaverat ſubſecuta eſt inter eoſdem Collitigantes acerrima de fructibus hinc indè reſtituentes controuerſia, quippè Collegium illos ſibi à Domino Principe refundi poſtulabat, vel ab Anno 1674. in quo Collegium ipſum acceptavit caducitatem à Principe emphyteuta ob non ſolutos canones incurſam, vel, & eo certiùs ab Anno 1677. in quo eiuſdem Collegij Procurator inſtrumentalem Tenutarum Poſſeſſionem apprehendit, è converſò autem D. Princeps inſtabat pro eorum fructuum reſtitutione, quos vel à prædicto anno 1682. vel ſaltem ab anno 1684. in quo lis ſuper purgatione moræ conteſtata dicebatur Collegium abinde citrà perceperat; Cumque PP. ſub congruo dubio à me requiſiti in Rota habita die 17. Junii anni mox elapſi in eo ſenſu convenerint, ut Dominus Princeps non teneretur ad reſtituendum fructus juxtà primam controverſiæ partem per Collegium petitos, immò eidem Principi refundi oporteret à Collegio illos ab anno 1684. citrà perceptos, indè ad nouum examen utraque reſolutionis parte in hodierna Audientia revocata, iterum DD. eamdem ſententiam amplexi ſteterunt in deciſis.

Quandoquidem loquendo de priori parte Collegii petitionem tangente, licet communiter recepta videatur propoſitio, quod Emphyteuta teneatur ad reſtitutionem fructuum perceptorum à
die declaratæ, & acceptatæ caducitatis per Domi- 1
num directum ad *Text. in l. 2. C. de jur. emphyt. Felin. in cap. de quarta num. 33. de præſcription. Fachin. controv. jur. capit. 94. Miſſinger. obſervat. 83. centur. 6. Barbat. de diviſione fructuum part. 2. capit. 13. num. 12. & ſeqq. Coſt. de facti ſcien. & ignor. ſub tit. communiter utriuſque reg. 3. numer. 7. Corbul. de jure emphyt. tit. de cauſ. privat. ob non ſolut. canon. ampliat. 38. à num. 1. & ampliat. 45. numer. 2. Coldaſ. eodem tract. cap. 18. num. 23. Fnigin. eod. tractat. tit. de variis caducit. qu. 12. numer. 9. & tit. de ſolut. canon. quæſt. 1. num. 235. & 236. Borguin. Cavalcan. deciſ. 43. num. 47. lib. 1. Theſaur. deciſ. 114. numer. 3. Benintend. dec. Bononien. 37. per tot. Surd. deciſ. 26. numer. 27. Chriſtin. deciſ. Belgic. lib. 1. dec. 321. numer. 10. & lib. 3. deciſ. 126. num. 1.* Quaſi ab eo tunc deſierit eſſe emphyteuta ob conſo-

ſolidationem dominii utilis cum directo , & rem
alienam contra Domini voluntatem ſcienter poſſi-
dens malæ fidei Poſſeſſor evaſerit , & fructus ſuos
facere non potuerit *per Text. in l. ſi fundum Cod. de rei
vindic. Fulgin de jure emphyt. tit. de ſolut. canon. quæſt. 1.
ſub num. 236. Manſ. conſ. lt. 12. num. 49.*

Contrarium nihilominùs ſtatuendum viſum
eſt in præſenti hypotheſi , quia cum poſt prædictam
acceptationem Collegium paſſum fuerit per lon-
gum tempus Principem poſſidere , & medio tem-
pore ab illo exegerit portionem canonum decurſo-
rum , etiam pro illo biennio , pro quo mora incur-
ſa fuit , quemadmodum , utraque hæc circumſtan-
tia ſuaſit eidem principi , quod Rectores Collegii
non perduxiſſent ad effectum caducitatem præce-
denter incurſam , & declaratam , in eo induxit
omnimodam bonam fidem , juſtamque credulita-
tem , quod ſolvente reliquos canones, admiſſa mo-
ræ purgatione , Collegium eſſet eos recepturum ,
quæ quidem bona fides , ac juſta credulitas eum
præſervarunt, ut à jure ſuo totaliter non ceciderit,
ut de utraque circumſtantia loquuntur *Innoc. in*
2 *cap. potuit num. 2. de locat. & conduct.* ibidem *Joannes
de Imola num. 29. verſ. ſed contra iſtam ſolutionem , Ri-
minald. Senior. conſ. 421. num. 19. 24. & ſeq. Riminald.
Jun. conſ. 17. num. 19. Bardellon. conſ. 55. numer. 14.
lib. 1. Magon. deciſ. Florent. 145. num. 19.* & ponde-
rando ſolam canonum receptionem *Fulgin. de jure
emphyt. tit. de alienat. quæſt. 1. limit. 43. & tit. de var.
caducit. quæſt. 14. numer. 1. Grat. in. diſcept. forenſ. cap.
633. num. 37. & ſeq. Buratt. deciſ. 624. num. 10. Coc-
cin. deciſ. 1878. num. 17. Arguell. deciſ. 118. numer. 14.
Manzaned. deciſ. 897. numer. 7. & in recent. deciſ. 708.
num. 6. par. 4. tom. 3. deciſ. 73. numer. 3. & 4. par. 10.
deciſ. 408. num. 92. & 91. par. 16. & deciſ. 269. num. 6.
par. 19. & in Piſauren. ſeù Fanen. emphyteuſis 3. Junii
anni proximè elapſi §. Quinimò coràm R. P. D. Molines.*
Indeque eo ipſo cum bona fide confirmatus reman-
ſit in D. Principe titulus faciendi fructus ſuos , ut
pluribus allegatis probat præterita deciſio ſuper
hoc articulo coram me ædita §. *Potiſſimùm verò* , ob
ceſſantem rationem , quod ipſe ſcienter , reluctan-
te Domino , rem alienam poſſederit , cùm nonniſi
eodem Domino volente emphyteutis ob incurſam
caducitatem reſolvatur *l. 2. Cod. de jur. emphyt. Ce-*
3 *phal. conſ. 25. numer. 25. libr. 1. Mareſcott. var. reſol.
lib. 1. cap. 5. in princ. Fulgin. de jur. emphyt. tit. de
alienat. quæſt. 1. num. 7. & tit. de variis caducit. quæſt. 2.
num. 50. Rota coram Coccin. deciſ. 240. num. 7. & rec.
deciſ. 361. num. 15. par. 11.*

Neque prædictis adverſatur , quod patientia
Collegii ſuper poſſeſſione emphyteutæ excluda-
tur , nedùm ex reiteratis actibus Domino Princi-
pi intimatis , per quos eidem innotuerit animus
Miniſtrorum Collegii non recedendi à precedenti
acceptatione caducitatis , verum etiam ex ſubſe-
quuta inſtrumentali poſſeſſione , quàm de anno
1677. iidem Miniſtri apprehenderunt .

Quoniam cum actus prædicti non continuò ,
ſed interpolatè geſti fuerint , eò quia à primo actu
anni 1674. acceptatæ caducitatis biennium effluxit
ſub ſilentio , donec iterum Collegium de anno
1676. ad alium devenit , reportando à Judice man-
datum pro aſſociatione , & quod magis eſt neque
perſonaliter , ſed Domi dimiſſa copia Dominus
Princeps de illis fuerit certioratus , utique ponde-
rando præſertim intermediam canonum receptio-
nem auferre non potuerunt eidem Principi juſtam
credulitatem , quod per illos actus voluerit potiùs
Collegium propriam excitare contumaciam ad
purgandam moram , quàm perducere ad effectum
declaratam caducitatem , pro qua evitanda quævis
etiam minùs juſta cauſa paſſim admitti ſolet *Fulgin.* 4
*de jur. emphyt. tit. de ſolut. canon. quæſt. 1. num. 81. &
quæſt. 12. numer. 10. Rota Lucen. deciſ. 35. num. 27. &
28. poſt. Ramon. conſ. tom. 1. Buratt. deciſ. 624. num. 2.
Rembold. deciſ. 523. num. 11 Arguell. deciſ. 118. nu. 11.
Celſ. deciſ. 15. num. 16. Cerr. deciſ. 812. num. 25. Ottho-
bon. deciſ. 54. nu. 5. & deciſ. 110. n. 12. & in recent. deciſ. 119.
n. 21. & deciſ. 286. n. 12. par. 9. tom. 1. deciſ. 73. num. 15.
par. 10. deciſ. 336. num. 42. par. 12.* In nihilo atten-
ta præfata inſtrumentali poſſeſſione anni 1677.
quippequæ tamquam clandeſtina , ſicuti non pri-
vavit emphyteutam in eo actu non citatum ſua
naturali poſſeſſione , in qua per quinquennium 5
perdurare Collegium patientèr ſuſtulit *Rota cor.
Buratt. deciſion. 186. nu. 4. cum aliis relata in præterita
mea deciſione §. ſub eadem Cenſura* , ita nec ab illo ab-
ſtulit ſpem reviviſcentiæ contractus , minuſque
bonam fidem , & titulum faciendi fructus ſuos ,
maximè quia per prædictam quinquennalem ac-
quieſcentiam Miniſtrorum Collegii , eorumque
abſtentionem a fructibus percipiendis , præcedens
civilis poſſeſſio omnino inutilis evaſit , cum regu-
lare ſit , quod iſta à ſciente , & patiente alium poſ-
ſidere etiam per modicum tempus amittatur juxtà 6
*conſil. Cravett. 235. numer. 1. Rocca diſput. jur. capit.
149. numer. 20. Rota coram Merlin. deciſ. 18. numer. 4.
& 5. & coram Buratt. deciſion. 730. numer. 6. & coram
Bich. deciſ. 748. num. 31. & ſeqq. & deciſion. 655. nu. 4.*

Haud ſubſiſtente , quod admiſſa etiam tole-
rantia Domini directi ſuper poſſeſſione emphyteu-
tæ , adhùc iſte teneatur reſtituere omnes fructus
poſt declaratam caducitatem a die , quo res incidit
in commiſſum ad firmata *per Specul. tit. de emphyt.* 7
*num. 19. quæſt. 10. Rip. in l. 1. §. Si heres num. 16. ff.
ad Trebell. Barboſ. in cap. potuit num. 36. de locat. Soccin.
Sen. conſ. 167. numer. 12. lib. 2. Gonzalez. ad regul. 8.
Cancellariæ, Gloſſ. 56. num. 125. Surd. deciſ. 25. num. 27.*
Siquidem cum juxta contrariam , & veriorem ſen-
tentiam emphyteuta non a die commiſſi delicti, ſed
a tempore declaratæ , & acceptatæ per Dominum
caducitatis ad reſtitutionem fructuum debeat con-
demnari , ut reprobando contrarios tenet *Cevall.
commun. contra commun. quæſt. 14. Facchin. contr. jur.
lib. 1. contr. 94. per tot. Beninteud. deciſ. 37. d num. 15.
& ſeq. Coſt. de retrotract. cauſ. 16.* cum cæteris in prin-
cipio relatis , ex ea potiſſima ratione, quod ille non
dicitur cadere a jure ſuo ob canones non ſolutos ,
niſi Dominus velit *per Text. in d. l. 2. C. de jur. emphyt.
cum concordan. ſupra* ; Conſequens propterea fit , ut
ubi Domini tolerantia , & allegata canonum re- 8
ceptio ſuadeant emphyteutæ illum non perſevera-
turum in præcedenti acceptatione , ex eadem ra-
tione ceſſat ipſi Domino titulus ad petendum fru-
ctus per emphyteutam bona fide etiam poſt decla-
rationem , & acceptationem non effectuatam per-
ceptos , ut benè ratiocinatur *Riminald. Sen. d. conſ.
421. num. 24.*

Prout neq; vis intermediæ canonum receptio-
nis tollitur ob clauſulam præſervativam jurium ex
præcedenti declarata caducitate Collegio compe-
tentium , ſub qua illius Officiales oblatos canones
receperunt *Beroiſ. in d. cap. potuit numer. 168. Clar. in
§. Emphyt. quæſt. 10. num. 1. Mantic. de tacit. lib. 22.
tit. 33. numer. 2. Surd. deciſ. 317. num. 25.* & firmatum
fuit *in deciſ. hujus Cauſæ ſuper articulo purgationis moræ
ædita 2. Decembris 1693. coram bo. mem. Emerix, §. Nec
demùm officit* . Objectum enim urgere poſſet , ubi 9
canonum receptio allegaretur ad excludendam ca-

Digitized by Google

ducitatem jam præcedentèr incurſam, & declara-
tam, in quibus terminis loquuntur allegati in
objecto, & alii, quos ad hunc effectum agendo de
reintegratione, quam Princeps poſtulabat ex ca-
pite non acceptatæ caducitatis refert, & ſequitur
mox citata deciſio bo. me. Emerix *d. §. Nec demùm
efficit*. Secùs autem ubi illa ſolummodò affertur ad
confirmandam in D. Principe juſtam credulitatem,
quod ſibi reliquos canones ſolventi Collegium
non eſſet denegaturum ejuſdem caducitatis remiſ-
ſionem ſaltem per viam purgationis moræ, per
quam evaneſceret effectus præcedentis acceptatio-
nis, ut benè etiam proſequitur dicta deciſio bo.
me. Emerix *§. Et cauſæ quidem in fine*.

Iſtamque credulitatem, & bonam fidem eò
minùs tollere valuit dicta Rectoris Collegii pro-
teſtatio, quò emiſſa fuit abſente, ac inſcio D. Prin-
cipe, a quo cum ordinem pro ſolutione canonum
liberè, & abſolutè efformatum præfatus Rector ac-
ceptaverit, attendi non debet, quod ex interval-
lo in actu exactionis, idem Rector proteſtatus fuit
10 juxta firmata *per Amat. reſol. 97. num. 3. & per Rot.
deciſ. 18. num. 25. in fine poſt Zacch. de ſalar.*

Prædicta autem favore D. Principis eo magis,
& quidem principaliter procedere viſa ſunt, ex
quo ipſe fuit ſucceſſivè admiſſus ad beneficium
purgationis moræ, hæc enim cum ejus ſit virtutis,
& efficaciæ, ut abſterſa caducitatis macula emphy-
teutam in ſuo antiquiori titulo confirmet non ſe-
cus, ac ſi moram nunquam contraxiſſet, *Jaſon. in*
11 *l. 2. numer. 126. in fine, C. de jur. emphyt. Gabr. conſ. 75.
num. 7. & 8. lib. 2. Soccin. Sen. conſ. 167. num. 9. lib. 2.
Riminald. Sen. d. conſ. 421. numer. 24. Mantic. de tacit.
lib. 22. tit. 32. num. 17. Puteus deciſ. 66. num. 1. par. 3.
Ninot. deciſ. 43. num. 11.* & comprobat deciſio, quæ
confirmatur *§. Non obſtat*, operatur prætereà, ut
pendente termino ad illam purgandam D. Prin-
ceps, qui in poſſeſſione rei emphyteuticæ, Domi-
no permittente, continuavit, ad reſtitutionem
fructuum non teneatur, quos interim bona fide
12 conſumpſit ad tradita *per Soccin. Sen. d. conſ. 167. nu.
11. in fine vol. 2. Barbat. de diviſ. fruct. par. 2. cap. 13.
num. 15.* ubi tenendo, quod fructus non debeant
per emphyteutam reſtitui a die incurſæ caducita-
tis ſubdit ibi - *Eoque fortius hodiernis temporibus, in
quibus admittitur purgatio moræ adverſus non ſolutum ca-
nonem rei emphyteuticæ, itaut non admittatur devolutio
ipſo jure vigore dictæ ſolutionis non factæ, & numer. 19.
Corbul. de jur. emphyt. tit. de cauſ. privat. ob non ſolut.
canon. ampliat. 18. in princ.* ubi explicando materiam
ait ibi — *Tenetur ad fructus univerſos à tempore, quo non
potuit ampliùs moram purgare, ſi poſt d. tempus emphyteu-
ſim poſſederit - De Luc. de Marin. meliorat. 271. ſub n. 11.
verſ. Neque ſpes purgationis moræ Caſſiod. deciſ. 3. nu. 3.
ad fin. de locat. & conduct. Rota deciſ. 361. num. 74. par. 11.
rec.* Non enim intra dictum tempus emphyteuta
jure ſuo omninò privatus remanſit cùm adhuc illi
13 ſuperfuerit ſpes, quod Eccleſia pia mater caduci-
tatem incurſam ſibi reliquos canones ſolventi fuiſ-
ſet remiſſura, juxta notata per *Joan. de Imol. in cap.
potuit ſub num. 29. de locat. & conduct. Butr. ibidem num.
18. & Beroaſ. numer. 145. ubi quod tunc incipit conſtare
retro fuiſſe privatum jure ſuo, dummodo antea moram non
purgaverit - Riminald. Sen. d. conſ. 421. num. 19. 24. &
25. Mantic. de tacit. d. lib. 22. tit. 32. numer. 17. Coſt.
de jur. & fact. ignorantia comment. utriuſque, ideſt aut
ſciat, aut ignoret reg. 3. in fin. Manſ. conſult. 12. nu. 27.
Sanfelic. deciſ. 114. ſub n. 7. Rota cor. Put. d. deciſ. 66. n. 1.
& cor. Ninot. d. deciſ. 43. num. 11.* & in alia mea præte-
rita deciſione hujus Cauſæ, *§. Prioris partis cum ſeqq.*

Nec videtur ambigendam, quin emphyteuſis
non dicatur abſolutè reſoluta, nec in totum em-
phyteutam privatus jure ſuo, donec poteſt purga-
re moram, quia id videtur apertè decidere *Text.*
undè hæc materia profluxit in *d. cap. potuit. de locat.
& conduct.* ubi dicitur, quod juſte potuiſſet expelli
emphiteuta, niſi celeri ſatisfactione ſibi conſulere
ſtuduiſſet, & ſic ſupponitur in ſtatu, & terminis
purgandæ moræ caducitatem non eſſe perfectam,
ſive conſumptam, & juſtè interim emphyteutam
poſſidere, indeque eſt, quod poſt purgationem
moræ non arctatur emphyteuta ſuſcipere novam
inveſtituram, nec inveſtitura hujuſmodi poſt di- 14
ctum tempus dicitur nova, ſed antiqua, ut *per Ja-
ſon. in d. l. 2. num. 126. in fin. C. de jur. emphyt. Mantic.
de tacit. lib. 22. tit. 33. num. 17.* Et quod in hac cau-
ſa pro effectu admiſſionis ad purgationem moræ
conceſſa fuit D. Principi aſſociatio in vim prioris
inveſtituræ, ut *in deciſ. ſuper articulo purgationis die
17. Junii, ſuperioris anni edita coram me*, atque hodie
ſupponenda, quod fieri non potuiſſet, ſi contra-
ctus abſolutè reſolutus, & caducitas totaliter per-
fecta, ſive conſumpta fuiſſet.

Abſque eo quod hujuſmodi effectus purgatio-
nis moræ reſtringi valeat ad caſum, in quo em- 15
phyteuta intra modicum tempus decurſorum ca-
nonum ſatisfactione moram purgaſſet ad terminos
Tex. in d. cap. potuit, ibi -- *Niſi celeri ſatisfactione poſt-
modum ſibi conſulere ſtuduiſſet*, & prout ſentire viden-
tur ibidem *Anton. de Butr. num. 18. Jo. de Imol. ſub
num. 29. Gabr. conſ. 75. numer. 7. & 8. Rota coram Ni-
not. deciſ. 43. num. 11. & in rec. deciſ. 24. num. 7. par. 18.*
Quoniam cum judicata ſuper admiſſione D. Prin- 16
cipis ad purgandam moram innitantur æquitativæ
diſpoſitioni laudati Textus ad firmata *per Rot. cor.
Rembold. deciſ. 523. num. 3. coram Manzaned. deciſ. 386.
num. 6. & in rec. deciſ. 24. num. 8. par. 18. & deciſ. 269.
num. 10. par. 19.* quam eſſe ſervandam etiam in con-
creto præſentis hypotheſis, latiſſimè probant *deci-
ſiones Cauſæ coram bo. me. Emerix Decano ſub diebus 5.
Maii 1687. & 2. Decembris 1693. & alia coram me edita
ſuper Articulo purgationis moræ ſub die 17. Junii præte-
riti, §. Vindicatis, & ſeqq.* Dilata canonum ſatisfa-
ctio ſicuti non retraxit DD. quominùs admitte-
rent emphiteutam ad imploratum beneficium, ita
impedire non poteſt quin ex jam ſubſequuta pur-
gatione ſuccedant effectus, qui ſequerentur, ac ſi
breui temporis intervallo ſatisfactio præceſſiſſet ob
eam rationem, quod celeriter ſatisfeciſſe videatur,
qui quamcitò potuit, ſatisfecit *ad Text. in l. 2. §.* 17
Conſeſtim, ff. ad ſen. conſ. Tertull. & in ſpecie notat
Innoc. in d. cap. potuit circa fin. Impotentia enim ſol-
vendi excuſat retardatam canonis ſolutionem *Rota* 18
*coram Rembold. deciſ. 523. numer. 4. & in rec. deciſ. 33.
num. 9. & deciſ. 473. num. 5. par. 13. cum aliis in præ-
dicta mea deciſ. ſuper purgatione moræ, §. final.* & ceſ-
ſante per purgationem moræ caducitate, ſeu pœna
ceſſare etiam debent eiuſdem caducitatis, ſive pœ-
næ effectus, quorum præcipuus reſidet in reſtitu-
tione fructuum, argumento *Text. in l. generaliter,
C. de Epiſcopis, & Clericis*.

Quin pariter obſtet, quod emphyteuta vo-
lens purgare moram teneatur ad refectionem om-
nium damnorum, & intereſſe, quæ Dominus di-
rectus paſſus eſt ex cumulatis per *Fulgin. de jur.* 19
*emphyt. tit. de ſolut. canon. quæſt. 6. num. 20. & 21. Pa-
cion. de locat. & conduct. cap. 55. num. 76.* & per conſe-
quens ad reſtitutionem fructuum poſt declaratam
caducitatem, & ante purgationem moræ ab ipſo
Emphyteuta perceptos juxta tradita in terminis
per

per *Barbat. de diviſ. fruct. par. 2. cap. 13. nu. 12. & 43. de Luc. ad de Marin. d. mel. 271. num. 10. & in Append. ad eamdem melior. verſ. demùm Rot. div. deciſ. 728. nu. 4. verſ. nec dicatur par. 4.* & generaliter de quolibet admiſſo ad purgationem moræ præſertim poſt litem jam conteſtatam firmarunt *Forcatul. de mor. tit. de purgat. mor. num. 14. Ticard. eodem tractat. diſput. 1. nu. 125. in fine Beim. eodem tract. §. 18. verſ. offerri debet in fine Ugo Donell. cod. tract. cap. 8. verſus finem.*

Siquidem cùm ex hac materia Emphyteuſis ſub nomine damnorum & intereſſe, quæ ab Emphyteuta admiſſo ad purgationem moræ reficienda ſunt, ea dumtaxat veniant ex quibus Jus Domini fuerit effectum deteriùs, ut de expenſis in lite cro-
20 gatis exemplificat *Bartol. in l. & ſi poſt cret 8. num. 5. ff. ſi quis Cantion. Gozad. conſ. 57. num. 18. Adden. ad Ludoviſ. deciſ. 559. numer. 10. verſ. limitatur autem primò Fulgin. d. tit. de ſolut. Canon. quæſt. 6. num. 18. Pacion. de locat. & conduct. d. cap. 55. numer. 78. Rot. diverſ. d. deciſ. 410. numer. 8. par. 4. & coram Millino deciſ. 137. num. 15.* indè ſequitur; ut ſub iis non comprehendantur fructus, quos Emphyteuta bona fide, & juſto titulo percepit, & ſuos facit, quia non dici-
21 tur Dominus eſſe in damno per hoc ſolum, quod lucrum perdiderit *l. ſi is cui 73. §. fin.* ibi - *Intereſſe autem ejus videtur, qui damnum paſſurus eſt non ejus, qui*
22 *lucrum facturus eſſet, ff. de furt. DD. in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt profer.* ubi *Rebuf. num. 16. Bologaet. numer. 116. & Alciat. num. 12. Riminald. Jun. conſ. 643. numer. 11. & ſeqq. Pacion. de locat. d. cap. 55. num. 78.* & firmat *deciſio coram me* ædita ſuper articulo purgationis moræ 17. Junii præteriti *§. Nil relevante* quinimò cum ſub prædictis damnis ab Emphyteuta reficiendis veniant Canones, quorum ſolutionem ipſe neglexerat ad ipſum excludit fructuum perceptorum reſtitutionem, ne alias pro uno; eodemque tempore ad fructus, & Canones ſolvendos Emphyteuta condemnetur.

Neque contrarium determinant DD. in objecto allegati *Barbat.* enim procedit cum ſuppoſito, quod devolutio fuiſſet jam irrevocabilitèr ad effectum perducta, quinimò ſub *num.* 15. contrarium ſupponere videtur, quando Emphyteuta ad moræ purgationem admittitur juxta verba ſuperiùs relata in *§. Prædicta autem, de Luc. ad de Marin.* loquitur in caſu, quo Emphyteuta abſque ullo titulo indebitè fructus perceperit *Rota deciſ. 728. par. 4. d. verſ.* Articulum decidit ad terminos *Text. l. curabit. C. de action. Empt.* non patientis, quam re, & pretio perfrui poſſe, *Forcatul.* denique & alii in tractatu *de mora* procedendo cum regulis a jure civili traditis loquuntur de mora contracta per Debitorem in ſolutionem proprii debiti, in quo per interpellationem ceſſaverit titulus faciendi fructus ſuos, undè applicari non poſſunt ad caſum de quo agitur ab equitate Juris Canonici regulandum, & in quo ex ſuperiùs animadverſis ſpeciale eſt, ut Emphyteuta, ita ad ſuum primævum, & numquam ammiſſum jus reſtituatur perindè, ac ſi nulla mora
23 fuiſſet inducta *Pacion. de locat. & conduct. d. cap. 55. num. 70. Fontanell. deciſ. 407. num. 2. Put. d. deciſ. 66. num. 6. Ninot. deciſ. 43. num. 11.* cum aliis adductis ſupra in *§. Prædicta autem.*

Neque demùm plus urget, quod purgatio moræ non poſſit effectum ſuum retrotrahere pro acquirendis Emphyteutæ fructibus in præteritum, ſed dum taxat operando ex nunc eidem ſuffragetur ad illos lucrandos in futurum *Car. de Luc. de Emphit. diſc. 41. num. 20. Carol. Anton. de Luc. ad de Ma-*
24 *rin. d. meliorat. 271. num. 10.* & in Append. ad eamdem meliorat. *verſ. nec obſtare.* Nam DD. rurſus diſtinguendo inter tempus, quo Collegium naturalem nactum poſſeſſionem, in ea abſque reclamatione Emphyteutæ permanſit, & aliud præcedens, in quo, Domino ipſo patiente, & Canones recipiente Emphyteuta poſſidere non deſtitit, admittebant quidem purgationem moræ non tribuere jus eidem Emphyteutæ pro recuperandis fructibus, quos juxta primum membrum diſtinctionis Dominus percepiſſet, in quo ſenſu loquuntur, & intelligendæ ſunt Athoritates in objecto allegatæ ne alias fieret retrotractio in præjudicium Tertii, qui bona fide fructus conſumpſit contra regulam *Textus in l. 1. ubi Bald. C. an ſervus ex ſuo facto Fachin. contr. jur. lib. 1. d. cap. 94. verſ. 2. in fine Coſt. de retrotract. cap. 9. caſu 16. numer. 8. de Luc. ad de Marin. in d. Appendic. ad meliorat. 271. verſ. declaratio caducitatis;* Sed diverſo jure procedendum eſſe æxiſtimarunt, quo ad aliud tempus, in quo cum nullum conſiderari valeat præjudicium juris medio tempore tertio acquiſiti, ſatis fuit D. Principi, qui in poſſeſſione permanſit pro lucrandis fructibus habere titulum ſaltem coloratum, & putativum *Peregr. de* 25
fideicomm. art. 49. numer. 18. Roſ. conſult. 12. num. 55. Roc. diſput. jur. tom. 1. cap. 47. num. 65. & ſeqq. Adden. ad Ludoviſ. deciſ. 74. litt. A. Rot. cor. Merl. deciſ. 163. num. 10. & ſeqq. & deciſ. 320. num. 2. par. 2. rec. Qualem, utique præbere potuit toties repetita credulitas, quod Collegium juſta motum commiſeratione erga hanc præſtantiſſimam familiam, nec perſeveraturum in acceptata caducitate, minuſque receſſurum ab equitativa Juris diſpoſitione admittente etiam poſt caducitatis acceptationem Emphyteutam ad purgandam moram.

Atque ob id tranſeundam Partem reſolutionis reſpicientem Jus D. Principis ſuper fructibus per Collegium perceptis juſtum omninò videbatur, quod idem Collegium non teneretur refundere fructus à die 10. Maii 1682. uſque ad diem 3. Martii 1684. cum enim illius Officiales Poſſeſſionem Tenutarum Juris ordine ſervato ſub relata die 10. Maii actu fuiſſent adepti, utique per ita effectuatam conſolidationem dominii utilis cum directo pro toto dicto tempore a D. Principe non impugnatam, Dominus directus fecit fructus ſuos, prout ſine contradictione in terminis tradiderunt *Card. de Luc. de Emphyt. d. diſc. 41. num. 20. Rota Lucen.* 26
deciſ. 35. ſub numer. 28. poſt conſ. Ramon. tom. 1. Carol. Anton. de Luc. ad de Marin. d. melior. 271. num. 10. & ſeqq. & firmavit *Rota in Romana Domus 12. Junii 1665. in princ. coram clar. me. Card. Taya, & in Mediolanen. Bonorum 4. Martii 1695. §. ne denique Tertio coram bo. me. Emerix, & in præterita mea deciſ. §. Sub eadem Cenſura, & §. Non tertio.*

E converſo autem petitam fructuum reſtitutionem iterum D. Principi PP. decreverunt à prædicta die 3. Martii 1684. uſque ad tempus, quo ad ſuam naturalem Poſſeſſionem fuit reintegratus, cum enim ab eo tunc per commiſſionem manu Sanctiſſimi ſignatam, illiuſque reproductionem, conteſtata fuerit lis ſuper purgatione moræ, ad quam admitti D. Princeps inſtabat, *Clementina ſe-* 27
cunda ut lite pendente, Card. de Luc. de Judic. diſc. 7. nu. 14. San. mem. Gregorius deciſ. 94. num. 2. Coccin. deciſ. 1936. num. 3. Cerr. deciſ. 249. num. 1. & Rot. in recen. deciſ. 139. num. 2. par. 8. rec. deciſ. 455. num. 4. par. 9. hæſitandum non videbatur, quin Collegium refundere teneretur omnes fructus, quos ſuos facere non potuit ubi primum per prædictam litis conteſtationem malæ fidei Poſſeſſor evaſit, tum ex generali

28 rali natura omnium Judiciorum *l. item veniunt 22.*
§. petitam, & l. ſed, & ſi 25. §. Si ante litem, ff. de pe-
titionibus hæred. l. 3. ubi Gloſ. & ſcribentes *ff. de inter*
d. l. 2. Cod. de fruct. & lit. expenſ. l. certum 22. C. de rei
vindic. Caſanat. conſ. 23. num. 15. & ſeq. Rot. deciſ. 246.
num. 3. & 4. coram Priolo, & in recen. deciſ. 189. nu. 1.
& ſeq. par. 7. & deciſ. 139. num. 1. & ſeq. par. 8. deciſ.
455. numer. 1. & ſeq. par. 9. deciſ. 265. num. 1. & ſeqq.
par. 17. & in Avenionen. ſeù Vaſionen. Primogenituræ
22. Aprilis 1695. §. licet enim cum ſeq. coram R. P. D.
meo Muto, Tùm ex eo, quod ſpecialiter ſervatur in
Judicio aſſociationis juxtà firmata per *Rot. in d.*
29 *deciſ. 455. num. 5. par. 9. & deciſ. 260. num. 15. par. 15.*
recen. Cujus remedium competere Emphyteutæ
purganti moram pleniſſimè probat ſupracitata de-
ciſio *edita coram me ſuper Articulo purgationis moræ*
modo ſupponenda, Tùm demùm ducto exemplo
ab alio conſimili Judicio renovationis, quæ à Pro-
ximioribus ultimi defuncti, vel ex æquitate Bar-
30 toli, vel ex alia in jure non ſcripta implorato Judi-
cis Officio poſtuletur ad latè tradita per *Caldaſ. de*
renovat. Emphyt. lib. 1. quæſt. 10. numer. 16. & ſeq. &
pleniùs comprobat deciſio, quæ confirmatur *§. Ab-*
ſoluto, & ſeqq.

Quin conteſtatio litis ſuper purgatione moræ
controverti valeat, eo quia in prætacta commiſ-
ſione principaliter à D. Principe petita fuerit ma-
nutentio, & quatenùs opus ſit reintegratio ad
Poſſeſſionem Tenutarum, & ſolum in ſubſidium
31 inſteterit admitti ad purgandam moram ibi -- *Nec*
non quando neceſſe foret ſuper purgatione moræ -- ac ſi per
illam dictionem -- *quando* conditionalitèr ſolum
hoc ultimum remedium fuerit imploratum *Pariſ.*
conſ. 81. num. 6. lib. 1. Rot. coram ſa. mem. Greg. deciſ.
428. numer. 2. & in recent. deciſion. 330. numer. 1. & 2.
par. 10.

Nam, & ſi modus impetratæ Commiſſionis
explicet Animum Principis principalitèr inſiſten-
di ſuper remedio Summariiſſimo manutentionis,
& reintegrationis reſpectivè tamquam magis ſibi
proficuo, ac privilegiato, non indè tamen exclu-
ditur, quin accumulativè aliud proponere volue-
rit ſuper purgatione moræ, quamobrem cum in
Judicio conſecutive ad eamdem commiſſionem
proſecuto utrumque remedium propoſitum, & di-
ſcuſſum fuerit ſub dubio -- *An D. Principi ſit danda*
manutentio, vel potiùs competat reintegratio, & purga-
tio moræ -- & Rota denegata eidem Principi tàm
manutentione, quàm reintegratione, cenſuerit
illum eſſe admittendum ad purgationem moræ,
purificata utique dicitur d. conditio, ſub qua hoc
poſtremum remedium in commiſſione petitum
fuit, quo fit, ut quemadmodùm Princeps conſti-
tuit Collegium in mora etiam ad effectum lucran-
di fructus in ea petitionis parte, quam Judex ju-
ſtam agnoverit ad *Text. in l. qui ſolidum ubi Bartol. in*
princ. ff. de leg. 2. Guidopap. deciſ. 496. in princ. ita, &
ſubſequens judicatum retrotrahatur ad diem peti-
32 tionis, ſeù Commiſſionis, cùm ex tunc dicatur ſe-
cuta Judicis condemnatio *l. ſi poſt acceptam, ff. de rei*
vindic. Coſt. de retrotract. caſ. 7. cap. 8. num. 4. & ſeq.
Rota coram Bich. deciſion. 238. numer. 20. & in Roma-
na diviſionis 27. Junii 1695. §. final. coram bon. mem.
Emerix.

33 Atque hinc extranei omninò videbantur ter-
mini deciſionis in *Mediolanen. Bonorum 13. Januarii*
1696. coram eod. bo. me. Emerix, in qua Emphyteuta
condemnatus fuit reficere Domino directo ex-
penſas uſque ad diem, quo deſiſtendo ab impu-
gnanda devolutione bonorum ſe reſtrinxit ad
inſtantiam ſuper purgatione moræ: In illius enim
caſu cum Emphyteuta ſemper impugnaverit de-
volutionem, & in hoc Articulo Dominus dire-
ctus in Judicio obtinuerit, æquum, & juſtum
erat, ut ipſi in ſequelam Victoriæ reficerentur
expenſæ; At in hypotheſi cum de purgatione
moræ uſque ab initio actum fuerit, non quidem
adverſativè, ſed cumulativè, ut præfertur ad aliud
remedium manutentionis, quod compatibile eſt
cum purgatione moræ ob non ſolutos Canones
per Emphyteutam incurſæ, de plano conſequitur,
ut ſi in hac parte Victoria ſtetit pro Emphytheuta
iſte recuperet fructus à die deſuper inchoatæ litis
ob eamdem rationem, ob quam in caſu dictæ *de-*
ciſionis Mediolanen. Emphyteuta abſolutus fuit ab
expenſis poſtpetitam moræ purgationem a Domi-
no directo peractis.

Minus ſubliſtere viſum eſt, quod in hoc Ju-
dicio purgationis moræ non à die inchoatæ litis,
ſed veriùs à die prolatæ ſententiæ veniant fructus
juxta notata per *Jo: Franciſcum de Ponte conſ. 29.* 34
ſub num. 16. lib. 1. & Sanfelic. deciſ. 108. num. 33. &
ſeqq. quaſi tunc ſolùm inceperit Dominus eſſe ma-
læ fidei Poſſeſſor reique alienæ Uſurpator, ubi
præcedente actuali refuſione Canonum decurſo-
rum, omniumque damnorum, & intereſſe, in-
terceſſit factum judicis decernentis Emphyteutam
eſſe admittendum ad purgandam moram ducto
Exemplo à Judicio retractus ex Lege, vel Sta-
tuto competentis, In quo neque lis conteſtata, nec
etiam ipſa Judicis ſententia reum obligat ad fru-
ctuum reſtitutionem, niſi ulteriùs cum effectu vel
conſignatio, vel depoſitum pretii præceſſerint
per *Text. in l. 2. ubi Gloſſ. in verbo oblatum, C. de pact.*
inter Empt. & vendit. Bartol. in l. acceptam verſ. ve-
nio ad quæſt. Cod. de uſur. Jo. Franciſcus à Ponte dicto
conſ. 29. à num. 14. Tiraquel. de retract. lignag. §. 15.
Gloſ. 2. numer. 15. Dunoz. Senior. deciſ. 205. numer. 1.
& ſeq.

Objectum enim utcumque procedat in illis
Judiciis, in quibus, vel agitur ad reſciſſionem
alicujus contractus ab initio validi, & qui in ea-
dem validitate perduret uſque quo per Judicem
reſcindatur, ut ſunt matrimonia, Emptiones le-
ſivæ, & ſimiles, vel alias, ex parte Actoris nul-
lum adſit ſubjectum contractus, vel dominii,
cujus vigore poſſit fructus prætendere, prout
contingit in prælatione, retractu, jure offerendi,
& ſimilibus actibus, in quibus non id agit, ut
retractetur, aut irritetur, ſeù ad non eſſe redu-
catur, vel contractus favore extranei, vel adju-
dicatio favore Creditoris antarioris, ſed ſolum,
ut ſibi competat prælatio, & reſpectivè Jus offe-
rendi, in quibus terminis loquuntur, tam mox
allegatique nam alii quam plures adducti ab In-
formantibus pro Collegio.

Sanè non valet illatio ad hypotheſim, tùm
quia in Judicio ſociationis, in quo verſamur pe-
culiare eſt, ut actio retrotrahatur ad diem motæ
litis etiam pro acquirendis fructibus per rerum à
dicta die perceptis per *Ten. in l. ſi fundus §. In venditio-* 35
ne verſ. Interdum etiam ff. de pignor. Tùm quia ex Par-
te Emphyteutæ, qui ad moræ purgationem debuit
admitti aderat ſubjectum contractus, ac dominii,
quod ex præfatis non fuit ab eo totaliter abdi-
catum, ſed erat refirmabile etiam abſque facto
Judicis per actualem purgationem moræ, & hoc
ampliùs actum fuit de contrahenda, & ad non
eſſe deducenda caducitate, reſtituendoque Em-
phyteuta ad ſuum primævum Jus, in quibus ter-

minis

minis planum eſt, quod fructus debeantur uſque à die motæ litis, ut de contractibus ab initio de
36 ſui natura revocabilibus tradit *Sanfelic. d. deciſ.* 108. *numer.* 38. *in fine*, & de titulo reducendo ad non titulum *Romanus conſ.* 454. *Natt. conſ.* 535. *num.* 12. *& ſeq. Ermoſ. ad Lopez. Gloſ.* 4. *lib.* 10. *tit.* 1. *part.* 5. *numer.* 68. *Sanfel. eadem deciſion.* 108. *numer.* 41. *Manſius conſult.* 346. *numer.* 190. & in terminis reſtitutionis in integrum ex generali Clauſula, *ſi qua mihi juſta Cauſa videbitur in integrum reſtituam*, cui ſpecie æquiparatur remedium purgationis moræ ad *tradit. per Corb. de Emphyt. tit de cauſis privat. limit.* 20. *numer.* 7. *lib.* 1. *Sanfel. deciſ.* 114. *numer.* 7. *Rota deciſion.* 96. *per tot. par.* 3. *coram Verall. & deciſion.* 252. *numer.* 7. *par.* 12. quod fructus ſint reſtituendi a die motæ litis eſt *Text. in l. quod ſi minor §. Reſtitutio ff. de minor. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 807. *numer.* 22. *Sanfel. d. deciſ.* 108. *ſub numer.* 42. cum aliis in *præterita mea deciſione §. Mauſque*.

Poſtremò non relevat, quod Princeps ab initio non depoſuerit Canones, ac damna, & intereſſe, quæ ab Emphyteuta admitti volente ad purgationem moræ refundi oportebat, placuit enim rurſus reſponſio, quod cum depoſitum toties à Domino Principe oblatum fuerit, prout ſignantèr præſeferunt ipſæmet inſtantiæ ſuper moræ purgatione implicitè importantes hujuſmodi depoſiti oblationem, Collegium verò uſque ad rem judicatam prædictæ purgationi pertinacitèr ſe oppoſuerit ſub obtentu, quod caducitas fuiſſet irrevocabilitèr ad effectum perducta immò Depoſitum per Dominum Principem Urſinum in executionem decreti A. C. faciendum cum recurſu ad Signaturam impediverit ut in ultius *Summ. præteritæ propoſitionis numer.* 7. indè eſt ut in odium recipere recuſantis ſatis fuerit prædicta ſimplex oblatio abſque actuali depoſito *Urſil. ad Afflict. deciſ.* 205. *in fine Capyc. deciſ.* 19. *num.* 3. *Rota deciſ.* 143. *numer.* 18. *& ſeqq. & deciſ.* 441. *à numer.* 20. *uſque ad fin. par.* 18. *& in ſu, ra allegata Piſauren. ſeù Fanen. Emphyteuſis coram R. P. D. meo Molines §. Majori facilitate* cum aliis in *præterita mea deciſione §. final.* Debitor namque conſtitutus in mora per ſolam oblationem, non ſolum purgat moram, ſed & Creditorem in nova mora conſtituit *L.* 1. *C. de ſi ſcept. Præpoſ. & Ancar. lib.* 10. *Gloſ. in l. ſi Servum* 91. *§. Sequitur verbo de bono ff. de verbor. oblig. Ange., in l. ſi mora ſub numer.* 4. *ff. ſoluto matrimonio, & in l. acceptam* 19. *ſub numer.* 6. *Cod. de uſuris*, quicquid contrarium ſervandum foret in terminis prælationis retractus juris offerendi, & ſimilium, in quibus ideò Actor non conſequitur fructus à die motæ litis, ſi Depoſitum non præceſſerit, quia alias contra omnem æquitatem frueretur re, & pretio, ut in ſpecie obſervat *Fontanell. deciſ.* 73. *numer.* 7. *& deciſ.* 74. *num.* 14. *in fine*.

Et ita concluſum fuit ſuffragantibus omnibus DD. & utraque Parte acerrimè informante.

R. P. D. URSINO

Colonien. Satrapiæ.

Veneris 10. *Februarii* 1695.

ARGUMENTUM.

De Electione facta à Capitularibus, ſed non capitularitèr, Decano recedente à Capitulo, cujus eſt Præſes in hac Deciſione agitur, & quando verum ſit, quod minor pars poteſt eligere, majori recedente à Capitulo.

SUMMARIUM.

1 *Electio non facta capitulariter per omnium vota non ſubſiſtitur.*
2 *Electionem non ſufficit fieri à Capitularibus, niſi etiam fiat ab eis Capitularitèr Congregatis in loco deſtinato.*
3 *Decano recedente à Capitulo convocato pro aliis negotiis Capitulum dicitur terminatum.*
4 *Decanus eſt Præſes Capituli, & ſine ejus conſenſu alia negotia proponi non poſſunt.*
5 *Electio poteſt fieri à minori parte, quando major pars Capitularium voluntariè receſſit à Capitulo dummodo Capitulum fuerit legitimè convocatum ſicut ſi pro aliis negotiis congregatum fuit.*

DECIS. XXXVII.

OFficium Prætoris, ſeù Satrapæ in loco Bleiſchein, cujus collatio pleno jure ſpectat ad Capitulum, & Canonicos Collegiatæ Beatæ Mariæ Virginis ad gradus Coloniæ a quibuſdam Capitularibus obtinuit Franciſcus à Vvimar, adversùs quam electionem inſurgente Decano, aliiſque Superioribus Canonicis, contentio primitùs excitata fuit coram Officiali Colonien. qui poſtquam Litteras manutentivas electo conceſſerat, ſubinde in petitorio electionem tanquam irritam annullavit, talique Judicato in ſecunda Inſtantia à Reverendiſſimo Nuncio confirmato, Capitulum pendente appellatione ad novam devenit electionem, qua irritata à Signatura Juſtitiæ cum reſcripto -- *de appellatione circumſcriptis omnibus geſtis poſt appellationem, & interim D. Nuntius provideat quoad Gubernium hodiè coràm me cauſa inſtructa, cum Decanus, aliique Canonici in actis produxerint renunciationem formitèr emiſſam à novo electo ad normam reſcripti Rota is prodits die* 7. *currentis à Domini exequiſui* -- An conſtet de invaliditate electionis Franciſci à Vvimar, & affirmativa emanavit pro informante reſolutio.

Conſtat namque, talem electionem fuiſſe à quibuſdam Capitularibus expletam poſt diſſolutum Capitulum, quod pro aliis negotiis terminandis fuerat indictum, & quando Decanus, qui Præſes eſt Capituli una cùm Senioribus diſceſſerat, prout teſtatur Secretarius in Prothocollo per ipſum

1 ipſum *inſcripto Sum. informantis n.* 1. Unde electio ſub-
ſecuta uti non facta Capitulariter per omnium vota
ad reg. Text. in cap. in Geneſi verb. communiter de elect.
eſt de Jure nulla, cum non ſufficiat fieri à Capitu-
laribus, niſi etiam conſumatur ab eis Capitulari-
2 ter congregatis in loco ad id deſtinato ad tradita
per Rotam in deciſion. 9. & 29. de Procur. in antiq. &
& coràm Seraphin. deciſ. 1247. num. 30. & coram Cavaler.
deciſ. 193. num. 5.

Nec relevat eligentes fuiſſe Capitulariter
Congregatos etiam in loco Capitulari; Ideò va-
lide ad electionem devenire potuiſſet, etiamſi
Decanus voluntariè cum aliquibus diſceſſerit,
quia Capitulum, quod fuerat pro aliis negotiis
3 determinatum jam conſumptum erat; Undè
Decano abeunte dicebatur terminatum, nec alia
negotia abſque illius conſenſu proponi poterant,
cum tale munus ei tanquam Capituli Præſidi per-
tineat ad ſenſum *Gratian. diſceptat.* 482. *numer.* 26.
& Barboſa de Canon. & Dignitat. cap. 37. *numer.* 12.
Ideoque qui permanſerunt in Aula Capitulari
non dicebantur Capitulariter congregati, nec ad
actum validum poterant devenire, *quia & ſi*
vera ſit propoſitio à minori parte poſſe negocia expleri,
& ſi major voluntariè diſcedat, hoc tamen procedit quo-
ties præceſſerat convocatio Mandato illius, qui poterat
legitimè convocare, ſecùs vero quando convocatio
pro aliis negotiis interceſſit, quia tunc eis ter-
minatis, alia ſine Decani approbatione tractari
non valent, & benè dixit *Rota coram Put. deciſ.* 283.
lib. 3. *per totum*.

Et ità altera &c.

R. P. D. TREMOILLE.

Romana Hæreditatis.

Lunæ 4. Februarii 1697.

A R G U M E N T U M.

Subnectitur hæc Deciſio, ubi agitur de Statuto Velitrarum an comprehendat Clericos, & eo uti poſſint Clerici per modum privilegii.

S U M M A R I U M.

1 *Succeſſio defertur proximioribus ſublata differentia ſexus.*
2 *Statutum Civitatis Velitrarum excluſivum fœmina-rum.*
3 *Statuta Laicorum hodie comprehendunt Bona Cleri-corum ex recentiori conſtitutione Innocentii XI. ſi excludunt fœminas.*
4 *Conſtitutio Innocentii XI. ſuper excluſione fœminarum non comprehendit hæreditates antea delatas.*
5 *Clericus per modum privilegii poteſt uti Laicali Statuto.*
6 *Clericus ut dicatur uti Statuto Laicali, debet eſſe certa ejus voluntas, non autem conjectu-rata.*

DECIS. XXXVIII.

SEntentiam Rotalem R.P.D. mei Pii conce-
dentem Abbati Joſepho, & Joanni Lucæ fra-
tribus de Crucis immiſſionem pro ſexta par-
te in bonis hæreditariis clar. mem. Card. Martii de
Ginnettis hodie etiam Domini cenſuerunt eſſe
confirmandam: Valida enim non modo inventa
eſt ex Actorum revolutione, juxta vulgata adeò
requiſita *deciſ. Capuaquen.* 260. *par.* 2. ſed etiam un-
dequaque juſta, dum præfatis Actoribus ideò in
hujuſmodi quota denegari nequit immiſſio, quia
jus ſuum metiuntur a valida ceſſione ipſis facta per
Mariam Annam Cardinalis neptem, quæ concur-
rere debet ad ſucceſſionem defuncti una cum quin
que ex fratre nepotibus in eodem conſanguinita-
tis gradu conjunctis, ſublata enim antiquiori dif-
ferentia ſexus maſculini, & fœminini, fit locus 1
promiſcuæ ſucceſſioni proximiorum *l. maximum vi-*
tium C. de liberis præteritis Buratt. deciſ. 262. *num.* 12.
& deciſ. 188. *per tot.*, quæ dari debet in capita, &
non in ſtirpes *l. tertia §. poſt fratres, fratrumque C.*
de legitimis hæredibus §. ſi plures in verbo admittantur
Inſt. lib. 3. de legitim. agnat. ſucceſſ. Theſaur. deciſ. 162.
num. 4. *Rot. in Recent. deciſ.* 180. *& deciſ.* 278. *part.* 6.
& deciſ. 138. *par.* 7. *per. tot.* & latius *in deciſ. prædicta*
27. *Januarii* 1696. *coram R.P.D. meo Pio*.

Nec excluſionem Mariannę à tali ſucceſſione
ſuadere viſa ſunt aliàs allegata Statuta Civitatis
Velitrarum, atque hujus Almæ Urbis *cap.* 145. *&* 2
146. *lib.* 1. decernentia, fœminas contentas eſſe
debere ſuis dotibus, ſi contigerit concurrere cum
fratribus, aut nepotibus: etenim licèt iſta ex re- 3
centiori Conſtitutione ſa. me. Innocentii XI. ho-
diè comprehendant ipſamet bona Clericorum, de
quibus in hypotheſi agitur, nihilominùs vires ſuas
hæc nequit porrigere ad hæreditatem Cardinalis
Martii longè antea delatam, ut præ cæteris in *de-* 4
ciſ. R. P. D. Pii ultegutis 27. *Januarii anni proximè*
elapſi firmatum fuit in puncto Innocentianæ *coram*
Floren. 28. *Junii* 1684. *§. Prout etiam*. Et quidem
tàm ex vulgata Juris regula, quod Leges, & Con-
ſtitutiones futura tantùm reſpiciant, non verò
præterita *l. leges C. de legatis l. meminimus in fine C. de*
hæredibus inſtitut. l. conſtitut. C. de legibus, ubi *Comun.*
num. 6. quam etiam ponderando literam Pontificiæ
declarationis in hæc verba diſponentis — *Statuimus*
ut in ſucceſſionibus in poſterum, & poſt præſentium publi-
cationem aperiendis, & deferendis &c. — quæ omnem
prorsùs dubitandi anſam videntur eliminare.

Minùs juvat replicatio, Cardinalem potuiſſe
ſaltem per modum privilegii uti dictis Laicalibus
Conſtitutionibus ex *Textu in cap. ſi adjutorium diſt.* 10 5
Etenim haud benè infertur ab ejus poteſtate ad vo
luntatem, quæ pro determinanda ſucceſſione ad
normam Statutorum debet eſſe certa, & ex eorum 6
qualitatibus, & conditionibus determinata, ut ex
Baldo tradit *Cravett. conſ.* 802. *nu.* ... *tom.* 5. *Honded.*
conſ. 77. *num.* 110. *tom.* 2. & latiùs comprobat *dicta*
deciſ. coràm R. P. D. meo Pio §. non urgente in fine, Non
autem longiùs arceſſita ex levioribus, & vagis in-
ductionibus, quæ etiam in materia conjecturali
admitti non ſolent *Angelus in l. in quartam in fin. ff.*
ad l. falcid. Rota in Rec. deciſ. 145. *num.* 26. *part.* 8.
Rec.

Et ita cæteris omiſſis tamquam minoris mo-
menti, vel præventivè ſublatis in deciſione de mo-
re elucubrata coram R. P. D. Pio reſolutum fuit
unica tantùm &c.

R.P.D.

Digitized by Google

R. P. D. P I O.

Bononien. Manutentionis.

Lunæ 1. Julii 1697.

A R G U M E N T U M.

An Statutum liget Clericos, & iſti in favorabilibus uti poſſint per modum privilegii, & quid requiratur, ut dicatur conſtare de tali uſu.

S U M M A R I U M.

1 *Hæredes Teſtamentarii, licet poſteriorem poſſeſſionem habentes manutenendi ſunt contra Succeſſores inteſtatos habentes anteriorem.*

2 *Statutum Bononiæ quod ſolus hæres capiat poſſeſſionem.*

3 *Statutum Bononiæ præfert hæredes in poſſeſſione, & alios privat commodo poſſeſſionis.*

4 *Statuta Laicorum non ligant Eccleſiaſticos, ſeu Eccleſiæ bona, licet ſint favorabilia.*

5 *Statuta Laicalia, quando nullam mentionem faciunt de Eccleſiis, ſeu Eccleſiaſticis perſonis, iſtæ poſſunt uti per modum privilegii.*

6 *Clerici ſi non poſſent uti ſtatutis Laicalibus ad eorum favorem eſſent deterioris conditionis, quam Laici.*

7 *Clerici Cives ſunt, & appellatione Civium in favorabilibus continentur.*

8 *An requiratur Clerici explicita declaratio ut poſſit uti ſtatutis Laicalibus.*

9 *Clericus Teſtator præſumitur ſe conformaſſe cum Statuto Laicali, & quando.*

10 *Teſtamentum dicitur approbatum per petitionem legitimæ relictæ.*

11 *Falſitatis exceptio contra Teſtamentum rejicitur ad petitoriam, nec retardat manutentionem hæredi.*

DECIS. XXXIX.

DOmini manutentionem, quam Martino denegarunt, concedendam eſſe cenſuerunt Pauperibus S. Leonardi, & litis Conſortibus, muniuntur hi namque titulo legalis Teſtamenti Hieronymi Dicaliti, at proindè licèt poſſeſſionem in tempore poſteriorem habentes contra quoſcumque anteriores detentores hæreditatis ex
1 titulo inteſtati veniunt manutenendi, ad firmata in ſpecie per *Rot. coram Cerr. deciſ. 757. num. 1. & per tot., & in Romana manutentionis 14. Januar. 1686. §. Adhuc enim coram Eminentiſſ. Caccia*, idque ea optima ratione, quia cum venientibus ab inteſtato exhibito Teſtamento, ſublata remaneat quælibet actio, ut tradunt *Borell. conſ. 37. num. 1. Sixtin. inter conſil. Marpurgen. lib. 2. conſ. 11. num. 14. Rota in Romana Teſtamenti 15. Februarii 1694. §. De validitate coram R. P. D. Muto*, conſequens eſt, ut illicò deficiente titulo, cum eo quoque poſſeſſio ejuſdem virtute appræhenſa inficiatur, *Gratian. diſcept. 870. num. 17.* & proſequitur *Rota in dicta Romana manutentionis eodem §. Adhuc enim*.

Quæ quidem Juris Communis diſpoſitio in
2 præſenti hypotheſi fulcitur ex cenſura Statuti Bononien. relati per *Monterent. lib. 2. ſub Rubr. quod nullus occupet poſſeſ. rei hæredit. §. Statuimus* juxtà quod *nemini alii quam hæredi liceat mortuo Poſſeſſore bona ſub quovis quæſito colore occupare, vel ingredi, & occupata, vel ingreſſa retinere, etiam auctoritate Judicis, & ſi quis contrafecerit, cadit ab omni jure, & commodo ipſius poſſeſſionis*, quamobrem Martinus qui talitèr poſſidens à Statuto privatur, omni poſſeſſionis commodo haberi debet, ut iniquus occupator, nec poteſt reportare manutentionem, quæ eſt principale commodum poſſeſſionis, *Signorell. conſ. 262.* 3
num. 4. cum aliis diſcuſſo articulo relatis per *Rot.* in terminis hujus Statuti *coram Dunoz. Jun. deciſ. 730. nu. 6. & in rec. deciſ. 38. num. 9. cum ſeqq. & deciſ. 130. num. 3. & ſeqq. & deciſ. 265. nu. 5. par. 10.*

Neque vis Patrii Statuti declinatur ex eo, quod Teſtator eſſet Clericus, ideòque illud tanquam laicale in ejuſdem Teſtamento nil operari valeat; Siquidem tametſi Leges, & Statuta Lai-
corum non ligent Eccleſiaſticos, ſeu Eccleſiæ bo- 4
na, licèt eſſent favorabilia, quia Statutorum Conditores nulla ſuper iiſdem potiuntur juriſdictione, niſi conſenſu, & approbatione Summi Pontificis extiterint roborata *cap. Eccleſia S. Mariæ, & cap. quæ in Eccleſiarum*, ubi latè *Gonzal. nu. 6. de Conſtit. Mart. de Juriſdict. caſ. 5. num. 26. & caſ. 52. num. 8. Sales de leg. diſput. 4. ſect. 8. num. 92. de Maria. lib. 2. variar. reſol. cap. 213. nu. 1. Germon. de Sacroſ. Immunit. lib. 2. cap. 11. in fin. Franc. de compet. quæſt. 99. nu. 2. & 3.* ex vi ſolùm diſcretiva, & rationis, ac naturali juſtitia, à qua nemo ſubducitur, ſi Juri Canonico, & libertati Eccleſiæ non repugnent, ab illis non eximuntur, ut diſtinguunt omnes ſupra citati, & præ cæteris *Gonzal.* quibus addi poſſunt *Antunez de reg. donat. par. 2. lib. 1. cap. 10. num. 75. & ſeq. Modernus Epiſcopus Veralanus ad Stat. Faven. in obſer. ad Rubr. 13. num. 7.*

Adhuc tamen ſemper recepta fuit præmiſſæ concluſionis declaratio, ut ſcilicèt quando Statuta nullam mentionem faciunt de Eccleſiis, ſeù Ec-
cleſiaſticis perſonis, tunc quia in generali diſpoſi- 5
tione non cadit ſuperioritas Statuentium, Clerici, & Eccleſia illis poſſint uti per modum privilegii, & illorum diſpoſitione juvari uti merè privilegiativa, *Gloſ. in cap. novit verſ. quicumque de Judic.*, & docet *Abb. Panormit. in d. cap. Eccleſia S. Mariæ num. 37.* quem ſequuntur communiter Doctores, & ſignantèr *Burſat. conſ. 93. num. 22. lib. 1. Dec. conſ. 114. num. 1. verſ. ſed tamen*, his minimè obſtantibus *Surd. conſ. 1. ſub num. 19. & conſ. 301. num. 24. Maſcard. de gener. Statut. interpr. concluſ. 1. num. 192. cum ſeqq. Ambroſin. de Immunit. Eccleſ. cap. 21. num. 18. & ſeqq. Gruſſ. de effect. Cleric. effect. 2. num. 43. Bellett. diſquiſ. Cleric. tit. de exempt. Cleric. à Statut. ſæcul. par. 1. §. 2. num. 36. & ſeqq. Ciarlin. contr. for. cap. 45. num. 5. & 6. Sperell. deciſ. 10. num. 35.* & hanc ſententiam conſtantèr amplexa fuit *Rota*, ut *coram Millino dec. 146. & coram Cerr. deciſ. 276. utrobique num. 6. & in rec. deciſ. 438. num. 7. & 50. par. 8. & deciſ. 343. num. 36. & ſeqq. par. 12. & deciſ. 369. num. 13. par. 16. & deciſ. 175. pariter num. 13. par. 17. & deciſ. 392. num. 20. part. 18.* & noviſſime *in Romana hæreditatis 27. Januarii ſuperioris anni §. Non urgente coram Me, confirmata 4. Februarii proximè præteriti coram R. P. D. meo de la Tremoille §. Minus juvat.*

Aliàs namque deterioris conditionis adeſſent 6
Clerici, quam Laici, ſi privilegium irritandi poſſeſſiones præter Teſtatorum voluntates adeptas
iſtis conceſſum, illis denegaretur, qui pariter Ci- 7
ves ſunt, & Civium appellatione in favorabilibus
con-

Digitized by Google

7 continentur, *Text.* eſt litteralis *in cap. ſi in Adjutorium diſtinct.* 10. ibi -- *Si in Adjutorium veſtrum etiam Terreni Imperii leges aſſumendas putatis, non reprehendimus, fecit enim Paulus, cum adverſus injurioſo. Civem Romanum ſe eſſe, retta mecit* -- & tradunt *Novar. de gravam. Vaſſal. tom. 1. gravam. 32. num. 8. Bordi. de præſtant. Reg. Cathol. cap. 71. num. 14. Barboſ. vot. deciſiv. 26. num. 51. Sperell. deciſ. 11. num. 9.* imo in eo conſiſtit privilegium Ecclefiæ, ſeù Clerici, ut poſſint juvari lege, quam contra ſe non tenentur admittere, & uti Statuto, quo non ligantur, benè *Sard. de conſ. 2. numer. 35. & 47. Honded. conſ. 78. num. 110. & ſeqq. lib 2. Lamberteng. de contract. mulier. gloſ. 2. num. 58. Fanzon. ad Stat. Urb. in proœm. n. 103. Sperell. citat. deciſ. 11. num. 7.*

Minuſque obſtare videtur, quod ſaltèm ad hunc effectum requireretur explicita declaratio
8 ipſius Hieronymi ab initio actus, ut exinde deduci poſſet illius voluntas utendi memorato Laicali Statuto ad ſenſum *Rotæ in Romana Salviani 23. Martii anni præteriti §. Abſque eo quod, & in dicta Romana hæreditatis ejuſdem anni coram M.* Quoniam cum non verſemur in actu hujus explicitæ declarationis à principio capace ex quo de tempore conditi teſtamenti Hieronymus cogitare non poterat, quod injuſta poſſeſſio ejus hæreditatis Jure ſucceſſionis inteſtatæ occuparetur, & ſic caſus utendi Statuto advenit poſt obitum Clerici, in his ſanè terminis habetur pro ſufficienti declaratione, quod Clericus Statuto Laicali uti voluerit, ſi nihil contra formam Statuti egerit, quia eo ipſo eidem dicitur ſe conformaſſe, ut in ſpecie notat *Vulpell. de Immunit. par. 2. num. 43. Graß. d. effect. 2. numer. 493.* & magis præcisè *Rota deciſion. 392. num. 23. & ſeqq. par. 18. recent.*

In facti autem contingentia diſpoſitio Hieronymi non ſolùm in nihilo contrariatur Statutariæ ſanctioni, verùm expreſsè cum illa conſonat, ſi ponderentur verba, quibus legitur concepta ibi -- *adeſſo per allora ſeguita la mia morte voglio, che da ſe poſſa ſenza miniſtero di Giudice apprendere il poſſeſſo, e ſia trasferito in lei per tal' effetto di manutentione.* Et rurſùs -- *e non voglio, che altri poſſa ingerirſi nella mia eredità*, quæ concordant cum prærecenſita Statuti di-
9 ſpoſitione, juncta præſertim Juris Communis aſſiſtentia, quod etiam conformationem voluntatis cum legibus Patrii Statuti in Teſtatore præſumit, de qua *Menoch. conſ. 524. num. 5. Peregr. conſ. 41. num. 11. lib. 1. & de fideicom. art. 25. num. 53. Mantic. de conject. lib. 6. tit. 7. numer. 4. Antograd. Sen. conſ. 47. num. 16. lib. 2. Mart. de ſucceſſ. legal. par. 1. quæſt. 9. art. 6. num. 2. & 5. Alter Antograd. contr. 68. num. 11.* Quinimò declaratio hujuſmodi remanet approbata ex facto ipſiuſmet Martini, hic enim conſtanter tàm in vita Hieronymi filii, quàm poſt illius obitum jura ſucceſſionis experiri velle proteſtatus fuit ad formam Patrii Statuti *Summ. num. 10.* à qua quidem declaratione adeò ſeriò, ac iteratò emiſſa hodiè ampliùs ei reſilire non permittitur.

Quibus ergo ita ſe habentibus, ſuperfluum viſum fuit immorari ſuper aſſ. falſitate Teſtamenti ex quibuſdam extrajudicialibus Teſtium depoſitionibus deducta tunc quia Martinus inſtando pro aſſignatione legitimæ in vim illius, jam illud appro-
10 baſſe cenſetur, *Giovagnon. reſp. 7. numer. 8. lib. 2. Magon. deciſion. Florent. 58. numer. 33.* ſivè etiam quia hæc reſpiciunt Petitorium, atque ideò non ſunt admittenda in præſenti Manutentionis Judicio, in quo regulare eſt, quod exceptiones altiorem exquirentes indaginem reiici debent, ut ad rem in noſtris terminis dixit *Rota in Piſauren. Teſtamenti 1. Aprilis 1686. coram Reverendiſs. P. D. meo Decano, & in Romana Manutentionis 12. Junii ejuſdem anni §. fin. coram Eminentiſſimo Mediolanen.*

Et ità utraque &c.

R. P. D. MUTO

Reatina Archipresbyteratus.

Lunæ 13. Januarii 1698.

ARGUMENTUM.

Privatio Archipresbyteri propter delictum, ac ſucceſſiva impetratio pendente appellatione hìc nulla declaratur. Suſpenſio in perpetuum ab exercitio curæ Animarum non inducit privationem in Clericis.

SUMMARIUM.

1 *Arbitrium regulatur à Jure.*
2 *Jus non patitur, quod Litteræ Apoſtolicæ non juſtificatæ, & obreptitiæ ſint exequendæ.*
3 *Impetrans Beneficium ex capite privationis ob crimen, & ob non interpoſitam appellationem debet ea omnia verificare.*
4 *Beneficii Impetratio ob privationem eſt nulla ſi privatio fuit per appellationem ſuſpenſa.*
5 *Obreptio inducitur ſi Papa non conceſſiſſet, vel difficulter conceſſiſſet, expoſita veritate.*
6 *Obreptio eo magis attenditur, ſi adeſt præjudicium Tertii.*
7 *Cauſæ Criminalis exitus expectandus eſt tamquam præjudicialis Civili.*
8 *Privatio non inducitur ex ſuſpenſione, quia eſt pœna graviſſima in Clericis.*
9 *Litteræ Apoſtolicæ debent verificari de tempore Impetrationis, quod tunc à ſententia privationis non fuerit appellatum, nec ſuffragatur pendentia litis Criminalis.*

DECIS. XXXX.

SUB narrativa, quod Archipresbyteratus in Parochiali Eccleſia SS. Joannis, & Sebaſtiani Terræ Montis S. Joannis in Sabinis aſſet vacans, ex quo Franciſcus de Laurentiis poſſeſſor ob quorumdam criminum Cauſam de eo in perpetuum privatus fuiſſet per ſententiam Tribunalis Eminentiſs. D. Card. Vicarii Urbis in Judicio Criminali latam, quæ nulla prorsùs provocatione ſuſpenſa in rem judicatam tranſiiſſet illum à SS. D. N. impetravit Nicodemus Thomaſius, atque à Vicario Reatino uno ex Exequutoribus deputatis, Franciſco nullatenùs citato, fuit in poſſeſſionem immiſſus, itant adita ex iſtius parte Signatura Juſtitiæ, cum eadem mihi Cauſam commiſerit cum clauſula *Purito Literi arbitrio Rotæ circumſcripta, poſſeſſione*, ad emanati reſcripti tenorem diſceptatur hodiè conſuetum dubium -- *An intret arbitrium*, quod fuit à DD. *affirmativè* reſolutum; Nam jus, à quo regulatur arbitrium *ad Gloſ. in l. qualem verb.*

1 *videtur ff. de recept. arbitr. Rota in recent. deciſ. 353.*
num. 1. par. 10. in Eugubina Beneficii 23. Junii 1692.
§. 1. coram R. P. D. meo Caprara, non patitur litte-
ras, ut hic non juſtificatas, & obreptitias eſſe exe-
quendas, ut de primis diſponit *Text. in cap. 1. de*
2 *lit. conteſt. in 6. Rot. coram Dunoz. Junior. deciſ. 1007.*
num. 1. in recent. deciſ. 251. num. 2. par. 2. deciſ. 385.
num. 2. par. 13. deciſ. 413 num. fin. par. 18. & in Man-
tuana Beneficii 10. Decembris 1691. §. Cum enim coram
Reverendiſs. Zamoren. ac de ſecundis *Alter Text. in*
cap. in noſtra de reſcript. Rota in recent. deciſ. 148. num.
53. par. 19. in Lucana Beneficii 7. Maii 1694. §. Non
minus coram R. P. D. meo Molines, & in Nullius, ſeù
Pamphilonen. Beneficii de Berbinzana 10. Maii præceden-
tis anni §. Reſolutiones coram me.

Tales ſiquidem apparuerunt literæ Nicodemi
impetrantis, eo quia narrativa ſuppoſitæ Pontifici
vacationis controverſi Archipresbyteratus ex ca-
pite perpetuæ privationis inflictæ per antedictam
ſententiam Tribunalis D. Cardinalis Vicarii Urbis
vim rei judicatæ potitam ob non interpoſitam ap-
pellationem à reo, quam tamquam ſuæ gratiæ
fundamentum impetrans verificare tenebatur *ex*
3 *Rot. deciſ. 412. num. 15. par. 18. coram Royas deciſ. 315.*
num. 14. nullo modo juſtificatur, ſed prorſus red-
ditur obreptitia, eo quia conſtitit de appellatione
interpoſita, & admiſſa, ut *in Summar.* Franciſci
num. 2. & quod magis eſt licet hujuſmodi privatio
decreta fuiſſet in relata ſententia, nihilominùs per
ſubſequentem Tribunalis Gubernii Urbis in gra-
du appellationis emanatam extitit in hac parte ab-
rogata, ut falſa detegatur aſſertio per impetrantem
facta Summo Pontifici ſtabilitæ privationis per
ſententiam Tribunalis Domini Cardinalis Vicarii
in judicatum tranſactam, quandò nedùm per ſub-
ſequentem contrariam infirmata remanſerat, ſed
4 per ipſam appellationem ſuſpenſa, ut ait *Fontanell.*
de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 10. par. 1. num. 65. & 68.
cum ſequent. Rota in recent. deciſ. 473. num. 1. & 2. par. 9.
in Romana Aſſecurationis Navis Sancti Bonaventuræ 28.
Januarii præcedentis anni §. In nihilo refragante coràm
R. P. D. meo de Olmo. Si enim Pontifici innotuiſſet
à ſententia dicti Tribunalis Domini Cardinalis
Vicarii fuiſſe interpoſitam, atque admiſſam appel-
lationem, neutiquam gratiam conceſſiſſet, ſeù
5 ſaltem difficulter, quod ſufficit ad obreptionem in-
ducendam *per doctrinam Abb. in cap. poſtulaſti num. 1.*
de reſcript. Roſa de exequut. litter. Apoſtol. par. 1. cap. 5.
num. 26. Rota in Salamantina Beneficii 7. Maii 1694.
§. Secundo, quia coram me, & in dicta Nullius, ſeù
Pamphilonen. Beneficii de Berbinzana §. Ab hujuſmodi
vitio circa finem pariter coram me. Potiſſimè ob præju-
6 dicium Tertio ex indè reſultans, ut plenè *Rota*
coram Bich. deciſ. 410. num. 16. cum ſequent. & deciſ. 375.
num. 19. par. 19. recent.

Quin obſtare viſum fuerit, quod in dicta ſen-
tentia Gubernii demandata legatur pœna ſuſpen-
ſionis in perpetuum ab exercitio Curæ Anima-
rum, quodque ab eadem deindè fuerit appellatum,
7 ut expectandus ſit exitus Cauſæ Criminalis tam-
quam præjudicialis Civili *ad Text. in cap. 1. de ord.*
cognit. l. unica quando civil. act. crimin. præjudic. Nam
reſpectu ſuſpenſionis ex ea pœna privationis, quæ
in Clericorum delictis eſt graviſſima, *Teſte Fagnan.*
8 *in cap. Dilectus il primo numer. 20. de reſcript. Jul. Car-*
thar. Dec. Crim. 49. num. 61. cum ſeqq. non inducitur
juxtà firmata *per Rot. coram Merlin. deciſ. 227. num. 4.*
Pamphil. deciſ. 675. num. 6. & 7. in rec. deciſ. 319. num. 6.
cum ſeqq. par. 19.

Quo verò ad pendentiam Cauſæ Criminalis nullam meruit apud DD. animadverſionem, tum quia eamdemmet oſtendit gratiam non fuiſſe juſtificatam, quod ſufficit ex præmiſſis pro illius non exequutione, tum etiam, quia ſtabilita privatio ob tranſitum ſententiæ in judicatum, prout Pontifici fuerat expoſita, verificari debeat tempore impetrationis, aliàs enim cum gratia Tertio ſignanter præjudicialis ex falſa narrativa fuerit patenter obreptitia, remanſit ipſo jure nulla, *cap. final. de fil. Presbyter. Adden. ad Buratt. deciſion. 74. num. 6. in recent. deciſ. 223. num. 1. par. 3. & deciſ. 41. num. 7. par. 18.*

Et ità concluſum utraque &c.

R. P. D. PIO

Gerunden. Capparum.

Lunæ 27. Januarii 1698.

ARGUMENTUM.

Expenſæ pro Paramentis, Ornamentis, Luminaribus, Pluvialibus à quo ſint ſubminiſtrandæ in Eccleſia, An Epiſcopus teneatur ad contributionem pro fabrica Eccleſiæ, & uſque ad quam ſummam Cappæ Canonicis à quo ſint ſubminiſtrandæ.

SUMMARIUM.

1 *Expenſæ pro Paramentis, Ornamentis, Luminariis ac cæteris omnibus Cultui Divino neceſſariis venire, & involvuntur cum onere reparandi Eccleſiam, & ex introitu pro fabrica deſtinato ſunt ſolvendæ, & habet locum etiam in Pluvialibus.*
2 *Conſtitutiones, & Statuta Eccleſiæ, maximè obſervata ſunt attendenda.*
3 *Expenſarum Solutionem pro Paramentis facere debent omnes, qui vigore Statuti, vel Conſuetudinis ad eas concurrere debent, etiam fuiſſet conſtituta particularis adminiſtratio.*
4 *Conſuetudo de una Eccleſia ad aliam non venit extendenda, neque de loco ad locum, ſed in ſpecie probari debet.*
5 *Teſtes examinati pendente lite, & abſque litteris remiſſorialibus non probant.*
6 *Expenſæ, ubi fuiſſent factæ in partitis librorum, & in ſcriptis redactæ fuiſſent.*
7 *Actus qui dederunt cauſam liti non attenduntur.*
8 *Dignitates dicuntur eſſe de Capitulo, imò caput ipſius Capituli.*
9 *Solutiones factæ per illos, qui vocem in Capitulo non habent, non præjudicant.*
10 *Conſuetudine ſuppoſita ſuperfluum eſt ſtatutum.*
11 *Expenſæ pro paramentis, & aliis ſimilibus ſunt augendæ, quando id quod confertur in opus ad id deſtinatum non ſufficit.*
12 *Epiſcopus tenetur pro fabricæ indigentiis exponere quartam partem redditum menſæ Epiſcopalis.*
13 *Expenſæ pro Paramentis, & fabrica Eccleſiæ ſi non ſufficit id quod debet contribuere Epiſcopus, & opus*

Digitized by Google

ad id deſtinatum, ſunt ſubminiſtrandæ per Canonicos, & Dignitates.

14 *Promiſſio ſolvendi certam quantitatem in ingreſſu Capituli, & præbendæ Canonicalis non tenet.*

15 *Statutum factum contra Jus, & Sacros Canones non valet.*

16 *Nuncius Hiſpaniarum non poteſt ſtatuere contra Sacros Canones.*

17 *Legatus à Latere non poteſt ſtatuere contra Sacros Canones.*

18 *Conſenſus præſtitus à duabus dignitatibus, reliquis ſex afficere non poteſt.*

19 *Conſenſus omnium requiritur, ubi verſamur in actu voluntario.*

20 *Capitulum tenetur exhibere Cappas Canonicis ſtante conſuetudine etiam abſque ſolutione.*

21 *Dignitates, quæ vocem non habent in Capitulo non ſunt connumerandæ inter perſonas de Capitulo.*

22 *Indebita ſolutione probata locus eſt reſtitutioni.*

DECIS. XXXXI.

EO ſub ſundamento, quod in Eccleſia Gerunden. vigeret conſuetudo, & obſervantia, ac etiam adeſſent Statuta, quod obtinentes unam ex octo Dignitatibus tenerentur perſolvere in ingreſſu pro Cappis, ſeu Pluvialibus duplas quindecim; Capitulum ejuſdem Eccleſiæ, parem ſummam indebitè exegit à Procuratore in partibus conſtituto per Benedictum Vadellam pro capienda poſſeſſione Archidiaconatus Biſuldunenſis, de quo per Sanctiſſimum fuerat proviſus. Verùm renuentibus Canonicis ſummam exactam reſtituere, hinc Benedictus, ut propriæ, ac aliarum Dignitatum indemnitati conſuleret, obtinuit ſubſcribi Dubium, *An Capitulum poſſit quidquam exigere à Dignitatibus pro prætenſa ſubminiſtratione Capparum, & eaſdem Cappas de adminiſtratione Communi liberè, & abſque ulla ſolutione miniſtrare teneatur, itaut ſit locus reſtitutioni ſummæ exactæ*, quo in hodierna Audientia per me propoſito, conformis ejuſdem Benedicti petitioni prodiit reſolutio.

Etenim in Eccleſia Cathedrali Gerundæ ab antiquiſſimo tempore conſtituti reperiuntur particulares redditus pro ſabrica, quam vocant adminiſtrationem Operis, ac proindè nequit Capitulum quidquam exigere à Dignitatibus pro dicta præſtatione Capparum, ſed illas de præfata operis adminiſtratione liberè, ac abſque ulla ſolutione miniſtrare tenetur, tum ex Juris communis diſpoſitione, ſecundùm quam onus reparandi Eccleſiam, involuit etiam impenſas pro paramentis, ornamentis, luminariis, ac cæteris omnibus ho-
1 norifico Dei Cultu neceſſariis, quæ fabricæ æqui-
parantur ad *Text. in cap. finali de Teſtament.* ibi — *Ornamentis, ſeu fabrica, luminariis, ſive aliis ad perpetuum Cultum Divinum &c. Andr. Barbat. conſ. 26. num. 1. & 4. lib. 3. Surd. conſ. 62. ſub num. 4. & 5. Sperell. deciſ. for. Eccleſ. 68. num. 9. Genuen. in prax. Archiep. cap. 109. ſub num. 13. circa fin. Franc. de Eccleſ. Cathedr. cap. 20. num. 34. & ſeqq. Amoſtazz. de Cauſ. Piis lib. 4. cap. 1. num. 25. Ventrigl. in prax. annot. 18. num. 2. part. 2. Tondut. reſol. Beneſ. par. 1. cap. 39. num. 9.* Qui in ſpecie id exemplificat in Pluvialibus; Tùm etiam ex ſpecialibus ejuſdem Eccleſiæ Statutis, ac Ordinationibus regiſtratis in libro viridi nuncupato ibi — *Cappas omnes ſericas ipſi Eccleſiæ neceſſarias eſſe exſolvendas de Bonis ipſius Operis, præter illas, quæ debent fieri, & exſolvi per perſonas de Capitulo in novitate ſua*, quæ ſanè Conſtitutiones, cum ſint laudabiles, ac in Eccleſia Gerunden. huc uſque obſervatæ, veniunt
in Judicio attendendæ, ut alias reſpondit *Rota in* 2
Gerunden. Adminiſtrationis Epiſcopatus Sede vacante 24. Januarii 1687. §. Tùm demùm, & 20. Junii ejuſdem anni, §. Nec obiici valet coram bon. mem. Emerix Decano.

Non ſubſiſtente reſponſione, quod in univerſis Cathedralibus Provinciæ Cathaloniæ, & ſignantèr in in Eccleſia, de qua agitur, Cappæ non ſint conficiendæ ex redditibus Operis, ſed parandæ veniant de particulari Adminiſtratione pro reficiendis Cappis erecta quodque ex conſuetudine ibidem uſu recepta, ac inſuper de anno 1684. confirmata per Capitulare Statutum cum interventu Vicarii Generalis, ac nonnullarum Dignitatum exiſtentia, conditum, & ſubinde per Reverendiſſimum Hiſpaniarum Nuncium ſpecificè approbatum, non minùs Canonici, quàm Dignitates pro illius manutentione duplas quindicim in eorum ingreſſu, non obſtante præfato Decreto in libro viridi contento hùc uſque perſolverint *ę Summario Capituli num. 1. ad ſeq.* adeout propterea ad evitandam contrarietatem ejuſdem Decreti cum recenſita conſuetudine, omninò dicendum ſit, quod dum ibi excipiuntur expreſsè pluviales Cappæ à perſonis de Capitulo perſolvi ſolitæ ſub nomine Perſonarum de Capitulo, fuerint etiam compræhenſæ Dignitates, vel ſaltem in dicto libro viridi ſolum adnotatum fuiſſe onus Canonicis incumbens, abſque eo quod fuerit expreſſum aliud æquè ſimile, quo Dignitates gravantur, & per conſequens ex eodem probari ſolum affirmativam, quod nempè Perſonæ de Capitulo ad ſolutionem teneantur, non autem concludi valeat negativa, utpotè quia reticendo onus earumdem, nulla adhibita fuerit dictio exactiva reſpectu perſonarum de Capitulo, quo caſu juxtà notiſſimam Juris regulam, de qua *Textus in l. cum Prætor ff. de Judiciis, & in l. quamvis C. de pignor.* incluſio unius haud probat excluſionem alterius.

Siquidem tametſi in dubium revocari nequeat concluſio, quod ubi fuit conſtituta particularis adminiſtratio, ex qua virtute conſuetudinis, ac Statuti, Paramenta conficienda ſint, omnes qui illius manutentioni concurrere debent ad ſolutionem debitæ quotæ veniunt compellendi, ut tra-
dunt *Bero. conſ. 3. numer. 1. & 2. lib. 1. Panimoll.* 3
deciſ. 6. annot. 8. numer. 1. Franc. de Eccleſ. Cathedr. cap. 13. numer. 9. & ſeqq. Ventrigl. in prax. annot. 18. numer. 2. par. 2. Rota coràm Mantica deciſ. 284. num. 2. coràm Coccin. deciſ. 829. num. 1. repetit. in recent. deciſ. 627. num. 1. par. 1. & deciſ. 454. numer. 4. par. 3. earumdem rec. attamen non exiſtentia hujus particularis Maſſæ pro Cappis, ſeù pluvialibus conficiendis deſtinata, cui Dignitates quidquam perſolvere conſueverint ſufficienter probari videbatur, nec Statutum conditum anno 1684. eiuſdem Dignitatibus dicebatur obeſſe.

Non quidem primum, nàm quidquid revera ſit in reliquis Cathedralibus Catalonìæ, quod ubi etiam concludenter probatum eſſet, nullatenus officeret, ex quo conſuetudo extrahenda non eſt de loco ad locum, ſed in ſpecie probari debet,
Rota coram Seraphin. deciſ. 1159. numer. 6. in recent. 4
deciſ. 214. num. 2. par. 7. & in Hiſpalen. diviſionis ſimultaneæ 11. Februarii anni præteriti §. ſimilitèr, hac in Hiſpalen. Juris ſedendi in Choro 21. Junii ejuſdem anni §. Minuſque coràm R. P. D. meo Muto, & in puncto *coram Mantica dicta deciſ. 284. numer. 6.* Particularis

con-

Digitized by Google

confuetudo in Eccleſia Gerunden. minime proba-
ta remanſit, utpotè deducta ſolum ex quibuſdam
Teſtium depoſitionibus, quæ nullam animadver-
ſionem merentur, nedum quia pendente lite, &
abſque litteris Remiſſorialibus ab ipſis Canonicis
intereſſe habentibus, vel eorum Miniſtris fuerunt
5 emiſſæ ad plenè tradita per *Rotam in Dertuſen. Juriſ-
dictionis 6. Februarii 1696. §. Tùm quia coram Me*:
Verum etiam quia extrahendo partitas ſolutio-
num, quæ dubio procul, ubi interceſſiſſent in
ſcriptis fuiſſent redactæ per ea, quæ ponderat *Ro-*
6 *ta coram Bichio deciſ. 74. num. 43.* ubi concordantes
cum aliis *in Romana Pecuniaria, ſeù locorum Mon-
tium 14. Junii præteriti §. Altera verò, coram R.P.D.
meo Olmo*, plena rei probatio ex publicis documen-
tis potuiſſet haberi, *Cardinalis de Luca de Juriſdictio-
ne diſc. 37. numer. 8. Rota coram Cavaler. deciſion. 87.
numer. 1. in recentior. deciſion. 196. numer. 8. part.
prima deciſion. 18. numer. 6. part. 6. & deciſion. 252.
num. primo part. 7.*

Quam veritatem agnoſcentes Canonici de fa-
cto extrahi curarunt nonnullas Partitas, quæ ta-
men æquè ineptæ DD. viſæ ſunt, nam exceptis
duabus poſterioribus, quæ licèt probent ſolutiones
emiſſas per Archidiaconum de Sylva, & Benedi-
ctum Vadellam anno 1692. & reſpectivè anno
1695. attamen attendi nequeunt, ex quo ſunt actus,
qui Cauſam liti præbuere, ut obſervat *Rota in re-*
7 *cent. deciſ. 334. num. 4. part. 1. coram Bichio deciſ. 169.
num. 21. & deciſ. 522. numer. 20. & coram Priol. deciſ.
128. num. 8. & 377. num. 18.* cæteræ omnes ſunt pe-
nitùs extraneæ a caſu noſtro, utpotè ſolùm præſe-
ferentes, vel ſolutiones per Canonicos factas,
qualis eſt illa, quæ contigit anno 1340. *Summario
Capituli num. 9. litt. A.* vel præſtationem librarum
quinque pro feriali ſequuta de anno 1539. *dicto
Summario numer. 8. litt. C.* quas libras quinque tan-
quam à Dignitatibus perſolvi conſuetas citra diſ-
ficultatem exhibait etiam ipſe Benedictus Vadel-
la, vel denique probantes portiones ſolutas per
Epiſcopos tùm ratione duplicis Præbendæ Cano-
nicalis, quam obtinent in ſua Eccleſia; Tùm etiam
ratione propriæ Dignitatis, ob quam cum eſſe di-
cantur de Capitulo, imò caput ipſius Capituli *ad
Text. in cap. novit, & cap. quando de his, quæ fiunt à*
8 *major. part. Cap., Corn. conſil. 193. num. 3. lib. 3. Card.
de Luca de Beneſ. diſc. 1. ſub num. 34. & diſc. 28. ſub nu. 19.*
extrà controverſiam eaſdem ſubminiſtrare tenetur,
ut cavetur in ſuperiùs enunciatis ordinationibus
in libro viridi deſcriptis; Ideoque eorum ſolutio
Dignitatibus præjudicium inferre non potuit, quia
cum hæ vocem in Capitulo non obtineant, de Ca-
9 pitulo dici nequeunt, ut in ſimilibus terminis al-
terius Capituli Eccleſiæ Collegiatæ S. Fœlicis ejuſ-
dem Civitatis Gerunden, dixit *Rota coram Coccino
deciſ. 497. num. 1. coram Bich. deciſ. 203. & ſeq. & deciſ.
211. in fine*.

Nec relevat, antiquitùs conſueviſſe Dignita-
tes conferri perſonis actu Canonicis exiſtentibus,
& Ideircò mirum non eſſe ſi non reperiantur ſolu-
tiones in noſtris præciſis terminis factæ, nam ut
ſe habeat veritas hujus aſſumpti, cum inveriſimile
videatur, Dignitates iis tantum collatas fuiſſe, qui
Canonicali Præbenda potiebantur, & eo fortiùs
quia ex octo Dignitatibus Eccleſiæ Gerunden. ſex
ad præſens detinentur à Perſonis, qui Canonicatu
non ſunt inſigniti, placuit DD. reſponſio, quod
hoc non obſtante, ſi Canonici in ingreſſu ad Di-
gnitatem aliquid ſolviſſent, facilè poſſet Capitu-
lum de ſolutione docere.

Cæterum defectus conſuetudinis, & obſer-
vantiæ, ultra quod probatur etiam ex ipſo Statu-
to de recenti condito, nam data conſuetudine ſu-
perfluum fuiſſet ædere Statutum, ut ponderat *Ro-* 10
ta coram Coccino dicta deciſ. 829. num. 1. ad evidentiam
demonſtratur ex ipſamet Canonicorum confeſſio-
ne emiſſa in expoſitione Statuti, ibi namque
quamvis ſtuderet Capitulum oneri ſolutionis
Capparum Dignitates ſubjicere, ingenuè tamen
fatetur ſolos Canonicos præſata conſuetudine hu-
cuſque obſtrictos fuiſſe, verùm quia (inquit) etiam
Dignitates Cappis utuntur, & ex illis honorem
ſentiunt, æquum eſt, quod quemadmodum illas
ſolvunt, & ſolvere conſueverunt Canonici, ita
etiam illas ſolvant Dignitates, confeſſio autem
Partis omne genus probationis excedit juxta vul-
gatum *Textum in cap. per tuas de probationibus*.

Sublata ex his prima objecti parte à conſuetu-
dine deſumpta, minus roboris habere viſa eſt alte-
ra Statuto innixa, virtute cujus ſaltem conſuetu-
do Canonicos afficiens, ad Dignitates quoque ex-
tendi contendebatur. Quippè quia, omiſſa inſpe-
ctione validitatis ejuſdem Statuti, ſuper qua hodie
DD. non inſiſtebant, & ſublato æquivoco, quod
Epiſcopus interfuerit Capitulo per organum ſui
Vicarii, cum Vicarius haud intervenerit exqui-
rendo Capitularium vota, ſed ſolum cum alijs
conſederit tanquam ſimplex Canonicus.

Cenſuerunt DD. memoratum Statutum, tan-
quam injuſtum ſubſiſtere non poſſe, quia quid-
quid ſit, an hujuſmodi Capitulo competat facultas
ſtatuendi, adhuc ut juſtà in hypotheſi caſus noſtri
revocari deberet ad actum, duo eſſentialiter requi-
rerentur, primum videlicet; quod redditus ope-
ris, cui ut præmiſimus, inſpectis conſuetudine,
ac Eccleſiæ Statuto duplas quindecim in eorum in-
greſſu perſolvere tenentur, impares pro impenſis
ſupportandis fuerint adinventi, itaut urgeat præ-
ciſa neceſſitas alicujus ſubſidii ſuppeditandi, alias
enim illa ceſſante, nemo eſſet moleſtandus, ut
benè explicat *Gloſa in cap. 1. in finalibus verbis de Ec-* 11
cleſ. ædific. & tenent ibi *Henric. Boich. in fin. Hoſtien.
num. 1. verſic. & hoc intelligas* quando portio depoſita
non ſufficit, *Abbas ibidem num. 3. Butrigar. num. 6.
verſic. opponitur etiam circa finem, Anchar. num. 2. Bero.
conſil. 3. num. 5. verſic. & tunc ante omnia recurrendum
eſſet lib. 1. Pinſecc. in prax. Epiſcop. par. 1. cap. 3. nu. 1.
& ſeq. Valaſcb. conſul. 179. numer. 11. & 12. Panimoll.
deciſ. 6. annot. 8. num. 2. Sperell. deciſ. 67. num. 2. Ven-
trigl. in prax. annot. 18. numer. 2. par. 2. Rot. coram
Mantic. deciſ. 284. numer. 3. & coram Coccin. deciſ. 829.
num. 5.*

Alterius autem, quod deveniatur ad contri-
butionem, Juris ordine ſervato, ut nempè proba-
ta neceſſitate Eccleſiæ, Epiſcopus pro illius repa-
ratione prius impendat quartam partem reddi-
tuum Menſæ Epiſcopalis, non ſolum futurorum,
ſed etiam præteritorum; cum ei non liceat illos in
alios uſus conſumere, ſed eoſdem reſervare tenea-
tur pro fabricæ indigentiis *Gloſ. in cap. primum verbis* 12
final. de Eccleſ. ædificat. & tradunt omnes ſuperius
adducti, & præſertim *Bero. dicto conſil. 3. num. 9. verſic.
nec refragatur lib. 1. Franc. de Eccleſ. Cathedr. cap. 13.
numer. 22. & ſeqq. Rot. coram Mantica ſæpè citata deciſ.
284. num. 4.* Quando nec Quarta Epiſcopi ſatis eſ-
ſet, tunc cogeretur Capitulum pariter de Quarta
Canonicatuum ſupplere, & deindè ſervatis juſti-
tiæ diſtributivæ limitibus, Dignitates, cum reli-
quo Clero per Statutum ad prælatum ſubſidium
pendendum adſtringi poſſent, ut proſequitur

13 *Franc. de Eccleſ. Cathedral. cap. 13. num. 42. verſic. quod modo prædicto, & cap. 20. num. 39. & ſeqq. Pantuell. deciſ. 6. adnot. 8. num. 6. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 64. numer. 5.* & reſpondet *Rot. dicta deciſ. 829. numer. 8. & 9. coram Coccin.* repetita, ut jam dictum eſt *in recentior. deciſ. 627. par. 1.*

Quamobrem cum memorata Capituli diſpoſitio, prædictis nullatenùs attentis, ſubjecerit Dignitates oneri duplarum quindecim in ingreſſu ſubminiſtrandarum, omiſſa utique cenſetur ad ſublevandam tantum propriam, ac Epiſcopi obligationem, ac proindè tanquam injuſta ſubſtineri non valet; Quamvis probaretur interventus ipſiuſmet Epiſcopi, & facta diceretur pro majori Dei Cultu, ut optimè advertunt *Franceſ. ubi ſupra cap. 13. nu. 42.*
14 *Rot. coram Coccin. deciſ. 829. num. 4. & 5.* & reſpondit Sac. Congregatio in quadam Palentina regiſtrata per extenſum *apud Garziam de Beneſic. par. 8. cap. 1. num. 90.* Epiſcopus enim ſuppoſita obligatione propria, ac etiam exemptione Dignitatum emergente, tàm ex dicta generali Juris diſpoſitione expreſsè præcipiente contributionem Eccleſiaſticorum pro reparatione Fabricæ faciendam eſſe ordine ſuperius expoſito, quam ex peculiaribus Eccleſiæ Ordinationibus firmiter uſque ad hanc diem ſervatis, ſolas perſonas de Capitulo in actu adipiſcendæ poſſeſſionis controverſæ præſtationi adſtringentibus, eximendo ſe à propria obligatione, haud valet in eorum præjudicium, ipſis inauditis, quidquam ſtatuere, quod a Juris Cenſura, & a rectis
15 Eccleſiæ ſuæ Canonibus deviet, ut docent *Abbas in cap. A ſi Clerici, §. De Adulteriis num. 10. de Judiciis, Domin. de S. Gemin. in cap. licet in princip. num. 8. de elect. in 6.* & in terminis alterius Statuti in Eccleſ. Gerunden. pariter inconcuſſe obſervati deciſum fuit *coram Seraphin. deciſ. 590. numer. 5. & ſeq. & coram Gregor. deciſion. 154. numer. 5. in fin. verſic. & ſuit ſæpius.*

Atque ex hoc capite exiſtimarunt DD. neutiquam relevare, quod idem Statutum a Reverendiſſimo Hiſpaniarum Nuntio confirmatum extiterit, quoniam nec ipſi licet reſcribere, ſtatuere, aut indulgere contra Sacrorum Canonum cenſuram,
16 ut monuit *Gloſſa in cap. finali verb. figura, verſ. ſed dubitari ſolet de hæretic. in 6. Joan. Andr. in cap. finali num. 7. ibique Hoſtien. ſub num. 11. uſque ad fin. de offic. Archipresbyt.* & in fortioribus terminis Legati à Latere tradunt, *Grattan. diſcept. forenſ. cap. 300. num. 50.*
17 *Tondut. reſol. Civil. cap. 67. numer. 17. tom. 1. Rota in Ravennaten. Donationis 5. Aprilis 1677. §. In præſenti coram clar. mem. Cardinali Vicecomite, & in Avenionen. Donationis 20. Aprilis 1682. coram Reverendiſſimo Domino Urſino Decano*, & noviſſimè concordantibus adductis reſponſum fuit *in Toletana Adminiſtrationis 26. Junii ſuperioris anni §. Altera, coram me.*

Minuſque refragari, quod in æditione ejuſdem Statuti nonnullæ Dignitates Capitulo interfuerint, quódque etiam ipſæ Cappis utantur; Primum enim tollebatur, nedùm ex eo, quod prædictæ Dignitates Capitulo intervenerant, tanquam Canonici, cùm alias eiſdem intereſſe minimè licuiſſet, dùm voces in Capitulo non habebant, ut probatum eſt; Verùm etiam ex quo conſenſus a duabus præſtitus, reliquis ſex officere non poteſt, ad
18 *Text. in cap. 1. & toto tit. de his quæ fiunt a majori parte Capit.* & firmat *Rota in Gerunden. Anniverſariorum 15. Decembris 1575. coram Cæſare de Graſſis ubi ſupra*, attento potiſſimùm, quod verſamur in actu voluntario, in quo conſenſus omnium intereſſe ha-
19 bentium requiritur, ut ex *Text. in cap. humilis*, ubi *Innoc. numer. 2. verſ. & maximè de major. & obed. Rot. coram Bich. deciſ. 256. num. 23.*

Secundum verò ceſſabat advertendo, quod cùm Dignitates ſint exemptæ a ſolutione, tam ex dicta generali Juris diſpoſitione, quam ex particulari lege Cathedralis Eccleſiæ Gerunden. ac inſuper de redditibus Operis Capitulum ſemper Dignitatibus Cappas liberè præſtiterit, dubio procul tenebitur inpoſterùm illas exhibere, ſicuti de facto eaſdem ſubminiſtrare non dedignatur cæteris Eccleſiæ Beneficiatis, abſque eo quod ratione uſus 20
nihil unquam exſolverint, ad tradita per *Card. de Luca de Canonic. & Dignit. diſcurſ. 3. numer. 3. & ſeq. Rot. deciſ. 542. numer. 4. & ſeq. & deciſ. 543. num. 1. & ſeq. coram Bich. & in recent. deciſ. 380. per tot. par. 11.*

Quibus ita Statutis, nec dubitare contingit, ſub veteri Decreto in libro viridi compilato ſub nomine Perſonarum de Capitulo Canonicos tantùm fuiſſe admiſſos; ſiquidem ſublata de medio contraria conſuetudine, Dignitates, quæ vocem in Capitulo non habent, juxta Juris diſpoſitionem inter Perſonas de Capitulo per ſolos Canonicos conſtituto connumerandæ non ſunt, ut ultra authoritates ſuperiùs adductas in *§. Quem veritatem in* 21
fine, ſpecifice loquentes de Eccleſia Gerunden. generaliter firmant *Compoſtellan. in cap. 1. num. 4. verſ. nunquam Portionarii, Fagnan. in d. cap. 1. num. 43. Valenz. conſ. 194. numer. 21. & ſeqq. Ferret. conſ. 115. per tot. Card. de Luca de Canon. & Capit. diſc. 4. num. 5. Rot. coram Seraphin. deciſ. 98. num. 1. & coram Martin. Andrea deciſ. 53. numer. 3. & in rec. deciſ. 708. num. 3. par. 2.*

Undè a primo ad ultimum jure ſequi viſum fuit, quod cum nulla ratione ſuffultum, Capitulum exigere valeat a Dignitatibus prætenſas ſubminiſtrationes duplarum quindecim, cogendum eſſe ad reſtitutionem æqualis ſummæ a Benedicto 22
exactæ, quæ nunquam evitari poteſt, quoties indebita proceſſit ſolutio, ita ſanciente *Textu in l. 1. & toto tit. ff. de condit. indebit. Jo: Galemart. in declarat. ad Sac. Concil. Trid. cap. 14. num. 1. Rota coram Priolo deciſ. 42. num. 105. & coram Ninot. deciſ. 2. num. 8.*

Et ita poſt ſecundam Cauſæ propoſitionem reſponſum fuit utraque &c.

R. P. D. U R S I N O.

Piſana Juriſpatronatus.

Veneris 24. Januarii 1698.

A R G U M E N T U M.

Jus honorificum Patroni Laici præſtandi aſſenſum in Electionibus Abbatiſſarum, & conſignandi Claves Monaſterii in ſignum inveſtituræ hic recenſetur. An Laici ſint capaces exercendi Actus Spiritualitatem importantes hic diſcutitur.

S U M M A R I U M.

1 *Manutentio datur poſſidenti ad ſtatum poſſeſſionis.*
2 *Poſſeſſione probata præeminentiarum datur manutentio.*

3 *Aſ-*

Digitized by Google

3 *Aſſenſus electioni Abbatiſſæ, & traditio Clavium Monaſterii, ſunt actus ſpiritualitatem importantes.*
4 *Laici ſunt ſpiritualium incapaces.*
5 *Poſſeſſio in ſpiritualibus reſpectu laicorum incapacium ſapit naturam iniquæ occupationis, & non eſt manutenenda.*
6 *Beneficia, Officia, & Dignitates Eccleſiaſticæ complectuntur Temporalia, & Spiritualia.*
7 *Temporalia conſiſtunt in adminiſtratione bonorum Beneficii.*
8 *Abbatiſſæ habent Jus gubernandi, & corrigendi moniales quoad ea, quæ ad Spiritum, & Vitam Monaſticam pertinent, & hoc dicitur Jus ſpirituale.*
9 *Verba* eligere, inſtituere, conferre *in Laicis interpretantur pro ſimplici temporali præſentatione.*
10 *Verba ſunt intelligenda ſecundum intentionem proferentis, etiamſi aliquam dubietatem paterentur.*
11 *Abbatiſſa inſtallatur, & inſtituitur ab ordinario ſecundum formulam hic relatam.*
12 *Inveſtitura in ſpiritualibus fit per dationem Baculi, & immiſſionem Annuli.*
13 *Inveſtitura in ſpiritualibus importatur per traditionem Annuli, & Baculi.*
14 *Aſſenſus Patroni Laici in electione Abbatiſſe poteſt eſſe licitus.*
15 *Clavium Monaſterii traditio reſpicit temporalia quoad Patronum Laicum.*
16 *Officium propriè denotat temporalia, & Dignitas Juriſdictionem, & Spiritualia.*
17 *Manutentio conceditur poſſeſſori, donec titulus diſcutiatur in petitorio.*

DECIS. XXXXII.

CUM ad normam Tranſactionis ſtipulatæ uſque ab anno 1588. obſervantiæ exinde ſubſequutæ trium uniformium Sententiarum, in controverſia ſubinde promota obtentarum, alteriuſque Concordiæ ſub anno 1661. renovatæ cum pariformi trigenaria obſervantia, Familia de Caſapieris in pacifica reperiretur poſſeſſione cujuſdam honorificæ præeminentiæ Patronalis exercendæ in actu electionis Abbatiſſæ Monaſterii Sancti Matthæi Piſarum, præſtandi ſcilicet conſenſum electioni novæ Abbatiſſæ ad requiſitionem ab ea faciendam, illique tradendi claves in ſignum veræ, & realis inveſtituræ, & poſſeſſionis Officii Abbatiſſatus, Petrus Matthæus, aliique de Caſapieris ad tuenda jura, & præeminentias, tot titulis, tantoque temporis decurſu propriæ Familiæ acquiſita, in quibus denuo ſeſe perturbatos ſentiebant à Monaſterio, & Monialibus, ac a Promotore Fiſcali Curiæ Archiepiſcopalis illis adhærente, expedire curarunt coram A.C. Monitorium ſuper exequutione, & obſervantia Tranſactionis, & Sententiarum, ac manutentione reſpectivè, quo præſentato utrique ex Coppoſitoribus ab eo fomentum ſumpſit acris concertatio inter has Partes, quæ primitus inſtaurate coram A. C. ac concluſa cum Decreto manutentivo ad favorem fratrum de Caſapieris *in quieta, & pacifica poſſeſſione, ſeu quaſi, præſtandi aſſenſum Abbatiſſæ Monaſterii electis, & tradendi illis claves in ſignum actualis poſſeſſionis Officii Abbatiſſatus*, fuit ex poſt mihi in gradu Appellationis delegata à Signatura Juſtitiæ cum facultate manutenendi quem de jure, ad cujus tramites cùm in hodierna Audientia exquiſierim à Dominis: *An, & cui ſit danda manutentio*; poſt ſedulam Cauſæ diſcuſſionem retento tenore Decreti A. C. conventum fuit in ſenſu: *Dandam eſſe manutentionem Caſapieris in poſſeſſione, ſeu quaſi, præſtandi conſenſum electionibus Abbatiſſarum jam Capitulariter factis, electiſque pro tempore tradendi claves in ſignum actualis poſſeſſionis Officii Abbatiſſatus.*

Retento namque ſatis vulgato Juris principio originaliter deſumpto ab Edicto Prætoris in §. *Retinendæ, inſtitut. de interdict.* per quod non permittitur vim inferri ei, qui poſſidet, quinimmo ad tramites, & ſtatum poſſeſſionis illi manutentio conceditur ad nota Jura congeſta a *Poſth. de manutent.* 1
obſervat. 19. numer. 2. circa finem, inutiliter hic non retexenda poſſeſſio, ſeu quaſi, fratrum de Caſapieris, quoad effectum recenſitæ præeminentiæ exuberanter probata remanebat, tum ab Inſtrumento Tranſactionis ſtipulato de anno 1588. *eorum Summario num.* 3. in quo ad ſedandas controverſias jampridem exortas ſuper exercitio pinguiorum jurium, quæ Domus Caſapiera ante Synodum Tridentinam obtinebat, de quibus plenè in *dicto Summario num. 1. per totum*, quæque ob ſuperventas Ordinationes Conciliares moderare opus erat; Reciproco Partium conſenſu ex interpoſitione Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ, ut in *præcitato Summario numer.* 2. conventum extitit, illos ex memorata Familia in futurum gaudere debere jure honorifico præſtandi aſſenſum electionibus Abbatiſſarum jam Collegialiter completis, ac electis tradendi, & conſignandi claves Monaſterii in ſignum veræ, & actualis inveſtituræ, & poſſeſſionis Officii Abbatiſſæ, ſub qua methodo eodem anno 1588. talem prærogativam exercuit Flaminius in electione Urſulæ de Sardis; ita etiam confirmante, & anctorante Archiepiſcopo Piſano, ut in *laudato Summario numer. 3. circa finem*, tum etiam ex tribus uniformibus Sententiis latis de annis 1656. & duobus ſequentibus, *præallegato Summario numer.* 4. in quibus contradicente Monaſterio pronunciatum fuit, cogendas eſſe in futurum Abbatiſſas ad implorandum aſſenſum Dominorum de Caſapieris Patronorum ejuſdem Monaſterii, ac ad recipiendum illius claves in ſignum Patronatus, prout alias actum fuerat, & concordatum in memorato Inſtrumento anni 1588. quibus Sententiis ſubſequuta quoque fuit res judicata ex Reſcripto Præfecti Signaturæ Juſtitiæ, illarum exequutionem canonizantis cum clauſula: *Sine præjudicio trium conformium*, ut legere eſt in *dicto Summario num.* 5. Ac denique ex uniformi obſervantia ita ſemper practicata ab anno 1661. uſque ad tempus motæ litis in omnibus electionibus pro tempore geſtis, ut comprobant jura data in *memorato Summario à num. 6. ad* 10. quibus omnibus adſtipulantibus, ſicut controverti nequit diuturna poſſeſſio actorum, quoad controverſam præeminentiam, ita in illius ſequelam eis manutentio denegari non valet, ad generales regulas 2
tentas *à Rota coram Cerro deciſ. 465. num. 5. & in recent. deciſ. 38. num. 7. par. 18. & in Clemneen. Juriſdictionis 19. Januarii 1693. §. Conſtat namque, coram R. P. D. meo Muto*, & nuperrimè in *Romana Alimentorum 9. Decembris anni mox elapſi, §. Conſtitit namque, coram me.*

Manutentionis autem effectum ex taliter qualificata poſſeſſione derivatum minimè infringebat ponderatio, quod præſtare aſſenſum electioni Abbatiſſæ, claves tradere, & illarum conſignationem connotare titulo veræ, & realis inveſtituræ, & poſſeſſionis Officii Abbatiſſatus, ſunt actus Spiritualitatem importantes, & Spiritualia de directo reſpicientes, ad *Textum in cap. Indemnitat. §. Ve-* 3
rum,

Digitized by Google

rum, de elect. in 6. ibique *Geminian. in ſecundo notabili*, *& Fagnan. in cap. Dilecta, num. 10. de majorac. & obed.* quorum cùm Laici ſint omnino incapaces, immo
4 eis reſiſtat Sacrorum Canonum, & Conciliorum diſpoſitio tot ſudoribus, totque periculis, & ærumnis primitus ſtabilita à nunquam ſatis laudando Gregorio Septimo in *Concil. Roman. 5. anno* 1078. *canon. 3. & in Concil. Roman. 7. canon.* 2. roburataque ab Urbano Secundo in *Synodo Melphitana anno* 1190. *canon.* 8. & *in Concil. Lateranen.* ſub Paſchali Secundo pro revocandis Indultis, quæ armata manu, ut notum eſt in Eccleſiaſtica Hiſtoria, extorſerat Enricus Quintus Imperator, quæ omnia Jura reaſſumpta ſunt in *cap. Quoniam* 16. *quæſt.* 7. & dixerit *Lup. in Decretal. tom. 3. diſſert. 4. præemia 1. cap. 4. per totum, & bon. mem. Card. de Laurea in epitom. Sacr. can. verb. Laici, fol. 297. colum.* 1. Quælibet poſſeſ-
5 ſio in hiſce Juribus à Laicis acquiſita, uti ſapiens naturam iniquæ occupationis, fomentum non tribuat ad manutentionem aſſequendam, ad tradita per *Poſth. de manut. obſerv. 44. num. 54. Card. Tuſc. litt. P. concluſ. 447. numer.* 18. *&* 19. *& Rota coram Royas deciſ. 42. num. 1. & coram Celſ. deciſ. 52. num. 6.*

Quoniam ad objecti eliminationem, in quo totum Cauſæ momentum ſiſtebat, præmiſſo à Dominis non fuiſſe conceſſam manutentionem Caſapieris, niſi ad limites Mandati A. C. ac proinde in ſola poſſeſſione præſtandi conſenſum Electionibus, & tradendi claves in ſignum poſſeſſionis Officii Abbatiſſatus, (deletis illis verbis, *In ſignum veræ, & realis inveſtituræ*, quæ, utpote majorem Spiritualitatem importanti, Laicis poſſe competere ſatis dubitatum eſt) generalis urgebat reflexio, quod cùm actus præſtationis conſenſus electionibus jam factis, & tradendi claues in ſignum veræ poſſeſſionis Abbatiſſatus, poſſint æquè ſe referre ad Temporalitatem, & Spiritualitatem, cùm omnia Officia, Dignitates, & Beneficia utrumque in ſe
6 complectantur, ut de Abbatiſſatu dixit *Rota deciſ. 83. num. 4. & 15. par. 3. diverſ.* & de Parochialibus, & Beneficiis in *deciſ. 39. num. 31. & ſeqq. par. 12. recent.* quia Temporalitas nuda ſiſtit in bonorum, & rerum Monaſterii adminiſtratione, & perceptione fructuum, cum onere erogandi in utilitatem, & ſumptum Monialium, & Miniſtrorum: Spiritua-
7 litas verò in hujuſmodi Abbatiſſis, quæ Juriſdictionem Eccleſiaſticam non habent, & tantùm quodammodo conſiderabilis in jure gubernandi, & corrigendi Moniales quoad ea, quæ ad Spiri-
8 tum, & vitam Monaſticam pertinent, ut bene Spiritualitatem deſcribendo poſt *Archidiacon. & Bellamer.* explicat *Lotther. de re benefic. quæſt. 9. numer. 7. & ſeqq. lib. 2. & Tamburin. de jur. Abbatiſſ. quæſt. 1. diſputat. 32. quæſit. 1. per tot.* Hinc ad dignoſcendum an actus præeminentiales Spiritualitatem involvant, vel intra fimbrias nudæ temporalitatis ſiſtant, perquirenda eſt voluntas gerentis, ac rimandæ circumſtantiæ, quibus mediantibus actus geritur, non autem ſunt materialiter criticanda verba, ac detorquenda in ſenſum illicitum, & improbatum, ſed debent interpretari juxta voluntatem proferentis naturam actus geſti, & circumſtantias, quibus concomitatur, itaut ab his omnibus ſi dignoſcatur præeminentiam ſola jura Temporalia percutere, licèt verba ſint indifferentia, & Spiritualibus æquè adaptentur, voluntas eſt verbis præferenda, ut habemus in præciſis terminis Fundatoris, vel Patroni, qui ſi inſubſiſtentia nihil aliud intendat agere, quàm actum nominationis ſibi permiſſum, & hoc depromatur à clara voluntate gerentis, natura actus geſti, & concomitantiis, & nihilominus utatur verbis Spiritualitatem involventibus, utpote eligere, inſtituere, conferre, non per hoc interdicendum ei eſſe uſum dictorum verborum, quia attenditur mens proferentis, quàm verba prolata, illaque interpretantur pro ſimplici Temporali præſentatione eis competente, ut ex *Text. in cap. Quanto, de privileg. & cap. intelligentia,*
de verb. ſignific. firmant in terminis *Imol. in cap. final.* 9
num. 2. de conceſſ. Præbend. Valenzuel conſ. 87. num. 20. & ſeqq. Rocc. de Curt. de jurepatronat. in rubric. de jurepatronat. verb. Juſpatronatus, num. 9. & in verb. honorificum, num. 75. verſ. Limita 2. Lambert. eodem tractat. art. 7. 1. quæſt. principal. 1. par. 2. lib. n. 3. & 4. fol. 419. Lotther. de re benefic. quæſt. 1. num. 20. & quæſt. 18. n. 33. & in fortioribus terminis dixit *Rot. coram Durozz. Jun. deciſ. 241. num. 5. & 6.*

Applicando autem theſim hypotheſi, citra controverſiam eſt præeminentiam conceſſam illis de Familia Caſapieria, etſi forſan verbis dubiis explicatam, importare ſolam Temporalitatem juris honorifici Patronalis, quoniam non ſolùm in prima Tranſactione anni 1588. poſt concordatam formulam verborum ſtatuitur, ibi: *Sed tamen prius proteſtata, quod non intendit memoratæ Familiæ eligendi jus in prædicto Monaſterio attribuere, ſed pro conſervando ei honore Juriſpatronatus denunciavit Domino Flaminio &c.* ſed etiam in ſecunda de anno 1661. eadem, & pinguior proteſtatio emiſſa fuit, ibi: *Proteſtandoſi prima la medema Madre Abbadeſſa, che non intende attribuire jus alcuno nell' elettione dell' Abbadeſſa, in pregiuditio del Monaſtero, mà ſolamente per conſervar l'honore, e preeminenza del Juſpatronato della Famiglia Caſapieri denuntio &c.* eademque methodo ſervata, quoties Caſapieri ſuas præeminentias exercuerunt, eademmet proteſtatio præmiſſa fuit, ut in toto eorum *Summario à num. 3. ad* 10. illique non ſolùm ſemper acquieverunt, ſed hodie ad magis, magiſque patefacien. eorum voluntatem ſola honorifica præeminentia contentam contradiſtinctè à qualibet etiam umbra Spiritualitatis ampliſſimam in Actis emiſerunt declarationem datam in *eorum Summario num.* 14. quia ſpecificarunt ſeſe per verba illa exprimi ſolita in electionibus Abbatiſſarum, nunquam intellexiſſe, neque intelligere, obtinere, vel acquirere aliquod jus Spirituale in dictis electionibus, ſed ſolam conſervationem jurium Honorificorum, conſentientes ulteriùs cuicumque proteſtationi ſuper reſervatione Spiritualium ab Ordinariis emittenda; à quibus omnibus palam fit, intentionem proferentis verſari circa actum omnino licitum, & permiſſum, ritèque deſervire pro interpretatione verborum, etſi aliquam in ſe dubietatem paterentur, ut proſequitur *Rot. deciſ. 483. nu. 16.* 10
& 17. par. 14. & deciſ. 340. numer. 18. & 19. par. 15. recent. & in Capuana Parochialis 15. Februarii 1666. §. Neque pro ſubjectione, coram bo. me. Bevilaqua.

Et incaleſcit argumentum penſata natura actus geſti, & circumſtantiis illum concomitantibus; nam ante omnia præcedit Capitularis electio, quam faciunt Moniales, ſubſequitur deinde conſenſus Patroni cum formalitate verborum toties relata, illique poſtremo adjungitur confirmatio, & approbatio Ordinarii, qui Abbatiſſam electam inſtallat, & benedicit, eique tradit Baculum, & Annulum ſub hac formula: *Accipe plenam, & liberam poteſtatem regendi hoc Monaſterium, & Congregationem ejus, & ad omnia, quæ ad illius regimen interius, & exterius Spiritualiter, & Temporaliter pertinere noſcuntur*,
& ab iſta poſtrema inſtallatione, quæ dicitur In- 11

ſtitu-

ſtitutio Canonica, & Auctoritativa, ſuam auctoritatem Abbatiſſa electa recognoſcit, dum per eam inveſtita eſt in Spiritualibus, & Temporalibus, prout relata verborum formula tradit *Vivian. de jurepatr. lib. 4. cap. 7. num.* 13. meliùs *Lambertin. art.* 1. 11. *quæſt. principal. 3. par. ſub num.* 1. *& 3. lib. 2. fol.* 213. ubi quod inveſtitura, quoad Spiritualia, fit per dationem Baculi, & immiſſionem Anuli, &
12 concordat *Pac. Jordan. var. elucubrat. lib. 5. tit. 4. num. 22. de benedict. Abbat.*

Hocque retento themate Sacri Canones non reſiſtunt, & naturalis incapacitas Laicorum pro acquiſitione jurium Spiritualium minimè obluctatur; nam illa vindicat ſibi locum in actibus, & verbis pernecesse præſeferentibus præeminentiam Spiritualem, prout eſt traditio Anuli, & Baculi Paſtoralis cum omnimoda libertate eligendi, aut inſtallandi, prout contendebat Henricus Quintus, & per Privilegium violenter extortum obtinuit à Paſchali Secundo, tunc carceribus mancipato, immediatè tamen revocatum ab eodemmet Paſchali in Concilio Generali Lateranenſi, ut refert Pater Foreſtus in vitis Romanorum Pontificum, in vita Paſchalis Secundi *fol.* 486. ibi: *Concedente dunque all' Imperatore il deſiderato Reſeritto dell' Inveſtiture in queſti termini eſpreſſi: Eletto che ſia liberamente il Veſcovo, e l' Abbate ſenza Simonia coll' aſſenſo dell' Imperatore, queſti l' Inveſtiſca della poſſeſſione Temporale con dar loro*
13 *l' Anello, & il Bacolo Paſtorale.* Quod juremerito aboletum fuit in Concilio Lateranenſi, quia traditio Anuli, & Baculi inveſtituram quoad jura Spiritualia importabat, ut probat *Lambertin. de jurepatronat. art. 1. 11. quæſt. principal. 3. par. lib. 2. nu. 1. & num. 3. fol.* 213. & inveſtitura ſonabat in plenarium jus electivum, quod Principes Laici ſibi attribuere contendebant jure Auctoritativo, & non ſimplici Patronali, nullaque aderat proteſtatio, vel circumſtantia, quæ libertatem Eccleſiæ, & ejus jura vindicaret, quinimmo omnia collimabant in oppoſitum, ad quæ proinde tollenda de medio commendabiliter tot Summi Pontifices inſudarunt, & præ cæteris Gregorius VII. mira fortitudine, & conſtantia pro tanto reparando præjudicio exilium uſque ad mortem ſubſtinuit, ut recitata tota hiſtoria videre eſt apud *Pac. Jordan. elucubrat. diverſ. tom. 1. lib. 1. tit. de requiſ. ad Epiſ. creat. num. 6.*

Quantùm verò hæc omnia diſtent à noſtris terminis, nec minùs ſub dubitatione cadit, nam agimus de nuda præeminentia Patronali taliter importata à verbis natura, qualitate, & circumſtantiis actus geſti, ſic explicata à proferente, & confeſſata à Patronis, ac demum præſervata ſub nuda qualitate Patronali ab ampliſſimis proteſtationibus pro libertate Monaſterii emiſſis ab ipſiſmet Abbatiſſis electis in omnibus electionum actibus, & quidem præviè ad exercitium Patronale, quod acquieſcendo proteſtationibus, immo illis inhærendo Patroni ſemper geſſerunt; unde nil clariùs ad excludendam quamcumque Spiritualitatem à materia, ſuper qua diſceptatur.

Nec eſt ambigendum, quod verba, & actus qui conceduntur Caſapieris ad conſervationem Juriſpatronatus etiam in ſui materialitate nudam Temporalitatem importent, nam illi reducuntur ad tres, aſſenſum nempe præſtandum electioni jam Collegialiter factæ, traditionem clavium, & connotationem tituli in ſignum Officii Abbatiſſatus. De aſſenſu autem poſt electionem præſtando quæſtio non emergit, quippe tale Privilegium
14 quoad Monaſteria, & Eccleſias Conventuales, earumque Prælaturas eſt clauſum in corpore Juris, & ſcriptum in *cap. Nobis, de jurepatr.* ubi gloſſa ait: *Immo neceſſe eſt, quod requiratur, quia poſſet excipere contra ipſum, ſi non eſſet idoneus*, & firmant *Rocc. de Curt. de jurepatr. in verb. In Eccleſia, ſub nu. 7. verſ. Et anus effectus*, & poſt *Ancharan. & Abbat.* dixit *Rot. coram Cavaler. deciſ. 445. num. 4.*

Ejuſdem naturæ eſt traditio clavium, quia illa refertur ad jus merè Temporale quoad adminiſtrationem bonorum, & materialitatem Monaſterii, nam clavium conſignatio reſpicit ſolùm res materiales, quæ ſub clavibus ſtare, & per claves tradi poſſunt, ad *Text. in leg. Clavibus traditis* 15
74. ff. de contrahen. empt. Rot. deciſ. 183. num. 10. par. 19. recent. optimè ad propoſitum in *Fanen. Eccleſiæ, & Clavium 5. Julii 1688. §. 1. verſ. Quoad proprietatem materialem, & juſpatronatus, & §. fin. coram bon. me. Emerix Decano*, nec unquam trahi poteſt in Spiritualitatem, quæ cum loco non circumſcribatur, nec rebus inhæreat ſub traditione poſſeſſionis rerum non venit, ut bene *Surd. conſ. 135. num. 63. & Poſth. de manut. obſerv. 73. num.* 103. & ex hac ratione materialitas, & jura Temporalia bene dicitur comprehenſa in traditione clavium per dictum *Abb. in cap. Auctoritate, num. 9. de inſtit.* & ſequitur *Lambertin. loco toties ſupracitato.*

Connotatio demum in tituli in ſignum poſſeſſionis Officii Abbatiſſatus majorem exorbitantiam ſecum non fert, quàm cùm Abbatiſſatus in ſe duo contineat, Spiritualitatem nempe, & Temporalitatem, Officium propriè deſignet illam partem, quæ reſpicit merè Temporalia, & è converſo pronomen Dignitatis Juriſdictionis denotat, &
Spiritualia, ut bene per *Tex. in l. Legat. 65. §. Si ex* 16
officio, ubi *Gloſſ. verb. Officium, & verb. Factum eſt, ff. de legat.* 2. punctualiter diſtinguunt *Burſat. conſ. 377. num. 10. Prat. de juriſdict. Epiſc. cap. 6. numer. 7. & Rot. deciſ. 9. ad fin. de præben. in nov.* ideoque de primo ad ultimum liquet tàm ex proprietate verborum, quàm ex mente proferentis, cæteriſque circumſtantiis ſecluſam eſſe quamcumque Spiritualitatis involutionem.

Præmiſſa autem omnia, eò magis roborantur perpenſa natura Judicii ſummariiſſimi manutentionis, in quo verſamur; Nam cùm in eo poſſeſſio longæva prævaleat titulo, licèt data Juris reſiſtentia poſſeſſio non urgeat, tamen quando illa eſt dubia (prout ſine controverſa eſt in hypotheſi) poſſeſſor eſt manutenendus, donec titulus diſcutiatur in Petitorio, ad ſenſum *Rot. in deciſ. 74. nu. 8.* 17
coram Duran. & deciſ. 492. num. 10. coram Ubald. ſequutum, & approbatum in *Olomucen. Juriſdictionis 19. Januarii 1693. §. Quandocumque, verſ. Rurſus in caſu, coram R. P. D. meo Mato.*

Et ita in acerrimo Partium contradictorio &c.

R. P. D. ANSALDO.

Surrentina Juriſdictionis.

Veneris 21. Februarii 1698.

ARGUMENTUM.

An Loca Pia, Confraternitates, vel Hoſpitalia conſtructa in ſolo Baſilicæ

La-

Digitized by Google

Lateranen. ſint exempta à Juriſdictione ordinariorum; De Viſitationibus Epiſcoporum an ſint facta Jure ordinario, vel Delegato. Aggregatio Confraternitatum Baſilicæ Lateranen., Quod operetur & alia per multa ſcitu digna, Viſitatio Confraternitatum in Eccleſiis Regularium quomodo per agenda.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus habet intentionem fundatam viſitandi Hoſpitalia, Cappellas, & Confraternitates, & implendi ea quæ pertinent ad conſervationem Divini Cultus.*

2 *Manutentio conceditur ordinario ex ſola Juris aſſiſtentia, abſque probatione actuum poſſeſſionis.*

3 *Aſſiſtentia Juris non præbet manutentionem, quando è converſo oſtenditur contraria quaſi poſſeſſio libertatis, & exemptionis.*

4 *Poſſidens quaſi libertatem, & exemptionem venit in ſua poſſeſſione libertatis manutenendus.*

5 *Ordinarius habens pro ſe aliquos actus poſſeſſionis exercitæ, cum aſſiſtentia Juris manutenendus eſt, & deſtruit contrarios actus quaſi libertatis, & exemptionis.*

6 *Viſitationes ordinariorum conſervant Jus eorum, & exercitium Juriſdictionis.*

7 *Viſitationes præſumuntur factæ potius Jure ordinario quam delegato, etiam quod ſint factæ poſt Concilium Tridentinum.*

8 *Confraternitatis aggregatio reſtringitur ad privilegia Indulgentiarum, & fori interni, non autem operatur exemptionem ab Epiſcopo.*

9 *Actus ſine ſcientia Epiſcopi, illi non præjudicant in Exercitio Juriſdictionis.*

10 *Suppreſſio Tribunalium particularium à Sanctiſſimo facta commendatur.*

Et operatur, ut recta via Juriſdictio Judicum ordinariorum loco ipſorum Tribunalium ſucceſſerit.

11 *Actus Turbativi, & attentati non veniunt attendendi.*

12 *Sententia ſuſpenſa per appellationem habetur pro non lata.*

13 *Sententia non tranſit in Judicatum non præfixis ſolitis terminis ad docen. de appellatione.*

14 *Verba* — Contigua Eccleſiæ *ſapiunt vicinitatem, & proximitatem, & excludunt intrinſecitatem.*

15 *Viſitatio Confraternitatum in Eccleſiis Regularium quomodo peragenda.*

DECIS. XXXXIII.

PRæviis duabus Deciſionibus coram R. P. D. meo Muto obtinuerat, nemine tunc comparente, Archiepiſcopus Surrentinus mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione Viſitandi, alioſque actus ad Juriſdictionem Ordinariam pertinentes exercendi in Cappella, & Hoſpitali Confraternitatis nuncupatæ ſub ſemper Auguſto, & Ven. titulo B. Mariæ Miſericordiæ, quandò ab eiſdem reſolutionibus forsàn excitati Confratres recurſum habuere ad Signaturam Juſtitiæ, quæ mihi reſcripſit — *Alteri cum facultate manutenendi quem de Jure*; Undè ad ejuſdem reſcripti limites ſciſcitando DD. meos, cui danda eſſet manutentio, reſolutionem habui, quod manutenendus eſſet Archiepiſcopus.

Non etenim erat quæſtio, quod eum Hoſpitale, Cappella, & Confraternitas exiſterent nedùm intrà fines, & circumdarium Diœceſis, ſed in ipſo Meditullio, ſeù loco Civitatis Surrentinæ, haberet proindè Archiepiſcopus intentionem, undique fundatam, quod ad ejus Ordinariam Juriſdictionem attineret facultas, & reſpectivè ſollicitudo, nedum Viſitandi jure proprio ipſum Hoſpitale, Cappellam, & Confraternitatem, ſed etiam conſecutivè implendi omnia ea, quæ eamdem Juriſdictionem circa Divini Cultus conſervationem, & augumentum paſtorali providentiæ de Jure Divino, ac Sacrorum Canonum commiſſa ſunt, juxtà ſancita in Concilio Aurelianenſi relat. per *Gratian. in Decret. par. 2. cauſ. 16. quæſt. 7. can. 7. &* 1 *priùs cauſ. 10. quæſt. 1. can. 9. cum 3. ſeqq.* juncto *Text. Decretal. in cap. conquerente 16. de Offic. Ordin. & in cap. cùm Epiſcopus 7. eod. tit. in 6. ac Concil. Trident. de Reform. ſeſſ. 6. cap. 4. & ſeſſ. 21. cap. 8. Rota in Cæſarauguſtana Juriſdictionis 8. Februarii 1692. §. Moti, coram bo. me. Emerix*, cum reliquis notiſs.

Quoque propterea eidem Archiepiſcopo, veluti habenti pro ſe Juris, & SS. Canonum aſſiſtentiam deberetur manutentio pro exercendis omnibus actibus, qui præfatam Juriſdictionem, ac poteſtatem ordinariam concernerent, etiamſi pro parte ejuſdem Archiepiſcopi, tamquàm Ordinarii, nulli exhiberentur, vel probarentur actus particulares exercitæ quaſi poſſeſſionis, ex quo ipſa ſola Juris, & Canonum aſſiſtentia non conflictata à contrariis privilegiis, vel ſufficienti conſuetudine capax eſt ad tribuendam manutentionem Ordinario, ut habetur *apud Poſth. de manut.* 2 *obſ. 45. num. 6. & 7. Marant. reſponſ. 21. num. 4. & 5. par. 4. Capon. diſcept. 46. numer. 4. & 5. & diſcept. 47. num. 3. Panimoll. deciſ. 1. annot. 9. num. 5. Rot. coram Zarat. deciſ. 10. num. 9. & in Leodien. Juriſdictionis 15. Martii 1688. §. Etenim coram bo. mem. Rondinino, & in Brixinen. Juriſdictionis 5. Junii ejuſdem anni, §. fin. coram R. P. D. meo Caprara*, & in individuo caſus noſtri *eadem Rot. deciſ. 383. num. 9. confirmata in deciſ. 530. par. 18. rec.*

Verùm totum fundamentum ſuæ defenſionis conſtituebat Confraternitas in prætenſo privilegio, ſivè exemptione derivante per Apoſtolicas conceſſiones, & Indulta promanantia ab Honorio III. Boniſacio IX. Calixto III. poſtmodùm innovata per Sixtum hujus nominis Quintum in ejus Conſtitutione, quæ incipit — *ſi cunctas — in ordine la 19.* ex quibus ſanè Conſtitutionibus, ac largitionibus S. Sedis quæcumque loca Pia, Confraternitates, vel Hoſpitalia veluti conſtructa in ſolo Sacroſanctæ Baſilicæ Lateranen. ab Juriſdictione quorumcumque Ordinariorum eximuntur; quapropter etſi in præſenti Judicio puræ manutentionis, nec Archiepiſcopus, nec Confraternitas inſiſteret ſuper perquiſitione applicabilitatis talium Indultorum, ſed in nudo facto quaſi poſſeſſionis, ſeù actuum reſpicientium ſubjectionem, vel exemptionem, hinc eadem Confraternitas ad infringendam præfatam Juris aſſiſtentiam militantem pro Archiepiſcopo demonſtrare ſatagebat, quod ipſa verſaretur in contraria quaſi poſſeſſione libertatis, & exemptionis, qua concurrente remanet in hoc ſummariiſſimo poſſeſſorio inefficax, vel non attendenda eadem Juris aſſiſtentia, prout

ſæpiùs

ſæpiùs introſpecto ordine Judicii firmatum fuit, &
3 ſignanter *in deciſ. 423. num. 3. par. 2. recent. & deciſ.
596. numer. 2. & 3. apud Poſth. de manut. & deciſ. 19.
num. 6. coram Merlin. & deciſ. 389. num. 2. coram Peu-
tinger. & deciſ. 51. num. 2. & 3. poſt Tamburin. de Jur.
Abbat. & in Capuana, ſeù Montis Caſinen. Parochia-
lium 10. Martii 1679. §. Rursùs coram bo. mem. Bourle-
mont, confirmata 17. Junii 1686. §. Cæterum coram
clar. mem. Card. Matthæio.*

Actus verò, ex quibus Confraternitas pro-
priam exemptionem, & conſequenter regulæ ſu-
periùs adductæ limitationem tueri contendebat,
inſubſtantia reducebantur ad effectivam aggrega-
tionem, quam de anno 1596. reportaverat ipſa
Confraternitas à Capitulo Lateranen. necnon ad
ſucceſſivas Canonum ſolutiones debitas in reco-
gnitionem dependentiæ à memorato Capitulo La-
teranen. cum opportunis renovationibus prime-
væ aggregationis pluries reportatis, & præciſè de
anno 1685. *ut in Summ. Confraternitatis num. 2.* qui-
bus denique jungendo actum poſitivum Viſitatio-
nis expletæ per Deputatum ab eodem Capitulo
Lateranen. reſpectu Cappellæ, Hoſpitalis, & Con-
fraternitatis ſub anno 1688. una cum Sententia la-
ta de anno 1670. per Judicem Baſilicæ ſuper decla-
ratione, & exiſtentia talis exemptionis, non po-
terat idcircò (ſubjungebat Confraternitas) dubi-
tari, quominùs ipſa conſtituta eſſet in pluſquam
ſufficienti probatione libertatis, & exemptionis,
quemamodùm enim actus ſubjectionis, ac Juriſ-
dictionis conſtituunt illum, cujus favore cantant,
in quaſi poſſeſſione manutenibili pro eorumdem
actuum continuatione, ita è converſo actus ſtan-
tes pro libertate efficiunt, ut prætendens ſe exem-
ptum, vel non ſubjectum, veniat in ſua quaſi poſ-
ſeſſione libertatis manutenendus, ut per *Text. in*
4 *cap. cum perſona de privil. in 6.* communiter tradunt
*Poſth. de manut. obſ. 45. num. 17. Franceſ. de Eccleſ. Ca-
thedr. cap. 30. num. 245. Rot. deciſ. 685. num. 2. & ſeqq.
par. 1. rec. deciſ. 546. num. 1. cum tribus ſeqq. par. 5. &
coram Peuting. deciſ. 6. num. 1. & ſeqq. & deciſion. 390.
numer. 3. cum ſeqq. par. 13. & deciſ. 204. ex num. 1. cum
ſeqq. par. 19.*

At DD. cenſuerunt, neminem ex prædictis
actibus offuſcare poſſe memoratam Juris aſſiſten-
tiam, tàm perpendendo præfatos actus a Confra-
ternitate laudatos junctim, & coacervatim, quàm
ſigillariter illos diſcutiendo: Et quidem coacer-
vatim, quia quatenus contrarii actus allati per
Confraternitatem ſubſiſterent, adhùc tamen in
eo potiſſimùm ſtat vis, quæ promanat ab Juris aſ-
ſiſtentia pro Ordinariis locorum, ut niſi eadem
Juris aſſiſtentia appareat penitùs denudata actibus
ſibi favorabilibus, ſuperabundet, aliquem actum
fuiſſe geſtum ab ipſo Ordinario, & Diœceſano,
ad hoc, ut dicatur præſervatum Jus ejuſdem Or-
dinarii, ac Diœceſani, & ſublata limitatione, de
qua diximus, reviviſcat regula concedens eidem
Ordinario manutentionem ex Juris aſſiſtentia deri-
vantem circa omnes actus, qui intrà ſphæram
ejuſdem Juriſdictionem Epiſcopalis, & Ordinariæ
5 in genere continentur, ut præter allatos in Deci-
ſionibus præcedentis Inſtantiæ editis cor. R. P. D.
meo Mato dixit *Rota deciſ. 86. num. 2. poſt Tamburin.
de Jur. Abbat. & deciſ. 289. numer. 18. & 19. coram
Bich. & deciſ. 506. num. 16. coram Card. Cerr. & in Amal-
phitana Juriſdictionis 29. Maii 1654. §. Ex quibus actibus,
coram bon. mem. Albergato.*

In præſenti autem demonſtratum fuit ab Ar-
chiepiſcopo, quod ejus Anteceſſores pacifice viſi-
taverint ferè per ſæculum Cappellam, & Hoſpita-
le controverſum, prout *in Summ. Archiepiſcopi num.*
3. ideoque nullum majùs ſignum conſervationis 6
ſuæ Juriſdictionis exhiberi poterat ex parte ejuſ-
dem Archiepiſcopi, quàm continuata Viſitatio per
ſpatium tàm diuturnum, ſcilicet 1567. uſque ad
annum 1652. ſicuti reſpondit *Rota coram Mantic.
deciſ. 322. ſub num. 2. verſ. quod multò magis, & deciſ.
118. ſub num. 12. verſ. inſuper, & numer. 14. par. 7.
recentior. & deciſion. 29. numer. 1. & ſeqq. coram Card.
Celſ. & deciſion. 194. numer. 1. cum duobus ſeqq. coram
Bichio.*

Nec quidquam facere viſa eſt replicatio De-
fenſorum Confraternitatis, quod cum eædem Vi-
ſitationes geſtæ per Archiepiſcopum exiſterent poſt
ſanctionem, & determinationem Sac. Conc. Triden.
quod *in ſeſ. 7. cap. 8. & ſeſ. 14. cap. 4. de Refor.* providè
diſponit, ut Ordinarius viſitare poſſit loca etiam
exempta Jure Delegato S. Sedis, redderentur id-
circò æquivocæ, & inhabiles ad confovendam
prædictam Juris aſſiſtentiam ſuper facultate Viſi-
tandi Jure Ordinario de quo ſolum in hodierna
colluctatione diſſerebatur: Quia, & hoc ſecùm
Jure merito fert Juris aſſiſtentia adversùs exemp-
tionem regulariter in Jure odioſam, ut egregiè
dicebat *Cohier de Juriſd. Ordin. in exempt. tom. 1. par.* 7
*1. quæſt. 4. ex numer. 6. uſque ad fin. Franceſ. de Eccleſ.
Cathedr. d. cap. 30. num. 124. cum ſeqq.* & fusè non
minùs, quam eruditè *Card. Albit in ſua diſcept. im-
preſſ. apud Card. de Luca de Juriſdict. diſcept. 2. quæſt. 1.
per tot.* nimirùm, quod ubi non liqueat, Viſita-
tionem fuiſſe factam Jure potiùs Ordinario, quàm
Delegato, ſemper in dubio præſumatur facta Jure
Ordinario, nempè proprio, & nativo, non autem
accidentali, & conceſſivo, ſicuti non obſtante
quod Viſitationes apparent expletæ poſt publica-
tionem, ſeù confirmationem Concilii ſecutæ de
tempore ſan. mem. Pii IV. patet *ex dicta deciſ. 383.
num. 8. & 9. par. 18.* & benè aliàs ponderarunt
*Adden. ad Burats. deciſ. 578. num. 19. & 20. Modern.
Pignatell. conſult. canon. 154. num. 4. tom. 9. Adden. ad
Pamphil. deciſion. 48. num. 7. in fin. verſ. ulterius, Rot.
coram Gregor. deciſ. 325. num. 24. & deciſ. 128. num. 8.
par. 11. recent.*

Et quamvis quandoque Sacra Rota admiſerit
hoc argumentum ab æquivoco reſultans, & præ-
cipuè *in deciſ. 59. num. 5. & ſeqq. poſt Tamburin. de
Jur. Abbat. & deciſ. 635. num. 2. in fin. par. 3. recent.
& deciſ. 313. num. 14. par. 9.* & in ſpecie ad favo-
rem Capituli Lateranen. dictum fuit in *deciſ. 185.
num. 9. par. 15. recent.* id tamen provenit ex eo
quia prædicta Juris aſſiſtentia ſuffocata apparebat
per clarum privilegium, vel altum titulum legi-
timum exemptivum, eò namque caſu, quia Juris
aſſiſtentia noſcitur mortificata, ſeù demortua, ſi
qui adſunt actus contrarii Viſitationis Epiſcopalis
neceſſariò referuntur ad titulum compatibilem
cum poſteriori claro privilegio, vel exemptione,
prout eſt ille Juris delegati, quod adamuſſim fuit
introductum per Sacroſ. Synodum Tridentinam
in caſu emptionis indubitatæ, ſi præſervando, ſeù
potiùs reviviſcere faciendo abſque habituali præ-
judicio emptionis ſuperioritatem nativi debitam
Ordinarii per ea, quæ benè animadvertit *Card.
de Luc. de Juriſd. in ſupplem. par. 1. diſc. 100. ſub num. 13.
verſ. Siquidem.*

De emptione verò clara, & indubitata (etſi
hæc reſpiceret petitorium) neque fumus dabatur
ex parte Confraternitatis, imò potiùs deſcendendo
ad ſingulare examinationem præfatorum actuum,

r qui

qui pro parte Confraternitatis afferebantur, illa videbatur excluſa per primordium hujus exemptionis prætenſæ à Confraternitate, quæ ſonabat in puram aggregationem ejuſdem Confraternitatis factam a Capitulo Lateranen. non autem in conſtructionem Cappellæ, & Hoſpitalis in ſolo ad idem Capitulum Lateranen. verè, & propriè ſpectante, ut ſupponebatur in *dicta deciſ.* 185. *ſub num.* 2. *par.* 15. quandò enim agitur de ſimplici aggregatione, quæ
8 ex laudabili etiam conſuetudine Capituli Lateranen. & præſcripto ipſius Conſtitutionis Sixti V. temperatur cum clauſula *de conſenſu tamen loci Ordinarii* (de quo hic neque per umbram docebatur) aggregationem arctari ad privilegia Indulgentiarum, forique interni, non autem ad inducendam exemptionem à proprio Epiſcopo, & Ordinario frequenter deciſum fuit, & præcipuè *in Anconitana Cappellæ aliàs deciſion.* 383. *&* 530. *per tot. par.* 18. *recentior.*

Et ob id pes figi non poterat ſuper enunciatis actibus conſecutivis, nempè ſolutione Canonum ipſiuſque aggregationis renovatione, ac viſitatione impleta per deputatum à Capitulo Lateranen. Ultrà enim quod non apparebat, hujuſmodi actus geſtos fuiſſe cum ſcientia, & acquieſcentia Archiepiſcopi, quod neceſſe erat ad effectum, ut illi præjudicium afferre poſſent ex his, quæ optimè
9 firmantur *in deciſ.* 78. *num.* 8. apud *Potib. de manut. deciſ.* 70. *num.* 76. *par.* 13. *deciſ.* 483. *num.* 18. *par.* 14. *deciſ.* 227. *numer.* 9. *par.* 16. *& coram Priol. deciſ.* 338. *num.* 19. *& in Colonien. Juriſdictionis* 17. *Aprilis.* 1679. *§. Nec ſuffragari, &* 29. *Martij* 1680. *§. fin. coram bon. mem. Albergato*; Adhuc cum de facili conciliari, ac referri poſſent ad titulum puræ aggregationis non erant apti præſeferre ſtatum manutenibilem adverſùs Juris aſſiſtentiam ex actibus contrariis, quatenùs oporteret, ſufficienter præſervatam favore Archiepiſcopi, ut jam dictum, & probatum eſt.

Eoque evidentiùs, quoniam hi omnes actus ſolutionis Canonum, renovationis privilegii aggregationis, & viſitatio deputati per Capitulum Lateranen. palpabili ſubjacebant vitio attentatorum, cum ità curſim geſti fuerint poſtquam Archiepiſcopus à prædicta ſententia pronunciata ab Judice Lateranen. de anno 1670. appellaverat, cauſaque reperiebatur commiſſa bon. mem. Altovito de Voto noſtri Tribunalis, quod poſtea ob numquam commendatam Conſtitutionem SS. D. N.
10 Innocentii XII. felicitèr, & glorioſiſſimè Regnantis ſuper ſuppreſſione Tribunalium particularium, recta via ſucceſſit in hiſce Commiſſionibus Cauſarum, quamobrem veluti actus turbativi, & attentati in nihilo veniunt attendendi, ut millies
11 dixit *Rota*, & præſertim *in dicta deciſion.* 70. *num.* 75. *par.* 3. *recent. in Marſicana, ſeù Montis Caſinæ. Juriſdictionis* 22. *Martii* 1686. *§. minimè reſiſtente, coram clar. mem. Card. Matthæio, & in Nullius Provinciæ Terraconen. Juriſdictionis ſuper manutentione* 30. *Aprilis* 1694. *§. fin. coram bon. mem. Emerix.*

Dependentèr à præmiſſis corruebat præcitata ſententia Judicis Lateranen. ad hoc, ut ſaltem ſuper ea nullum fundamentum poſſet elevari; Quià cùm ab eadem ſententia fuerit etiam tunc, ſivè à die habitæ notitiæ commiſſa Cauſa appellationis ut ſupra bon. mem. Altovito, ſequitur quod ſtante eadem appellatione, ejuſque admiſſione res ità reponeretur in priſtinum, ut ſententia habenda forèt pro non lata, ut ait *Bald. in rubr. C. de appell.*
12 *numer.* 2. *Fontanell. deciſ.* 377. *num.* 15. *Rota coram Arguell. deciſ.* 113. *num.* 5. *cum ſeq. & coram Celſ. deciſ.* 174. *num.* 3. *&* 4. *& in Neapolitana Pecuniaria* 12. *Aprilis* 1687. *§. Et ad id coram R. P. D. meo Molines, & in Romana aſſecurationis Navis S. Bonaventuræ* 28. *Januarii* 1697. *§. In nihilo refragante, coram R. P. D. meo del Olmo.*

Abſque eo quod in aliquo officeret, non extitiſſe pro parte Dignitatis Archiepiſcopalis proſecutioni demandatam appellationem; Undè ſententia tranſitum facere potuerit in judicatum; quia cum ex contraria parte Confraternitatis neglecta fuerit ſolita ſervatio terminorum ad docendum de appellatione ejuſque legitima proſecutione, nullaque prodierit declaratio ſuper ipſa deſertione, numquam inſtantia (quæ de Jure Canonico eſt perpetua) vel perimitur, vel ſententia
tranſit in judicatum, præcipuè ad effectum, ut 13
tanquam res judicata ſupponi debeat, quid quid ſit ad alios effectus, ad not. per *Ridolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 13. *ex num.* 69. *& num.* 599. *& ſeqq. Card. de Luca de Judic. deciſ.* 37. *num.* 27. *&* 28. *Rot. cor. Cerr. deciſ.* 369. *num.* 3. *& in Cortonen. Beneficii prima Julii anni præteriti §. fin. coram me.*

Deſtituta Confraternitas in hoc Judicio manutentionis Juribus, & motivis ad deturbandam manutentionem Archiepiſcopi recurſum poſtremò habuit pro excluſione Viſitationis ſaltèm Cappellæ ad Clypeum loci continentis, nempè quod eadem Cappella ſita eſſet in Eccleſia Regularium Ordinis Sancti Auguſtini, & ideò ſaltem ex hoc capite exempta à Viſitatione Ordinarii, ſed placuit DD. animadvertere, quod talis intrinſeca ſituatio non probatur, quinimò actus præcipui, & capitales, in quibus ſeſe fundabat eadem Confraternitas, ipſam intrinſecam exiſtentiam in Eccleſia præfatorum Regularium poſitivè excludebant, namque in Primordiali aggregatione nec non in ipſa
ſententia litteralitèr ſupponitur, & exprimitur, 14
quod eadem Cappella ſita ſit non intùs, ſed propè enunciatam Eccleſiam Regularium, dum utrobique dicitur *Cappella &c. quæ eſt contigua Eccleſiæ &c.* qui ſanè loquendi modus uti ſapiens vicinitatem, & proximitatem facit ceſſare ex diametro volitam intrinſicitatem *ad glaſſ. in cap. unic. verb. contiguum de conſecr. Eccleſ. in* 6. *in cap. ſi Civitas, verb. contiguis de ſentent. excommun. eodem lib. Bald. de Jure Protomiſ. §.* 2. *not.* 5. *in fin. & §.* 7. *num.* 8. *Rot. deciſ.* 1708. *num.* 24 *coram Coccin.*

Ceſſante idcircò facto ſublata remanſit neceſſitas diſpungendi an, & quomodo valeat Ordinarius viſitare Cappellas Confraternitatum ſitas in Eccle-
ſiis Regularium, de qua utique quæſtione videre 15
eſt ex deductis apud *Ciarlin. contr.* 65. *num.* 6. *& ſeqq. Franceſ. de Eccleſ. Cathedr. cap.* 25. *num.* 119. *&* 120. *Capon. diſceptat.* 267. *num.* 16. *Nical. in floſcul. verb. Confraternitas num.* 14. *Pignatell. conſult. Canon. tom.* 9. *conſult.* 127. *per tot.* quinè omnes affirmant, rem facili negotio dirimi poſſe, nempè ſi Epiſcopus viſitet ea, quæ concernunt adminiſtrationem Confraternitatis Laicalis, & relinquat viſitare quid quid pertinet ad ipſam Eccleſiam, vel regulares; & maximè in ſummariiſſimo poſſeſſorio, in quo non obſtante hac exceptione Ordinarius, qui docet ſe viſitaſſe hujuſmodi Cappellas etiam erectas in Eccleſiis Regularium manutenendus interim eſt, ut ait & probat *Ciarlin. d. contr.* 65. *num.* 9.

Et ità utraque &c.

R.P.D.

R. P. D. MOLINES

Romana Clericatus, ſeù Beneficiatus Sancti Laurentii in Damaſo.

Lunæ 3. Martii 1698.

ARGVMENTVM.

Praxis Datariæ circa proviſionem Beneficiorum de Jure Patronatus Laicorum, hic breiuter, & dilucidè enulceatur. Et An Cuſtodes Sanctiſſimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum ſint Perſonæ Eccleſiaſticæ, ſeù Laicales, adeout facta expreſſione Pontifici, quod Jus Patronatus ſpectaret ad eos, veluti perſonas Eccleſiaſticas Gratia ſit nulla, cum verè ſint Laici.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à Jure.*
2 *Litteræ Apoſtolicæ de Jure non ſunt exequendæ ſi ſunt obreptitiæ, vel ſubreptitiæ.*
3 *Arbitrium intrat pro retardatione ulterioris executionis ſi litteræ ſunt executioni demandatæ.*
4 *Subreptio eſt clara quando non fuit narratum Jus Patronatus Laicorum in impetratione per Reſignationem.*
5 *Papæ poteſtas in Beneficiis etiam de Jure Patronatus Laicorum eſt ampliſſima, invitis quoque Patronis.*
6 *Papa non ſolet admittere reſignationes Beneficiorum Jurispatronatus Laicorum ſine eorum conſenſu.*
7 *In Litteris Apoſtolicis debet fieri expreſſa mentio Jurispatronatus, & illi debet ſpecificè derogari, alias Gratia eſt nulla.*
8 *Jus Patronatus Laicale non venit ſub derogatoriis Generalibus.*
9 *Praxis Datariæ circa proviſionem Beneficiorum de Jure Patronatus Laicorum.*
10 *Juris Patronatus mentio, & derogatio expreſſa requiritur.*
11 *Clauſula* Dudum omnia Beneficia reſervavimus &c. *ſolet apponi quando Pontifex providet de reſervato.*
12 *Clauſula* Dudum &c. *demonſtrat, quod Papa non intellexerit providere de Jure Patronatus Laicali quod non cadit ſub reſervationibus.*
13 *Beneficium de Jure Patronatus Laicali non comprehenditur ſub reſervationibus contentis in Regulis Cancellariæ, ſed neq; in reſervatione majori Clauſa in corpore Juris neque ſub aliis quibuſcumque generalibus reſervationibus.*
14 *Jus Patronatus ſi ſit expreſſum ſpectare ad Perſonas Eccleſiaſticas, & pertineat ad Laicos Gratia eſt nulla, etiam ſi nominati fuerint Patroni, ad quos ſpectat.*
15 *Dictio* videlicèt *eſt declarativa, & reſtrictiva Perſonarum præcedentes expreſſarum.*
16 *Cuſtodes Salvatoris ad Sancta Sanctoram ſunt verè Laici, non Perſonæ Eccleſiaſticæ,*
17 *Clauſula* ſi ità eſt *in Reſcriptis oſtendit Papam non habere notitiam de narratis.*
18 *Epiſcopus ob frequentes Viſitationes præſumitur Inſtructus de ſtatu, & qualitate Beneficiorum Diæceſis.*
19 *Verba* ceſſantibus reſervationibus Apoſtolicis *indicant, quod Papa putaverit providere tamquam de reſervato.*

DECIS. XXXXIV.

Clericatum, ſeù Beneficiatum, quem Joannes Baptiſta uſque ab anno 1678. poſſidebat in inſigni Collegiata Sancti Laurentii in Damaſo nuper reſignavit in manibus Sanctiſſimi favore Caroli, qui expeditis litteris Apoſtolicis in forma gratioſa, ab Executore Deputato immiſſus fuit in illius poſſeſſionem: ſed cum Cuſtodes Imaginis Sanctiſſimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum Urbis, ad quos ſpectat Jus præſentandi ad prædictum Clericatum, nullam, & ſubreptitiam prætenderent reſignationem, non accedente ipſorum conſenſu, hinc prævia præſentatione Franciſci Corradini ad dictum Clericatum, utpotè vacantem à dicta Executoris ſententia recurſum habuerunt ad Signaturam Juſtitiæ, Cauſamque noſtro Auditorio delegari obtinuerunt, cum clauſula *parito Litteris arbitrio*; Ad cujus tenorem cum hodiè diſceptandum propoſuerim conforme dubium *An intret arbitrium, & an ſit inſtituendus Franciſcus Corradinus*, Domini reſcripſerunt intrare arbitrium pro retardatione executionis litterarum, & in reliquis ordinarunt, ut particularitèr videretur.

Præbuit reſolutioni motivum vulgatiſſima
propoſitio, quod de jure à quo regulatur arbitrium
Bart. in Extravag. ad reprimendum in verb. videbitur 1
num. 8. Rota coram Pamphil. deciſ. 123. num. 2. & paſſim:
litteræ Apoſtolicæ, quæ patiuntur obreptionis,
vel ſubreptionis notam, nullam promerentur exe-
cutionem *cap. ſuper litteris de reſcriptis Rot. deciſ.* 520. 2
num. 1. coram Bichio; Et quandò non attentis hujuſ-
modi defectibus eſſent, prout in præſenti execu-
tioni demandatæ, quia Judex nullitèr, & injuſtè
proceſſit, intrat arbritum pro retardanda ulterio-
ri executione *Rota coram Coccino deciſ. 277. num. 2. &* 3
deciſ. 2116. num. 2. & coram Card. Cerr. deciſ. 287. nu. 2. & melius num. 5.

Planum autem apparuit prænotatum ſubrep-
tionis vitium, quippè quia narratum non fuit
Summo Pontifici, controverſum Clericatum de
Jurepatronatus Laycorum exiſtere, ut omnibus
Dominis videntibus reſolutum fuit in noſtro Tri- 4
bunali *coràm Duran. deciſion. 130. repetita in par. 5.
recentior. deciſ.* 144. Quod ſi ad Papam perveniſſet
hujuſmodi notitia, reſignationem, vel non, aut
difficiliter admiſiſſet, deficiente conſenſu Patro-
norum Laycorum; Nàm licet ampliſſima ſit Sum-
mi Pontificis poteſtas in Beneficialibus, eaque
extendatur etiam ad providendum de Beneficiis
Jurispatronatus Laycorum invitis, & reluctan-
tibus Patronis, juxtà famigeratam *gloſ. in Cle-* 5
ment. ſecunda verb. Apoſtolicis de præbend. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſtion. 8. numer. 5. Covarru. pract. queſt. cap. 36. numer. 1. Pariſ. de reſign. lib. 2. quæſt. 4. num. 32. & 34. & conſil. 47. num. 25. 26. 28. & 34. vol. 4. Tondut. quæſt. benef. lib. 1. par. 2. cap. 4. §. 9. numer. 33. Caſtropal. in oper. moral. part. 2. tract. 13. de benefic. diſp. 2. punct. 10. numer. 1. & 2. Amaydeu. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 15. numer. 93. verſ. Undè; Attamen non ſolent Pontifices

Digitized by Google

admittere reſignationes Beneficiorum Juriſpatronatus Laycorum abſque iſtorum expreſſo conſenſu, juxta diſpoſita in Reg. 42. Cancellariæ, ex qua
6 ortus fuit ſtylus Datariæ Apoſtolicæ, ut in literis reſignationum inſeratur clauſula *accedente Patronorum conſenſu* plenè *Pariſ. de reſignat. lib. 2. quæſt. 4. ex num. 4. ad 15. Lotter. de re beneſ. quæſt. 8. numer. 93. par. 2. Covarru. pract. quæſt. cap. 36. numer. 9. Card. Pariſ. conſil. 47. à numer. 25. ad numer. 34. vol. 4. Rot. deciſ. 725. num. 1. par. 18. rec.*

Adeò enim præclara eſt Juſtitia, & Zelus Summorum Pontificum in præcavendis inactis Juribus Patronorum Laycorum, ne iſti ab hujuſmodi piis operibus fundandis retrahantur, ut pro lege diſpoſitum ſit, quod in literis Apoſtolicis debeat fieri mentio Juriſpatronatus Laycorum diſpoſitivè, ac ſpecificè, & determinatè, non autem conditionalitèr, & quod derogatio debeat eſſe expreſſa, & poſitiva, & non ſubintellecta, nec conditionalis, aliàs illi nunquam cenſeatur derogatum per Papam ex defectu intentionis ejuſdem, & gratia remanet nulla, & ſubreptitia ipſo jure, ut
7 patet ex Regul. 42. Cancellariæ, & explicant latè *Moneta de commutat. ult. volunt. cap. 10. à numer. 262. ad 269. Covarru. pract. quæſt. cap. 36. numer. 1. & 2. Lotter. de re beneſ. lib. 2. quæſt. 8. num. 93. & quæſt. 10. numer. 77. & 78. Caſtropal. par. 2. tract. 13. de beneſ. diſput. 2. punct. 10. nu. 3. Card. de Luca de beneſ. diſc. 66. num. 2. & 3. Amayd. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 15. §. 15. numer. 94. & 96. Rot. deciſ. 168. numer. 45. par. 16. & deciſ. 725. num. 1. par. 18.* Quarè ad hunc effectum non ſufficiunt derogationes contentæ in clauſulis generalibus, ut ſi in literis Apoſtolicis dictum fuerit, *ad cujuſcumquè collationem, ſeù præſentationem Beneficium pertineat*, & etiamſi ſubjciatur alia clauſula *ex certa ſcientia, vel motu proprio*, ſub quibus, & aliis clauſulis generalibus licèt effrenatis, nun-
8 quam veniunt Patronatus Laycales, ut cum communi ſententia tenent *Covarru. pract. quæſt. cap. 36. num. 2. verſ. quod autem, Lapus alleg. 84. Pariſ. de reſignat. lib. 2. quæſt. 4. num. 36. & 37. Lotter. de re beneſ. lib. 4. quæſt. 10. num. 77. & 83. Moneta de commut. ult. volunt. cap. 10. num. 168. & 169.*

Solumque ſolent Summi Pontifices providere Beneficium Juriſpatronatus Laycorum in caſibus expreſſis in Regula 42. Cancellariæ, quando ſcilicèt tale Beneficium tanto tempore vacavit, quod ejus collatio ad Sedem Apoſtolicam legitimè eſt devoluta: vel quià tempus Patroni Laycis ad præſentandum à Jure præfixum lapſum exiſtat; aut ad id Patronorum ipſorum accedat aſſenſus. Prout etiam ſolent derogare Patronatibus Laycalibus aliquando in totum, & aliquando in partem: In totum, in duobus caſibus tantùm, nempè ſi Beneficium vacat in Curia, vel ſuper illo pendet lis paritèr in Curia: In partem quando quis præſentatus à majori parte, vel à medietate Patronorum, & tunc enim derogant tantùm minori parti, vel alteri medietati, ut citatis concordantibus explicat *Lotter. de re Beneſ. lib. 2. quæſt. 8.*
9 *à num. 97. ad num. 102.* Et in iſtis caſibus requiritur expreſſa mentio Juriſpatronatus, ac illius expreſſa, atque individualis derogatio, vel in totum, vel in medietate, vel in minori parte, aliàs gratia remanet invalida, & nullius roboris, quam-
10 vis proviſio eſſet motu proprio *Card. de Luca de Jurepatr. diſc. 66. numer. 2. & 3. Lapus alleg. 96. Lotter. dicto lib. 2. quæſt. 8. numer. 93. & quæſt. 10. numer. 78. Pariſ. de reſignat. lib. 2. quæſt. 4. nu. 15. Rota deciſ. 725. num. 1. par. 18.*

Quod autem in præſenti caſu in literis Apoſtolicis reſignationis controverſi Clericatus expreſſum non fuerit illum eſſe de Jurepatronatus Laycali patet ex dictarum literarum lectura, ex qua non ſolùm, conjecturalitèr argui poteſt proviſionem factam fuiſſe tamquàm de Jurepatronatus Laycali, quod ex ſupra firmatis non ſufficeret, ſed evidenter, & clarè conſtat conceſſam fuiſſe tamquàm de Beneficio Eccleſiaſtico reſervato; Idque primo loco deducitur ex ipſo literarum initio in quo legitur clauſula *Dudum* ibi — *Dudum ſiquidem omnia Beneficia Eccleſiaſtica apud Sedem Apoſtolicam tunc vacantia, & in poſterùm vacatura collationi, & diſpoſitioni noſtræ reſervavimus* — quæ clauſu- 11
la tunc demùm ſolet apponi, quando Pontifex providet de reſervato, ex traditis per *Roſam de execut. liter. Apoſtol. lib. 2. cap. 4. numer. 6.* & reſpondit *Rota coram Coccin. deciſ. 2245. numer. 45. & deciſ. 25. nu. 20. par. 10. Rec. cum aliis adductis in Celſonen. Præpoſituræ 14. Junii 1694. §. Nec dubitari coram me*: Indeque manifeſtè colligitur, quod Papa non intellexerit providere de Jurepatronatus Laycali, quod non cadit ſub reſervationibus, ſed tantùm providere cum derogatione expreſſa, ut notat *Amayden. de Styl. Datar. lib. 1. cap. 15. num. 113.* 12

Imò non ſolùm non compræhenditur ſub reſervationibus contentis in Regulis Cancellariæ, ſed neque in reſervatione majori clauſa in corpore Juris; de qua *in cap. 2. de præbendis in 6.* neque ſub aliis quibuſcumque generalibus reſervationibus 13
Garz. de beneſ. par. 5. cap. 1. num. 571. Lotter. de re beneſ. lib. 2. quæſt. 8. num. 7. & quæſt. 10. num. 77. 78. & 83. Gonzal. ad regul. 8. gloſſ. 18. à num. 2. Amayden. lib. 1. cap. 15. §. 15. num. 95. & 96. Vivian. de Jurepatr. lib. 14. cap. 1. num. 10. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3. alleg. 57. num. 25. 26. & 144. Covarru. pract. qq. cap. 36. num. 12. & 9.

Secundum argumentum deſumitur ex verbis ſucceſſivis continentibus narrativam obtinentis gratiam ibi — *Cum itaque ſimplex Beneficium Eccleſiaſticum Clericatum nuncupatum in Seculari, & Inſigni Eccleſia Sancti Laurentii in Damaſo nuncupat. ad quod cum pro tempore vacat nominatio, ſeù præſentatio Perſonæ idoneæ ad certas Perſonas Eccleſiaſticas videlicèt ad Cuſtodes Imaginis Sanctiſſimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum paritèr de Urbe &c.* — Ex qua narrativa eruitur 14
etiam notoriè mentem Pontificis fuiſſe providendi de Beneficio Juriſpatronatus Eccleſiaſtici, & non Laycalis, cum literis cubitalibus expreſſum ſit nominationem, ſeù præſentationem pertinere ad certas Perſonas Eccleſiaſticas, undè intrat deciſio *Textus in l. ille, aut ille 25. ff. de leg. 3.* — ibi — *cum in verbis nulla eſt ambiguitas, non debet admitti voluntatis quæſtio.*

Et licèt poſt dicta verba *ad certas Perſonas Eccleſiaſticas* immediatè adiecta ſint illa alia ibi, *videlicèt ad Cuſtodes Imaginis Sanctiſſimi Salvatoris*, qui ſunt notoriè Layci, non benè ex indè infertur, quod Papa devenerit ad notitiam qualitatis Laycalis dicti Juriſpatronatus quandoquidem præfata dictio *videlicèt* eſt declarativa, & reſtrictiva Perſonarum præcedentèr expreſſarum ex *cap. tranſatiba* 15
4. de eo qui cognovit conſanguineam uxoris ſuæ, l. videlicet 27. ff. de pactis l. videlicet 29. ff. ex quibus cauſis majores, Barboſ. dict. 423. Rota deciſ. 126. num. 13. par. 7. De natura autem dictionis declarativæ eſt exponere, & declarare in ſpecie Perſonas, & res, quæ antecedenter in genere, vel aliàs minùs clarè exprimuntur, & non præferre Perſonas omninò diverſas ab illis, quæ declarantur, aliàs non eſſet decla-

Digitized by Google

declaratio, ſed correctio de una reſignificata ad
aliam diverſam, & in præſenti caſu fieret de una
re ad aliam omninò contrariam, ſi ſub nomine
Perſonarum Eccleſiaſticarum intelligerentur Lay-
cæ: Proindeque neceſſe eſt concludere, quod eo
ipſo quod Papæ narratum fuit præſentationem
hujus Clericatus ſpectare ad certas Perſonas Ec-
cleſiaſticas videlicèt ad dd. Cuſtodes, eidem præ-
ſuppoſitum fuiſſe ipſos Cuſtodes eſſe Perſonas Ec-
cleſiaſticas.

Non turbante replicatione, quod ipſi verè
16 tales non ſint, ut in Urbe notorium eſt, ac per
conſequens Pontifici, ejuſque Miniſtris non po-
terat eſſe incognitum; Quia ſatis eſt, quod crede-
re potuerit tales eſſe, quales ſibi narrati fuere, cùm
alias Papa non cenſeatur informatus de qualitate,
& ſtatu Beneficiorum, ſed illa providere ſoleat
juxtà narrata in Partium ſupplicatione cum clau-
ſula præſervativa *ſi ita eſt* ſemper tacitè ſuper intel-
lecta in reſcriptis, quæ oſtendit Papam de narratis
17 notitiam non habere, ut inquit *Barboſ. de Clauſulis
clauſ.* 154. *num.* 6. & in ſpecie *Rota deciſ.* 4. *num.* 1.
& 8. *coram Caſſad. de probat. & coram Seraphin. deciſ.*
989. *num.* 1. Quidquid ſit in Epiſcopo, qui ob fre-
quentes Viſitationes de Jure præſumitur inſtru-
ctus de ſtatu, & qualitate Beneficiorum Diœce-
ſis, in quibus terminis loquitur deciſio Rotæ *in*
18 *Novarien. Jurium Parochialium* 4. *Junii* 1696. §. *Non
reſiſtent coram me*, in contrarium allegata.

Tertium motivum excluſivum Papæ provi-
dendi de Beneficio Juriſpatronatus Laycalis, in-
fertur, ex quo exprimendo ad quem ſpectaret In-
ſtitutio, ſubjungit illam pertinere, ſunt verba
præciſa -- *Ad dilectum filium noſtrum S. R. E Cardina-
lem Vicecancellarium pro tempore reſpectivè exiſten. ceſ-
ſantibus reſervationibus, & affectionibus Apoſtolicis*,
19 quæ ultima verba concordant cum antecedenti-
bus expoſitis ſub initio Literarum, quod ſcilicet
putaverit Pontifex Clericatus proviſionem ad ip-
ſum ſpectare tamquam de reſervato; Quod etiam
confirmant alia verba immediatè ſequentia ibi --
*nullinſque de illo præter Nos hac vice diſponere potuerit,
ſivè poſſit reſervatione, & Decreto obſiſtentibus ſupra-
dictis*.

Minimè refragante reſponſione, quod cum Papa in ultimis clauſulis Litterarum expreſsè derogaverit cuicumque Juri competenti Cardinali Vicecancellario, Capitulo Collegiatæ Eccleſiæ S. Laurentii in Damaſo, ac dd. Perſonis Eccleſiaſticis, cenſeatur derogaſſe huic Juripatronatus Laycali controverſi Clericatus. Quia ex lectura totius contextus Literarum patet in illis nullam inveniri mentionem Juriſpatronatus Laycalis, neque illius expreſſam derogationem, prout ex ſupradictis requiritur. Abſque eo quod inferri poſſit ex proximè relatis clauſulis generalibus derogatoriis Jurium ſpectantium ad alios inferiores Collatores, & in ſpecie ad Perſonas Eccleſiaſticas ſuperiùs nominatas, quia ex ſupra præmiſſis ſubderogationibus contentis in clauſulis generalibus quantumcumque effrenatis, & illimitatis non veniunt Jurapatronatus Laycalia, quando præcipuè, prout in præſenti nulla eſſet facta mentio Juriſpatronatus Laycalis.

Ex quibus cenſuerunt Domini intrare arbitrium pro retardanda executione Literarum reſignationis; demandarunt tamen, ut in reliquis particulariter videretur, hoc eſt, an ſuppoſito, quod reſignatio non habuerit effectum ſit abdicatum Jus à Reſignante, vel ei ſit dandus regreſſus ad Beneficium dimiſſum; ſeù potiùs ſucceſſerit vacatio Beneficii, ex quo reſignatio fuerit facta ſine conſenſu Patronorum Laycorum, adeout ipſi legitimè præſentaverint Franciſcum Corradinum, iſteque ſit inſtituendus.

Et ità utraque Parte audita reſolutum fuit &c.

R. P. D. CAPRARA.

Ferrarien. Feudi.

Veneris 9. *Maii* 1698.

ARGUMENTUM.

Inſignis quæſtio, an Pontifex in Feudis, & conceſſionibus Eccleſiaſticis teneatur ſequi æquitatem *Bartoli in l.* 1. §. *Permittitur, ff. de Aqua quotidiana, & æſtiva*, ſaltem vi directiva, licet non coactiva. An Inveſtitura Feudalis, ſeu Emphyteotica facta de bonis Cameræ in Statu Ferrariæ, prætermiſſis proximioribus ſubſtineatur.

SUMMARIUM.

1 *Papa non tenetur in renovationibus Emphyteoticis ſequi æquitatem Bartoli.*
2 *Papa non tenetur ſequi æquitatem Bartoli eatenus, quatenus nolit illam ſervare, cum ſit ſolutus Legibus.*
3 *Papa vel princeps omiſſo proximiore Inveſtiens extraneum ſine Cauſa, dicitur irrogare injuriam, & æquitatem offendere.*
4 *Inveſtitura in qua non fuit expreſſa exiſtentia proximioris eſt ſubreptitia, & nulla.*
5 *Bona Emphyteotica, & Feudalia Ferrariæ debent Civibus, & proximioribus renovari.*
6 *Inveſtitura Feudalis, ut dicatur ſubreptitia, & nulla ſufficit docere de uſu aliarum Inveſtiturarum per Principem conceſſarum.*
7 *Gratia ut valeat debet fieri mentio de qualitatibus etiam in Jure non expreſſis, ſi eis expreſſis Princeps plus, vel minus conceſſiſſet, vel difficilius.*
8 *Regulæ de Jure quæſito non cenſetur derogatum abſq; expreſſa derogatione.*
9 *Scientia exiſtentiæ Proximiorum in Principe Inveſtiente extraneum debet eſſe certa, & indubitata.*
10 *Ex ſcientia Nuncii, & Miniſtrorum Papæ non infertur ſcientia Papæ.*
11 *Scientia Papæ non inducitur ex ſupplici libello ipſi porrecto per plures dies ante gratiam, & renovationem feudi factum tertio.*
12 *In Pontifice gravioribus negotiis impedito præſumitur oblivio.*
13 *De voluntate Papæ conſtare dicitur per derogationem Regulæ de Jure quæſito.*

DECIS.

DECIS. XXXXV.

COmites de Flaſchis hodie repetebant rationes adductas in die Deciſionis editæ coram me 17. *Junii* 1697. ad obtinendam reſtitutionem in integrum adverſùs judicata declarantia Inveſtituram per eos obtentam eſſe nullam, & ſubreptitiam, eandemq; faciendam favore Antoniæ, ſed iilis non obſtantibus DD. ſteterunt *in deciſi*.

Fruſtrà enim de Injuſtitia redargui viſa ſunt judicata, eò quia declaraverint ſubreptitiam Inveſtituram ob expreſſionem non factam Pontifici de exiſtentia Antoniæ, cui uti proximiori, & filiæ ultimi Inveſtiti ex æquitate *Bartoli in l. 1. §. Permittitur, ff. de aqu. quotid. & æſtiv.* debita eſſet renovatio, quæ expreſſio nullatenus erat facienda, cum Princeps Supremus, qualis eſt Summus Pontifex non teneatur ſervare æquitatem *Bartoli* ad tradita
1 per *Belloa. conſ. 45. num. 109. & ſequentibus, Caſtrenſ. conſ. 32. lib. 1. Riminald. Jun. conſ. 551. num. 16. Roſſental. de feud. cap. 7. concluſ. 24. num. 20. & ſequentibus, ibique Addea. Fulgin. de emphyt. tit. de renovat. quæſt. 1. numer. 79. Pacion. de locat. & conduct. cap. 62. numer. 101. & ſequentibus, Clar. recept. ſentent. lib. 4. §. Feudum, quæſt. 87. in fin. Gaill. pract. obſerv. lib. 2. obſerv. 148. numer. 2. & 3. verſ. ſed verior opinio, & verſ. Et ita in praxi ſervatur Rot. in rec. deciſ. 664. nu. 9. par. 2. & deciſ. 357. num. 62. par. 11. rec.*

Etenim pro remotione objecti reaſſumendo dicta Doctorum ſuper hoc articulo ſcribentium, viſum eſt Dominis dictam concluſionem ut ſupra poſitam non eſſe ità abſolutè intelligendam, ut neque vi directiva Princeps Supremus teneatur ſervare dictam æquitatem deſumptam ex dicto *§. Permittitur*, cum omnes admittant eatenus non teneri, quatenus nolit illam ſervare cum ſit ſolu-
2 tus legibus, ita *Pariſ.* quem allegant *Bellon. & Rot.* ſupra citati *in conſ. 23. numero 250.* ibi - *quod diſpoſitio dicti §. Permittitur eſt Juris poſitivi, & Sereniſſimus Imperator potuit illam tollere lib. 1.* ita etiam *Caſtrenſ. dicto conſ. 32. num. 1. circa finem, verſic. hoc etiam* ibi - *non tamen poteſt dici, quod Princeps ibi teneatur ex aliqua præciſa neceſſitate, quaſi ſit obligatus, cum ſit legibus ſolutus*, ita pariter ſequendo Caſtrenſem, inquit *Riminald. dicta conſ. 551. numer. 16.* clarius etiam in propoſito exponit *Gabriel conſ. 30. lib. 2. numer. 32.* ibi - *quod quamvis Jus petendi renovationem auferri poſſit, ſi Princeps velit, debet tamen apparere de voluntate*, & hoc idem fatetur alter *Gabriel in concluſ. Jur. lib. 3. tit. de Jur. emphyt. concluſ. 1. num. 22.* ibi -- *Nam Supremus Princeps poteſt derogare huic diſpoſitioni, & juſta Cauſa derogandi eſt, quando alteri concedit propter benemerita*, cum quo concordat *Fulgin. de emphyt. tit. de renovat. quæſt. 1. numer. 44.* per ea verba - *niſi Supremus Princeps derogaret huic diſpoſitioni, & juſta cauſa derogandi eſt, quando alteri concedit propter benemerita*, cui adhæret etiam *Gaill. pract. obſervat. lib. 1. cap. 148.* ibi, *benignius tamen eſt, ut in feudi renovatione Conſanguineos ultimi vaſſalli Dominus extraneis præferat, etiamſi ad hoc non teneatur ſi nolit. Pacion. de locat. & conduct. cap. 62. numer. 101.* dum inquit - *Poſſe Supremum Principem, ſi velit, huic Juri petendi renovationem derogare*, & prætermiſſis aliis *Rot. coram Coccin. deciſ. 2194.* quæ eſt *eadem 357. par. 11. rec.* in objecto allegata *num. 44. & ſequentibus*, ubi ſic ait, *Sanctiſſimus Dominus Noſter tanquam Princeps Supremus potuit, & voluit huic æquitati derogare, quia cum hujuſmodi æquitas ſit Juris poſitivi poteſt per Supremum Principem tolli.*

Quod eſt adeò verum, ut ſi Princeps omiſſo proximiore inveſtiat extraneum ſine cauſa, dicatur irrogare injuriam, & æquitatem offendere *Caſtrenſ. dicto conſ. 32. num. 2. in fine*, ubi quod impiè 3
ſaceret *lib. 1. Rain. conſ. 45. numer. 8. lib. 1. Cald. de renovat. lib. 1. quæſt. 8. numer. 2. & ſequentibus. Jaſ. conſ. 227. numer. 25. tom. 2. Afflict. ad Conſtitut. Regni lib. 3. de ſucceſſ. nobil. infeud. rubric. 24. num. 49. Giovagnon. conſ. 25. num. 24. lib. 2. Modern. Piſtorien. de locat. & conduct. cap. 62. num. 102.*

Hinc ſequitur, quod cum conſtare debeat de voluntate Summi Pontificis, ſeu Principis Supremi derogandi dictæ æquitati, & Fratres de Flaſchis non expreſſerint Pontifici exiſtentiam Antoniæ, eamque ſub ſilentio prætermiſerint, dicantur proindè nulliter, ac ſubreptitiè Inveſtituram impetraſſe, cum ſi Papa de illa notitiam habuiſſet, vel gratiam denegaſſet, vel difficiliùs conceſſiſſet, & punctualibus auctoritatibus comprobat præterita Deciſio in *§. Validitas cum §. ſe-* 4
quenti, & in præciſis terminis ob non factam mentionem filiæ ſuperſtitis ultimi Inveſtiti firmavit *Rot. deciſ. 46. num. 3. & ſeqq. par. 10. rec.*

Et ſanè quod talis ſemper fuerit intentio Summorum Pontificum deducitur ex Brevi ſan. mem. Gregorii XV. mandantis renovationes hujuſmodi bonorum Civitatis, & Status Ferrariæ 5
fieri Civibus, & ſemper Proximioribus, ex quo dignoſcitur ſemper præ oculis habuiſſe hanc æquitatem præferendi Proximiores, & quidquid ſit, an dictum Breve fuerit revocatum nec ne, hoc unum certum eſt, quod data etiam revocatione, ceſſabit quidem coactio renovandi proximiores ex dicto Brevi deducta, ſed non ceſſabit præſumpta voluntas concedentium ſequendi æquitatem; In hoc enim ſtat differentia inter Principem, & Privatum, ut privatus directè cogatur, Princeps autem præſumatur velle ſervare æquitatem, ſed ſi nolit, non teneatur.

Huic Pontificum intentioni accedunt etiam actus exerciti, & obſervantia renovandi proximiores comprobata ex quampluribus Inveſtituris favore fœminarum, & filiarum ultimi defuncti exhibitis in *Summario num. 1. 2. & 3.* Ad effectum 6
enim ut gratia dicatur ſubreptitia, ſufficit probabilis conjectura, & communis uſus aliarum Inveſtiturarum per Principem conceſſarum, vel ſolitarum concedi ut firmavit *Rot. deciſ. 757. num. 6. coram Coccin.* cum aliis in præterita deciſione, *§. Quod maximè.*

Objectio verò, quod non omnis omiſſio, quæ redderet Papam difficiliorem ad gratiæ conceſſionem cauſet ſubreptionem, ſed tantùm quando reticetur aliquid, quod cautum eſt in Jure eſſe exprimendum juxta *gloſ. in Clementin. 1. de Præben. Verall. deciſ. 310. num. 13. part. 1. cum aliis plenius allegatis*, quidquid ſit in beneficialibus, in quibus nulli infertur præjudicium, nec Jus particulare ulli competit, viſa eſt non applicari, ubi prout hic fieri debet mentio de qualitatibus in Jure non expreſſis, ſi eis expreſſis Princeps plus, vel minus conceſſiſſet, vel difficilius ſicuti ultra allegatos in
prima deciſ. §. Validitas. Dec. in cap. ſicut Romana nu. 25. 7
de reſcript. Gomez. ad regul. de Jur. quæſit. quæſt. 4. num. 8. uſque in finem, Menoch. conſ. 36. num. 22. cum ſequentibus lib. 2. & diſtinguendo tradunt *Merlin. controverſ. cap. 54. Adden. ad Gregor. deciſ. 150. per tot. Rot. coram Put. deciſ. 414. lib. 1. & in rec. deciſ. 63. numer. 3. & ſeqq. par. 4. tom. 2. & deciſ. 395. num. 7. & infrà par. 12.*

Non

Non obſtant exempla in contrarium addu-
cta, & quamplures epiſtolæ, & atteſtationes Mi-
niſtrorum Ferrariæ; Siquidem ipſamet exempla
retorquentur, cum in nonnullis ex eis fuerint fa-
ctæ renovationes fæminis, in aliis fuerit ex eis
aliquo modo proviſum, & ferè in omnibus favore
extraneorum derogatum regulæ de Jure quæſito
non tollendo, ut diſtinctè recenſetur in reſponſio-
ne Antoniæ, abſque eo, quod opponi valeat hu-
juſmodi derogationem referri debere ad ſimplicem
cauthelam, quià verè refertur ad præciſam neceſ-
ſitatem, ut conſtare poſſit de voluntate Papæ de-
rogandi Juri Tertii, cum, cum abſque dictæ ræ-
gulæ expreſſa derogatione illi nunquam cenſeatur
8 derogatum juxtà *deciſ. Veralli 30. per tot. par. 3. Mil-
lin. deciſ. 198. num. 2. Rojni deciſ. 336. num. 14. & deciſ.
235. num. 14. par. 15. rec.* & in noſtris terminis *Rot.
deciſ. 501. num. 25. & 26. par. 5. rec.*

Epiſtolæ autem, & atteſtationes miniſtrorum Ferrariæ in nihilo viſæ ſunt contrariari, dum & ipſi referunt Summos Pontifices Inveſtituras conceſſiſſe etiam ſœminis ultimi Inveſtiti, & ad illas inveſtiendas faciles eſſe, ut in hodierno Summario fratrum de Flaſchis *numer. 1. 2. & 3. in princ.* & licèt dicant eas fieri ex mera gratia, jam reſponſum fuit conceſſiones ſemper eſſe ex gratia Principis ex deductis in deciſione, quæ confirmatur *§. Contra hæc.*

Nec ad evitandam ſubreptionem ſuffragari
viſa ſunt argumenta iterum repetita ad proban-
dam ſcientiam Papæ de exiſtentia Antoniæ ſiliæ
ultimi defuncti. Quoniam præmiſſo quod hu-
juſmodi ſcientia debet eſſe certa, & indubitata,
cum agatur de præjudicio Tertii, ut in propoſito
9 *Coſt. de fact. Scient. cap. 7. num. 3. & 6. Riminald. Jun.
con. 569. numer. 216. verſ. cui fundamento Larr. allegat.
fiſcal. 92. num. 16. & 17. Rot. deciſ. 508. num. 8. par. 1.
rec. & deciſ. 91. ſub num. 7. verſ. hæc autem ſcientia co-
ram Cavaler.* ea ſatis viſa non eſt deduci ex ſcientia
miniſtrorum Cameræ Ferrariæ, ex qua prætendi-
tur inferri ad ſcientiam miniſtrorum Urbis, & ex
iſtis ad Scientiam Papæ, quià hujuſmodi illationes
ſunt nimis remotæ, ut de ſcientia Nuncii, quod
10 ab ea non inferatur ad ſcientiam Papæ dixit *Rot.
deciſ. 260. numer. 23. par. 17. rec.* & præſumptiones
præſumptionum à Jure non admiſſæ, ut probat
præcedens deciſio *§. fin.* & ad ſummum eſſet ſcien-
tia præſumpta, quæ ſufficiens non eſt, ubi requiri-
tur vera, *Rot. deciſ. 346. num. 7. par. 10. rec. & deciſ.
500. num. 47. coram Bichio*, & quatenus admittere-
tur ſcientia hujus proximioris in Officialibus, quæ
debet eſſe ſpecifica, & eorum, per quos actus ge-
ritur ut inquit *Larrea dicta alleg. 92. num. 20.* adhuc
illa non ſuffragatur, ubi prout hic formiter exigi-
tur ſcientia Principis derogare debentis Juri Ter-
tii, ut bene declarat *Coſt. de facti ſcient. inſpect. 62.
num. 9. & ſeqq. & ſignanter num. 13.* & conferunt tra-
dita *per Larr. d. alleg. 92. ſub numer 21. poſt. med. &
numer. 22.* quidquid eſſet ubi per Impetrantes ex-
preſſio Proximioris facta fuiſſet in ſupplici libello,
in quibus terminis procedit *deciſ. 70. par. 8. recent.*
quæ etiam loquitur in terminis Datarii, qui dici-
tur organum Papæ.

Minùs hujuſmodi ſcientia deſumi valet ex diſcurſibus habitis per Senatorem Negrellium cum Pontifice, quia ex iſtis non habetur narraſſe Pontifici exiſtentiam hujus ſœminæ.

Minùs denique ſupplex libellus porrectus no-
mine Antoniæ Agò potuit inducere hanc notitiam
tanquam nimis genericus, & vagus, ut ponderat
præterita deciſio *§. fin.* præſertim quia fuit ſimplici-
ter remiſſum ad Commiſſarium Cameræ, nec peti-
ta ſeparatio bonorum allodialium à Feudalibus
fuit conceſſa, undè tantò minus credi poteſt Sum-
mum Pontificum notitiam habuiſſe, dum aliàs
ſaltem hanc ſeparationem demandaſſet, nec ex di-
cto ſupplici libello poteſt inferri ad ſcientiam de
tempore Inveſtituræ, dum fuit porrectus per
quam plures dies ante, & in Summo Pontifice, 11
qui præmitur quampluribus, & gravioribus nego-
tiis de facili præſumitur oblivio, ut ad effectum in-
ducendi ſubreptionem gratiæ cum plurium aucto-
ritate firmat dicta præcedens deciſio dicto *§. final.*
quibus in propoſito additur *Larr. d. alleg. fiſcal. 92.* 12
num. 17. & 18.

Et ſanè admodum veriſimile viſum fuit Sum-
mum Pontificem nullam habuiſſe ſcientiam, dum
per eundem nulla fuit facta proviſio huic fœminæ
remanenti in ſtatu paupertatis ex devolutione bo-
norum, nec derogatum regulæ de Jure quæſito
non tollendo, per quam derogationem dicitur
conſtare de voluntate Papæ, ut fuit dictum *in
deciſ. 501. numer. 25. & 26. par. 5. recent. cum aliis* 13
ſupra allegatis in §. non obſtat.

Et ità utraque &c.

R. P. D. TREMOILLE.

Romana, ſeu Veliterna Succeſſionis.

Lunæ 9. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

Agitur de Bonis Feudalibus, Allodialibus, & Juriſdictionalibus à Clerico acquiſitis tanquam perſona laica non Eccleſiaſtica, & quomodo in iis deferatur ſucceſſio. An in Feudis Eccleſiæ ſuccedunt fœminæ, an ſaltem ſuccedant deficientibus maſculis. Excluſis fœminis, neque ſuccedunt deſcendentes ex ipſis. Quæ ſint Bona Feudalia Eccleſiæ; De Feudis, & Caſtris *di Rocca Gorga*, & *Turricchie* an ſint Feudalia Eccleſiæ. Clericus quod voluerit ſe conformare cum Statuto Laicali quomodo probetur. Ac ex quibus argumentis probetur, & excludatur feudalitas, ſignanter in ſtatu Eccleſiæ.

SUMMARIUM.

1 *In Bonis Feudalibus, & Juriſdictionalibus fæminæ non ſuccedunt inconcurſu Agnatorum.*
2 *In Feudis Eccleſiæ fæminæ non ſuccedunt.*
3 *In feudis non niſi deficientibus maſculis fæminæ ſuccedunt licet expreſſè vocatæ fuerint.*

4 *In*

4 *In feudis excludantur fœminæ, & earum deſcendentes maſculi.*

5 *Feuda exiſtentia in Dominio Eccleſiæ reputantur feudalia ſicuti Caſtra ſita in Regno, vel Principatu.*

6 *Tenuta Juriſdictionalis* di Turricchia, *ſeu di* Caſtel Ginnetto *eſt feudalis pro maſculis.*

7 *Hiſtoricis creditur, quoad naturam feudi.*

8 *Caſtrum* di Rocca Gorga *eſt feudale ex conjecturis, quæ probant feudalitatem.*

9 *Fœminæ ſunt incapaces ſuccedendi in dignitatibus feudalibus.*

10 *Feudi naturam, & conſuetudines feudales non eſſe alteratas probat præſervativa Papæ ſuperfeudalitate.*

11 *Feudalitas probatur ex Juramento fidelitatis.*

12 *Clericus quod voluerit ſe conformari cum diſpoſitione Juris Communis non autem Statuta Laicali probatur conjecturis, & è contra.*

13 *Clerici voluntas ſe conformandi cum Statuta Laicali probatur ex contractibus ante obitum factis à Clerico.*

14 *Clericus declarans acquirere tamquam Laicus præſumitur ſe conformaſſe cum Statuta Laicali deferente bona ad maſculos excluſis fœminis.*

15 *Donatio exarcta ſanguinis conjunctione præſumitur facta à Patruo, Nepotibus.*

16 *Detractiones quantitativæ requirunt liquidationem Aſſis, & impediunt Immiſſionem.*

17 *Inventarii omiſſia non poteſt opponi ab aliis Cohæredibus ſuppletur, ex diligenti deſcriptione quoad mobilia.*

Defectus non obſtet, quoad ſtabilia, quæ certa ſunt.

18 *Feudi natura ſi certa eſt maſculus eſt legitimus contradictor ad excludendas fœminas, ſecus ſi non eſt certa, neque Agnatus habeat promptas probationes, quia tunc excluſio fœminarum diſceptanda eſt in petitorio.*

19 *Caſtra, quæ ſunt feuda impropria ad quaſcumque hæredes tranſitoria admittunt fœminas.*

20 *Feuda hæreditaria, ſeu impropria admittunt fœminas.*

21 *In feudos Jure allodii ſuccedunt maſculi, & fœminæ ſimul.*

22 *Adoptivi ſuccedunt in feudis retentis ad inſtar allodii.*

23 *Feudales leges excludentes fœminas habent locum in feudo proprio, & ſimplici non autem abuſivo, & improprio.*

24 *Feudum excluditur, quia nulla exhibetur Inveſtitura.*

25 *Feudi qualitas dignoſcitur ex prima Cauſa, nempè Inveſtitura.*

26 *Inveſtitura feudali deficiente, non eſt ſervandum Jus Feudale, ſed Jus Civile Romanorum, & conſuetudo Regionis.*

27 *Feudalitas inicit vinculum ſervitatis bonis.*

28 *Feudalitas deficiente Inveſtitura non præſumitur, ſed concludenter probanda eſt.*

29 *Bona in dubio omnia cenſentur allodialia, & libera juxta eorum primævum naturæ ſtatum.*

30 *Conſuetudo Romæ, & in Univerſa Eccleſiæ Statu eſt quod Caſtra, & bona præſumuntur allodialia.*

31 *Caſtrum* di Rocca Gorga *non eſt feudale.*

32 *In feudis rectis, & propriis ſuccedunt ex providentia Domini, non ex judicio fideicommittentis.*

33 *Feudalitas excluditur, & allodialitas comprobatur ex dicto Doctorum, & judicatis, & Deciſionibus Rotalibus.*

34 Spad. conſ. 1. & Abbas conſ. 82. declarantur.

35 *Allodium aliud eſt quod accipitur tamquam proprium patrimonium, quod tenetur Jure proprio, nec pendet ab alio.*

36 *Allodium aliud eſt, in qua reſervatur Supremo Domino Jus Regalium, atque altum Dominium.*

37 *Caſtra, & Bona Juriſdictionalia Status Eccleſiæ dicuntur allodialia, quoad alios effectus, & præcipuè ſucceſſionis.*

38 *Cardinalis de Luca laudatur.*

39 *Feudalitas ingenere non ſufficit in ſucceſſionibus, ſed debet probari conceſſionem eſſe reſtrictam ad unum genus, ut non ſit locus Juri communi.*

40 *Feudales Conſtitutiones ſunt odioſæ, ut potè reſtringentes Jus commune, ideò reſtringendæ.*

41 *Feudum improprium eſſe probat tranſitus Caſtrorum pluries factus de una in aliam familiam titulo Emptionis.*

42 *Clauſula* pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque *efficit feudum tranſitorium ad quaſcumque, tàm in Inveſtitura, quàm in Licentiis alienationis Caſtrorum.*

43 *Licentiæ alienandi probant feuda eſſe hæreditaria, & excludunt feudalitatem.*

44 *Feudi qualitas ab Auctore admiſſa non poteſt à ſucceſſore impugnari.*

45 *Feuda proprietatis, & franca ſunt illa, quæ ſunt perpetua non reſtricta ad genus ullum.*

46 *In feudis exiſtentibus ſub Dominio Eccleſiæ, fœminæ facilius admittuntur ad ſucceſſionem.*

47 *Felix Contelorius Hiſtoricus de familia de Comitibus ſcribens, an fidem mereatur.*

48 *Feuda antiqua, & recta in præjudicium agnatorum alterari non poſſunt, quoad ordinem ſuccedendi præſcriptum in Inveſtitura.*

49 *Feuda jure allodii retenta donari poſſunt filiis naturalibus, ſecus propria, & antiqua.*

50 *Titulus, ſeu Dignitas Marchionatus addita Caſtris, ſeu feudis non excludit fœminas à feudis dignitatis, quamvis ſint primi ordinis.*

51 *Titulus, ſeù Dignitas ſuperaddita Caſtris non mutat feudi naturam, & ſubſtantiam, quæ eſt à titulo ſeparabilis.*

52 *Juramentum fidelitatis non probat feudum proprium, Quia præſtatur etiam pro impropria.*

53 *Feuda Conceſſa ab Eccleſia pro ſui tuitione non indigent Armis, ac Vaſſallorum ſervitia.*

54 *Donatio inter ſanguine conjunctos non probatur ex ſola conſanguinitate ſine aliis adminiculis.*

55 *Immiſſionis pro effectu reſtitui debet pretium bonorum alienatorum ad menſuram, & ratam petitæ immiſſionis.*

56 *Detractiones non impediunt immiſſionem, quando non adhuc probatum eſt illas deberi.*

57 *Detractiones non deberi probatur exceptione ſimplici, & confuſione actionum.*

58 *Deſcriptio, ſeu Notulæ bonorum, abſque confectione legitimi Inventarii probat, quod deſcribentes fuerunt in culpa omittendo inventarium ſolemne.*

59 *Inventarii defectus non ſuppletur ex notula confecta duodecim annis poſt obitum defuncti.*

60 *Cohæredes quamvis opponere nequeant omiſſionem Inventarii aliis Cohæredibus, id procedit quando culpa eſt reciproca, & omnes ſe hæreditati immiſcuerunt ſecus ſi unus ſe immiſcuit, alius vero non.*

61 *Detractiones remanent illiquidæ ex perceptione fructuum imputandorum in eorum cauſam.*

DECIS. XXXXVI.

POſtquàm R.P.D. Joannes Paulus, & Marchio Martius fratres de Ginuettis renunciando liti acquieverunt ſententiæ Rotali latæ à R.P.D. meo Pio, & deciſioni in ulteriori Cauſæ decurſu à me editæ die 4. Februarii anni præteriti, quibus declaratum fuerat, Abbati Joſepho, & Joanni Lucæ fratribus de Cruce dandam eſſe immiſſionem in ſextam partem hæreditatis Cardinalis Martii Ginnetti ab inteſtato defuncti, eò quia Actoribus licèt venientibus ex perſona Mariannæ ex Sorore Neptis præfati Cardinalis non obſtabat ſtatutaria excluſio fœminarum, non afficiens inteſtatam hæreditatem Clericorum; Inſtituta fuit quæſtio de qualitate, & identitate bonorum, ſuper quibus ad executionem mandari poſſet. Immiſſio generaliter conceſſa, quamobrem in hodierna Audientia propoſito dubio -- *ſuper quibus bonis clar. mem. Cardinalis Marti Ginnetti danda ſit immiſſio.*

Scribentes pro fratribus de Ginnettis Reis dicebant triplici ſpecie, & differentia diſtinguenda eſſe univerſa bona hæreditaria dicti Cardinalis; Prima erat bonorum feudalium, altera allodialium, quæ tamen empta fuerant à Cardinali tamquam perſona Laica, & non Eccleſiaſtica; In poſtrema demùm ſpecie recenſebantur cætera omnia illus bona hæreditaria, quorum alia idem acquiſiverat vnà cum Nepotibus; Alia verò ad eum delata fuerant titulo inteſtatæ ſucceſſionis in hæreditate Marchionis Joſephi, cui ipſe pro medietate, & pro alia medietate dicti fratres ſucceſſerant.

Deque his omnibus bonorum ſpeciebus peculiarem quæſtionem inſtituentes, quod attinet ad bona feudalia, nempè Marchionatum *di Rocca Gorga*, & juriſdictionalem Tenutam *di Torrichia* hodiè nuncupatam nomine *di Caſtel Ginnetto*, & titulo pariter Marchionatus nobilitatam dicebatur, fratribus de Cruce immiſſionem ad illa non deberi, quia deſcendunt ex fœmina, ideòque nec adipiſcendæ, nec retinendæ poſſeſſionis interdictum intentare
1 poſſe in concurſu Agnatorum, *Menoch. de adipiſc. remed. num. 383. Intrigl. de feud. cent. 2. art. 2. num. 320.* Jure enim feudali fœminæ, vel nullo pacto ſuccedunt in feudis, juxtà *Text. expreſ. cap. 1. §. Hoc autem tit. 1. cap. unic. §. Filia de feud. ſucceſ. cap. unico de feud. fœmin. cap. unic. in fin. de feud. Marcb. clar. mem. Card. de Luc. de feud. diſc. 11. numer. 1. & in ſupplem. ejuſdem*
2 *tit. diſc. 134. num. 5.* etiam ſi ageretur de feudo Eccleſiæ *cap. unic. §. Quin etiam tit. Epiſcopum, vel Abbatem, Andreol. controv. 252. num. 15. & ſeqq. Cardin. de Luca de feud. diſc. 53. numer. 2. Rota coram Buratt. deciſ. 206. num. 3. ibique Adden.* vel nonniſi deficien-
3 tibus maſculis, tametſi expreſſè vocatæ fuerint, ſuccedere poſſunt *cap. unic. §. Filiæ verò de ſucceſ. feud. cap. unic. de feud. Marcb. cap. unic. de feud. fœmin. Deciſ. Sicil. numer. 360. apud Cardin. de Luca de feud. Rota deciſ. 78. num. 4. par. 14. recentior.* Cumque abſurdum ſit, illos admitti, quorum repelluntur Authores *ad Text. in cap. Licet 47. de Teſtibus*, nedùm
4 fœminæ, ſed ejus quoque deſcendentes maſculi excludentur, *cap. primo §. Hoc notandum tit. 1. Gloſſ. in cap. unic. §. fin. verb. non ſuccedit de ſucceſſ. feud. Soſembecb. de feud. par. 9. num. 129. Scrader. eodem tract. par. 7. cap. 4. numer. Curt. Jun. par. 3. membr. prima num. 1. verſic. Imò fortiùs Roſſental. cap. 7. concluſ. 31. num. de Luca diſcurſ. 13. num. 26. & ſequentibus dicta Deciſ. Sicil. apud eumdem num. 369. Armezan. dec. 69. num. 28. Rota d. deciſ. 78. num. 19. par. 14.*

Nec Caſtra, de quibus agitur exempta dici poſſunt a regulis legum feudalium, eo quia conceſſa non ſint in feudum rectum, & proprium, ſed jure allodii, vel improprii, & alteri feudi poſſideantur, nàm pro feudi proprietate militat generalis præſumptio, ob quam Caſtra omnia, & juriſdictiones ſitæ in Regno, ſeù Principatu feudalia reputantur, ut in ſpecie de feudis exiſtentibus
in dominio Eccleſiæ extat famigeratum conſi- 5
lium *Abbat. 28. lib. 1.* quod ſequitur *Spad. conſ. 1. lib. 1.* atque alia urgent argumenta demonſtrantia propriam dictorum Caſtrorum feudalitatem repugnantem admiſſioni fœminarum.

Nam ſi agatur de Tenuta juriſdictionali *di Turricchia* dubitari nequit ab illius ſucceſſione fœminas excludi, cùm illa jam pridèm conceſſa fuiſſet familiæ de Comitibus pro ſolis maſculis,
excluſis ſemper fœminis, *Text. Felic. Contilor. in ſua* 6
Hiſtoria Familiæ Comitum Romanorum Summ. fratrum de Ginnettis *num. 1. litt. H.* Quamobrem cum ex hujus Hiſtorici relatione, cui in re perantiqua fi-
dem adhibere oportet, *Rota coram Coccin. deciſion.* 7
1867. num. 19. & 20. conſtet de primeva natura hujus feudi eamdem hodie permanſiſſe præſumendum eſt.

Si verò agatur de Caſtro *di Rocca Gorga* illud eſſe verum, & rectum feudum demonſtratur conjecturis, quibus qualitatem feudi probari ait *Rota*
coram Roya. deciſion. 452. num. 30. 8

Præter enim argumenta, quæ in hanc rem deſumi poſſent, tum ex eo, quod agatur de feudo dignitatis, cum ab Urbano VIII. inſignitum fuerit titulo, & dignitate Marchionatus, ideoque devolui nequeat ad fœminas regulariter incapaces ſuc-
cedendi in dignitatibus feudalibus, *Gabr. conſ. 79.* 9
num. 3. & 4. & num. 16. & 17. lib. 2. Ruin. conſ. 99. num. 8. lib. 1. Montepic. conſ. 100. num. 57. Capyc. Latr. conſult. 75. num. 268. Rota coram Buratt. deciſ. 206. num. 17. tum etiam ex eo, quod idem Pontifex novæ hujus dignitatis conceſſione declaravit noluiſſe immutare in aliquo naturam, & qualitatem fendi, nec innovare quomodocumque antiquas inveſtituras, quæ licet non reperiantur, attamen præſumendum eſt lactas fuiſſe juxta conſuetudi-
nes feudales cum excluſione fœminarum, *Rovit.* 10
conſ. 79. num. 19. & 20. lib. 1. potiſſimùm feudalitatis ærgumentum elicitur ex juramento fidelitatis à feudatariis præſtando, quo feudi proprii ſubſtantiam conſtitui dicitur ob perſonale ſervitium, quod
ſub ſe involvit, *Rovit. dicto conſ. 79. num. 28. & ſeqq.* 11
lib. 1. Schrader. de feud. par. 2. cap. 2. num. 37. & 38. Capyc. Latr. dict. conſult. 75. ſub num. 268. in fin. & ſeqq. Cardin. de Luca de feud. diſcurſ. 11. ſub numer. 19. verſ. 4. Rota coram Verall. deciſ. 16. numer. 3. part. 2. Roya deciſ. 452. num. 7. & in recent. deciſ. 280. num. 8. par. 11.

Similiter dicebatur, immiſſionem concedendam non eſſe ad ſecundam ſpeciem bonorum, quæ Cardinalis Martius tamquàm Laicalia, & perſona Laica comparaverat, quia quoad iſtam locum habere nequit generalis illa præſumptio, cum qua Rota proceſſit in prioribus hujus Cauſæ deciſionibus, ob quam dictum fuit, illum præſumi voluiſſe ſucceſſionem in ſuis bonis deferri juxta ordinem præſcriptum à jure communi, cui ſubiiciebatur, non autem juxta ordinem Satutum à jure municipali, à quo exemptus erat, nàm hæc præſumptio eum aliis contrariis conjecturis tolli poſ-
ſit, *Card. de Luca de teſtam. diſcurſ. 25. num. 14. &* 12
de ſucceſſ. ab inteſtat. diſcurſ. 6. num. 12. Manſ. conſ. 266.

numer. 24. illaſque ex contractibus ante obitum à
13 defuncto factis rectè elici doceat *Cardinal. Mantic.*
de conject. lib. 3. tit. 1. num. 6. profectò Cardinalis
Martius, in acquiſitionibus dictorum bonorum
declaravit illa ſe emere tamquam perſonam Laicā,
14 nil aliud voluiſſe viſus eſt, quam hujuſmodi de-
claratione eadem relinquere ſub diſpoſitione juris
municipalis bona Laicorum deferentis ad maſculos
excluſis fœminis, nàm ex hoc primordiali titulo,
& qualitate informante bona eo nomine quæſita
poſterior dijudicandus eſt eventus, ut in ſimili
argumentatur, *Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.* 3. *cap.* 1.
num. 292. *& ſeqq.*

Denique deveniendo ad illa bona ab eodem
Cardinali coempta vna cum tribus nepotibus,
nempè clar. mem. Cardinal. Jo: Franciſco, R.P.D.
Jo: Paulo, & Marchione Martio immiſſioni, ab
Actoribus petitæ obſtabat præſumpta donatio eli-
cita ex arcta ſanguinis conjunctione, ob quam Pa-
truus bona iſta dilectiſſimis Nepotibus acquirere,
15 & donare voluiſſe præſumebatur ad tradita *per Rocc.*
diſput. jur. ſelect. cap. 39. *num.* 42. *& ſeqq.*

His verò peculiaribus exceptionibus ſubde-
batur alia generalis immenſarum detractionum,
quæ calculabautur in quantitate ſcutor. 127. mil.
à Reis erogata in ſolutionem æris alieni contracti
à Cardinali Martio, quæ detractiones quantitativę
cùm requirant liquidationem Aſſis hæreditarii,
quod incertum remanet, donec firmetur ſtatus,
ex quo dignoſci poſſit, an ſolutis debitis, factiſque
detractionibus aliquid pro hærede ſuperſit, immiſ-
ſionem proculdubio impediunt *Rota apud Potib. de*
16 *manut. deciſ.* 92. *num.* 4. *& in recent. deciſ.* 97. *num.* 5. *&*
ſeqq. par. 19.

Fruſtrà verò Reis obiiciebatur omiſſio In-
ventarii, quia Cohæredes, quales ſunt fratres de
Cruce illam aliis Cohæredibus opponere nequeunt
atque etiam quia ſimilis defectus non officit quoad
ſtabilia, quæ certa ſunt, quo verò ad mobilia ſup-
17 pletur diligenti illorum deſcriptione facta à Reis
Rota deciſ. 294. *num.* 9. *cum ſeqq. par.* 13.

Verùm hæc omnia argumenta haud tanti fa-
cienda viſa ſunt, ut à petita immiſſione Actores
repellere valuerint; nam DD. dilata in hodierna
Audientia reſolutione quoad bona acquiſita per
Cardinalem uti laicam perſonam quoad reliqua
reſponderunt, *illam concedendam eſſe juxtà modum, &*
modus eſt, ut quoad bona per eumdem acquiſita unà cùm
tribus Nepotibus immiſſio concedatur pro 6. quar-
tæ partis.

Conſtabilito enim ex deciſionibus à R. P. D.
meo Pio, & à me editis generali titulo inteſtatæ
ſucceſſionis fratribus de Cruce debitæ in univerſis
bonis hæreditariis Cardin. Martii eorumdem Pro-
patrui, ut immiſſio pro ſucceſſionis effectu con-
cedenda in bonis particularibus ad executionem
mandari poſſit, ſat erit refellere argumenta, qui-
bus illam denegandam eſſe à ſcribentibus pro Reis
contendebantur.

Et primò quidem DD. cenſuerunt, immiſſio-
nem dandam eſſe ad ſextam partem medietatis dd.
Caſtrorum ſpectantis ad Cardinalem Martium,
nam in ea quæſtione, qua diſceptatur, an agnatus
poſſidens Caſtrum, quod contendit eſſe feudale ſit
legitimus Contradictor pro repellendo extraneo,
ſeu fœmina hærede ultimi defuncti, tamquam non
compræhenſa in Inveſtitura, aut quæcumque alia
ex ratione incapaci ſuccedendi in feudo, ea apud
omnes hodiè recepta eſt diſtinctio, qua traditur,
quod ſi certa ſit natura feudi, certaque paritèr ſit
incapacitas hæredis extranei, vel fœminæ intenta-
tis remedium adipiſcendæ, vel retinendæ adver-
sùs Agnatum, is hoc caſu cenſendus erit legitimus
Contradictor, juxtà ea, quæ firmarunt *Menoch.*
& Intrigl. relati in §. Deque his omnibus, at contrà
quum res dubia eſt, quia nempè dubitetur an Ca-
ſtrum feudale ſit, vel allodiale, ſivè poſita feuda-
litate dubium emergat de qualitate feudi, aut de 18
hæredis capacitate, vel incapacitate, nec Agna-
tus in promptu habeat claras, & liquidas proba-
tiones, & hoc caſu non erit legitimus Contra-
dictor, ſed ex remedio *legis finalis, vel interdicti*,
quorum bonorum poſita fœmina, vel hærede ex-
traneo in locum defuncti, Jus illi reſervabitur in
petitorio, ad *Text. in cap.* 1. *§. inter filiam tit. ſi de*
feud. defuncti controverſia ſit inter Dominum, &
Agnatum, ibique *Cujac. lib.* 4. *feud. tit.* 3. *litt.* C.
fol. mihi 687. *tom.* 2. *oper. prior. Barthol. Gattus conſ.*
22. *num.* 3. *& ſeqq. Argel. de legit. Contradict. quæſt.* 19.
num. 59. *& ſeqq. Gratian. diſcept.* 736. *num.* 1. *Capy.*
Galeot. controv. 31. *numer.* 3. *& ſeqq. Manſ. conſultat.*
250. *num.* 42. *& ſeq. Cardin. de Luc. de feud. diſcurſ.* 43.
num. 5. *Leo deciſ. Valent. lib.* 2. *deciſ.* 209. *num.* 22. *&*
ſeqq. & num. 50.

Tantùm verò abeſt, ut Agnatis fœminas ex-
cludere contendentibus promptæ ſuppetant pro-
bationes, quibus feudi proprii naturam demon-
ſtrent, ut potiùs manifeſtis propemodum argu-
mentis evincatur Caſtra, de quibus agitur eſſe
feuda impropria purè hæreditaria, & allodialium
bonorum inſtar ad quoſcumque hæredes tranſito-
ria, ideòque in illorum ſucceſſione fœminas con- 19
currere cum maſculis ejuſdem gradus, remotioreſ-
que excludere, ut de feudo improrio docuerunt
Laur. de Pin. conſ. 4. *num.* 35. *Decian. conſ.* 58. *num.* 36.
cum ſeqq. lib. 2. *Flamin. de Rubeis conſ.* 77. *numer.* 275.
& num. 321. *& conſ.* 78. *num.* 79. *& ſeqq. & num.* 143.
lib. 2. *Barthol. de Boſc. conſ.* 379. *numer.* 1. *verſ. in dont*
verò, Jacob. Heinricham. conſ. 29. *num.* 1. *& ſeqq. &*
numer. 22. *lib.* 2. *Kloch. conſ.* 17. *num.* 129. *& conſ.* 32.
numer. 2. *lib.* 1. *Berlich. concluſ.* 55. *num.* 21. *par.* 2.
Andr. Capan. de Jur. adhoæ quæſt. 7. *num.* 5. *& ſeqq.*
Torr. de Majorat. & Primog. Ital. par. 2. *quæſtion.* 57.
num. 45. *Rota deciſ.* 94. *num.* 4. *&* 5. *& deciſion.* 237.
num. 1. *& ſeqq. par.* 12. & de feudo purè hæredita-
rio, quod idem eſt, ac improprium, pleniſſima
eſt allegatio *Palm.* 94. *& Samoiat. controv.* 12. *&* 20
15. *Manſ. conſultat.* 191. *Mart. vot.* 207. *Dexart. de-*
ciſion. Sardin. 27. *numer.* 15. *Rota coram Dunoz. Jun.*
deciſ. 748. *ſub numer.* 19. *verſ. finem*, & demum in
feudo, quod Jure allodii tenetur mares, & fœmi-
nas inſimul ſuccedere tradit *Cujac. de feud. lib.* 2. *tit.* 21
17. *lit. D. fol.* 672. *& lib.* 4. *tit.* 10. *fol.* 690. ubi tra-
dit adoptivos etiam admitti ad ſucceſſionem in
hujuſmodi allodiis *tom.* 2. *oper. prior.* & jure qui- 22
dem optimo, quia leges feudales excludentes
fœminas, cum corrigant Jus commune, locum
habent in feudo proprio, & ſimplici, non autem
in abuſivo, & improprio, *Ruin. conſil.* 15. *num.* 23
3. *lib.* 1.

Aſſumptum autem facilè probatur, quia nul-
la ab Agnatis exhibetur Inveſtitura, qua feudum
conſtitui oſtendatur *cap. unic. quib. mod. feud. conſt.*
poteſ. cum aliis allegatis per *Rot. in una Feltren. feu-* 24
di 14. *Martii* 1692. *§. Natura feudi coram Eminentiſſi-*
mo Cavallerino, quamobrem deficiente prima cau-
ſa, ex qua præcipuè feudi qualitas, & natura di-
gnoſcitur, ut ex *cap.* 1. *de duobus fratribus à capit. In-*
veſtit. Menoch. præſumpt. 92. *lib.* 3. quæſtio non am-
pliùs decidenda eſt ſecundum regulas Juris ſcripti
feu-

Digitized by Google

feudalis, ſed ſervandum erit, quod Romanis legi-
bus ſtatutum reperitur, quarum in his cauſis, non
26 vilem authoritatem eſſe ſcripſit Obert. de Hort. cap. 1.
de feud. cognit. Curt. Jun. conſ. 26. ſub num. 11. & conſ.
171. vel quod plus valet, quam Romanorum, ip-
ſumque Jus ſcriptum feudale res tota pendebit ex
uſu, & conſuetudine regionis, à qua Jus feudorum
totum manare docetur d. cap. 1. de feud. cognit. ibiq;
Gloſ. & Cuiac. tom. 2. oper. prior. fol. 645. lit. C. aliiſ-
que DD. communiter, quos congeruut Ioſeph Al-
tograd. contr. 1. num. 10. in fin. Capyc. Galeot. contr. 31.
num. 52. & ſeqq. lib. 1. Palm. allegat. 94. num. 2. &
ſeqq. Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap. 57. num. 43. & cap.
107. num. 45.

Non minus autem generalis præſumptio re-
ſultans ex Juris Romanorum regulis, quam Con-
ſuetudines moreſque, quibus in Ditione Eccleſiæ
regulatur materia feudorum favent fratribus de
Cruce, qui etſi deſcendentes ex fœmina immitten-
di tamen ſunt in præfata Caſtra, quia non conſtat
de illorum feudalitate, quæ cum ſervitutis vinco-
27 lum iniiciat bonis, juxta Gloſ. in l. ſi cujus rei 13.
verb. oportet, & ibi Bald. ff. de uſufruct. Bero. conſ. 69.
num. 21. Schrader. de feud. par. 3. cap. 4. num. 53. de-
ficiente Inveſtitura non præſumitur, ſed conclu-
dentèr probanda eſt, cum bona omnia in dubio
cenſeantur allodialia, & libera, juxta eorum pri-
28 mævum naturæ ſtatum, Bald. in cap. ſignificavit ſub
num. 1. de reſcript. Roland. conſ. 32. num. 33. & ſeqq.
lib. 1. Bellon. conſ. 10. num. 9. verſ. & ideo etiam Ca-
ſtrum, Mart. conſ. 3. num. 14. & ſeqq. Grat. diſceptat.
29 736. num. 59. Andreol. controv. 305. num. 1. & ſeqq. Ca-
ren. reſol. 211. Rocc. diſput. Jur. ſelect. cap. 58. num. 1.
Cardin. de Luc. de feud. diſc. 6. num. 5. diſc. 67. num. 6.
& diſcur. 132. num. 7. Raudenſ. deciſ. Piſan. par. 1. dec.
48. num. 65. & 86. & 89. Rot. coram Royas deciſ. 452.
num. 2.

Cum qua generali præſumptione Juris com-
munis recepta etiam ſpeciali conſuetudine, qua
30 Romæ, atque in univerſo Eccleſiæ dominio vivi-
tur, de qua ſepiùs Rot. ut apud Comitul. deciſ. 74.
num. 11. & 12. Coccin. deciſ. 1218. & ſeqq. num. 17. &
in rec. deciſ. 93. num. 29. & ſeqq. par. 5. deciſ. 83. num.
11. & ſeqq. par. 14. & in Romana pretii Fiani 5. Mar-
tii 1636. coram Pirovano, prætereà concurrit indi-
vidua qualitas Caſtri di Rocca Gorga conſtabilita in
deciſ. 385. num. 5. & 6. cor. Peutinger. qua declaratur
d. Caſtrum tamquam hæreditarium ſuppoſitum
31 fuiſſe fideicommiſſo conditionali favore Familiæ
Cajetanæ, quod nonniſi ſuper hujuſmodi feudis
hæreditariis ordinari poteſt, quia in feudis rectis,
& propriis ſucceditur ex providentia Domini, non
32 ex judicio fideicommittentis, Surd. conſ. 108. num.
26. & ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 631. Mantic. de
coniect. lib. 7. tit. 9. Card. de Luc. de feud. diſc. 9. num. 7.
& diſc. 107. num. 9. Rot. deciſ. 93. num. 77. par. 5. Rot.
deciſ. 12. & deciſ. 82. num. 1. & ſeqq. par. 13. quæ de-
ciſio Peutingerii firmans ſtatum, & qualitatem
hujus Caſtri, atque juxta noſtri S. Auditorii ſty-
lum ſupponenda licet ad rem noſtram ſufficeret,
ut dubiam redderet feudi qualitatem, ne fœminæ,
earumque deſcendentes in hoc judicio repelli poſ-
ſent ex allegatis in §. Et primo quidem, attamen pe-
nitus excludere illius propriam feudalitatem pro-
33 bant Palm. allegat. 94. num. 78. verſ. tertio loco cum
ſeqq. Manſ. conſult. 291. num. 54. & ſeqq. Saminiat.
contr. 12. num. 75. de Luc. de lin. legal. lib. 2. art. 114.
num. 23. in fine, qui omnes authores improprieta-
tem feudi ſufficientèr probatam cenſuere, non
quidem ex authoritate Rotæ, ut in caſu noſtro,
ſed ex eo, quod Menochius prò veritate conſultus
in quodam ſuo conſilio illam aſſeruiſſet, & etiam
in ſimili caſu Rota valdè detulit, Fulgoſ. ut ex deciſ.
291. num. 9. par. 4. tom. 2. rec.

Nec adverſantur ea, quæ ſcripſerunt Abb. & 34
Spad. relati, §. Nec Caſtra, præſumptam bonorum
Juriſdictionalium allodialitatem rejicientes: Allo-
dium enim in propoſito noſtro non accipitur tam-
quam proprium patrimonium, quod tenetur Jure
proprio, nec pendet ab alio, quale definitur à Cu- 35
jac. in lib. 4. Cod. tit. 66. de Jur. emphyt. fol. mihi 440.
litt. C. in fin. tom. 5. oper. poſthum. & in append. ad con-
ſuetud. feud. lib. 1. tit. 48. lit. D. fol. 458. & ad tit. de
action. empt. & vendit. fol. 472. litt. A. aliique apud,
Bouden. collect. legal. cap. 35. num. 39. Sed reſervatis 36
Supremo Domino Jure regalium, atque alto Do-
minio, à quo veluti fonte Juriſdictio vaſſallorum,
& inferiorum Dominorum poteſtas omnis proma-
nat, Caſtra, & bona Juriſdictionalia ſtatus Ec-
cleſiæ dicuntur allodialia, quoad alios effectus, & 37
præcipuè ſucceſſionis per ea, quæ tradit idem Abb.
in cap. nimis 19. de Jur. Juran. Tondut. quæſt. civil. 39.
numer. 9. ſeqq. & explicando doctrinam Abbatis
dict. conſ. 82. & Spad. diſtinxit, Rocc. diſputat. Jur.
ſelect. cap. 57. num. 17. & pluries docuit eximius ille
noſtri ævi Juriſconſultus, & ob diuturnam in foro
exercitationem, conſuetudinem, & morum, qui- 38
bus Romæ vivitur peritiſſimus Card. de Luca in ſuo
tract. de feud. diſc. 2. num. 8. & 9. ibique in adnotat.
diſc. 6. in fin. diſc. 13. num. 2. diſc. 38. num. 3. diſc. 41.
num. 5. diſc. 44. num. 22. diſc. 60. num. 6. in adnot. ad
diſc. 61. num. 4. diſc. 63. num. 4. & 7. diſc. 72. num. 5.
verſ. & licet diſc. 98. num. 14. & in ſumma feudor. num.
39. & ſeqq. Rot. coram Card. Cerro deciſ. 699. num. 13.
ideòque, ut idem inquit Author. d. diſc. 6. ſub nu. 7.
non ſufficit probatio feudalitatis in genere, ſed 39
probari debet feudi conceſſionem reſtrictam eſſe ad
certum genus, & gradum perſonarum, ut illa in-
tervertatur ordo ſuccedendi jure communi, ſeù
conſuetudine Regionis conſtitutus.

Quæ profectò conſuetudo ſervanda omninò
eſt tanquam favorabilis rediit enim ad jus commu-
ne, quod corrigebatur conſtitutionibus feudali- 40
bus plerumque odioſis, atque exorbitantibus,
ideòque reſtringendis, ut bene ſenſit academia
marpurgentis apud Herman. Vultejum in ſuo conſ. 33.
num. 50. & 55. ac in tract. de feud. lib. 1. cap. 9. num. 48.
Flamin. Rube. conſ. 77. num. 328. & ſeqq. lib. 2. Gob.
de permiſſ. feud. vel emphyt. alienat. quæſt. 1. num. 12. de
Luca de linea leg. art. 93. num. 9. verſ. de jure feud.

Coniecturæ improprietatis feudi elicitæ ex
præſumptione Juris ex generali conſuetudine Re-
gionis, atque ſpeciali qualitate feudi additur aliud
non minus efficax argumentum reſultans ex eo,
quod controverſa Caſtra pluries de una in aliam
familiam emptionis titulo translata fuere, ut pon- 41
derant Roſenthal. de feud. cap. 7. concluſ. 43. num. 9. Rot.
coram Bich. deciſ. 449. num. 11. ex eo quo certius in
noſtro caſu illa impropria, & purè hæreditaria ef-
fecta fuiſſe cenſendum eſt, quia ab emptoribus ac-
quiſita fuere pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſ-
cumque, quæ clauſula efficit feudum hæreditarium,
& inſtar bonorum allodialium tranſitorium ad
quoſcumque hæredes etiam improprios, nedum
quando appoſita legitur Inveſtituræ à Principe 42
conceſſæ, Card. de Luca de feud. diſc. 48. num. 15. &
de regal. diſc. 5. num. 18. Manſ. conſult. 291. num. 5. &
conſult. 293. & ſeqq. & latiſſimè dictum fuit in cele-
bri Sarſinnten. feudi coram Dunoz. Jun. deciſ. 748. ex
num. 1. ad num. 41. & deciſ. 760. paritèr ex num. 1. &

coram S. M. Alex. VIII. deciſ. 265. quas ſecuta fuit
*Rota cor. Bich. deciſ.*449. *num.*7. *& ſeqq.* verùm etiam
quando Supremus Dominus authoritatem ſuam
impartitur alienationibus cum eadem clauſula
conceptis, *Palm. alleg.* 94. *num.* 55. *& ſeqq. Manſ.*
conſult. 291. *Saminiat. contr.* 12. *num.* 119. *Rocc. diſput.*
Jur. ſelect. cap. 57. *num.* 95. *& cap.* 107. *num.* 45. *apud*
quem Concordan. Sac. Rotæ reſolutiones.

Quinimò hujuſmodi alienationes confirmatæ
ſolo conſenſu Principis comprobant evidentèr feu-
da, de quibus agitur ex eorum primeva natura
fuiſſe hæreditaria in perſona etiam venditoris *Rota*
coram Bich. d. deciſ. 449. *num.* 18. nàm alioquin ſine
conſenſu Agnatorum, neque etiam authoritate
43 Principis in extraneos alienari potuiſſent, & alie-
nata revocare licitum fuiſſet Agnatis *Menoch. conſ.*
812. *num.* 5. *&* 19. *Neviz. conſil.* 10. *num.* 4. *& ſeq. Aſ-*
flict. deciſ. 112. *Armezanus deciſ.* 69. *num.* 6. *& ſeq. &*
deciſ. 70. *num.* 20. *Rota deciſ.* 93. *num.* 74. *part.* 5. *re-*
cent.

Quamobrem cum ex his conſtet Authores
fratrum de Ginnettis dicta feuda emiſſe tanquam
hæreditaria, *ac pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſori-*
bus quibuſcumque, ipſi hodie nequeant impugnare
hanc qualitatem, ſubſtinendo eadem tãquam feuda
propria, & recta ad maſculos dumtaxat devoluen-
da fore, *Rota coram Bich. d. deciſ.* 449. *nu.* 10. *& ſeqq.*
44 & generalitèr, quod Succeſſor n. queat impugna-
re qualitatem, & titulum, ex quo ejus author feu-
dum recepit *Rota deciſ.* 429. *num.* 4. *par.* 12. *recent.*

Quibus denique omnibus additur agi de feu-
dis perpetuis, quorum conceſſio tamquam non re-
45 ſtricta ad genus ullum, ſeù gradus perſonarum il-
la efficit feuda proprietatis, & franca, *Fagnan. in*
*cap. quæ tamen Eccleſiarum num.*54. *de conſtitut.* eadem-
que cum exiſtant ſub dominio Eccleſiæ, ad illo-
rum proinde ſucceſſionem fœminæ facilius reci-
46 piuntur *Argel. de legit. contradict. quæſt.* 19. *num.*121.
& ſeqq. Rota coram Dunoz. Jun. d. deciſ. 748. *num.* 21.

Conſtabilita igitur tot argumentis impropriе-
tate, qualitate hæreditaria dd. Caſtrorum, non
officere viſæ ſunt conjecturæ congeſtæ à ſcribenti-
bus pro Reis, ut naturam antiqui, & proprii feu-
di aſſererent, nam ut in aliis, in his quoque Cau-
ſis una præſumptio, alia contraria tollitur, & de-
biliores eliduntur validioribus ideòque hactenùs
deductis conjecturis contrarias cedere oportet,
Saminiat. d. controv. 12. *num.* 10. *& ſeqq.*

Illa enim deſumpta ex jis, quæ ſcripſit Fœ-
lix Contilorus futilis omninò eſt, is enim re-
fert Cardinalem Franciſcum de Comitibus nuncu-
patum tit. S. Vitalis hæredem univerſalem inſti-
47 tuiſſe Leonem X. eidemque fiduciaria diſpoſitio-
ne, ut facile conjici poteſt ex ipſa facti ſpecie ab
iſto authore relat. commendaſſe Jacobum fratrem
ſuum, & Marium, ac Evandrum ex Joanne alte-
ro fratre prędefuncto nepotes, nec non etiam Octa-
vium Camillum, Marium, & Joannem filios ſuos
naturales, quibus Leo X. ob fiduciam contra-
ctam ergà Teſtatorem donavit bona omnia d. Car-
dinalis inter quæ præter plura alia Caſtra reperie-
batur Tenuta Juriſdictionalis di Torricchia de-
clarans illa concedere præfatis filiis Cardinalis prò
ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpe-
tuum, & illis deficientibus prò agnatis maſculis
ex domo de Comitibus, excluſis fœminis.

Sed iſte Author in hiſtorica genealogia hujus
tota Europa clariſſimæ familiæ indiligens, qui
nec antiquarum meminit Inveſtiturarum, nec te-
norem d. donationis refert, nullum præbet argu-
mentum, probationemque, obquam d. Tenuta,
aliaque Caſtra à Cardinali relicta cenſeri debeant
feuda recta, & propria quorum fœminæ incapaces
ſint, quinimò ipſa d. hiſtorici narratio aperte in-
nuit, illa ab eo fuiſſe poſſeſſa tamquam feuda im-
propria, & pure hæreditaria, iſta enim Jure inſti-
tutionis reliquiſſe, potuit ſuis hæredibus non au-
tem feuda antiqua, & recta, in quibus in præju-
dicium Agnatorum pervertere nequibat ſucceden-
di ordinem ab Inveſtitura, ſeù jure feudali præ- 48
ſcriptum *Marchabrun. ab Anguill. conſil.* 26. *num.*375.
& ſeqq. Manſ. conſultat. 291. *num.* 69. *& ſeqq. Pere-*
grin. deciſ. 150. *num.* 34. *Dexart. deciſ.* 14. *numer.* 18.
Rot. deciſ. 52. *num.* 2. *part.* 14. Rursùs feuda impro-
pria gravari potuerunt onere fideicommiſſi, non
autem propria, ut probatum eſt in *§. cum qua gene-*
rali præſumptione, & demùm poſt habitis Agnatis,
feuda, quæ Jure allodii a Cardinali tenebantur,
donari poterant illius filiis naturalibus, ad tradi- 49
ta per *Comitol. deciſ.* 74. *num.* 11. *& ſeq.* non autem
antiqua, & propria, ad quæ illi tanquam non mi-
nùs Sacris Canonibus, quàm legibus feudalibus
exoſi admitti non poterant in concurſu Agnato-
rum deſcendentium, vel tranverſalium ex legiti-
mo matrimonio procreatorum *cap. unic. §. ſi quis per*
30. *annos verſ. naturales filii tit. ſi de feud. defuncti con-*
tentio ſit inter Dominum, & Agnatos vaſalli Card. de
Luca de feud. diſc. 15. *Manſ. conſult.* 251. *in fin.*

Cum igitur fœminarum excluſio ab his feu-
dis, & Tenuta di Torricchia non proveniant ex
lege inveſtituræ, quæ non reperitur, ſed ex do-
natione, quam Leo X. fecit filiis naturalibus præ-
fati Cardinalis cum ſubſtitutionibus, & fideicom-
miſſis à quibus fœminæ eſcludebantur conſequens
eſt, ut per alienationem extra familiam de Comi-
tibus validè factam reſolutis vinculis, quibus ſub-
jiciebantur ad fœminas æquè ac maſculos, ut cæ-
tera bona indifferentia tranſmiſſibilia effecta fue-
rint.

Minùs verò propria, & vera fendalitas Caſtri
di Rocca Gorga argui poteſt ex Brevi ſan. me. Ur-
bani VIII. quià illud non continet veram inveſti-
turam, novamque feudi recti creationem, quæ
Piana Conſtitutione prohibita erat, ſed feudo,
quod jàm præexiſtebat, ſuper addidit titulum, &
dignitatem Marchionatus, ex qua non ſequitur
excluſio fœminarum, quæ non excluduntur à 50
fœudis dignitatis, quamvis ſint primi Ordinis,
Card. de Luca de feud. diſc. 6. *num.* 7. *diſc.* 11. *num.* 6.
diſc. 137. *num.*10. *& ſeqq.* ideòque ſi juxtà antiquam
naturam fœudi, fœminæ quoquè ad illius ſucceſ-
ſionem admittebantur novæ hujus Dignitatis ad-
jectione non fuit immutata primeva illius ſubſtan- 51
tia, quæ eſt à titulo ſeparabilis, *Card. de Luca de*
feud. diſc. 9. *num.* 13. *& ſeqq.*

Ut etiam nil turbat proteſtatio Pontificis qua
declaravit nolle immutare antiquam feudi natu-
ram, quia omiſſis pluribus aliis reſponſionibus,
quæ congeri poſſent ex hujuſmodi declaratione
forſan non abſre eliceretur excluſio fœminarum, ſi
incerta penitus eſſet qualitas hujus feudi, & ex
præſumptione antiquum reputandum eſſet per ea,
quæ tradit *Altograd. conſ.* 7. *num.* 12. *& ſeqq. lib.* 2.
Armezanus deciſ. 69. *num.* 9. *&* 10. at in caſu noſtro
illud eſſe improprium, & hæreditarium, cum fir-
matum fuerit in *dicta deciſ.* 385. *coram Peutinger.*
Fruſtrà obſcuris conjecturis, remotiſque præſum-
ptionibus depræhendi contenditur natura rei jam-
pridem authoritate noſtri Tribunalis conſtabi-
lita.

De.

Demùm non officit Juramentum fidelitatis, quia hoc præſtatur, pro feudo quantumvis impro-
52 prio *Rota coram Dunoz. Jun. deciſ. 760. num. 23.* illudque non efficit proprium, & rectum, ſed tamquam acceſſorium, ſequitur feudi, cui adjicitur naturam, eamque, & modum ſuccedendi in feudo improprio non mutat *Alberic. in rubr. C. de donat. ad fin. Oldrad. conſ. 159. num. 6. Bec. conſ. 413. numer. 7. verſ. non obſtat Ruin. conſ. 42. numer. 7. lib. 1. Alciat conſ. 199. num. 35. & ſeqq. alias 4. lib. 4. Cravett. conſ. 293. num. 21. in princip. verſ. quinto conſidero, Menoch. conſ. 1. num. 34. & conſ. 191. num. 31. & 41. conſ. 395. numer. 295. cum ſeqq. Vulteius de feud. lib. 1. cap. 6. numer. 8. Palm. allegat. 94. num. 65. & ſeqq. Melius allegat. 8. num. 79. & 80. & allegat. 18. num. 57. & ſeqq. lib. 1. Rota in Brixien. feudi apud eundem Melium d. allegat. 18. num. 6. & ſeqq. & in Mantuana feudi deciſ. 94. num. 15. & ſeqq. & deciſ. 237. num. 11. & ſequent. par. 12. rec.* certius quando agitur de feudis conceſſis ab Eccleſia, quæ pro ſui tuitione non indiget armis, ac Vaſſallorum ſervitio, *Rota coràm Dunoz. Jun. deciſ.*
53 *748. num. 57. in fine*, & coutrariæ authoritates benè concilianţur *à Menoch. præſumpt. 91. num. 36. & & ſequent. lib. 3.* qui ait, Juramentum fidelitatis feudum proprium, & rectum efficicere, ſi nullæ aliæ concurrant conjecturę repugnantes illius proprietati contra verò, ſi ut in caſu noſtro graviora pro feudi impropietate vrgeant argumenta; neque idcircò ſuperflua erit, ſuoque carebit effectu præſtatio fidelitatis, ſed rei, ob quam illa juratur tribuet participationem genericæ feudalitatis contradiſtinctæ à puro allodio quòd à nemine pendet, niſi à Deo, excluſa cujuſvis alterius Domini ſuperioritate ad tradita apud *Dexart. deciſ. Sardin. 14. num. 16. & deciſ. 27. num. 14. & Rota in dicta Mantuana feudi locis citat.*

Jàm verò rejectis exceptionibus quibus rei impedire conabatur Immiſſionem ad bona feudalia, atque juxtà hodiernum reſcriptum, relictis in ſuſpenſo acquiſitionibus à Cardinali factis tamquam à Perſona Laica, quod attinet ad alia bona ab eodem coempta vnà cum Nepotibus Immiſſio pro ſexta quartæ partis denegari non poſſe viſa fuit ob præſumptam donationem elicitam ex ſanguinis conjunctione quia iſta deficientibus aliis adminiculis, validum non præbet tacitæ donationis ar-
54 gumentum, juxtà Theoricam *Bartol. in l. quæ dotis num. 12.* vbi etiam alii *ff. ſolut matrim. Rota coram Cavaler. deciſ. 603. num. 5.*

Ut etiam dictum fuit, Immiſſionem concedendam eſſe ad ſextam partem medietatis Palatii exiſtentis in Urbe in via nuncupata delle Botteghe Oſcure, & aliorum bonorum, quæ ad Cardinalem delata fuerunt titulo inteſtatę ſucceſſionis in hæreditate Marchionis Joſephi, de quibus fit mentio in Summariis utriuſque Partis; Cumque Actores docuerint dictum Palatium, aliaque ex dictis bonis alienata fuiſſe à Reis, qui illorum pretium receperunt pro effectu Immiſſionis cen-
55 ſuerunt Domini eoſdem teneri ad reſtitutionem prætii ad menſuram, & ratam petitæ Immiſſionis, ut in ſimili caſu reſpondit *Rota in Romana fideicommiſſi de Auila 4. Julii 1696. confirmata 3. Aprilis proximè præteriti coràm R. P. D. meo Pio.*

Detractiones autem à Reis conglomeratæ minùs officiunt, tùm quià illas deberi non dùm probatum eſt ideòque ſub illarum obtentu eiſdem competere nequit retentio *Rota coram Vbag. deciſ. 17.*
56 *num. 35. & ſeqq.* tùm etiam quia tametſi eadem debitæ dici poſſent, attamen fratres de Ginnettis fruſtrà illas obiiciunt quia adiverunt hæreditatem Card. Martii abſque beneficio legis, & Inventarii, quod cum ſit caput, & fundamentum redditionis rationis *Bartol. in l. cum tale §. Titius num. 2. ff. de condit. & demoſtr. Rota in Romana Prælaturæ de Vec-* 57
chiarellis 28. Novembris §. penultimo coram R. P. D. Muto, ob hujuſmodi omiſſionem, rationem reddere nequeunt de prætioſa ſuppellectili, gemmis, auro, argento, pecuniis, creditis, fructibus, aliſque rebus, quas in hæreditate fuiſſe repertas non negant ipſi fratres de Ginnettis exhibentes loco Inventarii quamdam illorum notulam, ideòque cum eorum culpa ratio reddi nequeat, retardari non debet Immiſſio in *dicta Romana Prælaturæ de Vecchia-* 58
rellis 28. Januarii 1697. §. penultim. & 9. Decembris ejuſdem anni §. Redeundo itaque coràm R. P. D. meo Anſaldo.

Nec Inventarii defectum ſupplere poteſt dicta notula tamquam confecta duodecim annos poſt obitum Cardinalis Martii pluresque continens omiſſiones, ut proſequitur *Rota in dicta Romana* 59
Prælaturæ de Vecchiarellis coràm Muto, paritèrque Rei excipere non poſſunt, quod fratres de Cruce tamquam Cohæredes reſricari nequeant aliis Cohæredibus omiſſionem Inventarii, id enim procedit, quando culpa Cohæredum eſt reciproca, & omnes ſe hæreditati immiſcuerunt, at alitèr res ſe habet, quam unus ex Cohæredibus ſe immiſcuit 60
hæreditati, alius verò non, ut bene declarat *Card. de Luca de hæred. diſc. 21. num. 12.*

Denique oppoſitæ detractiones penitùs conſumatæ, ſeù ſaltèm illiquidæ redditæ præſumendæ ſunt, fructibus ſpatio 27. annorum perceptis ex opulentiſſima hæreditate, quam Rota in alia Cauſa Romana Dotis, & fructuum, ait fuiſſe annui 61
redditus ſcut. 10000. ut *ex deciſione edita 15. Martii 1694. §. Attamen coram bon. mem. Bninensa & 5. Julii §. Neque pro adminuendo coram R. P. D. meo Muto*, dictos autem fructus in Cauſam detractionum imputandos eſſe non venit in dubium, *Rota coràm Dunoz. Junior. deciſ. 846. numer. 41. & ſeqq. deciſ. 411. numer. 20. part. 14. & deciſion. 352. num. 7. & 8. par. 15. recent.*

Et ità utrique Parti reſponſum fuit.

R. P. D. MOLINES.

Neapolitana, ſeù Tranen. Præceptoriæ.

Lunæ 23. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

Beneficia manualia, & amovibilia non cadere ſubſervationibus Apoſtolicis, Beneficia Regularia eſſe de ſui natura manualia, & amovibilia, & ſignanter Beneficia Abbatiæ Generalis S. Antonii in Regno Neapolis, in hac deciſione firmatur.

SUMMARIUM.

1 *Gratia* ſi neutri *ut exequatur expoſcit tria requiſita copulativè, nempè litem, vacationem, & ma-*

malum Jus utriuſque collitigantis.

2 *Beneficium manuale, & de ſui natura amovibile ad nutum non cadit ſubreſervationibus Apoſtolicis, ſivè ratione menſis, ſivè ratione obitus in Curia.*

3 *Beneficia regularia, quæ non ſunt curata, ſed electiva præſumuntur manualia.*

4 *Beneficia Abbatiæ generalis S. Antonii in Regno Neapolis ſunt amovibilia ad nutum, & beneplacitum Abbatum.*

5 *Beneficia manualia conſumpta collatione per obitum Apoſtolici proviſi pro illa vice redeunt ad ſuam priſtinam naturam manualitatis, & ſequuta vacatione poteſt Ordinarius Collator de illis providere ad ſui nutum, & beneplacitum.*

6 *Proviſiones, ſeù Collationes Apoſtolicæ nunquam mutant ſtatum Beneficiorum, maximè quando fuerunt factæ per reſignationem.*

7 *Vacatio per obitum in Beneficio manuali verificatur ſi Poſſeſſor non fuit amotus in vita.*

8 *Lis non dicitur mota per monitorium nulliter expeditum.*

DECIS. XXXXVII.

CUm Joſeph de Avignò ex nimia benignitate Sacræ Rotæ admiſſus fuerit ad novam Audientiam adversùs geminas deciſiones coram me æditas ſub diebus 20. Junii 1696. & 3. Martii proximi præteriti eidem denegantes executionem Gratiæ *Si neutri* ab ipſo obtentæ de controverſa Præceptoria de anno 1689. in hodierna diſputatione pro tertia vice habita; Iterùm Domini cenſuerunt eſſe perſiſtendum *in deciſis*, ob defectum copulativi concurſus trium requiſitorum, litis ſcilicet, vacationis, & mali Juris utriuſque Collitigantis, quæ expoſcit dicta gratia ſi neutri, ad effectum ut debitæ executioni demandari poſſit ex doctrinis allegatis tàm in prima hujus Cauſæ 1 deciſione *§. Siquidem*, quam in ſecunda *§. Nihilominùs*.

Nec viſa ſunt obſtare repetita objecta circa obitum Hieronymi Antaldi ultimi poſſeſſoris controverſæ Præceptoriæ ſequutum in Curia, & circà pendentiam litis, ſuper quibus Defenſores Domini Joſephi de Avignò mordicùs inſiſtebant pro ſuadenda prætenſa vacatione, quam ajebant numquam fuiſſe validè conſumptam per Præceptores Generales, ſeù Abbates Commendatarios pro tempore generalis Præceptoriæ, ſeù Abbatiæ Sancti Antonii Regni Neapolitani Ordinarios Collatores omnium Beneficiorum ab illa dependentium.

Quoniam prætenſa vacatio in contingentia caſus noſtri de tempore impetrationis dictæ gratiæ *Si neutri*, non ſolùm non aderat de facto, ſed neque poteſt conſiderari de jure: Non quidem de facto, quia circà controverſiam admittebatur Cardin. Magalottum tunc temporis Commendatarium generalem præceptoriæ, ſeù Abbatiæ Sancti Antonii Regni Neapolis verè contuliſſe controverſum Præceptoriam cum conſueta amobilitate primo loco Alexandro Stultenio de anno 1670. & per ejus renunciationem, ſecundo loco Jacobo Collez. ſub die 12. Octobris anni 1682.

Multò minùs conſiderari poteſt de Jure ex reſervatione Sedi Apoſtolicæ inducta per obitum dicti Hieronymi Antaldi, ſequutum in Curia: nàm ultrà quod dictus Joſeph Avignò numquam impetravit controverſam Præceptoriam vigore dictæ reſervationis, ſed ſub alio certo modo, quod ſcilicèt illa non eſſet conferibilis Clericis ſæcularibus, quæ narrativa numquam fuit verificata, quin imò de contrario conſiſtit, ut fuſiùs videre eſt in dictis geminis meis Deciſionibus in prima *§. Et fortiùs*, in ſecunda.

Certum eſt, quòd cum verſemur in terminis Beneficii manualis, & de ſua natura amovibilis ad nutum, ſicuti non cadit ſub reſervationibus Apoſtolicis, ſivè ratione menſis, ſivè ratione obitus in Curia, *Gloſſ. in Clemen. unica, verb. revoc. in fine* 2 *verſ. ob hanc Cauſam de ſupplenda negligentia Prælatorum, Felin. in cap. per tuas num. 4. circa fin. de majorat. & obedientiæ, Calder. conſ. 26. de præbendis, Æneas de Falcon. de reſervat. quæſt. 3. num. 25. Card. de Luca de Benefic. diſc. 97. num. 20. Rota coram Buratt. deciſion. 114. num. 1. & coram Gregor. deciſ. 48. num. 5. cum aliis allegatis in ſecunda deciſione hujus Cauſæ §. Quoniam in fin.* Ita non dicebatur dictus Cardinalis Magalottus tamquam Ordinarius Collator impeditus quin poſſet conſumare dictam vacationem in perſonam Alexandri Stulteni; Cui cum fuerint etiam ceſſa Jura per concordiam inhabitam inter ipſum, & Octavium Antaldum tunc temporis proviſum Apoſtolicum, quæ confirmata fuit à Sancta Sede ſine præjudicio ſtatus controverſæ Præceptoriæ *Summar. præfati Filomarini numer. 1.*, utique ex duplici capite videbatur conſumpta dicta vacatio ſequuta per obitum Hieronymi Antaldi, ut de ſe patet.

Quòd autem in controverſa Præceptoria, ac in cæteris Beneficiis dependentibus ab Abbatia, ſeù Præceptoria generali S. Antonii Regni Neapolis ex natura intrinſeca adſit qualitas manualitatis, viſum eſt probari ex pluribus, & primò ex generali Juris diſpoſitione, quòd Beneficia regularia quæ non ſunt curata, ſeù electiva præſumun- 3 tur manualia per *Text. in cap. cum Monaſterium, §. Tales de ſtatu Monacorum Clemen. prima, §. Ad hæc eodem titulo Gonzalez ad regul. 8. Cancell. Gloſſ. 8. numer. 7. Cardin. de Luc. de Benef. diſc. 97. numer. 4. Corradus in prax. lib. 1. cap. 6. num. 262. Achill. de Graſſ. deciſ. 9. num. 2. de Præben. Rota coram Penia deciſ. 1581. nu. 2. Rota coram Buratt. deciſ. 929. num. 2.* & præcisè de hujuſmodi Beneficiis Abbatiæ generalis S. Antonii in Regno Neapolis tradit formulam providendi cum enunciativa amovibilitatis, & proviſionis ad nutum, & beneplacitum Abbatum, *Corrad. in* 4 *ſua Praxi Benefic. lib. 4. cap. 7. num. 27.* & firmatum fuit in *Nolana Beneficii 21. Aprilis 1684. §. Quoniam coram Reverendiſſimo Turonen.*

Secundò ex ſpeciali reſolutione Congregationis quinque Prælatorum deputatæ de ordine ſa. me. Urbani VIII. uſque de anno 1617. à quibus reſolutum fuit Beneficia dependentia à dicta Abbatia generali S. Antonii Neapolis eſſe manualia de ſui natura, exceptis Curatis, & Electivis *Summario Filomarini num. 3.*

Tertiò tandem ex quinque effectivis proviſionibus factis per Abbatem, ſeù Præceptorem generalis Præceptoriæ S. Antonii Regni Neapolis ordinarium Collatorem de controverſa Præceptoria cum conſueta ammovibilitate ad nutum datis in *Summario reſponſionis Filomarini num. 2.* quæ Proviſiones per eumdem Filomarinum in hodierna audientia fuerunt exhibitæ una cum aliis ſcripturis ſuadentibus manualitatem in cæteris Beneficiis dependentibus à dicta Abbatia generali.

Nec ad offuſcandam manualitatem ex prædictis clarè reſultantem viſæ ſunt obſtare nonnul-

læ

Digitized by Google

læ proviſiones, ſeù Collationes Apoſtolicæ datæ
in *Summario Avignò à num. 1. ad 6.* juncto prætenſo
ultimo ſtatu elicito ex quadam reſignatione facta
in manibus Pontificis à quondam Franciſco An-
taldo favore Hieronymi, qui ut ſupra dictum eſt
obiit in Curia, ex quibus prætendebatur deſumi
ſtatus collativus perpetuus; nam prætermiſſo il-
larum ſingulari examine in facto, an eſſent in for-
ma probanti, & an ſuum fuerint ſortitæ effectum,
nec nè: Ponderatum fuit in Jure, quod licet Col-
lationes Apoſtolicæ, ſeù reſignationes per Ponti-
ficem admiſſæ ſuper Beneficiis manualibus, facta
tamen mentio de manualitate ſuſtineantur in vita
proviſi pro illa vice.

Nihilominus per mortem ejuſdem talia Bene-
ficia redeant ad ſuam priſtinam naturam manuali-
tatis, & ſequuta vacatione in ultima vice Ordina-
rius Collator poteſt de illis providere ad ſui nu-
5 tum, & beneplacitum ut antea poterat, *Caſtropal.
Oper. moral. tom. 2. de Benefic. diſput. unica punct. 5.
numer. 15. Rebuff. de pacific. poſſeſ. num. 279. Silva de
Benefic. par. 3. quæſt. 11. numer. 131. Corrad. in prax.
Benefic. lib. 1. cap. 6. num. 308. Lapus allegat. 9. & 27.*
optimè *Achil. de Graſſ. deciſ. 9. numer. 5. de Præbend.
Rota deciſ. 739. n. 8. parte prima diverſorum*, & ratio po-
tiſſima eſt quia Proviſiones, ſeù Collationes Apo-
ſtolicæ nunquam mutant ſtatum Beneficiorum,
cum Pontifex non præſumatur illum voluiſſe al-
terare in præjudicium Tertii, maximè quandò
6 fuerunt factæ per reſignationem, *Roſa de exequt.
Literarum Apoſtolicarum par. 1. cap. 6. nu. 112. Adden.
ad Pamphil. deciſ. 539. numer. 7. & 8. Rota coram ſan.
memor. Alexandro Octavo deciſ. 274. num. 14. & coram
Merlin. deciſ. 4. num. 8. & deciſ. 245. nu. 35. & ſequen.
par. 9. & deciſ. 272. num. 13. par. 17. recent.* & in *Me-
diolanen. Præpoſituræ 4. Julii 1692. §. Abſque eo quod
coram me*, & in *Novarien. Portionum 4. Julii 1696.
§. Neque collatio, pariter coram me.*

Minoris ponderis ad excludendam probatam
manualitatem viſa eſt obſervantia deſumpta vel
ex eo, quod Beneficia Ordinis S. Antonii Viennen.
in aliis Regnis cadant ſub reſervationibus Apo-
ſtolicis juxta deciſiones 1507. & 1567. coram Pe-
nia, vel ex Bulla Gregorii XV. qui ſuppreſſit Ti-
tulos Beneficiorum eiuſdem Ordinis, & manda-
vit ſolvi quindemnia, vel tandem quia vacatio
non verificetur, niſi in Beneficiis collativis, non
autem in manualibus. Quandoquidem Domini
animadverterunt Authoritates Peniæ non appli-
cari præſenti hipotheſi cum ex illarum lectura
conſtet illis partibus ſuiſſe probatum ex immemo-
rabili, aliiſque circumſtantiis Beneficia, de qui-
bus agebatur eſſe in titulum perpetuum confer-
renda. Bulla verò Gregorii XV. ad nihil inſervit
dum reſtricta apparet ad Beneficia Ordinis in Re-
gno Galliæ, & ſic potiùs ſubintrat vulgata juris
regula, quod à diverſis non fit illatio per *Text. in
l. Papinianus, ff. de minor. Barboſ. tract. var. axiom.*

Quin imò ſtante diſmembratione Præcepto-
riæ, ſeù Abbatiæ generalis S. Antonii Regni Nea-
polis facta per San. mem. Urbanum VIII. Mona-
ſterio S. Antonii Viennen. in Delphinatu, nihil
ampliùs habet commune cum illo, ut fuit ponde-
ratum in deciſione 3. Martii præteriti, *§. Quin imò
& ſeq.* Et demùm vacatio per obitum verificatur
etiam in Beneficio manuali ſi Poſſeſſor non fuit
7 amotus in Vita per *Gloſ. in Clement. prima, §. Præ-
miſſa in verbo renovan. ubi Cardinalis Imola Vitalinus
de ſupplenda negligentia Prælator. Gonzalez gloſ. 5. §. 6.
num. 14. Pariſ. de reſignat. lib. 2. quæſt. 12. num. 4. &
lib. 11. quæſt. 3. numer. 94. & dixit Rot. coram Cavaler.
deciſ. 389. num. 4. & deciſ. 739. num. 4. par. 1. diverſor.*

Excluſà ex prædictis prætenſa reſervatione
per obitum Antaldi ſequutum in Curia, ſuper
qua fundabatur duratio vacationis unum ex re-
quiſitis gratiæ ſi neutri facili negotio viſum eſt
tolli objectum litis pendentiæ de tempore obitus
Alexandri Stultenii ſequutus de menſe Novem-
bris 1682. & poſtquàm antecedentèr ſub die 12.
Octobris ejuſdem anni dimiſerat in manibus Car-
dinalis Magalotti controverſam Præceptoriam;
nàm ſtatim ac dicto Stultenio innotuit, quòd poſt
pacificam ejus Poſſeſſionem plurium annorum Jo-
ſeph de Avigno impetraverat à Sede Apoſtolica
controverſam Præceptoriam ſub narrativa, quòd
Clerici Sæculares eſſent incapaces contra illum
expedivit monitorium jactationis jactationum, &
favorabilem Sententiam reportavit à R. P. D. meo
Caprara tunc R. C. L. Tenente de menſe Maii
1681. perſonaliter dicto Avigno intimatam de
menſe Junii ſubſequentis, quæ cum taxatione ex-
penſarum ſequuta de menſe Septembris 1682. tran-
ſitum fecit in judicatum, ut patuit ex facto con-
cordato coram me in præterita propoſitione.

Ex quo fit, quòd per dictam rem judicatam
lis erat jam extincta antè dimiſſionem controver-
ſæ Præceptoriæ factam à d. Stultenio ut dictum eſt
de menſe Octobris ejuſdem anni 1682. in manibus
Cardinalis Magalotti, qui rectè illam ſtatim de-
dit in adminiſtrationem Collez, & proindè evi-
dens eſt, quòd neque de tempore obitus dicti
Stultenii conſiderari poteſt vacatio jam conſump-
ta per dictam proviſionem, juxtà Doctrinas rela-
tas in prima deciſione hujus Cauſæ, *§. Multò mi-
nùs cum ſeq.*

In nihilum relevante, quòd D. Joſeph Avi-
gno de menſe Julii dicti anni 1682. coram A. C.
Curſio obtinuit monitorium pro exequtione lite-
rarum ſuæ primæ Proviſionis Apoſtolicæ, ex quo
cenſetur reſtaurata lis cum dicto Stultenio; nam
per dictam Sententiam antecedentèr latam de an-
no 1681. à R. P. D. Caprara expiraverat Juriſdictio
Tribunalis A. C. & proindè cum non potuerit ex-
pediri validè dictum monitorium, utique ex actu
nulliter geſto, qui nullum parit effectum lis pro
non mota habetur ad tradita per *Sabell. in ſumma*, 8
*§. Lis 16. verſ. item lis, Magon. deciſ. Florent. 31. nu. 3.
& 17. Rota deciſ. 279. num. 14. par. 18. rec.*

Ex quibus omnibus cum in ſequelam dicatur
conſtare de bono jure, tàm dicti Alexandri Stulte-
nii, primo loco proviſi de controverſa Præcepto-
ria a Cardinali Magalotto Ordinario Collatore,
quàm Jacobi Collez, cui ab eodem Cardinali fuit
illa in adminiſtrationem data cum conſueta amo-
vibilitate, qui poſtea fuit rectè amotus, & in ejus
locum proviſus ad nutum Januarius Philomarinus
per Eminentiſſimum Cardinalem Cantelmum mo-
dernum Commendatarium dictæ Præceptoriæ ſeù
Abbatiæ Generalis S. Antonii Regni Neapolis
utentem ſuis ordinariis facultatibus providendi,
& removendi Proviſos in hujuſmodi Beneficiis
manualibus dependentibus à dicta Abbatia Gene-
rali, ut optimè firmatum fuit in ſecunda deciſione
§. Quintum. Utique conſtito de bono jure om-
nium trium Collitigantium nempè Stultenii Col-
lez, & Filomarini ceſſat alterum requiſitum dictæ
gratiæ, ſi neutri fundatum in malo jure utriuſque
Collitigantis, & ſic non meretur exequtionem ex
deductis in principio.

Prædicta viſa ſunt Dominis ſuperabundare
pro

Digitized by Google

pro excluſione juſtificationis gratiæ ſi neutri obtentæ ab Auignò, & pro juſtitia proviſionis Philomarini, & ideò noluerunt aſſumere (prout poſtulabat ſcribentes pro dicto Philomarino) formalem diſcuſſionem, utrùm dictus Auignò alias Profeſſus in Religione Carmelitana Diſcalceatorum dicatur adimpleviſſe condiditionem Brevis S. Pænitentiariæ ſuper ejus tranſito ad aliam Religionem, uti vigeat Regularis, & Clauſtralis obſervantia, cum notorium ſit, ipſum vagum vivere extrà Clauſtra, & an aliud Breve ab eodem obtentum pro conſequendis Beneficiis Ordinis S. Antonii Viennen. compræhendat illa dependentia à Generali Præceptoria, ſeù Abbatia Neapolitana per San. mem. Urbanum VIII. ut dictum eſt ſeparatam à Monaſterio S. Antonii Viennen. Prout etiam an gratia ſi neutri dependeat nec ne ab alia gratia principali impetrata à dicto Auignò de anno 1680. Quæ omnia licèt non modicam difficultatem haberent uti ſuperflua, tamen conſultò omiſerunt.

Et ità pro tertia vice reſolutum fuit &c.

R. P. D. MUTO.

Beneventana, ſeu Theleſina Mozzettæ D. Caroli.

Lunæ 23. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

Mozzetta D. Caroli Boromei pro Sacroſancta Reliquia Veneratur, ac de ejus ſubtractione, & reſtitutione ſermo hic inſtituitur. Et de Sacra Supellectili, & ornamentis Eccleſiaſticarum perſonarum ad quem ſpectent ad intellectum Bullæ San. me. Pii V. la 42. An veniant ſub nomine Spoliorum, & an Reliquiæ cadant ſub Bulla Piana.

SUMMARIUM.

1 *Paramenta, vaſa, libri, ornamenta, & res Sacræ perſonarum Eccleſiaſticarum non veniunt ſub Spoliorum nomine, neque pertinent ad hæredes.*
2 *Sed pertinent ad eorum Eccleſias.*
3 *Reliquiæ Sacræ non cadunt ſub ſpolio, neque pertinent ad hæredes Clericorum, neque cadunt ſub Bulla Piana.*
4 *Reliquiæ ſubtractio concludenter probanda eſt.*
5 *Reliquiæ ſubtractio non probatur ex Teſtibus parte non citata examinatis, & de auditu deponentibus.*
6 *Reliquiæ Donatio probatur conjecturis.*
7 *Teſtes deponentes de donatione Reliquiæ prævalent illis de ſubtractione deponentibus.*
8 *Subtractionis delictum in commodum alterius à Canonico perſona qualificata non præſumitur.*
9 *Epiſcopi præſumuntur vigilantes pro defenſione Eccleſiarum, nec in eis præſumitur negligentia.*
10 *Reliquiarum expoſitio in aliqua Eccleſia ſi ſit accidentalis jus Eccleſiæ non tribuit.*

DECIS. XXXXVIII.

EO ſub præſuppoſito, quod in vim Conſtitutionis B. Pii V. in ordine 42. Mozzetta D. Caroli Borromei, de qua agitur, olim ſpectans ad Joannem Baptiſtam Foppam Archiepiſcopum Beneventanum poſt ejus obitum pertineret ad Cathedralem Eccleſiam, quodque eadem ſubtracta fuiſſet per Canonicum Joſephum Baſſium, & ab ipſo deinde donata Presbyteris Congregationis Oratorii Sancti Philippi Nerii Terræ Guardiæ Theleſinæ Diœceſis Promotor Fiſcalis Curiæ Archiepiſcopalis Beneventanæ poſt ſilentium 20. & ultra annorum inſurrexit contra DD. Presbyteros pro reſtitutione iſtius Mozzettæ, atq; à Vicario Generali Archiepiſcopatus poſt lapſum termini trium dierum declarari obtinuit in cenſuris incurſos, ſed iis appellantibus ad A. C. Thomatum prodiit ſententia revocatoria dd. cenſurarum, & reſpectivè abſolutoria a prætenſa reſtitutione, adverſus quam ad inſtantiam ejuſdem Promotoris controverſia mihi in ulteriori inſtantia delegata, quæſivi à DD. An ſit locus reſtitutioni Sacræ Reliquiæ D. Caroli Borromei, & in hodierna audientia reſtitutioni locum non eſſe reſponderunt.

Aſſumptum ſiquidem reſtitutionis in neutra ejus parte ſubſiſtit non quidem in prima, quod reſtitutio competat, ex quo hæc Sacra Reliquia defuncto mèmorato Foppa Archiepiſcopo pertineat ad Eccleſiam Cathedralem vigore præcitatæ conſtitutionis Pianæ; etenim conſtitutio hæc non loquitur de his Sacris Reliquiis, ſed de rebus illis, ſeù bonis ad cultum divinum deſtinatis, quæ fieri potuerunt ex fructibus beneficiorum, ut liquet ex toto illius contextu, & ſignanter ex §. *primo*, 2. *ac* 11. in quibus Summus ille Pontifex ſtatuit ornamenta, & paramenta, vaſa, libros, & res Sacras, aliaque bona perſonarum Eccleſiaſticarum ad cul-
tum divinum deſtinata non venire ſub nomine 1
ſpoliorum ad Cameram Apoſtolicam ſpectantium, minuſque pertinere ad hæredes ex Teſtamento vel ab inteſtato, ſed ad eorum Eccleſias, proportionabiliter habita ratione fructuum, & temporis,
quo beneficia, ſi plura fuerint poſſiderunt, ut 2
eum hæc Sacra Reliquia non fuerit in conſtitutio-
ne comprehenſa perperam ſuper eadem inſiſtitur, 3
ut in ſimili dixit *Rota cor. Priol. dec.* 61. & 109. *per tot.*

Minùs in altera parte prætenſæ ſubtractiones factæ per Canonicum Baſſium reſtitutionis aſſumptum ſubſtineri potuit; quamvis enim ſatis eſſet Presbyteris Oratorii vincere per non jus Actoris, cum ex firmatis in priori parte nullum jus competat ſuper hac Sacra Reliquia Promotori Fiſcali vigore d. conſtitutionis Pianæ *Tex. in l. final. C. de re vindic. l. qui accuſare, C. de edendo, Rot. coram Coccin. deciſ.* 385. *num. primo*.

Nihilominùs talis ſubtractio nullatenus pro- 4
batur, & tamen uti ſapiens delictum concludenter probanda eſſet, *Teſt. in l. cum pater*, §. *rogo, ff. de legit.* 2. *Rot. in rec. deciſ.* 33. *num.* 10. *part.*6. & coram *Coccin. deciſ.* 1293. *num.* 3. ac interpretationem ſemper pro illius excluſione favorabilem recepit, & *l. meritò, ff. pro ſocio, Rot. coram Dunoz. Jun. deciſ.* 543. *num.* 45. *deciſ.* 518. *num.* 3. *par.* 18. nam, & ſi de ea deponant nonnulli Teſtes nullam prorſus fidem merentur, cum citata parte examinati non fuerint,
& ſint de auditu, *cap. quadam de Teſtibus, Rota co-* 5
ram Priol. deciſ. 729. *num.* 6.

Si-

Digitized by Google

Signanter cum in excluſionem prætenſæ
ſubtractionis plura vrgeant in contrarium ſua-
dentia quod revera hæc Sacra Reliquia quia do-
6 nata fuerit per Archiepiſcopum Foppam ante ejus
obitum Congregationi, quod conjecturis etiam
probari poſſe dicit *text. in cap. cum dilectus de donat.*
Bartol. l. cum quid num. 10. ff. ſi certum petat. Felin. in
cap. ſi cautio num. 5. de fid. Inſtrum. Maſcard. de probat.
concluſ. 562. num. 4. & primo *Menoch. de præſump. lib.*
primo quæſt. 36. num. 7. & primò ex depoſitionibus
Teſtium hanc donationem referentium *Summ. Con-*
gregationis numer. primo, qui prævalere debent aliis
de ſubtractione teſtantibus in excluſionem dele-
7 cti ad doctrinam *Baldi in cap. in noſtra num. 1. de*
Teſtibus, quam ſequitur *Maſcard. de probat. vol. 1.*
concluſ. 496. numer. 15. & 16. Secundo ex maxima
vereſimilitudine cum d. Archiepiſcopus ante adep-
tum Archiepiſcopatum fuerit Presbyter ejuſdem
Congregationis de Urbe, & plures alias Sancto-
rum Reliquias Congregationi, de qua agitur præ-
cedenter donaverit, *Summ. num. 2.* Tertiò, quia
credibile non eſt, ſi non fuiſſet donata, quod Baſ-
ſius Metropolitanæ Canonicus hoc ſubtractio-
nis crimen in Congregationis commodum;
8 non autem proprium commiſerit, *Menoch. conſ.*
98. numer. 28. Vermigliol. conſ. 252. numer. 2. Rot.
in Rec. deciſ. 787. numer. 23. part. 18. ac duo alii Ca-
nonici hanc Sacram Reliquiam proceſſionaliter ad
Eccleſiam iſtius Congregationis tranſportare vo-
luerint, omnes conſpirantes in propriæ Eccle-
ſiæ præjudicium; concurrit demum acquieſcen-
tia longiſſimi temporis 20. & ultra annorum,
ut inveriſimile ſit, quod tot vigilantiſſimi Ar-
9 chiepiſcopi hanc reſtitutionem neglexerint, quan-
do ad ipſarum Eccleſiarum defenſionem ſunt
ſummopere intenti, *Rot. in recent. deciſion. 809.*
numer. 18. & 19. par. 18. in Firmana juriſdictionis
14. Junii 1688. §. Minus obſtat coram bo. mem. Ron-
dinino, cum aliis in *Nullius, ſeu Senogallien. Bono-*
rum ſuper Manutentione 13. Junii 1695. §. Nec hu-
juſmodi circa finem, & in eadem ſuper *Bono Jure 13.*
Maii anni proximè præteriti, §. In caſa præſenti pariter
circa finem coram me.

Nec urget, quod hæc Sacra Reliquia ali-
quando expoſita fuerit in Cathedrali Eccleſia vi-
vente eodem Archiepiſcopo Foppa; nam ex hoc
quatenùs legitimè probaretur prætendi non poſ-
ſet. jus aliquod Cathedrali quæſitum, eò quia ta-
lis expoſitio facta fuit non animo eamdem Sa-
cram Reliquiam incorporandi cum aliis reliquiis
Cathedralis, ut deſumitur, ex quo deindè in
10 propria Cappella venerationi etiam fidelium expo-
nebat, & eam penès ſe retinebat; quo enim caſu
accidentalis expoſitio aliquod jus Eccleſiæ non
tribuit, ut benè in his terminis in explicationem
relatæ conſtitutionis Pianæ firmavit *Rot. coram*
Priol. d. deciſ. 61. num. 5. cum duobus ſeqq. & deciſ. 109.
num. primo.

Et ità concluſum utraque &c.

R. P. D. ANSALDO.

Cracovien. Scholaſteriæ.

Lunæ 16. Junii 1698.

ARGUMENTUM.

An Patronus in præſentationibus ad Beneficia de Jure Patronatus poſſit variare, & quomodo fieri debeat talis variatio, ut valeat, Diſtinctio inter variationem privativam, & cumulativam luculenter explanatur.

SUMMARIUM.

1 *Præſentatus, & electus à majori parte vocum cenſetur habere pro ſe totam vocem, totum Collegium, & totum familium.*

2 *Electus habens pluralitatem votorum habetur pro electo à tota Univerſitate, vel Capitulo.*

3 *In præſentationibus attenditur præponderantia numeri dummodo non adſit in præſentato indignitas, vel ineptitudo.*

4 *Patronus in præſentationibus poteſt variare ut eligatur dignior.*

5 *Patronus variando, & cumulativè præſentando quomodo ſe gerere debeat, ut valeat variatio.*

6 *Patronus poteſt variare cumulativè præſentando.*

7 *Patronus non poteſt variare privativè præſentando ideſt recedendo à primo, ſed cumulativè.*

8 *Patronus poteſt facere privativam variationem ex cauſa, & quæ ſint Juſtæ cauſæ.*

9 *Præſentationis anterioritas nullum Jus tribuit præſentato ſi non fuit exhibita ordinario, quia poteſt Patronus interim pœnitere.*

10 *In judiciis ſervanda eſt æqualitas.*

11 *Notarii inſcitia, ſeu oſcitantia nequit partibus obeſſe.*

12 *In una, & eadem ſcriptura non datur, neque prius neque poſterius.*

13 Deciſ. 37. coram Ubago declaratur.

14 *Prior præſentatio in tempore eſt præferenda nulla concurrente ſuſpicione antidatæ.*

15 *Præſentatus priori loco dumtaxat poteſt objicere prohibitam multiplicitatem variationis, & non alius.*

16 *In electionibus ſolus contemptus proſequitur nullitatem.*

17 *Præſentatione prima ſublata, ſecunda efficitur prima, & tertia ſecunda.*

18 *Dictio* pro hac vice *quid importet.*

19 *Præſentatio eiuſdem Quadrimeſtre, vel Indigni ſolum importat Jacturam vocis pro illa vice.*

20 *Poſſeſſio probatur ex locationibus, & teſtibus.*

21 *Beneficiorum ſtatus ultimus eſt attendendus.*

22 *In Jure præſentandi per capita ille cenſetur habere plures voces, qui plures perſonas ſeu Capita ad ſui favorem habet.*

23 *In Jure præſentandi ad ratam hæreditatis, ſub bonorum ille prævalet, qui habet plures quotas bonorum, ſive hæreditatis.*

DECIS. XXXXIX.

De tribus ab initio contendentibus ſuper adjudicatione Scholaſteriæ vacantis uſque de Anno 1694. in Eccleſia Collegiata Voynicen. primo acquieſcens Judicato, jurgio ceſſit Staniſlaus, ſed obdurata pugna inter Franciſcum, & Thomam, anceps per geminas hinc indè Sententias ſtetit Victoria, donec delato Conflictu, eodemque ferociùs commiſſo coràm noſtro Auditorio, ad lances veritatis, & Juſtitiæ triumphavit Franciſcus, cenſentibus Dominis, illi Palmam, ſive Scholaſteriam eſſe adjudicandam.

Cum enim quæſtio non eſſet ſuper Jurepatronatus activè in hodierna noviſſima vacatione pertinente Nob. Familiæ Vielovjeyski, aliiſque bona tenentibus in Villa de Vielkavies, amaritudo
1 redacta eſt ad ſupputationem vocum, juxtà normam determinationis habitæ in Concilio Lateranenſi per Innocentium III. relatæ in *Cap. quoniam, de Jurepatr.* ibi — *Si fortè in plures partes fundatorum ſe vota diviſerint, ille præficiatur Eccleſiæ, qui majoribus juvatur meritis, & plurimorum eligitur, & approbatur aſſenſu*, quoties namque quis habet ſuffragiorum pluralitatem vel intrà Collegium, vel intrà Familiam, cui competat Jus præſentandi, eo ſanè caſu ſivè introſpecta ratione individuitatis ipſius Juris præſentandi, ſivè perpenſa altera ſuffocationis minoris numeri, cenſetur habere pro ſe totam vocem, totum Collegium, totam Familiam, ad trad. per *Imol. in Clem. plures num. 7. ubiquè etiam Card. Zabarell. num. 13. propè fin. de Jurepatr. Lambertin. eodem tract. lib. 1. part. 2. quæſt. 1. art. 25. num. 17. & 18. & art. 27. num. 2. Rota coram Pamphil. deciſ. 649. num. 3. & deciſ. 653. num. 14. & coram Dunozett. Jun. deciſ. 956. num. 4.* quod & contingit in Electionibus, in quibus numerans ad ſui favorem plura vo-
2 ta habetur pro electo à tota Univerſitate, ſivè ab univerſo Capitulo, ut inquit *Moder. Epiſc. S. Severi in Comment. ad Concord. German. num. 26. & ſeqq., Rot. deciſ. 400. num. 1. & 2. part. 16. deciſ. 796. num. 5. par. 18. deciſ. 171. num. 1. part. 19. & deciſ. 89. num. 5. coram Ubag.*

Ea ſolùm in propoſito cadente differentia, quod ubi in Electionibus juſtus SS. Canonum rigor expoſcit, fieri collationem etiam in ordine ad zelum, ſivè meritorum præcellentiam, ut expreſsè ſancitum fuit in eodem Concilio Lateranenſi per celebre *Cap. quia propter, de Elect.* In ſimplici tamen præſentatione, dummodò non adſit in præſentato
3 indignitas, vel ineptitudo, toleratur præponderantia numeri, ut ad explicationem ſuperius recenſiti *Textus in cap. Quoniam, verb. majoribus*, obſervat *ibidem gloſ.* & proſequuntur *Covarr. in cap. peccatum de Regul. Jur. in 6. par. 2. §. 7. num. 4. Gratian. diſcept. 211. num. 8. & ſeqq. Guttier. Canon. quæſt. lib. 2. cap. 11. num. 20. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 72. ſub num. 198. verſ. & ideò, Vivian. de Jurepatr. lib. 12. cap. 8. num. 11. Modern. Gonzal. in d. cap. quoniam ſub num. 2. verſ. & in hac præſentatione, Rota coram Duran. deciſ. 94. nu. 8. & 9. & coram Peutinger. deciſ. 202. num. 11. & deciſ. 384. num. 4. part. 18. recent.*

Numerando itaquè vota, quæ in ſui claſſem recenſebat Franciſcus, alterum proveniebat ab Alexandro, & alterum à Michaele; quamvis enim Thomas agnoſcendo, fatum Victoriæ pendere à computatione vocis Alexandri, fortiter urgeret, vel quod potius eadem Alexandri vox in ejus partem foret referenda, vel quod in omnem caſum delenda eſſet ab utroque, placuit Dominis adſcribere hujuſmodi vocem Franciſco, quia cum appareret, nonniſi poſt ſeptem dies ab illo primævæ præſentationis Franciſci Alexandrum præſentaſſe etiam Thomam, de plano corruebat poſterior præſentatio facta de ipſo Thoma, licèt enim ad majus Eccleſiaſtici, ſivè Divini ſervitii bonum Canones indulſerint Patronis, ſeù Fundatoribus Beneficiorum intrà quadrimeſtre eiſdem pro facienda præſentatione attributum vigore præfati *Cap. quoniam, de Jurepatr.* ut eiſdem licita quoque ſit facultas variandi perſonam præſentati, per modum tamen cumulativum, ut ità, ſequendo ſpiritum memoratæ Decretalis in *Cap. quoniam*, queat Epiſco- 4
pus faciliùs inter plures eligere meliorem, ſivè qui majoribus juvetur meritis, quemadmodum expreſsè diſponitur in *Cap. quod autem 5. cap. cum autem 24. & cap. Paſtoralis 29. eodem tit. de Jurepatr. Valenzuel. conſ. 63. num. 90. Francci var. reſol. cap. 33. num. 38. & 39. Add. ad Pamphil. deciſ. 732. num. 12. Card. de Luca de Jurepatr. diſc. 43. num. 4. & 5. Rot. coram Peutinger. dicta deciſ. 202. num. 8.*

Nihilominus non omninò liberum, & abſolutum iidem SS. Canones ad hunc effectum reliquere modum, ſeù formulam præſentandi, ne aliàs de facili ſub prætextu cumulationis adimeretur jus quæſitum primo præſentato, quia ſecundùm ſucceſſivè receptam explicationem *Doctorum* dupliciter contingere valet præſentatio, quæ dici in rei veritate mereatur, & ſit cumulativa, primò nimirùm, quoties (ut ſalubrius eſſet) Patronus 5
unico contextu plures exhibet, ac præſentat Epiſcopo, qui tunc pro ſui conſcientia, & providentia meliorem ſeligit, ad *Text. in Clem. plures, §. fin. de Jurepatr. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. dicta alleg. 72. num. 158. Vivian. de Jurepatr. lib. 10. cap. 1. num. 10. & cap. 3. num. 7. & ſeqq. Corrad. in prax. Benef. lib. 4. cap. 2. num. 33. Capon. diſcept. 74. num. 15. Rota deciſ. 176. num. 8. par. 15. rec.*

Et ſecundo, quando Patronus, etſi ordine, & tempore differenti, alium accumulat, non intendens à præcedenti præſentatione recedere, ſed tantummodò alterum quoque præſentando uberiorem Paſtorali præelectioni Campum, ut par eſt, aperire, in his namque terminis, quia prævalet Eccleſiæ bonum, conqueri de Juſtitia non poteſt prior præſentatus, ſi deinceps ſecum antè Epiſcopalem inſtitutionem, & præelectionem offeratur 6
alius præſentatus, & concurrens, ex his, quæ circà hanc ſecundam ſpeciem cumulativæ præſentationis annotarunt *Rocc. de Jurepatr. verb. honorificum num. 30. Barboſ. d. alleg. 72. ſub num. 158. verſ. ſecundo modo, Vivian. dicto lib. 10. cap. 3. nu. 9. Pagnan. in dicto cap. cum autem num. 5. de Jurepatr. Corrad. dicto lib. 3. cap. 2. num. 34. & 35.*

Applicando autem ad rem, dum, ut præmiſimus, antecellebat Franciſcus in tempore ſuæ præſentationis initæ per Alexandrum ſub die 15. Menſis Aprilis, utique dum idem Alexander poſt ſeptem dies, nempè ſub die 22. prædicti menſis præſentavit Thomam ſub ea petitione, quod Epiſcopus *hunc, & non alium quomodolibet præſentatum inſtitueret, & inveſtiret*, de manifeſto conſtabat receſſu à priori præſentatione Franciſci, ſicque de ſubſecuta præſentatione privativa, non cumulativa, quod 7
ſanè ex memorata ratione, ne tollatur jus Tertio quæſitum in caſu, quo potius arctatur, quàm ampliatur libertas Epiſcopalis, Jura vetant, itaut, niſi concurrat aliqua juſta cauſa, noviſſima præſenta-

ſentatio habeatur pro irrita, & non facta, teſte
Abb. in cap. quod autem num. 3. ibique etiam Modern.
Gonzal. num. 5. de Jurepatr. Jo: Crot. in d. cap. cùm
autem num. 3. & ibi etiam Fagnan. num. 6. & 7. eodem
tit. Garz. de Beneſ. part. 5. cap. 9. num. 213. Capon. d.
diſcept. 74. num. 16. Modern. Argentan. colluct. 13. num.
73. lib. 1. Rot. coram Bich. deciſ. 154. num. 6. & in re-
cent. deciſ. 176. num. 9. part. 15. deciſ. 240. num. 9. &
10. & deciſ. 323. num. 12. part. 16.

Non poterat diffiteri Thomas, quod nulla
ſubeſſet cauſa recedendi à præambula ſeparata præ-
ſentatione Franciſci, cùm nec illa aliqua nullitate
claudicaret, nec Franciſcus ullo modo dici poſſet
incapax, & ineptus ad aſſecutionem Scholaſteriæ,
quæ ſolùm ſunt inter cauſas, per quas licitum eſt
Patrono ab antecedenti præſentatione reſilire, ſi-
8 cuti de prima cauſa conſtat ex *Jo. Crot. in d. cap. cùm*
autem num. 12. ubi etiam Fagnan. num. 9. & 10. de Ju-
repatr. Cravett. conſ. 63. num. 10. Rocc. de Jurepatr.
verb. honorificum num. 33. Mar. Angniß. conſil. 117. nu.
16. & ſeqq. Valenzuel. conſ. 32. num. 98. Add. ad Pam-
phil. deciſ. 706. num. 16. & deciſ. 722. num. 11. & in or-
dine ad ſecundam *Marcell. Vulp. in prax. for. Eccleſ.*
cap. 49. num. 23. in fin. Fagnan. in cap. cùm vos num. 33.
de offic. Ordin. Rot. deciſ. 91. num. 4. coram Priol.

Ac propterea in primis conabatur effingere
hanc temporis anterioritatem opponendo, quod
priùs reperiretur inſerta in Codicibus Cancellariæ
Epiſcopalis præſentatio facta de ſe, quàm illa inita
favore Franciſci, undè intrare poſſent ea, quæ ad
partes firmato articulo reſoluta fuerunt in *deciſ. 37.*
9 *ex num. 9. uſque ad fin. cor. Ubag. repetit. deciſ. 739. nu.*
14. & ſeqq. part. 18. nimirùm, quod anterioritas
etiam in data præſentationis nullum Jus tribuat
primo præſentato, quoties anterior præſentatio
non fuit exhibita Ordinario, veluti actus imperfe-
ctus, & licitæ adhuc variationi, ſeù pœnitentiæ
obnoxius; quam ſanè Theoricam, ſeù rationem
ultrà laudatos *in prædicta deciſione Ubag.* ſubſequun-
tur *Tondut. quæſt. beneſ. part. 3. cap. 159. num. 15. &*
16. Corrad. in prax. Beneſ. lib. 1. cap. 5. num. 175. &
lib. 4. cap. 6. num. 30. Paſſerin. de Elect. cap. 25. ſub nu.
339. verſ. quia per talem nominationem, Fraß. de Reg.
Patron. Ind. cap. 32. ex num. 20. & præcipuè num. 23. &
27. Rota in Nullius, ſeù Taurinen. Prioratus 4. Julii
1668. §. Prætereà, coram Eminentiſſimo D. Card. Car-
pineo, & in Colonien. Beneficii, ſeù Perſonatus 24. Ja-
nuarii 1681. §. Nec exindè, coram Reverendiſſimo D. meo
Decano, & in propoſito, quod perfectio actus præ-
ſentationis etiam in ordine ad qualitates ſuperve-
nientes conſideretur habito dumtaxat reſpectu ad
tempus exhibitionis coram Epiſcopo, vel alio in-
ſtituere debente, definitum fuit *in deciſ. 147. nu. 14.*
& ſeqq. poſt Vivian. de Jurepatr. & in Friſingen. Cano-
nicatus 4. Julii 1692. §. Neque obſtat, coram R. P. D.
meo Molines, confirmata 5. Julii 1694. §. Non obſtat,
& ſeq. coram R. P. D. meo Priolo, & 18. Aprilis 1695.
§. Non relevante cum ſeq. coram R. P. D. meo Scotto, &
26. Junii 1697. §. Abſque eo quod, coram R. P. D. meo
Pio.

In omnem verò caſum dicebat Thomas, pa-
ri vitio laborare præſentationem Franciſci, quia
nec ea fuit cumulativa, & emanaverat poſt-
quàm Alexander præſentaverat Stanislaum ſub an-
tecedenti die 14. Aprilis, ideòque ſicuti non po-
terat ad ſenſum Franciſci ſubſtineri præſentatio
poſterior ipſius Thomæ, ex juribus, & rationibus,
de quibus ſuprà, ità nec pariter ſubſiſtere valebat
ejuſdem Franciſci præſentatio facta poſt præce-
dentem de Stanislao, ſicque ad nullius calculum
ad omne pejus recenſeri poterat vox Alexandri,
tùm ex prædicta identitate rationis, tùm ad ſer-
vandam æqualitatem ſemper, & præcipuè in Ju- 10
diciis ab æquitate Stateræ pendentibus præ oculis
habendam, ex animadverſis per *Fontanell. deciſ. 112.*
num. 4. cum ſeqq. Capyc. Latr. deciſ. 136. num. 16. &
ſeq. Rot. deciſ. 170. num. 12. coram ſan. me. Alex. VIII.
cum aliis notiſs.

Verùm biceps iſtud telum in nullo viſum eſt
capite ferire poſſe Franciſcum; Siquidem circà ex-
hibitionem priori loco apparentem in regiſtris Epi-
ſcopalibus, obſtabat Clypeus ipſiuſmet ocularis
inſpectionis, juxtà quam emicabat, ſub eadem,
non autem differenti productione, vel die regi-
ſtratas fuiſſe omnes tres præſentationes, licèt or-
dine inverſo, quia fortè Cancellarius, vel Nota-
rius putans, etiam in hac materia, noviſſima de-
rogare prioribus, primo loco regiſtravit ultimam
præſentationem Thomæ, in ſecundo appoſuit in-
termediam præſentationem Franciſci, & in tertio
recenſivit præambulam, & anteriorem Stanislai,
qua propter cùm hæ omnes præſentationes ſub-
ſtantialiter in data differentes, & per conſequens
retinentes in ſe propriam anterioritatem extite-
rint ſub eadem ſcriptura, ſeù productione conglo-
batæ, vel hæc confuſa, & præpoſtera, licèt con-
textualis productio tribuenda erat inſcitiæ, aut
oſcitantiæ Notarii, quæ non valet Partibus obeſſe 11
ad trad. per *Rot. deciſ. 42. num. 6. apud Poſth. de ſub-*
baſt. & coram Peutinger. deciſ. 328. num. 3. & num. 8.
& deciſ. 455. num. 10. coram Priol. vel non poterat,
data jam anterioritate præſentationis per ſubſcrip-
tionem anteriorem ſub intercapedine ſeptem die-
rum in perſonam Franciſci, argui contrarium ex
unicitate Scripturæ, in qua vulgati Juris eſt, non
cadere neque prius, neque poſterius, ad not. per
Gratian. diſcept. 646. num. 18. Rota coram Dunozett. 12
Jun. deciſ. 453. num. 38. & in rec. deciſ. 232. num. 10.
& 11. par. 12. & deciſ. 77. num. 5. par. 18.

Et ob id nullatenùs applicabatur ampliùs *dec.*
37. coram Ubag. Ultrà quod enim in illo caſu *Rota*
ex conjecturis valdè dubitavit circà antidatam pri 13
mæ præſentationis, nulla verò in noſtra hypotheſi
allata eſt conjectura, quæ hujuſmodi ingerere po-
tuerit ſuſpicionem: Jàm mediante unicitate, ſeù
contextualitate productionis ſatisfactum erat mo-
tivo imperfectionis, & poſſibilis pœnitentiæ tàm
reſpectu præſentationis Franciſci, quàm Thomæ,
quòd ſanè non accidebat in caſu *Ubag.* ubi ante-
quam prima præſentatio producta extitiſſet, ſe-
cundo loco præſentatus propriam præſentationem
exhibuerat, & inſtitutionem ab Ordinario repor-
taverat, ideòque firmata paritate in ordine ad pro-
ductionem, nullaque concurrente conjectura ſua-
ſiva antidatæ intèr haſcè præſentationes, intrabat 14
regula, de qua in *cap. qui prior, de regul. Jur. in 6. &*
in l. fin. ff. qui pot. in pign. hab. cum concord. apud
Gen. de ſcript. priv. lib. 1. quæſt. 16. concl. 3. num. 108.
Merlin. de pignor. lib. 4. quæſt. 15. num. 33. & 34. Mo-
dern. Lucen. conſult. 569. num. 16. Rota deciſ. 135. num.
21. cum duobus ſeqq. coràm Merlin.

Secundum caput fortioris, ac penetrabilioris
acuminis extitiſſet, quoties Stanislaus primò præ-
ſentatus vice acquieſcendi fuiſſet in Cauſa, ipſe
namque forſan valuiſſet objicere, quod vox Ale-
xandri tamquàm privativè ſibi priùs conceſſa ne-
quiret computari ad commodum Franciſci, ſed
cùm idem Stanislaus à ſua præſentatione reſiliiſſet
neutiquam poterat exceptio hæc de prohibita mul-
tiplicitate variationis objectari per alium, quàm

per ipſum Stanislaum, ut punctualitèr, & more
15 ſuo egregie reſpondit *Card. de Luca de Jurepatr. diſc. 43. num. 8. & 9.* & poſt eum, & alios *Rota in Valentina Beneficii de Mercato 27. Novembris 1697. §. Nec dicatur in fin. coram R. P. D. meo Priolo*; Idque non à diſſimili habemus in propoſito Electionis, quod contemptus alicujus eligere debentis nullatenùs infringat ſubſecutam Electionem, niſi Ipſamet
16 perſona contempta proſequatur ſuam contemptionem, juxta Doctrinam *Abb. in cap. in Geneſi num. 10. de Elect. Feder. de Sen. conſ. 14. num. 1. in fin. verſ. item dico, Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 19. num. 116. & Vot. 78. num. 11. & ſeqq. lib. 3. Rota deciſ. 351. num. 4 coram Buratto, & coram Peutinger. deciſ. 251. num. 13. & deciſ. 266. num. 6. & ſeqq. & in Cremonen. Præpoſituræ 5. Aprilis 1683. §. Aut devolutio, coram Reverendiſſimo D. meo Decano*; ſublata namquè de medio prima præſentatione, ſivè ceſſante illius proſecutione & effectu ob aliquam cauſam, ſecunda præſentatio
17 efficitur prima, & tertia efficitur ſecunda, ut in proximis poſt *Lambertin. de Jurepatr. lib. 2. par. 2. quæſt. 7. princ. art. 21. nu. 6. verſ. ex quibus*, affirmat, & obſervat *Fagnan. in d. cap. cùm autem nu. 11. & 12. de Jurepatr.*

